
13
26 B
8

Coll: Rem: Soc: Jesu. R. P. D. Catalog. mscrip

LVDOVICI GOMES,

EPISCOPI SARNENSIS, SACRI PALATII AVDITORIS,

Commentarii in iudiciales regulas Cancellariæ.

Ex legato. EIVSDEM, *Venustum vtriusque signaturæ Compendium.* Card. Toleti

ACCESSERVNT NVNC OMNIVM PRIMVM HVIC postremę editioni luculentiss. Adnotationes IO. MILLAEI, pro-Prætoris generalis in Bugæorum & Veromesiorum prouincia. B.mo S.mo

CVM GEMINO INDICE, ALTERO, TITVLORVM: altero, rerum & sententiarum insignium.







VENETIIS,
Apud Ioan. Mariam Bonellum Iuniorem. 1575.

PAVLO TERTIO.

PONTIFICI MAXIMO,

EIDEMQVE OPTIMO.

LVDOVICVS GOMES EPISCOPVS SARNENS. FELICITATEM.





B eo ipso die, quo me studiorum ardentior cura incessit, Beatissime Pater, nihil magis præ me tuli, neq; ingenuo, ac studioso viro dignius existimaui, quàm otij sui, & studiorum rationem optimis Principibus, sapientibusque viris reddere. Hoc Aristoteles Alexandro, vterque Plinius Tito, & Traiano, ac pleriq; veterum magno & Excellenti viri ingenio, maioribus suis præstiterunt. Gymnosophistæ quoque, Indiæ sapientes, tantopere otium detestabātur, vt non modò ipsi temporis rationem reddere, sed ab alijs accipere consueuerint: qui priusquam edulia mensis apponerentur, adolescentes ex diuersis officijs conuenientes interrogare soliti erant, quid boni à lucis ortu, tunc vsque didicissent, quique nihil habebat respondendum, impransus foras extrudebatur: pro certo habentes id quod erat, sicut virtutis laborem, ita sceleris otium esse ministrum. Nihilque agendo homines (quod Cato dictitabat) ad malè agendum instrui. Quibus ego exemplis admonitus, cùm Patauij, studiorum causa agens, aliquid fortè profecissem, illud in primis laboriosum opus, Marino Georgio Veneto, clarissimo vndecunque viro, cuius opera non mediocrem Patauij locum fueram consecutus, dicandum duxi, & ibi nonnulla conscripsi, quorum aliqua, proximis diebus, sub auspicio Sacratissimi nominis tui in lucem prodiere. Nunc verò superest, Beatissime Pater, vt eius quoque temporis, quo iam per vndecim annos in tuo Rotæ Auditorio, veluti Diogenes, doliū volui, cōputum tibi, & rationem reddam. Quod quidem, vt maturius à me fieret, quæ nuper sum pollicitus, hæc qualiacunque Commentaria regularum Cancellariæ Apostol. quibus orbis Christianus magna ex parte regitur, iure tibi illarum conditori dedico, atque offero, qui vnus omnium Romanorū Pontificum etiam maiestatem Sedis Apostolicæ iam iam collabentem optimis institutis, atque

ornamentis illustratam honorasti. Continent siquidem earundem interpretatio nem varia rerum cognitione conspersam & nascentis Ecclesiæ, ac Cancellariæ primordia, incrementa, varietatem, & nostra vsque ad tempora progressum. Continent supra quingentas Reipub. perquam vtiles, ac nouas Rotæ Decisiones meo tempore collectas, per quas causarum patroni, cæterique causidici instruun tur, ecclesiastici ordinis iudices quid agere debeant, admonentur, & tanquam ad hibitis luminibus, litium tenebris fugatis, Christianæ Reipublicæ status robo ratur. Quibus non iniucundum vtriusque Signaturæ Compendium, formulam antiquæ, & nouæ curiæ demonstrans, annexum est. Quo in opere quantum ela borauerim, quantum industriæ, ac studij adhibuerim, aliorum sit iudicium. Et si homini vehementer occupato aliquid forte per incuriam exciderit, facile condonabis: difficile quippe fuit Ioui Imperij, ac gubernationis domino, & Mercurio literarum principi pariter inseruire. Nam Lunam, cæterosque cæle stes nunquam ab ædibus Mercurij separatiores esse ferunt, quàm vbi Iouis se des ingrediuntur. Hæc igitur pro tua humanitate, Paule optime, suscipe, & Sar nensem tuum (cui nihil magis cordi est, quàm, vt tibi bonorum omnium parenti studij sui fructus rependat) resoue. Qui si ingenij tui celsitudini minimè responderit, da bis veniam. Nam, vt es erga impios iu stissimus Iudex, ita esse soles er ga studiosos indulgentissi mus Pater.

Vale.



REGULAE CANCELLARIAE IUDICIALES, ET QUAEDAM ALIA,

QUAE HOC OPERE CONTINENTUR.





INDEX EORVM QVAE HOC OPERE CONCLVDVNTVR.

B

Cardi

substi

D

Decretum

E

Episcopi

Extensio

Intel

L

N

possessorii

Possessor

Q

R

Regula

S

Succeſſor

T

V

Verba

F I N I S.




R. P. D.
LVDOVICI GOMES HISPANI.
EPISCOPI SARNEN.
SACRI PALATII APOSTOLICI AVDITORIS,

Vtriusque signaturæ referendarij, ac sacræ Pœnitentiariæ Apostolicæ Regentis, super Regulas Cancellariæ Apostolicæ iudiciales, quæ in Libro Rotæ inscriptæ sunt, Commentaria.



Titulus, siue Rubrica Regularum.

REGVLAE ORDINATIONES ET CONSTITVTIONES CANCELLARIAE APOSTOLICAE.



NTEQVAM particularem, & indiuiduam cuiuslibet regulæ interpretationem attingamus, operæ pretium erit, quædam in vniuersum, & per trãsitum, de intellectu, significationeque tituli præfari. Nam veriores redduntur sermones nostri, cùm vniuersalibus prius cognitis, ad particularia descendimus, vt dicit Philosophus primo Physicorum, quem Iurisconsulti multis locis sunt imitati, ut in l. 1. ff. de iusti. & iur. & in l. 1. ff. si cer. pet. & in §. his itaque. instit. de iust. de iur. & alibi sæpe. quem ordinẽ, ut nos plenius imitemur, totum istum titulũ, siue rub. in sex quæstiones distribuendũ putauimus, quarum summa hæc erit.

QVAESTIO PRIMA.



Circa primam quæstionē illud satis cōpertū est, † Regulas cancellariæ à Io. xxij. initium & originem habuisse. Nam in uetusto quodam mēbrano codice (quem uulgares quinternum Cancellariæ Apostolicæ uocant) primus omnium in ordine ponitur Io. 22. Regularū author, nec ante ipsum alius summorū Pōtificum inuenitur, qui hoc prius tentauerit. Et licet Cancellaria apostolica, & Vicecancellarii, officium (unde Regulæ istæ denominationem acceperunt) longè ante Ioan. 22. præcessisse uideantur: nihilominus Regulæ istæ non fuerunt eo tempore saltem in scriptis, sed longo interuallo conditæ: Nam Cancellariæ negotia tunc, non Regulis, sed uiuæ uocis mādato & stylo regebantur: uerum quia sine aliquo certo ordine, sed euentualiter, & quodammodo fortuito procedebant, stabilitatem nō habuerunt: quo factum est, ut non solum Regulæ, sed ferè omnia Rom. Curiæ officia per quandam consequentiam successiuis temporibus etiam mutationem, & magnā sui status uicissitudinem receperunt. De quibus omnibus non abs re erit loco præambuli pauca quædam commemorare.

ADNOT. IOAN. MILAEUS.

† Stylus Romanæ curiæ est attendendus, ut c. quam grauï. in fi. extra de crim. fal. & gl. in c. ad hæc extra de rescrip. Et licet ante hac non fuerit in scriptis redactus, tamen ex non scripto ius uenit quod usus approbauit. Nam diuturni mores consensu utentium comprobati legem imitantur, ut §. ex non scripto. Inst. de iur. nat. gent. & ciu. Et talis stylus, siue usum decem annis approbatur, ut l. si cum fideic. §. Aristo. ff. qui & à quibus manu. lib. non fiant, & dicitur longa consuetudo uel stylus x. annis, qui tanto tēpore roboratur: ut insti. de usuc. §. i. ad hoc autem, ut consuetudo concernens iudicialia approbetur, requiritur ꝙ bis secundum eam iudicetur, ut glos. d. §. ex non scripto. Inst. de iur. na. ge. & ciu. quia unus actus inducit consuetudinem. l. 3. in fin. C. de episc. aud. Alia est consuetudo, quæ seruatur ad litis decisionem, tunc inspicienda est consuetudo, quæ obseruatur in loco contractus. l. si fundus. ff. de euic. nam in contractibus id sequimur, quod actum est, quòd si non appareat, quod actum erit, consequens erit, ut id sequamur, quod in regione, in qua id actum est, frequentatur. Quòd si non appareat regionis mos quia uarius fuit, tunc est iudicantis id sequi, quod minimum est, ut l. semper in stipulationibus, ff. de reg. iur. & l. de quib. ff. de leg.

De Cancellaria & Vicecancellarii origine.

Ante omnia igitur illud constat temporibus Lucii papæ 3. qui per ducentos annos, & ultra, Ioannem præcessit, ut historici referunt, cancellariam fuisse in esse productam, ut patet in c. ad hæc de rescri. qui est text. Lucii 3. Et eodem modo temporibus Innoc. 3. qui post Lucium, licet ante Ioannem per plures annos in Pontificatu sedit, non tantum de Cancellaria, sed etiam de deputatis ad eam fit mentio, in c. dura. in princ. de crim. fal. & in c. porrecta, de confir. util. uel inutil. Nondum tamen illis temporibus Vicecācellarii dignitas, qui Regularum minister & custos est, quod ego legerim, inuenta fuit. Sed Cancellariæ officium per præsidentem, & quosdam alios tunc regebatur. De quo præsidēte post ea meminit decisio Rotæ. DLXV. in antiquis incip. utrum capitulum col. 1. Successu tamen temporis Vicecācellarius creatus fuit uir purus, & singularis industriæ doctor sine aliqua alia dignitate. Sūt tamen qui dicant Vicecancellarium longè ante ipsa tempora fuisse institutum, illumq; aliquando Scriniarium, interdum primicerium, nonnunquam Bibliothecarium appellantes, quòd tam ex antiquis pōtificum literis apostolicis, quam etiam nonnullorum iurium testimonio comprobare nituntur. In primis literæ Stephani Papæ 2. (qui fuit circa annum a Natiuitate Christi DCCLII.) adducuntur quæ habent hæc uerba: Scriptum per manus Benedicti Scriniarii S. Romanæ ecclesiæ in mense Iulio, indictione quinta in Sa

cratissima sede beati Petri apost. tertio anno Pontificatus, &c. Aliæ literæ Paschalis primi etiam habent hæc uerba. Scriptum per manus Theodori Scriniarii sanctæ Romanæ ecclesiæ, &c. Ex quibus quidem literis apparet Vicecancellarium Scriniariũ appellatum, quod etiam ex tex. in c. ad audientiam, de præscripr. comprobare nitũtur, ubi de Scriniario fit mẽtio. Sed in hoc diligenter est aduertendum non esse uerũ literas prædictas, ac tex. in d. c. ad audientiam, de Scriniario loquentes, debere de Vicecancellario intelligi, sed de notariis, quos hodie protonotarios appellamus, qui omnium officialium curiæ antiquiores sunt, & glo. in d. c. ad audientiam, communiter approbata, Scriniarium pro notario exponit.

De origine & officio Protonotariorum.

VNde, ut habeatur perfecta notitia antiquitatis temporum iniuria dispertitę: est notandum, ꝙ initia Orientis ecclesiæ sub Clemente 1. ut Damasus author est, creati fuere notarii septem ad res gestas martyrum diligenter conscribendas, qui bus septem urbis regiones, quæ parochiæ dicebantur, distributæ fuere, ut Platina, & alii meminerunt. Et quia Antherus papa, eius nominis primus, statuerat res martyrum gestas à notariis conscriptas, Scriniis ecclesiæ recondi, fortassis ab eo tempore Scriniarii sunt appellati, prout gl. illos appellat in d. c. ad audientiam, de præscr. & alibi sæpe. uerum, quia tpe Iulii papæ 1. non ita martyria christianorum frequentabantur, quia creuerat in immensum iã decus ecclesiæ propter Cõstantini magni conuersionem: ideo dicti notarii nihil forte habentes, quod iam de martyrib. scriberent, ex mandato Iulii 1. omnia & quęcunque alia ad ecclesiam pertinentia scribere cœperunt (ut Damasus in uita Iulii refert). ubi de Scrinio scripturarum notariorum etiam meminit, inde uerisimile est prædictis notariis, ut dixi, ab scriniis recondita rum scripturarum Scriniarios appellatos: quodq. ut creditur, inter illa ad ecclesiam pertinentia, quæ Iulius adnotare eos uoluit, Apostolicas quoque literas scribere cœperunt, quod ex antiquis literis Apostolicis Sergii papæ 4. manifestum redditur, in illis uerbis, uidelicet, Scriptũ per manus Benedicti Notarii, Regionarii, & Scriniarii S. R. E. &c. quæ quidem uerba duo indicant, primum illius bullæ Scriptorem unum fuisse ex illis septem Notariis à Clemente primo cõstitutis, ex eo, quia appellatur Regionarius, quia illis Notariis, ut dixi, septem regiones urbis diuisæ fuerant ut Damasus & Platina referunt in uita Clementis. Secundum quia appellatur Scriniarius, quia scribere solebant res dignas Scrinio, uel quæ clerici in Scrinio recondere debebant, ut dicit Damasus in uita Iulii: Constat igitur ex pręmissis Scriniarium non esse uicecancellarium, ut illi, male opinabantur, quod etiam probatur ex aliis antiquis Martini 11. Apostolicis literis literis, ubi Notarius illarum bullarum Scriniarius appellatur in hæc uerba: Scriptũ per manus Hadriani Scriniarii S. R. E. Et ita debẽt intelligi Stephani, & Paschalis summorum Pontificum bullæ superius in contrarium allegatæ, quæ non de Vicecancellario, ut dictum est, sed de Notariis intelligi debent, cum quibus aliæ literę Ben. 7. concordant, dum in eis dicitur: Scriptũ per manus Io. Scriniarii S. R. Eccle. Et hoc idem multis aliis antiquis literis Apostolicis probari posset, quas studiosus adolescens Ant. Galesius curiosissime collegit.

Creuit deinde, auctis diuitiis istorum Notariorum honor, ut ad differentiam aliorum notariorum urbis Protonotarii appellarentur, quasi primi inter alios Notarios, ut dicit Ioan. de Platea in l. 2. C. de primicc. lib. 12. ubi Alciatus, & quidam alii moder. hanc Protonotariorum dignitatẽ multum extollunt, & eos late sequitur doctus Moder. Taurinen. Io. Franc. Purpuratus in l. 1. col. 31. num. 301. cum seq. ff. de offi. eius, nec immeritò. Sunt enim sedis Apostolicæ & principis Notarii: propter quod denominationem, & dignitatem acceperunt, ut dicit Alex. in cons. 87. inci. uisis codicillis, in 2. col. in 2. uol. & ante ipsum Aret. in l. laudabilem. C. de aduo. di. iud. protos. n. Græcè, Latinè primus dicit: sicut protomartyr. primus martyr, ut dicit. gl. in §. illud. in auth. de tabellio. Hinc protocollum dicimus primam scripturam, inde protomedicus, protoplautus, protogo

nus,& quingenta alia uocabula deducuntur. Sicut etiam inter eosdem Notarios antiquior, seu decanus, olim protoscriniarius, ut Leo 8. dictus fuit uel primicerius appellabatur, tantaq. fuit illius existimatio, quod sicuti hodie decano Rotæ magnus in Capella Papæ honor tribuitur propter ministeriũ mitræ, ita & primicerio inter alios Protonotarios in signum maioris prærogatiuæ commissa erat datandi facultas, ut apparet in bullis Martini 11. ubi dicitur; Data per manus Stepha. primicerii defensoris summæ sedis Apostoli. anno Pontificatus D. Martini 11. & in bullis Stephani 7. dicitur: Data per manus Stephani primicerii anno 11. Domini Stephani. Quæ quidem datandi facultas, nescio qua de causa postea Bibliothecario Sedis apostolicæ concessa fuit, ut bullæ antiquæ Benedicti 7. & Sergii 4. testantur: quem Bibliothecarium quidam, ut dixi, pro Vicecancellario acceperunt, cum Bibliothecarii officium olim sicut hodie in palatio Apostolico aliud præ se ferat. Nam qui Bibliothecæ Lateranæ præfectus erat, Bibliothecarius dicebatur, de quo Laterano Bibliothecario Platina meminit in uita Io. 14. Sed quia locus iste non postulat circa ista officia euagari, de quib. latius scribam in tract. de official. curiæ. inserto cum illo de potestate, & stylo sacræ pœnitentiariæ. ideo omitto. Et Interim circa dignitatem protonotariorum uidenda sunt, quæ scribit Io. de Piat. in l. fi. in 3. col. C. de dec. lib. 10. & gl. pragmaticæ in tit. de causis. §. quæ qd. in gl. Protonotarios. Et quæ dñt Mod. & nouissimi rep. in c. Rayn. in uerbo adiectę impuberi, &c. fol. 157. col. 3. de test. ubi notabiliter loquuntur, & reassumit Bart. Cass. in tract. Gloriæ mundi. in 4. parte. in 29. consideratione. ubi latissime scribit de oĩb. officialib. curiæ R. Et Car. Iac. in tract. cõcilii. fol. 71. in 1. & 2. col. Et de protonotariis facit ẽt mẽtionẽ Io. de terra rubea in trac. primogenituræ. fol. 107. col. 4. Et Pet. Belluga in Spec. principũ. rub. 6. nu. x. qui ad hoc plura iura allegat, & unũ notabile priuilegium eorum ponit bonif. Bonif. de Vitalinis Rotæ auditor in clę. t. in 1 1. col. num. 151. & seq. de bæt. de quib. etiam meminerunt Mod. Vete. in proę. Dig. fol. 11. & in l. 2 ff. de orig. iuris, & Volateranus li. 39. Philosophiæ. tit. de magistratib. de qb. aliquid dicam infra in regula de non iudicando, nisi sm literas expeditas q. fi.

Redeundo igitur ad Vicecancellarium, concludo illum antiquis temporib. non Scriniarium, Bibliothecarium, aut primicerium, sed suo nomine Vicecancellariũ, appellatum. Non erat tamen hoc officiũ in tam excelso honoris gradu positum sicut hodie, quia Vicecancellarius, ut dixi, non habebat dignitatem. Adeo, quod adhuc tempore Nicolai papæ 3. Lugduuensis, quod concilii Vicecancellarius cardinalis non erat, sed priuatus homo: quin unà cũ protonotariis papæ in camera ad exequendũ mandata eius, sicut cardinales in consistorio, & diuinis officiis assistebat. Quod fuit obseruatum usque ad tempora Bonifa. 8. quo tpe ẽt ille Vicecancellarius, de quo idem Bonifa. meminit in proœ. 6. decretalium. incip. sacrosanctæ, non erat cardinalis, sed postea ab eodem Bonifa. diaconus cardinalis creatus fuit, ut Io. An. ibi. in gl. author est. Illud etiam non est omittendũ quòd antequam Vicecancellarius crearetur cardinalis, una & eadem erat ipsius & notariorum mensa semel in die de portionibus palatii sustentari solita, ad quã nullus, quantæcunque fuisset præeminentiæ conditionis, & status comedere audebat sine speciali licentia papæ. Et quod est magis mirandum, nullus ex officialibus ita communiter uiuentibus medicinã sumere, aut sanguinem minuere poterat absq; speciali licentia Vicecancellarii, faciliter obtinenda, ut in prædicto membrano libro peruetusto latius enarratur. Et hoc idẽ in cardinalibus infirmis obseruatum fuisse antiquis temporibus refert Host. Nam illi non poterant sanguinem minuere sine speciali licentia papæ, ut tradit Host. qui in hoc habetur corruptus in summa de pęnitentia, & re. §. cui confitendum, uersic. cui cardinales, & in c. ecclesia uestra, el 2. de elect. Quis autem tunc Vicecancellarii, Notariorum. Auditoris contradictarum, & Correctoris uiuẽdi modus fuerit, cuius ẽt quantitatis uel mensuræ fuerint portiones panis, uini, carniu, & ordei, quas singulis dieb. ex palatio Apost. capiebant. Quid etiam

etiam papa circa strenam, & alia cum eisdem die natiuitatis domini nostri Iesu Christi seruare solebat: quid prętерea qñ curia extra urbem proficiscebatur, prædictis officialib. conferebat seu largiretur, in dictio membranæ libro latius describūtur. Quæ licet cognitione iocunda & digna uideantur, propter notitiam uetustatis ac etiam, ut facilè percipi possit ex quàm tenuissimis principiis hæc Vicecancellarii dignitas, & sacrum cancellariæ officium in immensum creuerint. Nihilominus tamē, quia uideretur nimis prolixū, & fortassis extra propositum nostrum illa hic recensere, quæ fortè tres bonas papyri paginas occuparent, omitto. Non tamen silentio præteribo vnum satis notandum, ꝙ licet Vicecancellarii officium tam angustis tunc includeretur limitibus, & Vicecancellarius cardinalis non esset: maior tñ illi post cardinales honor, quàm reliquis aliis curię prælatis impendebatur. Designatus enim erat Vicecancellario, Notariis, Auditori contradictarum, & Correctorib. post presbyteros cardinales in capella papæ sedēdi locus, aliique honorum gradus tribuebantur illis de quib. ibi latius narratur. Et hæ quidem officialium prædictorum prerogatiuæ, quousque ex cardinalibus Vicecancellariū fieri placuit, promiscuæ erant, ac longo usu seruatæ. Sed postquam Vicecancellarius cardinalis effectus fuit, summa totius potestatis & honorum in vnum delata, illam mutuam obseruationem aboleuit. Adeò, ꝙ illa Vicecancellarii ac notariorum cōmunis ac familiaris mensa, cū portionib. quas ex palatio apostolico recipiebant locus etiam capellæ post presbyteros cardinales in dissuetudinem abiere. Inde euenit ꝙ Auditor contradictarū, qui post cardinales, & Vicecancellarium cæterosque curiæ prælatos, ut præmissum est, præcedere solebat, post huiusmodi Vicecancellarii in cardinalem promotionem ab omnibus precedebatur. Vt non ab re Bonifacius de Vitalinis, olim Rotę auditor, in clem. ne Romani. §. fanè. de elect. dixerit, Auditorē cōtradictarū quondā cæteris Auditorib. dignitatē maiorē, & loco digniorem, suo tpe potestatē localē, ab aliis Auditorib. separatam satis abiectā; ac minus honorificam, & honestam habuisse. Nec mirādum horum officialium dignitates, aut honores tēpore diminutos fuisse, cùm & alii similes curiæ Romanæ ministri eadem tēporū uicissitudine, & fortunæ turbinæ sint depressi, adeò, ut hoc tempore uix prisca eorū institutione uestigia appareāt.

Rotæ immutatio.

NAM satis apparet Rotæ Auditorium non idem, nec in eo statu antiquis tēporib. fuisse quomodo est. Erant.n. sine numero certo Auditores ad audiendum & referendum tm deputati, ut dicit Specul. in titul. de leg. §. iam nunc dicendum. uersic. Item non obstat si obiicis. Postea uerò auctis sedis apostolicæ negotiis, concessa fuit Auditorib. diffiniendi facultas, ut patet ex his quæ tradit Spec. in tit. de Auditore. Sicq. uario mō obseruatū fuit usq; ad tempora Sixti 4 qui omnium primus numerum Auditorum ad duodecim restrinxit. erant.n. adhuc tempore Sixti nume. 14. qui nominib. suis propriis in bulla Sixti super hoc confecta numerātur, sub Dat. Prid. Idus Maii. 1472. anno eius primo, & 1 pe Thomæ Fastoli erāt 21. Auditores ut uidi adnotatum per R. D. Iac. Simonettā, & hoc innuit decisio licet corruptè, in causa quinta dub. 15. eiusdē Fastoli. Nec mirū, quia erat duplex auditorū locus, uidelicet primi gradus, & secūdi gradus, ut colligitur ex 42. dubio eiusdem Fastoli, & ex subscriptione consilii Old. 265. sicut et tempore antiquo canonici in ecclesia dicebantur clerici primi gradus, sed alii simpliciter beneficiati dicebantur clerici secundi gradus, ut notat Innocen. in c. sedes. de rescrip. & in cap. fin. in 2. col. de præbend. Et isti gradus Auditorum, ut opinor uidebantur introducti respectu primæ & secundæ instanrię. itaq; Auditores primi gradus erant, qui cognoscebant simpliciter de negotio principali, de quo si appellari cōtigerat, causa appellationis cōmittebatur Auditorib. secundi gradus. Quod uidetur colligi ex dictis Oldra. in consil. 304. in prin. Et ad effectum istorum graduum bene consonant, ꝙ tunc Auditores essent. 21. uel plures aut minus, quia non erat certus numerus firmatus usque ad tēpora Sixti, sicut et neq; ante Sixtū Auditores

res recipiebantur, nec examinabantur coram Viceeancellario, quia hoc Sixtus omnium primus per prędictam bullam introduxit, ut hodie practicatur: & illa bulla ad huc in scriniis Rotæ seruatur. Sed Camerarius de mandato Papę olim auditores per dationem capæ, rocheti, & birreti recipiębat eos in matricula, postea scribi faciens, prout refert Egidius dec. 611. incip. licet capella. & Camerarius tunc erat iudex auditorum, & non alius, & ille solus Auditores excõicare poterat, ut sũt de hoc penes me plures Cancellariæ antiquę tam Greg. 11. q̃ Bened. 13. quæ omnia postea fuerũt per Inno. & Sixtũ immutatæ. Et quod est magis mirandum, Rota a tempore Sixti usq; ad nostra tempora, in quib. feliciter sedet Paulus Papa 3 uarias etiam mutationes recepit. Nã t pe Sixti non informabãt uerbo, sed datis per auditorem dubiis, aduocati de iure in scriptis respondebant, sequuti conſ. Clem. 4. de quo loquitur Spec. in ti. de requiſ. conſ. col. fi. Sed illa obseruatio parum durauit, quia tempore Alex. 6. cupiditate aliquotũ aduocatorum interrupta fuit. Sedebãt tamen tunc Auditores in palatio ter in hebdomada. Nunc uerò hæc omnia sunt immutata. Nã Clemens 8. uoluit bis tantum Auditores in hebdomada sedere, causantib. bellorum turbinibus, & luterani dogmatis incendiis, quib. Alemaniæ maior pars, & Angliæ cum in pluribus aliis ab obedientia sedis apostolicę defecerunt. Sic etiam & nunc tempore Pauli 3. informandi modus omnino immutatus extitit. Nam cùm prius procuratores omnes, & aduocati maximis partium impensis, & Auditorum molestiis uoce informarent, nescio quo pacto mutuo, & unanimi aduocatorum & procuratorum consensu, petitum fuit a Rota non amplius uocaliter, sed in scriptis informari. Quod Papæ primum, Rotæ & denique toti curiæ placuit. Sicque redemptum est tempus, quod quotidie inutiliter, cum dispendio omnium amittebatur.

Sacræ pœnitentiariæ officii uariatio.

APparet igitur ex prædictis quãta fuerit status primi Rotæ uariatio, quanta styli antiqui uicissitudo, quæ magis etiã cernitur in officio sacræ pœnitentiariæ, cuius immeritò sum regens. Illud etiam pœnitentiarię officium in ecclesia primitiua cõmuniter a plurib. immaculatæ uitæ & scię tiæ eruditione simplicib. confessoribus cũ magna autoritate, ac summo honore regebatur, ut Cassiodorus, Socrates, & Sozomenus in historia ecclesiastica testantur. Et ita pœnitentiarii in ecclesia uenerabiles & conspicui erant: ut reprehendi à Benedicto 12. meruerint Auinione anno pontificatus eius quarto, quare pileum, & protonotarii equitando non portarent, & inde euenit, q̃ pœnitentiariorum senior, quem hodie decanũ seu priorem appellant, mitrã papæ, quam hodie decanus Rotæ & publice rochetum, sicut alii curiæ Romanæ prælati gestare solebat, ut in quodam per uetusto membrano libro pœnitentiariæ apostolicæ apud S. Petrum scriptum inuenimus. Ad tantumq; honoris culmen hæc pœnitentiariorum cura deuenit, ut nõ dedignarentur olim quindecim cardinales illud munus subire, ut papa Bene. 12. refert se in quodam antiquo libro habuisse scriptum. Et hoc idem Erasmus affirmat li. 2. responsionis ad Albertum Pium Carporũ principẽ. fol. 41. Et hoc est fortassis, quod Damasus innuit in uita Marcelli, dum dicit Marcellum Papa 15. in urbem cardinales constituisse propter baptismum & pœnitentiam multorum, & idem dicit Aluarus Pelagius antiquissimus cardinalis lib. 2. de planctu ecclesiæ. art. 16. Et ita debet corrigi dictum Arch. qui idem sentit in c. ubi periculum col. 1. de elect. lib. 6. Ex quibus liquide apparet tunc cardinales pœnitentiariorum curam gessisse, à qua, crescentibus postea ecclesiæ facultatibus, fuerunt exempti ut idem Benedictus Papa refert. Si quid etiam grauis negotii pontificibus agendum occurrebat, id facilè pęnitentiariis idoneis committebatur, ut de compilatione decretalium Gregorium nonum fecisse in eaũdem proœmio legimus. Post quam uerò cura sacri officii pęnitentiariæ uhi cardinali demandata fuit, totus ille cõis pęnitentiariorũ honos, tota deniq; cõfessorum subornatio, & reciproca cura perire, ac simul cũ officio ad unum tantum cardinalẽ, quẽ maiorẽ pęnitentiariũ appellarunt, deuenit. Sic. n. uariat fortuna uices.

Episcoporum dignitatis diminutio.

SEd hoc parum uideri debet, quãdo etiã episcoporum dignitas,quę maior omnibus aliis in ecclesia primitiua fuit & a iure diuino exordium habuit,eadem temporũ uicissitudo depressit. Nam (ut in ueterib. authorib.legimus)episcopi usque ad tempora Clem.5.& Io. 22. in ecclesia dei, ita in excelso honoris & æstimationis fastigio positi fuerũt,ut dignitate deprimi, aegra du minui arbitrarentur,si ex episcopi ad cardinalatus officium assumerentur. Nec immeritò.Illis enim solis data erat etiam loci prærogatiua anterior, unde adhuc post Nicolaum secundum episcopi immediatè post papam subscribebant, deinde presbyteri postea diaconi cardinales,cum ex multis,tum ex quibusdam Vrbani 2. literis Apostolicis. Dat. Salerni.14.Calend. Octob. 15. Ind. Anno Dominicæ incarnationis, M XCII. Pontificatus sui anno 5. clarius apparet, in quib. immediatè post papam,& ante cardinales subscripti sunt Ausculanus,Rappolanus,Troianus,& multi alii episcopi. Durauerat autem sub hoc tenore felicitatis illa episcoporum dignitas usque ad Bon.8.tempora;ut refert Io. And.in c.cum aliquibus, in nouella de rescrip.li.6.& in c.cum Apostolus, de censi. licet ibi habeatur diminutus. Quo tempore refert Io.And.multos prætermissos fuisse cardinalatu,quia episcopi erãt, ne sic dignitate minuerentur.Quod postea nescio quo pacto fuit immutatum: fortè, quia in palatio apostolico fuerat tunc bis pronunciatum non notari in tali promotione descensum,ut dicit Io. Franc. Paui. in extrau.ad onus:uel quia iam plenior potestas in eligendis summis pontificibus cardin.attributa fuerit, cum antea non solis cardi.concederetur,ut patet in c. in nomine.23.dist.& in sexcentis aliis locis.utcunque sit Io.And.in d. c. hanc consuetudinẽ intantum dilatatã commẽdat,uidelicet ꝙ quandoque de solis episcopis tũc fiet una cardinaliũ ordinatio seu promotio.Et miratur Boni.6. libri decretalium conditorẽ reuocatorias gratiarũ, & alia permulta inuenisse,nesciuisse tñ ista inuenire:& Ioan. And.sequitur idem Io.Fran.Pauinus auditor Rotę in tract.uisitationis,in 2.q.1.par. & reassumit Mod.Bonon.in tract.legati.

Itaque ex prędictis adparet uariam fuisse prædictorum officiorum mutationem, quam nunquam,ut opinor, meliori statu cõstitutam legimus,quàm modo.Nam,ut ad Vicecancellarium reuertamur, nõ sine magna ratione ordinatũ fuit, hoc officiũ tantum cardinalibus tribui debere. Quia Vicecancellarius ꝑ sceptrum iustitiæ quod tenet supremum inter omnes debuit tenere principatum,sicut & ipsa iustitia, quæ cæteras alias uirtutes excellit,ſm Philos.2. Ethic.& tex.in auth.ut omnes obed. prin. prouin.in princ.De qua quidem Vicecancellari excellentia latissime tradunt Mod. Tauri.uidelicet, Io. Franc. Purpuratus in l.1.ff.de off.eius, &c. Conueniens igitur fuit,non ut antea, simplicibus & priuatis uiris, sed personis magna & illustri dignitate præditis, cuiusmodi sunt cardinales hoc officium commendare,ut sic & personæ huiusmodi, & dignitatis accessione, splendore, & nominis celebritatem caperet.Et quamuis Camerarius officium longè antea cardinalibus fuerat commissum, ut adparet in c.audientiam.de præscri. & per consequens uideretur huic officio Vicecancellarius propter administrationem iustitiæ,quam gerit,cæteris omnib.præfertur,ut notant doct. in cle. 2. de elect. ideo conueniens fuit illi maiorem tribuere dignitatis prærogatiuam, sicut uidemus in Referendariis,qui Protonotariis illis antiquioribus præferuntur,propter rationem quam scribo in regula de non iudicando, nisi secundum literas expeditas.

Sed postquã huc digressi sumus, operæ pretiũ erit perscrutari, quamobrẽ hic cardinalis cancellariæ apostolicæ præfectus, Vicecancellarius potius quam cancellarius appelletur.

SOLVTIO. Laurentius, Cardinalis Zabarella,& alii in d. cle. ne Romani, de elec.dicunt hoc factum fuisse,quia antiquis temporibus ille Cardinalis certauerat de paritate cum Papa, & ob eam causam ordinatum fuit,ꝙ per diminutionem de cætero Vicecancellarius appellaretur. Ita dicunt præfati,cum quibus alii ubique doctores, more ouium primam sequentium præcipitati sunt.Sed ꝗ ista, Deus immortalis

 talis

talis frigida sint, & à uero aliena, qui uel parum historiam ecclesiasticam caluerit satis dignoscere potest. Nam ꝙ cardinalis Cancellariæ contenderit unquam de paritate cum Papa, uel appellatus fuerit unquã Cancellarius, & postea ordinatum, ꝙ Vicecãcellarius appellaretur, nullibi legimus sed sunt quædam somnia. Et ideo ego arbittor aliunde hoc nomen Vicecancellarii processisse. Nã constat summũ pontificem solũ ĩ ecclesia Dei appellari, sicut Moyses Cancellariũ Dei, eũ quoquñ, & idem consistoriũ facit. Ita in indiuiduo dñt Mod. Galli rep. c. Raynut. in uerbo uxorem nomine Adelasiã, nu. 497. de testa. Et idẽ dicũt alii Moder. in tract. ẜue Catalogo gloriæ mundi, in 4. parte in 13. cõsideratione. Si igitur Papa est Cancellarius, nõ uidebatur conueniens alium etiam Cancellarium Papæ similem nominare, sed potius Vicecancellarium, qui eius uices gereret sicut Rex in regno suo non facit Regem, sed Viceregẽ. Et hoc etiam alia ratione suadetur, quia, ut superius dictum est, Cancellaria apostolica prior fuit, q̃ Vicecancellarii promotio. & Cancellaria repræsentat sedem apostolicam, quæ habetur pro Cancellario. Hinc est, ꝙ qñ auditor remittit causam ad Cãcellariam, dicitur eam remittere ad cõsistorium papæ, quod habetur pro Cancellario: non autem remittitur ad Vicecancellarium, ut est decisio Rotæ notabilis in tit. de refer. decis. 13. in no. in incip. Item si causa committatur, &c. in fi. uerbis, quæ ſm numerum extensum est, 362. Et eodẽ modo dicimus, ꝙ in curia Romana, nulla particularis persona est fiscus, sed ipsamet sedes Apostolica, ut dicit Bart. in l. item ueniunt. §. ait Senatus. ff. de pet. hæred. Et ideo, qui hodie gerit in curiã officium fisci, non appellatur fiscus, sed uel aduocatus, uel procurator fisci. Sic Vicecancellarius non dicitur Cancellarius, quia ipse papa, & sedes apostolica dñr Cancellarii, & sunt ipsa Cancellaria. Quæ ratio non militat in regno Franciæ, ubi ipse Rex non est Cancellarius, sed hoc officiũ ab initio uni cõmiserunt, quẽ Cancellariũ appellari uoluerũt. Sed papa illã dignitatẽ nulli cõmisit, sed Vicecancellariũ creando, uisus fuit Cancellarii nomen apud se retinuisse. Hę mihi magis consona uerò uidentur, q̃ ea, quæ ꝑfati doct. dixerunt in d. cle. ne Rom.

Redeamus igitur unde digressi sumus: Et dicamus, ꝙ licet ante tempore Io. 22. Vicecancellarius, scriptores, & correctores literarum iam constituti fuissent, nihilominus regulæ Cancellariæ nondum compositæ fuerant: sed primus omnium Io. 22. tanquam bonus domus suæ paterfamilias eas introduxit. Nec solum regulas, sed etiam ut rem angustam domi iuuaret, beneficiorum etiam electiuorum reseruationes, ac taxas, quibus æstimarentur, inuenit. Collegium quoque scriptorum apostolicorum, antea sine ordine uagans, numero distinxit, ut de istis Gul. Hispanus in pragmatica Franciæ, ac Polydorus li. 8. de inuentoribus rerum, c. 2. meminerunt. Quinimò beneficiorum annatas, ex quib. tam magnos prouentus sibi & ecclesiæ cõparauit, in concilio Viennensi sub contentione dimissas, ut refert Io. And. licet mẽdose, in c. inter cætera, col. fi. de off. ord. ad usum reuocauit. Adeo, ut moriẽs uigesies quinquies centum millia nummum aureorũ ecclesiæ dimisit, ut refert frater Ptolomæus de Luca in historia ecclesiastica pontificum, in uita Io. Et hoc idem dicit, tacito autore, D. Pet. And. Gammarus Rotę auditor in scholis quibusdam impressis ad extrauagantem Iulii II. Quam quidẽ annatorum inuentionem magnum toto orbi scandalum generauit. Nec mirum, quia Io. 22. adeò cupidi & audacissimi animi fuit, ut non solum hoc uno malo ecclesiasticos uiros grauare, sed quod magis mirandũ fuit non est ueritus constitutionem facere, qua & regnum Germaniæ à regno Franciæ diuideret & Italiam ab Imperio segregaret, ut Albericus autor est. Inter hæc tamen, Rotam nouis & saluberrimis statutis ornauit: quæ hodie apud nos etiã seruantur, & quotannis initio audientiarũ publicẽ leguntur. Et in summa, ille primus administrationem iustitiæ, cuius Vicecancellarius caput est, quæ in regulis, & Rotæ ordinationibus consistit, inuenit. Quæ quidem officia successores pontifices in dies magis propagarunt. Nam ꝙ ad regulas attinet, Io. 22. in suis regulis hoc tantũ egit, abbreuiatores ĩstruere, uidelicet quo modo

modo literas in cancellaria, iuxta suppli cationum uarias signaturas, deberent expedire, quas summi pontifices deinde magis auxerunt, usque ad tempora Nicolai Papæ 5. qui omnium pontificum primus prædecessorū utiliores regulas colligens, ad plures alias iudiciales addens, eas omnes in eo statu, in quo nunc reperiuntur, deduxit. Quem successores usq; in hodiernum diem, paucis immutatis uel additis, pro se quisque sunt sequuti. Totius huius harmoniæ laus Ioāni tribuitur. Fuit enim inter cæteros mortales, non solum eruditus, sed impensæ curiosus. Nam, ut ex recētioribus solus autor est Franciscus Petrarcha lib. 2. rerū memorab. tract. 3. c. 53. Io. 22. fuit adeo rerum omnium curiosus, ut repertoria, seu indices sibi ordine alphabeti conficeret, quib. facile res omnes in prōptu, & ad manus haberet. Sic itaque ecclesiæ dei magnum pstitis adiumentū. & autoritatis prærogatiuā. Nā, ut ea omnia quæ historici in eius uita referūt, omittā qn aliud de se dignū Io. pstitisset: illud tñ erit oibus sæculis memorādū, ꝙ primus omniū Cancellariā, & Vicecancellarii dignitatē, ac Rotæ tribunal illustrauit, quæ sunt duo in urbe luminaria, & collegia præstantiora. Nam tres sunt gradus dignitatum principalium in urbe post papam. Prima est Vicecancellarii, qui administrationem iustitiæ, Regularum Apostolicarum, ac constitutionem, tutelam, & custodiam tenet: circa cuius potestatem speciales regulæ cancellariæ conditæ fuerunt. Et multi ex doctor. nostris de illo notabiles tracta. scripserunt. Secunda dignitas est Cameriatus qui præest ærario, ac ecclesiæ patrimonio, eius redditus, & prouentus procurans, ut dicitur in c. ad audientiam. de præscr. cuius autoritas olim maior fuit, ut ex regulis antiquorum pontificum apparet: de quibus mentionem feci superius de Auditoribus Rotæ loquens. Tertia dignitas est maioris pœnitentiarii, qui præponitur curiæ fori pęnitentiæ de qua latissimum tractatum composui. Primam ad lucem reduxit Io. Secundam Eugenius auxit. Tertiā Bened. 12. in lucem produxit Eugenius & Sixtus locupletiorē reddiderunt. de quib. omnibus tractatur per cardinalem, & alios. in cle. ne Romani. de elect. Et de omnib. istis ego latius dixi in tracta. de potestate, & stylo officii sacræ pœnitentiariæ, ubi de officialib. curię mentionē facio. Nā sufficit ex pdictis ostendisse. Regulas, de qb. loquimur, certā originē & initiū habuisse.

QVAESTIO SECVNDA.

Circa secūdā q. uȝ, † Nunquid reg. istæ uniuersaliter ligēt oēs ēt extra curiam?

MVLTO plura dici possent, quàm hic scribam, ex eo, quia ista materia uarios habet sinus, & plures continet recessus. Et ideo doct. uariis in locis uaria scripserūt. Quamobrem quęstionem istam ad partes disputabo ad effectum, ut contrariæ opiniones melius distinguantur, iuxta consilium Modestini in l. numerum. §. mista. ff. de mune. & hono. Quod unum (si Baldo credimus) ingenium Bartoli illustrauit; ꝑ contraria scilicet, & oppositiones procedendo. Nam tritum est sermone prouerbium, Veritatem disputatione discussam magis splendescere, ut dicit text. in c. grauem. 35. q. 9. meminit Ias. in l. qui accusare. C. de edendo. Alias. n. ueritatem sine disputatione perquirentes, similes sunt nescientibus quo ire debeāt, ut Arist. dicit. 3. Met.

Pro parte igitur negatiua, uidelicet, ꝙ regulæ non ligent uniuersaliter omnes: adduci potest primò, Quia regulæ sunt statuta quædam siue ordinationes particulares concernentes certū locū, ut patet ex earū tit. uocantur. n. regulæ cancellariæ. Et quo quidem uerbo cancellariæ, tanquam ex signo quodā locali, datur clare intelligi regulas istas nō facere ius uniuersale, sed particulare illius loci: q͂a cōcernūt ea, q̄ in dicto

ADNOT. IOAN. MILAEVS.

† Ex argumentis siquidem & collationib. frequēter latēs ueritas aperit, ut in extrau. Io. 22. Quia nonnunq̄. de uer. sig. C. & in collatione uerbū prolatū frequēter aliorū sententiā tanquā subtiliori ratione subnixum ad se trahit, ut ff. de arb. l. si in tres, & frequēter reuelat minori, quod maior nescit. 95. dist. c. esto subiectus, & si minor ueritatem inuestigauerit, nulla maiori irrogatur iniuria. l. potioris. C. de off. proc. prouinc.

dicto loco tractantur. Vnde sicut equus cognoscitur signo, ut dicit Paris de Puteo in tract. Syndic uers. probatio. Et Moder. Bonon. in §. testes. el. 1. in 8. col. instit. de te sta. Et aquis cognoscitur ex cantu, & lyra ex sono secundum Bald. in l. compatatio nes. col. fi. C. de fid. instr. ita lex an sit vni uersalis, uel particularis, cognoscitur ex loco accidentia enim multum conferunt ad cognoscendum quod quid est: l. non omnes. §. a barbaris. ff. de re mili. Bald. in l. fi. C. de execu. rei iud. Cum igitur illa adie ctio uerbi Cancellariæ, denotet certum & particularem locum, ubi illæ regulę practi cantur, dicendum erit, regulas facere ius particulare, & non vniuersale. Quia quali tas adiecta dispositioni, qualificat illam se cundum qualitatem eius, ut est texr. in pũ cto in §. sed ius quidem ciuile. instit. dę iur. nat. facit c. statutum. de electio. lib. 6. Quando igitur lex est localis, vniuersaliter extra locum non ligat. c. 1. & 2. de constit. lib. 6. l. fi. ff. de iurisd. om. iud.

Secundò, quia de natura legis vniuersa lis est, ꝙ sit perpetua & durabilis, ut dicit Archi. in c. donatum. 1. q. 7. Et Nicolaus Milis in uer. lex. §. 1. l. edita. ibi, perpetui edicti. C. de eden. Sed regulæ Cancellariæ non sunt huiusmodi, sed moriuntur cum autore suo, ut patet in procœmio regula rum, ibi, suo tempore duraturis, & cæte. Igitur faciunt legem vniuersalem. Nam si papa uoluisset regulas ab omnibus obser uari, hoc dixisset, prout dixit in cap. 1. de consti tu. & in c. omnis. de censi.

Suadetur ista opinio, quia regulæ ab ini tio introductæ fuerunt, ut officiales Can cellariæ per eas in literis expediendis in struerentur, ut patet in regulis Io. 22. Be nedicti, & aliorũ: & licet à tpe Nicolai 5. aliqd plus ad eas circa iudicia additũ fue rit, illud tñ respicit actũ in curia gerendũ. Cũ igit intẽtio põtificũ principaliter non fuerit per dictas regulas legẽ vniuersalẽ cõ dere, sed normã dare negotiis ĩ Cãcellaria & curia gerẽdis, nos nõ debemus aliter in terpretari. Quia actus agentium nõ operã tur ultra eorũ intẽtionẽ, c. si sacerdos. de off. ord. & vlti. l. nõ oĩs. ff. si certũ petatur.

Tertiò, lex cõis ex eo, quia ubiq; publi cat, ideo vniuersaliter ligat, qa tũc nõ põt ignorantia allegari, ut patet in auth. factæ constit. per totum, & in c. 1. de post. præla. & c. nouit. cum ibi notatis, de sentent. ex communi. notat Bart. in l. omnes populi. in 5. quæst. principali. ff. de iusti. & iur. cũ similibus. Sed regulæ cancellariæ non pu blicantur nisi in curia, ergo ibi tantum ligare debent. aliàs sequeretur inconue niens: quòd ubi non fieret publicatio, li garent ignoranter. Quod est contra rium rationi, ut patet in cap. 2. de con stitu. & c. 2. eod. titul. lib. 6. Et notatur in dicta authen. faciunt ea. quæ tradit Card. consil. 99. in fi.

Confirmatur ista opi. quia ad essentiam legis vniuersalis plura requiruntur, quæ traduntur in l. humanum. C. de legibus. Et Moder. in rub. de Const. Et reassumunt no uissimi repetens in l. 2. per illum tex. ff. de orig. iuris. Quę quidem in constituen dis regulis Cancellarię non seruantur. Er go non uidentur facere ius generale.

Quartò pro ista opinione adducitur, quia uidemus sententiam latam contra legem communem, etiam non deductam nec in iudicio allegatam, esse ipso iure nullam, ut in l. cum prolatis. ff. de re iudi. & in cap. cum inter. eod. titul. Et tamen sententia contra regulam Cancellariæ etiam allegatam, non tamen productam, ualet & tenet, ut latè probat Fely. in cap. 1. de re iudi. & ita hodie seruat Rota. Ex quo datur intelligi manifestè regulas istas multum à iure communi differre, & per consequens uinculum legis communis ha bere non debent. Quinimò uinculum particulare earum est adeò debilè, quod uidetur longè minus, quàm statutorum singularium locorum uel personarum. Nam statuta particulariam quam primum sunt publicata, & in uno uolumine reda cta, ligant suos subditos, ut tradunt omnes populi. ff. de iusti. & iur. & in cap. 1. de con sti. lib. 6. Sed non sic in regulis. Nam earum potestas adeò arcta uidetur, & certis ue luti cancellis ac metis restricta, ut licet re gulæ publicentur, & in vno uolumine re digantur, non tamen per hoc, uinculum aliquod iniiciunt, aut fidem aliquam fa ciunt, nec possunt allegari, sicut libri dige storum & Statutorum, nisi prius de gratia specia

speciali,& cum certa forma,& ceremonia impetrētur,ut allegari & produci possint in quibus impetrandis,illud primum quæritur,an regula sit de dandis, uel non; in quo quidem sæpe fit disputatio,tanquam sit pro aris agendum:de quo habetur inferius in regula 26. quæ omnia quantum abhorreant,& penitus aliena sint à natura legis vniuersalis & communis, nemo non facilè intelligit.

Quintò facit , quia ad effectum , ut lex vniuersaliter liget , oportet principem expressè hoc mandare , ut lex vniuersaliter obseruetur,ut nota.in l. nec Dorotheum. C.de decur.lib. 10. facit.tex. in capit.1. de constit.Sed de ista uoluntate papæ quo ad regulas non apparet.Igitur dicendum est, eas vniuersaliter non ligare.

Sextò pro ista parte adduci potest,quia ad inualidandum actum , & imponēdum uinculum , sufficit legem communem aliquid prohibere.Sed in regulis cancellariæ non sufficit,ut in eis aliquid prohibeatur: sed requiritur,ut dixi earum impetratio, allegatio,& in actis productio,& registratio,ut uinculum producant,ut notat Fely. in d.cap. 1. & probatur in d. regu. 26. Sed hæc regularum impetratio habitantibus extra curiam , præsertim in diœcesibus remotis duranimis, & quodammodo impossibilis uideretur.Ergo dicendum est , & illas non arctare extra curiam litigantes. Quia lex ad hoc ut uinculum inducat , debet esse possibilis & rationabilis,locis,personisque conueniens. vulg. c. erit autem. 4.dist.nullibi enim cautum, ꝙ litigātes extra curiam coram ordinariis pro iure vniuersali impetrando teneantur ad curiam ire , Cum igitur hoc particulariter in istis regulis cancellariæ procedat , est concludēdum eas particulariter, non uniuersaliter extra curiam ligare.

Præterea,& septimò hoc apertè probatur,quia uidemus ignorantiam iuris communis,seu vniuersalis neminem excusare. l.error.C.de iur. & fa. igno. c. ignorantia. de reg.iur.lib. 6. Et tñ ignorantia regularū excusat omnes,sicut ignorantia extrauagātium,ut tradit Abb. & alii in c. pastoralis. de fide instru. Bal.in c.ex causis. de re iud. Apparet ergo regulas non facere ius generale. Et istam opinionem , uidelicet quòd regulæ cancellariæ non inducant ius generale per totum orbem,sed ius tantùm particulare,tenuerunt plerique doctores celebres,in primis Pet.de Anch.in consil. CCXCVII. incip.efficacibus.in princip. Et Cardin.Zabarella in cons.XCIX.incip.dico,ꝙ acceptatio.Sentit Romanus in cons. CCLX.in 2.col.& Barthol.Belenzinus in tracta.de chari.subsi.q.117.in fi. & in cap. ex parte.de feud.tenet Ias.in l.1.in 5. col. ff si cert.pet.& Decius ibidem in ultima lectura Senis condita.Et idem Decius in c.2. in 2.lect.de constit.& plures alii, quos breuitatis causa non refero.

In contrarium uerò pro parte affirmatiua,uidelicet , ꝙ regulæ istæ faciant ius generale , etiam extra curiam faciunt rationes & authoritates quæ sequuntur .

In primis illud in iure clarū est,talia debere esse subiecta,qualia sua pdicata , uel eorū effectus demōstrāt.l.fundū instructū. ff.de fun instr.cū vulg.Sed si subiecta regularū materia,necnō & psona ipsius conditoris inspiciat, pculdubio cōcludēdū erit regulas istas facere ius gñale.Patet hoc,qa beneficia sup quib.regulæ disponūt, gñaliter p totū orbē possident. Ergo gñaliter regulæ debēt materiæ subiectæ adaptari, ut uidelicet ligēt ipsos beneficiorū possessores, ubiq; alias ridiculū esset dicere bñficia tm̄ unius loci,puta vbi Romę sub regulis comprehendi,quę permodica sunt,& pro maiori parte iuris patronatus.

Cōsidera ēt psona ipsius papæ regularū cōditoris,q hēt iurisdictionem vniuersalē, & est ordinarius ordinatorū totius mūdi, ut.dicit gl.in c.felicis.§.fi.de pœn.lib.6.& c.p principalē.9.q.3. & cui oïa bñficia mūdi sunt obediētialia & manualia , ut dicit Bal.in l.rescripta.in 2.& 3.col. C.de preci. imper.offe. Erit dicēdū ēt regulas ista uniuersaliter ius facere,quia causatū sapit natura suæ causæ.l.eius.ff.de oper. lib. & potētia causæ influit in causatū.l.Publius.§.1. ff.de cōd.& dem.& l.manumissiones.ff.de iust.& iur.Ex psona.n.cōditoris metimur legē esse gñalē vel specialē.c.fi.de cōst.li.6. Et qđ dicimus de parte,respectu partis,est dicēdū in toto,respectu totius. Nam sicut eps in sua diœcesi cōstōnē simplr faciens,

intel

intelligitur eam facere particularem, attenta iurisdictione sua, quæ est particularis, ut in c. 2. de constit. lib. 6. & l. fi. ff. de iur. om. iud. Eodem modo constitutio papæ in beneficialibus erit generalis, quia ipse habet iurisdictionem generalem. Propter quam rationem fuit aliàs in Rota, & etiam in signatura tempore Leonis papæ x. decisus notabilis casus, de quo meminit D. Gul. Cassiodorus quondam Rotæ auditor diligentissimus, in quadam decisione incip. Dubitaui tempore feriarum &c. Dubitatur enim nunc temporis, an auditor in curia Romana uigore cõmissionis deputatus cum ista clausula simpliciter, & cum potestate inhibendi posset inhibere extra curiam. Quidam dicebant, quòd non, quia per illam clausulam nõ dabatur potestas inhibendi extra curiam. Et ideo ex quo cõmissiones sunt stricti iuris, illa clausula debebat intelligi de inhibitione in curia per decisionem primam de proc. in nouis. Tamen contrariũ tenuit signatura per dicta Fely. in quibus dam nouis cancellariæ, quæ hodie habentur per manus plurium. Quem pro contraria opin. allegauerat Alex. Et inter cætera, ista opinio principaliter fundata fuit in ratione superius dicta. Quia papa causam committens, erat uniuersalis princeps habens iurisdictionem spiritualem generaliter per totum orbem. c. cuncta per mundum. 9. q. 3. unde considerata potestate committentis, quę est uniformis, tam ad curiam, quàm extra, illa clausula cum potestate inhibendi simpliciter, & in dubio prolata, debebat cõformari & regulari secundum potestatem eius, ut uidelicet liget generaliter tam in curia quàm extra. arg. l. si pluribus. de leg. 2. & l. Iulianus. de legat. 3. Pro qua decisione allegat ibi D. Guliel. plures rationes quæ uideri possunt. Ita hic uidetur dicendum, quòd sicut potestas papæ uniuersalis est, ita & regulę istæ ab eo simpliciter conditę, debent uniuersaliter omnes ligare, nisi specialiter aliud statuatur.

Secundò pro ista parte facit, quia istæ regulæ appellantur constitutiones, ut patet in isto titulo. Et tamen constitutio, dicitur lex generalis, ut tradunt doct. in rubrica de constit. maximè Fely. & Moder. & est textus in c. constitu. secunda distinctione. Et patet etiam in rub. ff. de consti. princ. Item dicuntur etiam ordinationes. Et quælibet ordinatio papæ habet uim legis generalis, ut dicit Do. in c. fin. §. in 2. notabili. per illum text. de hæret. libro 6.

Et licet dicantur regulæ cancellariæ, & sic respectu illius dictionis cancellariæ, uideantur esse locales: tamen rectius consideranti illa dictio nihil facit, quia ponitur ad demonstrandum, de quibus regulis papa loquatur: nàm cum simplex regularum appellatio sit incerta, & plures regularum species comprehendat, ut tradunt doct. in c. regula. 2. dist. & Moder. omnes post Dy. in rub. de regu. iur. oportuit de necessitate papam aliquam adiectionem ponere, per quam intelligeremus de quibus regulis loqueretur. ut in simili est tex. ualde nor. in l. Insulani. ff. de acqu. rer. do. Sic etiam uidemus Iurisconsultos per huiusmodi adiectiones, leges distinxisse. Nã quasdam appellabant consulares alias tribunitias, alias Cornelias, &c. ad indicandum de quibus legibus loquerentur. ut patet in c. quærendam. 2. dist. Et tamen ridiculum esset dicere leges illas propter illas adiectiones non esse perpetuas, & generales.

Dicuntur igitur istæ regulę, quia in cancellaria publicantur & registrantur. Sicut ius prætorium dicitur à prætorio, in quo magistratus ius dicebant, ut habetur in §. prætorium. instit. de iure natu. & in l. 1. ff. de offic. prætor. Et tamen nemo dicet ius prætorium fuisse particulare illius loci, ubi magistratus ius dicebant, sed potius ius generale, ut in l. in honorariis. ff. de actio. & oblig.

Vel dicuntur regulæ cancellariæ eo respectu, quia maior pars regularum concernunt expeditionem literarum, quę in cancellaria expediuntur. Et sic capiunt denominationem ab eo quod frequentius fit, arg. gl. in cle. 1. in uer. præsidente. de rescrip. & in l. unica. in uerb. sponsam. C. de rap. uirg. Et licet aliæ regulæ sint quæ modum expeditionibus nõ pouant, prout sunt omnes regulæ contentiosæ, quæ in iudiciis uersantur: nihilominus,

quia

quia illæ etiam regulæ iudiciales in cancellaria registratur, & per Vicecancellarium conceduntur, recipiunt nomen ab illo loco, sicut pleraque alia iuria communia & generalia acceperunt nomen uel ab authorib. suis, uel à locis, ut patet in d. cap. quædam prout etiam de lege Falcid. & Macedoniano, & Velleiano in quingentis locis iuris constat: propter quorum denominationem non desinunt illæ leges constitutiones generales & vniuersales appellari. Sic ergo licet istæ regulę cancellarię appellentur, non tamen hæc denominatio seu adiectio aliquã specialitatem legis arguit. Sæpe enim lex denominatur à loco uel ꝑsonis à quibus magis frequentatur, ut in l. 2. ff. de orig. iur. Sicut & apud ueteres Romanos, Fabii, Pisones, & Lētuli dicti, quia hoc leguminum genere, fabis, pisis, ac lentibus illi uiri frequentius utebantur. inde propter illam frequentiam cognomen illud sortiti, ut author est Plin. lib. 18. nat. histo. c. 3. Ex quibus plures enumerat Alexãder Parthenopeus lib. 1. dierum genialiũ. c. 9. Hæc enim uel similia cognomina propter frequentiam alicuius facti imposita, neque rei, neque legis naturam, uel eius uinculum immutant. Et per ista primũ argumentũ contrarię partis resolui uidetur.

Tertiò pro ista parte facit, quia regula idem est quod ius, & de illa argumentatur sicut de iure, ut est tex. in c. canon. 3. dist. Et notat Io. Franc. Pauinus, Rotæ auditor in tracta. de offi. & potesta. ca. sede uacan. in prima quæst. principali. col. fina. ubi plura scribit de regula. Idẽ not. Bal. in c. quod sicut. de elect. & in l. si quis seruo. col. fina. uersic. nec mireris. C. de furt. & Arch. Flor. in prima parte summæ titu. 11. c. 2. §. 1. & tit. 17. capitul. 1. §. 11.

Quartò, pro ista parte non desunt uiri graues, qui hanc opinionem tuentur, quorum numerus & dignitas communem opinionem facere uidentur. Nam in primis istam opinionem tenet Rota, cuius authoritas in tam illustri & excelso loco posita est, ut ab ea recedere nefas quodammodo uideatur, quæ sententiarum grauitate, & authoritatis pondere cæteros doctores licet numero plures superat, & eius opinio propter eius authoritatem communis reputatur, secundum Imol. & And. Sicu. in c. olim. el 2. col. 11. de lit. contest. Nam communis opinio non ex numero doct. sed ex pondere authoritatis fit, ut dicit Alexand. in consil. CCII. col. fi. lib. 7. & ob eam causam dicta sine uota conformia dominorũ Rotæ cæteris præferuntur, ut uoluerunt Mod. Hispani in paraphrasi ad l. iura sanguinis. ff. de reg. iur. & Moder. Asten. in tract. nuptia. fol. 124. post Alexand. quem ibi allegant. Et non solùm opin. Rotæ propter eius authoritatem, sed etiam propter numerum doctorum in ea militãtium cõmunis dici potest. Sunt enim auditores Rotæ duodecim qui non solent fortuitu & à casu uota sua proferre, sed causa sæpius ꝓcuratorum & aduocatorum informationib. trutinata, ac ꝓpriis studiis discussa: eorum igitur opinio melior, tum propter eorum authoritatem, quæ sola, ut dixi, communem opi. facit, quàm etiam propter numerum personarum: tum quia eorum uota habentur pro sententia, magis uera & firma præsumuntur, quàm dicta aliorum doctorum pro libito scribentium. arg. ca. prudentiam. Et quæ ibi no. Abb. de officio delegat. Nam alii doctores non ita simul idem negotium discutiunt, & examinant, sed particulariter pro se quisque, & id vel pretio alliciti consulendo, uel causa instruendi iuuenes, & eorum ingenia acuendi, in scholis legẽdo opiniones suas proferunt. Nam qui consulit propriam uidetur utilitatem prosequi, quę facit homines aliquando à uero deuiare, & interdũ contraria consilia dare. ut dicit Ias. in l. si ex toto. §. fi. colum. fi. ff. de legatis primo. Qui uerò legit, solet multa ingenii & gloriæ causa proferre, quæ uera non sunt, ut de Barbatia dicit Fely. in cap. cæterum. in 6. col. de rescrip. Præsertim, quia doctores facientes communes opiniones faciunt eas per adhæsionem uariorum doctorum uariis & successiuis temporibus factã, non communicato consilio, nec adhibita communi discussione: & ideo faciunt sicut aues, quæ quando una uolat, aliæ omnes sequuntur, ut ad literam dicit Decius in consil. 494. incip. quod supra, &c. col. fi. Quæ ratio cessat in auditoribus Rotæ per ea quæ dicta sunt. Et quia auditores Rotæ à com

à communiter accidentibus eliguntur uiri vndecunque doctissimi, qui in Rota quotidie magis deputantur, ueluti aurum in fornace, ut dicunt Moder. repe. in rep. l centurio. fol. 23. ff. de vulga. & pupil. Adeò, ꝙ licet doctor semel examinatus non debeat amplius examinari: tamen si assumatur ad suprema officia, prout auditor Rotę, debet iterum examinari. Ita formaliter dicit Bald. in cap. scriptum. col. 2. de electio. ubi dicit ita de facto seruari Romę in auditorib. sacri palatii. Quam quidem authoritatem, & legum peritiam præcellentem, non aliunde prouenisse arbitramur, quàm ex multiplici uirorum prudentum, sæpe de causis disputantium, concursu, quorũ mutuæ & frequentes disputationes, & inter agendum actiones, eminentem in auditorib. producunt scientiam, & rerum omniũ experiẽtiam pariunt. propter quam Rota non immeritò uberrimus fons Canonistarum appellatur. secundum Fel. in c. qm̃. §. porrò. col. 4. ut lit. non contes. Inde non abre Egidius in deci. 37. dicit, ꝙ inter ioca ecclesiastica nulla est toto orbe Rota pręstã tior, ubi melius ac celerius causæ decidunt propter peritiam dominorũ Rotę. Et quia ibi est disertissimus modus causas audiẽdi, consulẽdi, & decidendi, facit decisio. 320. in not. Et ob eam meritò constitutum fuit in c. fi. de fo. compe. ꝙ curia Roma. diceret mater aliarum curiarum ecclesiasticarũ. Et dicit Card. in cle. quamuis. in princi. de appella. ꝙ stylum iudicandi Romanæ curiæ seruare tenentur inferiores ecclesiæ, cũ secundam Mod. Asten. præponatur nobis tã quam speculum ad imitandum. Sequitur Andr. Sicu. in c. ex literis. col. 9. uersic. 4 ꝓbat. de consti. Plura ad hoc quæ aliàs ex uaria lectione collegi in laudem & meritum honorẽ huius sacri auditorii Rotæ possem adducere: sed ut studeam breuitati, tum etiam ne suspectus uidear, cum sim ex eodem ordine indignus auditor, & omnium indoctior, omittam. Quanuis ex hoc nemo succensere debeat, si tantum laudes ab aliis doctorib. hincinde scriptas retulerim. Nam qui scripta aliorum refert, culpãdus non est, quasi ipse dicat, ut dicit gloss. in l. Gallus. §. idem credendum. in uerb. prone pos. ff. de li. & posthu. refert Dec. in c. ad hæc. in princ. de rescript. & in c. iurauit. in 11. col. de proba. Redeundo igitur, unde sum digressus, dico istam opinionem uidelicet, quod regulę cãcellariæ ligent omnes etiam extra curiam, tenuisse Rotã in pluribus causis, quas inferius locis suis in commentariis cuiusque regulæ adnotabo. Et ultra Rotam locis inferius adnotandis, istam opinionem etiam tenuit Ioan. Franciscus Patauinus doct. magnę scientiæ & experientię, & quondam auditor Rotę in præludiis extrauag. Et Fely. etiam auditor Rotæ in c. 2. de rescrip. Et ante ipsos Nicolaus Milis etiam auditor in suo repertorio in uerbo, lex. §. 2. Et Lud. de Interamne ex eodem ordine in quodam suo consilio reddito in causa Messanen. parochialis. Dec. in l. 1. col. fin. ff. si cert. pet. Quem ibi, Mod. Taurinen. in 11. col. & quidam alii sequuntur. Et secundum istam opinionẽ fuit iudicatum in concilio, siue parlamento Tholosano, ut patet in eius decis. 444. incip. Item fuit quæsitum, an regulæ cancellariæ, &c. Et hoc idem tenet glossator, infrà in regula 9. Et quid Modern. Nicolaus Boerius in tract. leg. q. 1. Et Nicolaus Euerardus in tracta. de locis legalibus. fol. 11. in 2. col. cum quib. etiam concordat ille insignis glossator concilii Basilien. in titulo de reseruationib. in fin. in uerbo, regulas. Et eandem opinionem sequitur And. Sicul. in consi. 57. in 2. colum. lib. 1. qui ad hoc allegat Pet. de Anch. sibi contrarium. Et secundum istam opinionem consuluit Stephanus Bertrandi doctor modernus, & practicus in consil. 292. uisis copiis. in 3. columna. libro 3. nouiter impresso. Et hoc idem latè probat Bar. Chassaneus doctor copiosus in consil. 10. uiso processu in 5. col. ubi dicit, ꝙ regulæ cancellariæ ligant per totam Frãciam, adducens pro ista opinione Pet. de Anchar. in consil. 295. pro clariori euidentia. ubi idem Pet. arguit de regulis cancellariæ sicut de lege. Et ita etiam arguit Fel. in c. 1. de re iudic. & in c. quod super his. in 3. col. uer. secunda conclusio. de fide instru. ubi ęquiparat regulas cancellariæ legibus, uel canonibus pœnalibus, dum quærit, an sub illis comprehendantur cardinales. Et idem facit Dec. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. in 8. colu. de const.

Et an

Et ante ipsos Io. And. in regula, nemo po test. de reg. noucl. Et cum ista opinione etiam transit Io. Franc. de sancto Nazario aliàs nuncupatus de Ripa in 2. lib. interpretationum. super cap. 2. de rescri. Et plures alii, quos breuitatis causa non refero. Ex quorum numero satis apertè colligitur, istam esse magis communem opinionem. Non obstant, quæ in contrarium pro parte negatiua adducta fuerunt. Primum, quod istæ regulæ concernunt ius speciale, ex quo denotant certum locum, appellãtur cancellariæ. Quia ad hoc responsum fuit in primo argumento partis affirmatiuæ. Quibus addo, quod ista ratio non concludit in principe habente iurisdictionem, qui licet faciat actum concernentem certum locum, uel personam, nihilominus ille actus non proptérea faciet legem particularem sed vniuersalem: ut l. fi. C. de legib. ubi apparet sententiam principis in certa causa latam vniuersales ius facere, & omnes ligare. Et idem facit epistola principis directa certæ personæ. Nam habebit uim legis uniuersalis, ut in l. 1. uer. per epistolam. ff. de consti. princ. cum concord. ut scribit Io. de Platea in l. neque. C. de decu. lib. 10. Ex quib. apparet, illud argumentum non procedere in actib. principis, sed inferiorũ ut declarat Ias. in l. 1. in secunda columna num. 24. ff. de ser. Non obstat, quod regulæ non sunt perpetuæ, quia hoc non facit quominus tempore quo durant, dicantur uniuersaliter ligate. Nam non reperitur inter requisitas legis, quod lex debeat esse perpetua, sed potest esse temporalis, & nihilominus generaliter ligabit. Quia hoc positum est in uoluntate principis, ut in terminis istarum regularum tenet expressè Gemi. in consil. 93. incip. clemens 7. Aliàs uidetur primo, &c. Nihil enim refert ad uniuersalitatem legis, quod lex sit temporalis quia in hoc uoluntas condentis attẽditur ut not. in c. nobis. de sen. excom. & in cle. 1. de uita & honesta. cleric. Sicut uidemus in extrauag. ad regimen Benedicti, quæ licet fuerit temporalis, ut patet in ea, tamẽ attenta iurisdictione papę uniuersaliter ligat. Nec dictum Archid in dicto cap. donatam. facit, quia illud respicit frequentiam. Nam à communiter accidentib. lex solet esse perpetua: tamen si contingat fieri ad tempus, nihilominus uinculum generale cõstituet, cum hoc pendeat, ut dixi, ex uoluntate principis. Et ad hoc plura iura adducit Domi. in dicto consil. 93. quæ omitto. Nec obstat, quod regulæ non publicãtur, nisi Romæ. Ergo extra eam possunt probabiliter ignorari. Quia respondentur, quod sola publicatio facta Romæ in cancellaria apostolica sufficit, quo ad hoc, ut ligent extra curiam, ut tenet Io. Mona. in regula in generali. de reg. iur. lib. 6. & Ioan. Andr. super data sexti. Nam Romæ etiam publicantur omnes aliæ constitutiones omnes aliæ constitutiones perpetuæ, & ligant per totum orbem, & sunt in usu. Et ideo Paulus de Eleazar. in proœmio clem. dicit, sufficere quamlibet constitutionem papę publicari Romæ, quę est caput omnium ecclesiarum & orbis. Nec requiritur, quòd in singulis locis fiat publicatio. Et hoc idem in terminis nostris, uidelicet, quòd sufficit regulas istas cancellariæ publicari in curia Romana, quo ad hoc, ut uniuersaliter ligent, conclusit in contingentia casus, consilium, siue parlamentum Tholosanum in decisione sua 444. in secundo dubio. Et rationem istius opinionis reddit Imol. in dicto proœmio, quia Ideo sufficit publicatio in curia, cũ papa habeat pedes plumbeos, & est quasi immobilis, dans cuncta moueri. Ideo eius statuta non sunt singulorum aurib. inculcanda. cap. 1. de postu. prela. Sed Imperator non habet pedes plũbeos, quia non stat firmus, sed discurrit huc atque illuc per prouincias. Ideò dicta authen. ut factę no. constit. procedit in Imperatore, & non in papa. Et ita tenet Henricus Bohic in capitulo secundo de const. Præterea, quia dicta authen. procedit in noua constitutione, quę non potest ilico per famam innotuisse, ut patet ex rubrica eiusdem authentię. Sed regulę cancellariæ propter earum uetustatem à tempore Io. 22. primi earum conditoris adeò toto orbe notissimæ effectę sunt, ut nihil notius. Nã penè innumerabiles causę per totũ orbẽ reperiuntur uigore istarũ regularum iã decisę: Et secũdũ eas arctat, & regit priuilegia torum existentium extra curiam. Per easdem etiam uires, robur & limitationes ca

piun

piunt expectatiuæ & reseruationes extra curiam. Limitatur etiam ordinariorum potestas, ut quotidie experimur. Igitur si ne aliqua publicatione deberent ligare, ut dicebat Hugo, quem refert Paulus in dicto procemio. Præsertim cũ quasi omnes iudiciales regulæ habeant decretum irritans, quia sunt de dandis, ut notatur in frà in reg. 26. Et constitutio, quæ habet decretum irritans statim ligat, ignorantes, ut tradunt doct. Ant. Imol. & mod. in c. 2. de consti. Et ideo multis de causis istę regulæ deberent sine aliqua publicatione cunctos ligare. Verum quia morte pontificis regulæ extinguuntur, uisum, fuit, ut per nouum pontificem publicentur, per quem iterum ad instar phœnicis reuiuiscunt, & ueluti aquila renouantur: quæ idem publicatio, non ad illum effectum fit, ut innotescant, cum ferè eædem regulę sunt, quę approbantur, sed ut per huiusmodi publicationem dignoscatur uoluntas approbatoria ipsius noui pontificis. Qui si eas tempore assumptionis suæ ad apostolatus apicem non approbaret, mortuæ manerent. Fuit igitur isto casu necessaria publicatio. Et ꝙ publicationis tempus in regulis nõ tantum attenda ur, sed uoluntas Papę iam usu comprobata, apparet manifestè. Quia licet regulę istę hodie publicentur & legantur in cancellaria: tamen Papa decernit, & statuit eas ex tunc in crastinum assumptionis suæ ligare. Et sic ante tempus publicationis. Vnde si uacaret aliquod beneficium post assumptionem Papæ, & ante publicationem regularum, tale beneficium nõ caderet sub expectatiuis prædecessoris, cum iam per regulas illæ expectatiuę censerentur reuocatæ. Et ideo acceptari non posset tale beneficium, ut refert glossator hic in procemio regularum, dicens, istum casum tempore suo contigisse in Rota. Adde ꝙ eundem casum decidit Gemi. in conf. 92. in 2. col. qui notabiliter loquitur. facit Pet. de Anchar. in clem. 1. de concess. præb. Et ita in eodem casu, secundum opinionem gl. & Gemi. conclusit Rota triplicatis uotis in una Romana canonicatus sanctæ Mariæ maioris coram me de mense Iunio, MDXXXVIII. Nam in dicta causa Valerianus obtinuerat à Clemente expectatiuam, per quam fuerat creatus in canonicum sanctæ Mariæ minoris anno M.D.XXX. Cuius uigore sequenti anno fuit receptus in canonicum. Deinde uacauit canonicatus in ecclesia sanctæ Mariæ maioris 14. Octob. M.D.XXXIIII. per duas horas post solis ortum. Et sic eodem die, quo D. noster Paulus Papa III. ad Apostolatus apicem assumptus fuerat, qui fecerat regulas suas inter alias reuocatorias expectatiuarũ, & creationum in canonicum, etiam si per eas aliq̃ui recepti fuerint in canonicos. Quas quidem regulas legi, & publicari fecit in cancellaria 15. die Oct. M.D.XXXIIII. Quas uoluit extunc in crastinum assumptionis suæ (quæ fuit 13. eiusdem Mensis) seruari debere cum decreto irritanti. Per quam regulam Pauli cõstat fuisse reuocatam creationem & receptionem in canonicum dicti Valeriani ex eo, quia postquã incepit ligare regula initio ipsius diei 14. Octob. accidit inde ad duas horas uacatio canonicatus, qui secundum præmissa acceptari non potuit. Et per consequens ualuit prouisio D. N. Pauli facta episcopo Cesenaten. Pro quo pronuntiauit, ut dixi, causa ptius pluries proposita & uotata.

Non obstat etiam dum dicebatur sententiã latam contra regulam ualere, secus contra legem. Quia respondetur per hoc non argui regulas generaliter non ligare. Quia uidemus etiam sententiam latam contra extrauagantem constitutionem ualere, ut tradit Fely. in cap. 1. de re iud. & in dicto cap. pastoralis. Et tamen nemo dicet extrauagantes non esse constitutiones generales. Ratio igitur diuersitatis inter legem & regulas talis esse dignoscitur. Quia Papa pręter ordinem aliarum legum communium uoluit & constituit, regulas non ligare, nec fidem facere, nisi illæ prius darentur per Vicecancellariũ, & dominos Abbreuiatores, ut patet infrà in regulæ 26. Sed hoc non reperitur de lege communi sancitum. Vnde si non esset tex. dictę regulæ 26. idem dicendum esset de regulis quod de lege, ut uidelicet sententiæ latæ contra ipsas essent nullæ. Sed in regulis hoc factum fuit bona ratione, Quia

Quia ex quo propter mortem pontificū regulæ expirabant, & multoties successor aliquā ex regulis prius editis negligebat, uel consultò omittebat, nonnunquā editas innouabat, ac immutabat, ut experientia docet. Ideo ne contingeret super ista diuersitate dubitari, introductum fuit regulas nullam fidem facere, nisi ex fonte cancellariæ, & ex mandato Vicecancellarii, & sic ſm formam traditam in d regula 26. cōcedantur, ꝙ in lege perpetua statuere non oportuit, quia semper fixa stabilis manet, nec per successiones pontificum uariatur, cum morte condentium non expirat. Et idem in extrau. noua, quæ idem operatur quod lex, ut dn̄t Abb. & omnes in d. c. pastoralis, & in d. l. cum prolatis. Si uero ignota fuerit extrau. eadem seruabitꝰ in ea solennitas quam in regulis diximus obseruari sed diuersa alia ratione. Nam cum tales extrauag. ignotæ, insertę non reperiantur sub aliquo certo uolumine, sed in incerto uagentur, & sicut Vespertiliones sub umbris quodammodo delitescant necessarium fuit ad effectum ut innotescāt, & sine aliquo uitio appareant, recurrere ad cancellarium, ut lucem & certitudinem ueritatis capiat, ne de eis in postę tum dubitetur. Et ita se stylus habet. Crederem tamē, ꝙ etiam si in eius exactione non seruaretur prædicta solennitas, si tamen contrarius usus eius non probetur, & allegetur in causis, ꝙ sententia contra illam non ualeret. Quia est lex uera, generalis, & perpetua, non recipiens mutationem morte conditoris. In regulis tamen militat alia ratio, ut dixi, quod contingit ꝑꝑ successiones pontificum uaria sentientium. Adeo ꝙ ꝑꝑ hanc rationem dixit Fely. in c. Rodulph. in 15. col. de resc. ꝙ stylus curiæ sit uolubilis & mutatur ad mutationem pontificum, qui faciles sunt in mutādis statutis prædecessorum, ut patet ex uarietate tꝑum circa stylum, ut refert Ioan. And. in c. 1. de elec. lib. 6. Et melius ac clarius hoc idem manifestum redditur ex inspectione antiquarum & modernarum regularū, inter quas multiplex est differentia, adeo ut quilibet pontificum magis uisus, fuerit nouis regulis constituendis intēdere, quàm à prædecessorib. editis approbandis. Quæ omnia iustificantur per tōnē c. non debet. de consan. & affi. Propter istā igitur uarietatem fuit ordinatum, regulas illas sub prædicta forma dari. Hinc est ꝙ quamprimum per exactionem regulæ à Cancellaria sumus clari, & certi de tenore regulæ, si semel apud acta producatur, illa productio sine alia noua extractione à cācellaria facienda prodest, quo ad omnes alias causas coram quibuscunque iudicibꝰ decidendas, & faciunt ius generale. Nam transportato registro causæ, ubi semel ꝑducta fuit regula, datur plena fides illi, & sententia contra eam lata erit ipso iure nulla.

Et tamen circa hoc ulterius aduertendum, ꝙ istæ regulæ dantur dupliciter, aut in curia, & sufficit ꝙ dentur per uicecancellarium, uel regentem cancellariæ cum subscriptione duorum abbreuiatorum. Si uero extra curiam dentur, requiritur supplicatio Papæ. Et tunc datur sub plumbo. Et tali casu extra curiam faciunt fidem, ut lex. Et qui vult eis uti in causis extra curiā mittat pro eis, alias ſm ordinationem Papæ non ligant. Nec per hoc potest inferri non facere ius generale, quia ex prædictis apparet contrarium. Formam uerò dationis regularum, & extractionis a cancellaria, & qualiter dentur ad perpetuam rei memoriam, & quid si petantur regulæ prę decessorum, uel uiuentis pontificis dari, ponit Hier Paulus uicecorrector eruditus, & summus practicus in eo libro qui uulgò intitulatur, Prouinciale ecclesiarū, siue Practica cancellariæ. fol. 27. ubi uidendum est, nā liber ille est approbatus a sede apostolica, ut dicit Car. in cle. 2. §. irritum, in 3. q. de elect. Et ipsum Hironymum Paulum summè laudat Io. Bap. de S. Seuerino in tract. pensio. q. 30. col. pen. Et per ista patet solutio ad alia argumenta. Nā, ut ad ea vno uerbo r̄ndeam, si huiusmodi regulæ in aliqua sui tōne in curia non concludant: rō tn̄ generalis earum & potestas cōdentis uniuersalis non restringentis se ad certum locum, concludit ut dicantur constitutiones generales. Vt tamen magis prę dicta omnia sustineri ualeāt, possent fęde re disti. istæ opin. concordari, ut uidelicet prima opinio procedat in regulis quæ nō

sunt de dandis. Illæ.n.ex quo respiciunt expeditionem literarum curiæ in cancellaria faciendam,& per consequens restringatur ad certum & particularem effectum & locum, tales dñr constitutiones speciales,& non ligant extra curiam. An uerò loquimur in regulis quæ sunt de dandis, ꝑ ut sunt ferè omnes iudiciales,quæ hñt decretum irritans,& in illis procedat 2.opin. Et istam dist.uidetur sentire & tenere Io. Franc.Pauinus in prælud.extrau. Io. 22. & Fel.in c.ex parte.el 1. de rescr. Et alii plures ex prædictis doct. Non tamen inficior plures regulas iudiciales reperiri in hoc volumine quę non procedunt coram ordinariis extra curiam propter aliquam particularem rationem,de quibus ibidem suo loco dicemus. Et hæc in uniuersum & quodammodo in genere circa istam quæstionem dicta sufficiant.

QVAESTIO TERTIA.

Circa tertiam principalem quęstionem, Nunquid regulę istæ Cancellariæ ligēt ipsum Papam,earum conditorem?

SOLVTIO. Ista quæstio considerata, subiecta materia aliquarum regularum uidetur impertinens, cum regulæ istæ pro maiori parte modum impetrandi beneficia,ac possessores eorum concernant, quæ in papa verificari non possunt: cum neq; ipse impetret illa,neque habeat,à quo beneficia impetrare possit, cum ipse idem sit dominus, & beneficiorum effector, non habens superiorem supra se, ut tradunt latè Moder.in capit.1. de constit. Neque etiam beneficia, super quibus regulæ loquuntur, possidentur ab eo. Ita que attento isto motiuo, quæstio ista redderetur frustratoria. Posset tamen ista quęstio quadrare in illis regulis quæ concernunt animæ periculum, de quibus ibidē suo loco particularis tractabo. Neque ex eo,ꝙ Doctores istam quæstionem formāt in lege cōi,de qua solet plurib. locis iuris dubitari,nunquid liget ipsum conditorē? Potest eodē modo hic adaptari,cum lex cōis uarios,tractatus,recessus, ac finus habeat,sub quib.Papa facilè includi posset. Non sic in regulis,quæ uniformem materiam tractant,uidelicet,beneficiorum. Itaque tanq̃ de re non pertinente, non curabo hic papyrū denigrare. Quia hāc quæstionem in specie latissimè attigi tanquā in regula, De infirmis resignantibus ubi est proptius locus.

QVAESTIO QVARTA.

Videndum est, nunquid sub dispositione istarum regularum generaliter, uel indefinitè loquentium comprehendantur Cardinales.

SOLVTIO. Quia quæstio ista specialiter super aliquibus regulis discutietur, & plura quę hic dicentur,commnnia erūt iis,quæ ibi sigillatim scribam. Ideo particularibus argumentis ad illas regulas pertinentibus omissis,motiua aliqua ab illis diuersa in hoc genere ponam, quibus cognitis facilè dignosci poterit qñ Cardinales sub dispositionibus gñalib.tam regularum q̃ iuris communis comprehendi debeant,& quando non.

In primis igitur dicendū uidetur Cardinales sub gñali dispositione legis uel constitutionum non comprehendi hac ratione. Quia persona quę inter alias supereminentē qualitatem habet, nisi specialiter nominetur,non uidetur sub generali constitutione comprehendi.Hoc dicit in specie Io.And.in c.1.de schisma.lib. 6. ubi tenet, ꝙ licet sub dispositione generali cōprehendantur episcopi,non tñ comprehēduntur cardinales. Quia maior ratio est in Cardinali,quàm in episcopo propter maiorem eius qualitatem. Vnde facilè credimus ortum stylum cancellarię qui habet, ꝙ quando cardinalis impetrat,non debet narratiua rescripti formari per uiam sua nobis,uel significauit, uel conquestus est nobis,ut fit in aliis omnibus impetrationibus.Sed debet rescriptum habere specialē formam distinctam ab aliis, uidelicet, exposuit nobis dil. fil. noster tit. S. Praxedis,&c.ut per hoc denotetur singularitas personæ.Et quod dictum est de cardinalibus,idē de regib.& eadē rōne dicendū est quia contra reges de stylo cancellariæ literæ contentiosæ non dantur. Nec etiam in his quæ illis destinātur per papam, ponitur uerbum mandamus quatenus,&c.sicut in aliis ponitur,ut dicit Spec.in tit. de rescr præsen.§.ratione formæ. uers.item contra reges,facit tex.in cle.1.de test.ibi,

reges

reges & principes in dño exhortamur,&c. Et inde euenit,q in derogatione iurispat. laicorũ reges,nec duces eadem rõne non comprehenduntur, nisi specialiter nominentur, ut est cautum regula cancellariæ ordine 40. Et hoc idem caueri de iure cõmuni firmat Fel.in trac.quando lit. a post. noc.pat.in 6.col. vers. ampliatur. 8. facit tex.in c.fi.de off.dele.li.6.& c.ne aliqui.de priui.eod.lib.Et in extrauag.execrabilis.§. 1.cum conc.ut dixi in regula de infir.resi. q.2.Et ista oĩa in rõne fundantur, quia ex quo hmõi personæ distinguũtur à plebe, seu vulgo tanquam an resigna ui, honestũ est ne iure ordinario regulẽtur,qui prærogatiua quadã singulari cæteris pferuntur.

Et in eadem rõne fundatur illud,'quod dicitur mandatum concessum ad beneficia,non capere dignitatem, uel beneficiũ simile qualificarum, ut est tex. in c. fi. de præb.Sic etiam tex.in cle.1. de reg. qui loquitur de monachis & aliis habentibus administrationem, non cõprehendit abbatem,quia ibi non nominatur, ut tenet ibi Card.post Matth.in 6. opp. Ex quibus omnib. conflatum putamus cõe illud dictum,legem generaliter loquẽtem, nuũq̃ comprehendere casus specialiter priuilegiatos, ut dicit gl.in auth.de hær.quæ ab intest.in pri.& reassumit Ias. in l.postquã liti.col.fi.C.de pac.sequitur Dec. cons. 5. & añ ipsos Gem.in consil.30.cum simi. ut per Fel.in c.1.in 7.col.uer. secunda dispositio,de rescr. de quo latius dixi in commentariis c.statutum,nu.47.de rescr. li. 6. Et ideo non ab re de stylo & usu curiæ,qñ summi pontifices uolunt cardinales tacitè sub dispositione generali comprehendere solent eos saltem per clausulas illas generales,Cuiuscunque status, præeminentiæ, gradus uel dignitatis existant, includere. Nam dicta clausula de sui natura includit personas,quæ alias non comprehenderentur: quamuis etiam illi sint reges, serui, monachi,uel Iudæi,ut dicit Arch.in c.quãuis,de off.ord.lib. 6. Et nouissimè quo ad reg.Scotiç,q sub illa clausula,Cuiuscunq; status,&c. comprehẽdatur, tenuit Rota in una Brechi. uicariæ coram R. D.Io. Paul. Ptolemæo die 9.& 11.Decemb.1538.

Quantum uerò ad cardinales, de quib. hic agitur, q sub generali & uniuersali dispositione regularum includantur, qñ est apposita illa clausula, Cuiuscunque status,&c.tenuit ẽt Rota in una alia Feira. archipresbyteratus, ut dicam in fine seq. qõnis.Vbi verò nõ apponeretur dicta clausula, uel illa nominatim in constõne expressi non essent, nõ uidetur papa eos uelle comprehendere tanquam cæteris excellentiores,per ea, quæ nouissimè cumulat Franc.de Ripa in l.1.col.8.nu.59.ff.de vul. & pup.ubi illud,quod dictum fuit de regibus, multipliciter limitat. Et in hoc multum defertur personis huiusmodi, præsertim regib.ut scribit Præp.Car.Ale.in c.episcopus,col.fi.18.dist.& Corset. in tract. de pote.reg. Cùm igitur cardinales inter ecclesiasticos uiros,post papam, locum primũ teneant,ut tradit Fel.in rub.de ma. & obe.in 5.col. adeò q fratres principis appellentur,sm Io.And.in c.i.de schis.li.6.& in c.q̃ periculosum,de sen.exc.eo. li. Et sicut papa unicus ecclesiæ sponsus dicitur, ita Card.filii primi gradus appellantur,ut dicit Io.And.& Imo.in c.felicis.de pœ.lib. 6.Meritò igitur pp talem excellentem dignitatem sub gnalib. constitutionib. præsertim odiosis(cuiusmodi sunt regulæ istę cancellariæ)cõprehendi non debent. Quã opi.multis rõnib. probat Abb.Pan.in cle.i. de exe.præla.in prin.Nam si de ducib.marchionib.& aliis illustris nobilirate pollentib.in reg. 40. & aliis plerisque magna hr̃rõ,quid de cardinalib.dicendum erit? qui non solũ illustres, sed utili magis sublimẽtur in diademate principis scripti dñr,& adeo sunt papæ chari,& iuncti, ut unum corpus cũ papa facere est existimẽtur,qua de causa pars corporis papæ appellantur, in d.c.felicis, & alibi eius collaterales inscribuntur,de quib.latius scribit And. Sic. in cons.j.col.14.lib. 1. in suo tract.Card.facit bonus tex.in c.Cõstãtinus,91.dist. Quã obrẽ illis patritiatus dignitas cõcessa fuit, ut referunt pręfati doc.Sũt.n.patritii,principis patres,ut no.in auth.constit.quæ de dig.Nã nullus ad talẽ dignitatẽ ascẽdit,nisi prius eius fides & industria in aliis dignitatib.fuerit approbata,ut ĩquit Io.de Pla. in l.nemini C.de consul. lib. 12. Et latius Mod.in l.i.ff.de off.eius.Nõ immeritò igi

tur dicendũ erit, gñalib. constõnib. eos mi nimè cõprehendi. Imò fortius uoluerunt Mod. in trac. de po. leg. 5. concl. ꝙ licet di spositio, c. de multa. de præbe. sit multum necessaria ecclesiæ: nihilominus cardina les pp eorũ supremam dignitatem non comprehenduntur sub illius dispositione quamuis dispositio illa, ut dixi, sit alioqui honesta & sanctissima, ac ecclesiis fauora bilis. Illa enim qualitas ex cellentis dignita tis, qua cæteris præstant adeò subiectum alterare uidetur, ut sub simplicibus & ge neralib. dispositionib. non comprehendã tur, ut uidemus propter eandem rationem qualitatis factum fuisse in c. statutum. iũ cto c. licet can. de elect. li. 6. ubi sub dispo sitione loquente de parochiali, non com prehenditur parochialis collegiata, pro pter illam digniorem qualitatem: sic sub regulis de clericis loquentibus cardinales comprehendi non debent. Et hac ratio ne Io. And. in c. 1. de schis. lib. 6. dicit, sub reuocatoria, de qua in c. fi. de concess. præb. lib. 6. Card. non includi. Nam inanis esset tantę dignitatis prærogatiua: nullus illis tributus honor uideretur, si cum cæteris, ueluti cum turba sub reg. generalibus cõ prehenderentur. Conueniẽs igitur est di cere eos non comprehẽdi. Quam opi. te nuit etiam Rom. in cons. 468. in casu quo quæritur, ubi per plures rationes probat clausulam generalem, & omnes alios, &c. Cardinales nõ comprehendere. Sequitur Felyn. in c. cum in iure peritus, in 3. col. de off. deleg. & Bart. Belenz. insignis auditor Rotæ in c. quod super his, de fi. inst. Et plu ra ẽt argumenta & motiua pro ista parte cumulat Pet. de Anch. in cons. 295. & 297. quæ breuitatis causa non refero. Cum qui bus uidentur transire Mod. in c. ecclesia S. Mariæ, in 8. col. de const. Et ante ipsos Fel. in c. in eos. in fi. de hæret. His accedit, quia cardinales dicuntur patres spirituales, & columnæ ecclesiæ, ia cle. si quis suadente, de pœ. Vnde sicut Augusta, quæ reputatur pars corporis Augusti non cõprehenditur in generali dispositione, ut patet in l. pe. C. de do. inter uir. & uxor. Ita neq; card. q sunt etiam pars corporis papę, ut in d. c. fe licis. comprehendi debent. pręterea Augu sta ex eo, quia assistit principi in consulen do & regendo orbẽ, gaudet illius specia li priuilegio, ut in l. bene à Zenone. C. de quad. præsc. ita ẽt cardinales, qui assistunt lateri papæ, & sunt eius consiliarii, ut in c. fundamentũ. §. decet, de elect. lib. 6. & in c. per uenerabilem. §. rõnib. qui fil. sint le. debẽt pari priuilegio gaudere. Et per ista duo motiua, & alia quæ non refero, istam opinionẽ in terminis regularum canc. te net An. Sic. in c. in nostra, in 2. col. de rescr.

Istis tamen non obstantib. cõtraria opi. uidetur firmior & uerior. Pro qua primò facit, quia generalis dispositio legis non solum causas, sed etiã personas priuilegia tas cõprehendit, ut no. Bal per illum tex. in l. in fraudem. in fi. de test. mil. cum cõc. ut scribit Dec. in cons. 5. & in l. 1. num. 9. ff. de reg. iur. & in c. qua fronte. in 2. col. de app. Præterea quia lex gñaliter dicit, ꝙ ca nonũ statuta ab omnib. obseruẽtur, ut in c. 1. de const. Et ab ista generalitate non re periuntur excepti cardinales, igitur dicam eos comprehendi.

Nec obstat prærogatiua dignitatis eo rum. Quia licet illa multum attendatur in honorib. deferendis nõ tamen talis digni tatis præeminentia liberat a uinculis legis quæ usque adeo omnes uiuentes astrin gunt, ꝙ etiam ipsa Augusta quæ alioquin irradiatur radiis Augusti, & habet priuile gia quę habet ipse princeps, ut in l. fiscus, §. fi. ff. de iu. fis. Et una, & eadẽ persona, & caro cũ principe reputaт̃, sub gñali legum uinculo cõprehenditur, ut est tex. notabi lis in l. princeps. ff. de leg. Et per hoc respõ det ad motiua And. Sic. in d. c. in nostra, ut procedant qñ Augusta specialiter excipiẽ in l. prout. in d. l. pe. & in l. bene a Zenone.

Suadetur hoc, quia Cardinales nihil aliud sunt, q̃ consiliarii ipsius Papę, ut in c. fundamenta. §. decet. de elec. lib. 6. & in c. parochia. 16. q. 1. cum conc or. ut scribit And. Sic. tract. Card. in j. q. Quia in arduis pręsertim in legib. faciendis cõsilio iuuãt Papam. Nam in huiusmodi grauib. nego tiis solent consiliarii interuenire, ut in l. humanũ. C. de leg. Et tamen nemo dicet consiliarios nõ subiici legib. cũ ab illis nõ excipiantur nisi solus princeps, ut in d. l. princeps. Oẽs igiт̃ alii legib. subsunt. Quin imo ipse idẽ princeps, licet solutus sit le gibus,

gibus, non tamen a ratione naturali ipsius immunis uidetur, ut latissimè scripsi in regula, de infirmis resignantibus, q. 1. & 2. & tradit latè And. Sic. in cons. 1. in 1. uol. Quare concludendum est, ꝙ cum regulæ istæ generaliter loquantur & non excipiant Cardinales, sub eis uidentur includi. Sed ut opiniones ad concordiã reducantur, iudicio meo distinguendi erũt plures casus.

Primus est, quando constitutio prohibet aliquid quod de se est malum & inducit peccatum. Et isto casu Cardinales & omnes cuiuscunque alterius dignitatis proculdubio comprehenduntur. Hinc est quòd sub dispositione c. si quis suadente. 17. q. 4. Cardinales includuntur. & dicit Ioan. Monac. loco inferius allegato, & Fely. in c. quod super his. in 4. col. uersi. 3. quia sequeretur. de fid. instru.

Et ita dicimus ꝙ c. omnis utriusque sexus. de pœni. & re. licet de cardinalibus non loquatur, eos tamen comprehendit per ea quæ dicit Abb. in c. omnes. de ma. & obe. in c. nouit. in 3. col. de iudic. Et in summa ubicunque lex concernit utilitatem animæ, non solum Cardinales, sed etiam omnes principes sub ea cõprehẽduntur, ut Præpo. dicit in c. non licet, in princ. 10. dist. Et in specie hoc tradit per uiam regulæ Io. Mon. in extraua. Bonif. 8. quæ est prima in ordine, sub tit. de sent. exc. in extrauagantibus communibus glos satis per eundem in uer. clericos. ubi hoc per bonas rationes probat, quæ uideantur ibi. Nam in istis quæ sunt de genere malorum tanto grauius quis punitur, quanto maior est qui peccat, ut in c. cum quidam. de iureiur. Pro quo facit illud dictũ Iuuenalis Saty. 8. Omne animi uitium tãto conspectius in se Crimen habet, quantò maior qui peccat habetur. De quo dicto meminit gl. in uer. tanquam, in c. 2. §. fi. de transla. episc. & pro eo est text. in l. presbyteri. C. de epis. & cler.

Secundus est casus, quando constitutio non prohibet aliquid quod est per se malum, sed quia prohibitum, & si talis constitutio sit pęnalis & odiosa, continens odiũ rationale, tali casu cardinales includũtur ut notat in simili Bal. in l. quicunque. C. de ser. fug. Quod est uerum, nisi per talem constitutionem pœnalem, si eos includeret, tollerentur eorum priuilegia. Quia tali casu non comprehenduntur, nisi in specie fieret de illis mẽtio per rationes, quas scribit Ias. in l. postquam liti. col. fin. C. de pact. arg. l. decurionib. in prin. C. de silen. lib. 12. Et ante ipsum hoc dicit And. Sicul. in c. ecclesia S. Mariæ, num. 7. de const. & in c. 1. num. 77. de rescr. Et tenet expresse Gundisal. Rotæ auditor in tract. Card. q. 12. in fi. Sed quando eorum priuilegia nõ lędерentur, procedit quod dictum est.

Ex quo infertur, ꝙ dispositio, c. de multa. de præb. licet in cardinalibus nõ loquatur, eos tñ comprehendit, ut tenet Abb. in c. ecclesia. el 2. ĩ 2. no. de elec. Licet postea Io. 22. qui certis de causis fauit multũ cardinalib. ut in alia regula scripsimus, eos in extrau. execrabilis, exceperit. Per quod datur intelligi, ꝙ alias illi cõprehendebãtur. Et ita etiam Rota in una ualentina archidiaconatus de Xatiua coram me pẽdente voluit, de mẽse Nouẽb. 1531. sub indulto cõferẽdi beneficia omnib. mensib. concesso archiepõ Valentino, tunc cardinali Leod. nũcupato, cõprehendi personas cardinaliũ habentium beneficia in dicta diœcesi. Nã tunc in facto accidit, ꝙ cardinalis de Vich, qui obtinebat archidiaconatũ prædictũ de Xatiua diœcesis Valentinæ mortuus fuerat in quodam loco parũ distanti ab urbe, uoluerunt dñi mei prouisionẽ dicti archiepiscopi card. Leod. de dicto archidiaconatu ualere, & non illam papæ, licet in indulto dicti archiepiscopi nulla de cardinalib. fuerat facta mẽtio. Et ita ego pnũtiaui, & sñia mea postea per duas alias sententias fuit confirmata. Mouebatur Rot. inter cætera, illa rõne, quia in gñalibus dispositionibus, non incontinentib. odium irrationale, cardinales comprehẽduntur, nisi nominatim excipiantur. Sic videmus, ꝙ sub dispositione ele. auditor. de rescri. Cardinales cõprehẽduntur, licet nulla ibi de illis fiat mẽtio, ut tenet ibi inter alios Bonifacius quodã Rotæ auditor, col. 2. vnde ea rõne, qua dicimus cardinales cõprehendi sub pdictis dispositionib. eadẽ rõne est dicendũ sub regulis cancellariæ cõprehẽdi debere. Qđ tenuit Fel. in c. ad aures, in 7. col. uer. octaua concl. de rescr. referẽs

D.Fran. Pauli. quondã auditorem Rotę celeberrimũ dicere in commento extrau. ad onus. Rotam tpe suo bis iudicasse regulas cancellariæ Cardinales comprehendere. Et istam opin. pluribus locis firmat Oldr. in cons.211. ad propositum. Et in consil. 321. & aliis de quibus per Fely. in d. loco. & hoc idem late probat Bart. de Belenzi. quondam etiam auditor Rotæ, & Fel. præceptor triennalis (ut ipse dicit in c.2. in 14. col. de rescr.) in tract. de chari. subsi. q. 66. Et eãdem opinionem defendit idem Fel. in c. quod super his, de fide instru. Et ita etiam hodie, qui est dies tertia Iunii. M D X X X V I I I. idem conclusit Rota coram R. D. Io. Paulo in una Caurien. canonicatus & præben. dum uoluit, ꝙ priuilegiũ concessum clero Hispaniæ per Leonem x. de reuocandis omnib. regressibus sine consensu concessis, comprehendit etiam cardinales habentes similes regressus sine consensu, etiam si habuerunt eos ex causa onerosa: licet hoc de causa onerosa super eodem priuilegio iam prius iudicauerat Rota in una Calaguritan. Archidiaconatus in fauorem D. Io. de Anguiano per tres sententias, quarum ego primam tuli: secundam D. Marcellus, tertiam D. Io. Paulus, rationes illius decisionis non referam, ne sim longior, & quia etiam non faciunt omnino ad materiam, de qua hic loquimur.

Redeundo igitur ad propositum, cõcludo quo ad istum secundum casum, ꝙ attẽto, ꝙ Cardinales sunt de populo, sunt etiã subiecti papæ, ut principi, sub cuius territorio degunt: conueniens uidetur, ꝙ eius legibus ligentur. Quia lex omnes subditos & omnes de populo ligat, vulg. l. cunctos populos, & cap. i. de censi.

Tertius casus est, quando constitutio continet odium irrationale, & exorbitans à reg. iuris communis, & tunc est concludendum, sub tali constitutione Cardinales non comprehendi. Et isto casu militat illud quod dictum est de prærogatiua dignitatis, & procedunt omnia motiua superius pro ista parte scripta. Et ita ubique doct. sentiunt & firmat expresse And. Sic. in d. c. in nostra. in 3. col. de rescr. ubi dicit ꝙ cardinales non comprehenduntur sub regulis cancellariæ odiosis. Et istam dicit esse firmã opinionem, Sicut firma petra. Et eam tenet etiam D. Gondisaluus olim auditor Rotæ in suo tract. Card. & alibi sæpe doc. Et iste casus potius innititur authoritati scribentium, quàm ꝙ sit lege, aut ineuitabili ratione suffultus: quia ratio illa, ꝙ lex generalis omnes pariter ligat, diuites & pauperes, paruos & magnos, militat etiam isto casu. Et quamuis dispositio contineat odium irrationabile, & exorbitans, tamen talis lex ualet, & tenet, ut late probat Dec. in c. cũ oẽs. in 5. not. de const. Et talis lex, licet sit dura, est tñ seruanda, c. in memoriam 19. distin. & uulga. l. prospexit, qui & à quib. Sed quia ex usu & interpretatione prudentium iã receptum est, Cardinales sub tali dispositione odiosa non comprehendi, transeundum est cum ista opi. ne plus æquo sapere uideamur. Et sic per istam rationem dicimus, ꝙ dispositio extrauag. iniunctæ Bonifacii 8. posita in tit. de elect. inter extrauag. communes quæ disponit neminem admitti debere ad administrationem ecclesiarum sine literis expeditis, non procedit in cardinalib. ut Bar. Belenz. in d. trac. de char. subsi. q. 66. refert ita iudicasse tempore suo Rotam. Ratio esse potuit, quia illa constitutio est exorbitans à regulis iuris communis: quia ius commune ultra supplicationem signatam non requirit alias literas, nec per consequens literarum expeditionem, ut est tex. & glo. in cle. dudũ, §. nos enim, de sepul. Et latẽ dicemus super regula 25. ubi est proprius locus. Præsertim, quia ipsi cardinales sunt immunes à taxis officialium, ut quodã suo latissimo priuilegio, & capitulis antiquis in conclaui continentur. & dicetur super regula de ualore. Esset igitur irrationabile, ꝙ talis constitutio eos cõprehenderet. Et per eandem rõnem dñt regulam de ualore, neque etiã extrau. execrabilis, Cardinales cõprehendere: quia esset ualde odiosum illis, & quodammodo iniuriosum, si attentis rõnib. dictæ extrauag. sub ea comprehenderent, ut ibi probat. Et sic ẽt tpib. Abb. Pan. seruatũ fuerat, ꝙ episcopus promotus in cardinalẽ, non perdebat episcopatũ, quia plerique consuluerunt c. de multa. nõ pcedere ĩ cardinalib. nisi papa aliter dispone-

ret.

ret. Et ita tunc factum fuerat cum Card. S. Crucis, quo ad episcopatum Bon. & cũ Cardinali S. Marcelli, quo ad episcopatũ Senen. ut refert Abbas in c. bonæ. el i. in 3. notabili. de postul. præl.

Quartus casus & ultimus est, quando constitutio est fauorabilis & priuilegiata, & tali casu Cardinales comprehenduntur licet de illis mentio non fiat. Quia ex quo plus cæteris in uinea domini laborant, & quotidie inseruiunt, & assistunt ecclesiæ S. Dei, & Christi uicarios agendo & consulendo, dignum est etiam ut maioribus attollantur fauoribus, ut in ca. 1. de off. leg. lib. 6. & in l. ius senatorum. C. de dig. lib. 12. Sic etiam sub regulis de annuali & triennali possessore, quæ fauent possessoribus licet in eis de cardinalibus mentio non fiat: Cardinales tamen comprehẽduntur, & sub aliis regulis fauorem cõcernentibus, super quibus in discursu materiæ particularius hoc discutiam, & clarius examinabo.

QVAESTIO QVINTA.

Circa quintum dubium, uidelicet, an in generali & uulgari derogatione constitutionum, & ordinationum apostolicarũ comprehendantur regulæ cancellariæ?

SOLVTIO. Si titulum seu rubricam regularum attendimus (quæ regulas istas constitutiones uocat) certè dicẽdum erit, eas sub tali derogationem includi, eadem ratione, qua dicimus sub dicta clausula ius commune comprehendi. Quod etiam cõstitutio appellatur, ut patet in c. constit. 2. dist. & in rub. de const. Nec in hoc potest ratio diuersitatis assignari, iuxta tex. in c. i. de const. li. 6. Tamen contrariam opin. seruat stylus cancellariæ, & Ro. Cur. qui hoc casu pro lege habetur, & illi standum est, iuxta tex. in c. quàm graui. de cri. fal. cum uulg. De quibus latè Fel. in c. 2. de rescr. in uerb. stylus, qui quidem stylus à Rota recceptus, disponit sub clausula generali, non obstantibus constitutionib. & ordinationibus apostolicis huiusmodi regularum constitutiones non comprehendi, nec illis censeri derogatum, nisi de illis specialiter mentio fiat. Et ita in terminis conclusit Rota coram reuerendis patribus dominis, Nicolao Aragonia in una Zamorem, Thesaurariæ, de mense Nouemb. 1533. & in alia Ro. pecuniaria, coram D. Ioan. Paulo, decis. 20. Nouemb. 1536. In quibus domini concluserunt per illa uerba, non obstante regula de acceptandis, & quibuscunque aliis dispositionibus, non censeri derogatum regulæ de ualore exprimendo. Et in illa Romana uoluerunt, per clausulã, non obstantibus constitutionib. & ordinationib. apostolicis, in commissione appositа non censeri derogatum regulæ 35. de non appellando ante diffinitiuam. Et ẽm istam decisionem iudicatum fuit in fauorẽ Frãcisci Flores cõtra And. de Nouaria. Et istam opinionem, uidelicet, per generalem derogationem non censeri derogatũ regulis cancellariæ, nisi in indiuiduo illis derogetur, tenent expresse Mod. in trac. de benef. in 3. parte. q. 46. in 4. col. fol. paruo. Et licet ista opinio in stylo consistat: nihilominus, ut ex prædictis & infra dicendis apparebit, aliquod fomentum iuris in se continet. Nam satis notum est, regulas cancellariæ continere clausulam derogatoriam uoluntatis sequentis actus, ut dicit Pet. de Anch. in cons. 297. in princ. Quo casu non sufficit generalis, sed requiritur specialis derogatio, ut no. Bar. in l. si quis. in princ. ff. de leg. 3. & doct. in c. cum in stan. de censi. & tradit Dom. in consi. 39. col. 2. & And. Sic. in c. cum tibi. num. 17. de testa. Ratio redditur ẽm Bar. in d. l. si quis, in prin. in 3. col. Quia clausula derogatoria habet uim cuiusdã protestationis præambulæ, & talis protestatio declarat in sequenti actu uoluntatem deesse, nisi expressa reuocatio fit, ut in l. at si quis. §. pleriq;. ff. de relig. & sump. fun. cum similib.

Et ista ratione dicimus, ꝙ licet per simplicem clausulam non obstan. tollatur cõstitutio apostolica: non tamen tollitur constitutio conciliaris, quia habet clausulam derogatoriam. c. ex parte. de cape. monac. & tradunt communiter doc. in c. non nulli. de rescri. Sic etiam in generali derogatione constitutionum, & ordinationum apostolicarum, etiam priuilegiorum, nõ censetur derogatum priuilegiis iure communi insertis: nisi specialiter dicatur, ut not. gl. in auth. qua in prouincia, in uer. illi. in fi, & ibi Bar. & cęteri. C. ubi de cri. agi

opor.cum aliis concord. ut scribit Felyn. in c.de rescrip.& in capi. nonnulli.in 11. col.eo.ti.

Quod etiam alia ratione suadetur, quia tales actus continentes clausulam derogatoriam, sunt qualificati. Sed clarum est, ꝙ in hoc istæ regulæ uidentur habere simileẽ qualitatem Unde sicut de dictis qualitatibus debet fieri expressa mentio, eadem ratione & de regulis. Et ideo dixit Io. And. in c.ei, cui de præb.lib.6. ꝙ per clausulas. Non obstan. nunquam censetur derogatũ statutis habentib. certam qualitatem, nisi specialiter fiat mentio. Qualitas enim in actu consistens, facit eũdem mutare in diuersam speciem, ut in l.quæsitum.§.illud. de leg.3.& l.si cui lana.de leg.2. Ex quo sequitur, ꝙ licet regulæ cancellariæ sint constitutiones uniuersaliter ligantes, sicut ius commune: nihilominus propter diuersas qualitates, per quas à iure communi differunt, diuersam uidentur habere naturam. Et ideo in derogatione generali cõstitutionum, istæ constitutiones non ueniunt, sicut appellatione beneficii non cõprehenditur dignitas, nec beneficium curatum, ut in c.si.de præben. Et ibi declarat Abb. non quia dignitas, uel curatum non dicantur beneficia ecclesiastica, sed quia sunt qualificata, ideo non comprehendũtur, ut patet in c.statutum, de elect.lib.6. Et ita uidemus, ꝙ in legato lanæ non ueniet lana tincta: nec in donatione marmoris ueniet qualificatum, uidelicet, figuræ ex marmore factæ, ut d.l.si cui. & d. §. illud. Quòd autem istæ regulæ habeant diuersam naturã à constõnib. iuris communis, ultra quod de se est manifestum, hoc ulterius probatur. Quia constitutiones iuris cõmunis statim facta publicatione ligant, ut traditur in c.2.& fi.de const. Item sunt perpetuæ. Sed istæ constitutiones cancellariæ fiunt temporales. Et licet etiam à tempore publicationis ligent: ut lex cõis, ut dicit Gem. consil.92. nihilominus non statim ligant, nisi seruata prius solennitate posita inferius in reg.16. neque illa sola sufficit, nisi regulæ sic obtentæ, & cum illa solennitate datę, in actis postea producantur, uel nisi papa hoc uelit, ut dixi superius in 2.q. Item quia istæ regulæ sunt speciales rõne derogationis. Quia licet per prædictã clausulam, Non obstan.&c. censeatur derogatũ iuri cõi hoc est uerum, nisi ius cõe habeat clausulam derogatoriam, ut superius dixi. Et tradunt Mod. in c.1.de cõst. li.6. Quam quidam clausulam continẽt regulæ istæ. Et licet alio respectu regulæ, cõstitutiones generales appellentur, isto tñ casu pñt dici speciales, ratione derogationis. Et ita saluatur, & iustificatur, quod dicit Bart. in §.& sic quodque. C. de nouo Cod.fa. dicens, ꝙ ius non clausum in corpore iuris, non est generale. Nam debet intelligi rõne reuocationis, uidelicet, q̃a ita requirit specialem mentionẽ, sicut ius particulare, iuxta c.1.de consti. li. 6. Secus autẽ respectu uinculi, quia ligat omñes quãdo innotescit. Rõ est, quia ex quo non est clausum, potest ignorari, & ideo requiritur derogatio, sicut de iure particulari. Hinc uidemus, ꝙ licet sententia principis faciat ius generale, ut est dictũ superius in 1.qõne, tñ ualet sententia cõtra illud ius, quia põt probabiliter ignorari, & ideo cẽsetur quo ad hoc particulare, ut dicit Car. in c.pastoralis, de fi. instru. Et in summa, quot sunt qualitates in constitutiones seu actu differentia iure cõi, ut sunt istæ regulæ, tot inducuntur obstacula, & quot sunt obstacula, tot debent esse derogationes & expressiones.c.ex tuatũ. de autho. & usu pallii, & tradit Bar. i l.si nõ lex Aelia Sẽtia ff.de hær.inst. Et hoc est qd' uoluit sentire Car.in cõs.j. ti.de resc. dũ uoluit, ꝙ ꝑ clausulã, Non obstantib. consuetudinib. & statutis, &c. non tollũtur obstacula tpalia cuiusmodi sunt istæ regulæ, quæ temporale impedimentũ afferunt, sed illa tm̃, quæ inducerẽt extinctionẽ gratiæ, hoc est impedimẽta quæ statim annullãt, ut sunt illa q̃ resultant ex aliis statutis, uel a iure cõi, q̃ statim absq; aliqua ꝓductione impediũt & annullãt. Sed regulę Cãcel. nõ annullãt, nec statim impediũt actũ faciendũ, sed ita demũ, si instituta lite regulæ impetrentur & producãtur, ut sæpius dictũ est: interim tñ actus factus cõtra regulas ualet, & tenet. Clausula igitur, Non obstantibus capit illa quæ obstant statim tempore factæ gratiæ absque facto hominis, non ea quæ ex post, & ex interuallo possunt impe

impedire: quia illa accidentaliter eueniūt & ex facto posteà faciendo retiotractiuo: arg.text.notabilis in l.1.ff.de in lit.iur. Et notat Iason in §.quadrupli. in 3. notabili. Institu.de actio. Et hoc uidemus in extra uag. quæ licet sint constitutiones genera les,& ubique ligent,tamen ad effectum, ut illis derogetur per clausulas generales, non obstantib. constitutionib. &c. sortiū tur naturam constitutionum specialiū, ut uidelicet,non intelligatur derogatum eis, nisi de illis fiat mentio,saltem per hęc uer ba, Non obstantibus constitutionib. & or dinationib. apostolicis etiam extrauagan tib.sicut de constitutione speciali requirit tex.in cap.1.de constit.lib.6.uel secundum modum quem ponit antiquus ille abbre uiator Hispanus in libro styli cancellariæ, in capite de clausulis generalibus non ob stantibus.

Et hoc ulterius suadetur, quia per illā clausulam non obstan.constitutionib.&c. non censetur in dubio derogatum,nisi cō stitutionibus ordinariis, non autem extra ordinariis cuiusmodi sunt extrauagantes, & regulæ cancellariæ.Nam clausula gene ralis ad extraordinaria non refertur,ut est tex.ad literam in l.Seio. §. medico. ff. de ann.lega.Quem in notabili casu,ad propo situm huius dicti, inducit Oldra. consil. 129.Andr.Sicu.in consi.18.in 1.col.& con sil.21.col.6.& consil.26.in 9.col.lib.2.cum concord.ut scribit Decius in cap.inter cæ tera.de appella. et aliquid dicam in regu la de triennali.

Iustificatur ista opinio ex alio, quia pa pa difficilius præsumitur hebere notitiam talis iuris extrauagantis, quàm iuris ordi nariis,ut notatur in cap.pastoralis.de fide instru.Hinc dicimus,ꝙ licet non admittaē positio iuris communis ex eo,quia ius cō mune ordinarium presumitur certum, ut tradit Barto.in l.ornamentorum. ff. de au ro & arg.lega.Tamen quando tale est ius, in quo uerisimiliter potest cadere ignorā tia, ut est ius constitutionis extrauagan tis,tali casu bene admittitur positio ta lis iuris, ut dicit Bartol. in dicta l. orna mentorum. cum aliis concor. ut scribunt Franc.Curtius senior in tracta. positionū. in 13.breuiloquio, & Ioannes Sadoletus in l.2.colum.13.ff.de confes.

Et ꝓ ista opinione,uidelicet,ꝙ requiraē mentio extrauagantis,renuit Nicolaus Mi lis in uerbo priuilegium. contra ius com mune post Anto.de Butrio in c.1. de con stit.lib.6.

Et prædicta omnia quæ dicta sunt de extrauag.militant àfortiori in istis regulis attētis stylo & rationib.prædictis. Et licet extrauagātes aliquæ sint notoriæ, sicut ēt & pleræq; regulæ istius uoluminis, tñ re spectu derogationis illa notorietas nihil facit,cū ꝓ hoc nō desinant esse ius extra ordinariū,& a corpore iuris communis ex trauagās.Quo casu,ut dictū est, derogatio clausulæ no obstātib. cōstitutionib. capit tm̄ ius cōmune ordinariū. nō aūt extraor dinariū. Præsertim cum extrauag. & regu læ debeāt prius impetrari & dari iuxta for mā traditā in dicta regula 26. Quod indu ctū fuit, ut sciamus extrauag. & regulæ, quæ dantur,an sint in usu, uel non. Pro quibus faciunt ea,quæ longo discursu scri bit Fely.in cap.3.in 5. col. de re iudic.

Et ista de plano procedēt, qn̄ derogatio fit per uiā rescripti. Secus uerò si facta sit per uiam legis.Quia tali casu per illā gene ralē clausulā nō obstātib. cōstitutionib.& ordinationib.apostolicis, censeretur dero gatū istis regulis Cācellariæ non facta mē tione de illis. Hoc probatur in simili per notabile dictum Domi.in c.cū nō deceat. de elect.lib.6.ubi dicit, ꝙ licet per clau sulam non obstantib.tollatur actus, & nō iuramentū sui eo contentum,nisi fiat men tio specialis de illo,ut ibi est gl. Si tamen illa derogatio fieret per uiam legis,tali ca su per simplicē derogationē derogatur iu ramēto,nulla facta de illa mētione. Et ita limitat gl.ibi,& sequitur Fely. in c.constitutus.in 4.col.uer. limita secūdo de rescr.

QVAESTIO SEXTA.

Vltima quæstio principalis est, utrum ꝑ istam clausulam non obstantibus regu lis Cancellariæ,positam in literis apostol. censeatur derogatū regulis iudic.notoriis ut est deannali,triennali,de subrogādis,& similibus.

SOLVTIO. Quidam uoluerunt per di ctā clausulam esse derogatum illis dunta xat regulis,ꝑ quas possint īpetrātes impe diri

diri ne literæ expediant. Ita tenebat Car. Anconit. in disputatione, istius puncti, facta corā Papa Clemente 7. sup quadā bulla in D. Beregerius Sagāta, ut pcurator interuenerat, ut ipse mihi retulit. Tamen ad uertendum, est quia illud dictum non ui detur ex omni parte uerū ex eo, quia non video quare potius per illam clausulam, non obstantibus regulis tollantur regulæ concernentes expeditionem, quàm aliæ iudiciales obstare possunt literis expeditis. Nam cum sit derogatio generalis, omnes regulas debet comprehendere. Imò magis uidetur illa clausula comprehendere reg. iudiciales, q̃ concernentes expeditionem ex eo, quia regulæ concernentes expeditionem non obstant literis iam expeditis, quæ iam euaserunt manus officialium, sed impediunt tantum expediēdas. Sed literis expeditis obstant regulę iudiciales, quia sunt de dandis: regulæ ueiò expeditionem concernentes non dantur, quia neque faciunt fidem extra Cancellariam, cum non dent normam solis officialibus Cancellariæ literarum expeditorib. ut dicit expressè Io. Francisc. Pauinus Rotæ auditor in prælu̇diis extrauag. Io. 22. & experientia quotidiana docemur. Et sic apparet, q illud dictum domini Anconitani non est solidum, tamen eius opinio posset procedere quando literæ reperiuntur in procinctu expeditionis, & essent adhuc in manibus officialium. Nam si hoc casu obstaret expeditioni faciendæ aliqua regula de concernentibus modum expediendi, tali casu posset dici prædictā clausulam non obstantib. regulis in supplicatione positam, tollere impedimentum illius regulæ impeditiuæ expeditionis. Et isto casu posset procedere dictū Card. Sed literis iā expeditis nō est uerū illud dictū.

Et ideò, ut ueritas habeatur istius articuli, pōt dici, q de iure loquēdo p illā clausulā nō obstātib. cōstitutionibus & ordinationib. apostolicis ac regulis Cancellariç, &c. cēset derogatū regulis omnib. perimētib. gratiā ipso iure à principio non interueniēte facto psonæ, & sic de impediētib. natiuitatē, uel originē gratię siue illę regulę iudiciales, siue extra iudiciales sint: sed ubi gratia per regulas à principio tota lites non perimeretur, sed differretur propter aliquod factum requisitum, & sic per aliquem futurum actum suspenderetur, tales regulę per dictam clausulam non censentur sublatæ. Ita est notabilis doctrina Gemi. in c. si propter. in 6. col. de rescrip. lib. 6. post gl. ibi, in uerbo, impediri. quam sequitur Fely. in c. nonnulli. in 12. col. uer sicu. not. tertiò. & col. 30. uersi. 11. conclu sio. eod. tit. Et hoc etiam tenet Cald. in cō sil. 1. tit de rescript. & idem Dom. in c. 1. in 5. notabili, de rest. spolia. lib. 6. ut declarabo inferius per exempla, & dicam aliq̃d in regula, De non tollendo ius quæsitum. Et ista procedunt, nisi in literis exprefsè dicatur de reg. dilatiuis per illam clausul. non obstantib. regulis per quas nostra gratia impediri uel differri posset, q̃ in multis reseruationibus apponi solet, ut dicit ibi Fely. Ratio prædictorum est, quia per regulas dilatiuas, gratia, seu dispositio facta non tollitur, licet differatur: & dilatio modici temporis non affert prejudicium, ut dicit tex. in l. si debitori. ff. de iudi. & in l. quoties. C. de preci. imp. offe. Et hoc modicum præiudicium à iure considerari nō solet. iuxta gl. prejudicium. in c. cùm olim. de consue. & l. scio. ff. de in integ. resti. Nō sic in regulis peremptiuis. quę si non censerentur sublatę per dictam clausulam, inducerent magnū prejudicium ex perēptione gratię. Et ita hodie 9. Martii M.D.XXXVII post plures informationes & positiones causę concluserunt Domini vna Hispalen. Canonicatus coram R.P.D. Marcello Crescentino episcopo Marsican. ubi plus uoluerunt Domini duobus exceptis istam decisionem procedere, etiam si in gratia, ubi erat derogatum quibuscunque regulis, esset apposita clausula suspensiua quarumcunque gratiarum: quia illa clausula concernit tantùm gratias, non literas: & ideo per eam non censetur derogatū regulis suspensiuis, maximè requirentibus factum personæ. Et pro clariori intelligentia istius materię, est aduertendum, q regulę suspensatę considerantur dupliciter. Nam quędam sunt regulę, quę gratiam suspendunt per aliquod tempus, ut sunt regulę suspensiuę gratiarum expectatiuarū vsq; ad fulminationem processuum, & aliæ similes

similes dilatiuæ. Quædam sunt dilatiua ꝓ pter aliquod factum personæ requisitum, & in effectu perimunt posteà gratiam fa cto illo non sequuto, prout est in regula de nõ acceptando nisi literis expeditis, de qua agebatur in dicta causa Hispalen. Et huiusmodi regulis secundum stylum curię per generales clausulas etiam non obstan tibus regulis nõ censetur derogatum, nisi de illis fiat expressa & indiuidua mẽtio ꝑ ea, quæ superius dicta fuerunt. In hoc tñ est discrimen, quia primę regulę dilatiuę suspendũt ex mente Papę gratiam in euẽ tum temporis, uel conditionis: & interim gratia nil operatur, nisi adueniẽte tempo re uel conditione, ut dixi in tractatu expe ctatiuarum, sed in aliis regulis suspensiuis requirentib. factũ personę gratia statim non suspenditur, sed statim operatur suũ effectum, licet regulę requirant aliquod fa ctum personę ad illius perfectionem, & ta les regulę non ideo dicuntur suspensiuę, quia suspendant gratiã prout primę, sed quia suspendunt peremptionem & annul lationem eius, in euentum alicuius facti pręstandi per gratiam, ꝙ si omittit in pœ nam negligẽtię siue malitię, regula annul lat gratiam, ex eo, quia in potestate gratia ti fuit, tollere impedimentum regulæ, ut in regulis de annali publicandis resig. & si milib. quæ requirunt factum personæ, & de regulis dilatiuis patet exemplum in re gula Clementis reseruatiua octo mensium quæ licet non sit dilatiua & peremptiua sicut regulæ de annali, & aliæ superius di ctæ: tamen, quæ est dilatiua respectu tẽpo ris, uoluit Rota de illa debere fieri specialẽ mentionem. Et ita cõclusit Rota hodie 17. Iunii, M. D. X X X V I I I. in vna Toletana parochialis S. Io. de Ocanya coram R. D. Marco Antonio. ubi voluerunt Domini in dul: um concessum archiepiscopo Toleta no de cõferendis beneficiis, nõ derogare regulæ Clementis reseruatiuæ octo men sium, licet in adulto essent apposita illa uerba, Nõ obstãtib. regulis editis & eden dis. nisi dicamus decisionẽ istã procedere, qñ in regulis sunt clausulæ adeò pręgnan tes, ꝙ per eas uideretur quodãmodo dero gari prædictæ clausulæ, Non obstantib. re gulis, &c. aliàs contrarium uidetur dicen dum in regula moderna, quæ potius uide- peremptiua, quàm dilatiua, licet regula an tiqua non perimat. Tamen quicquid sit de iure, contrarium de stylo cancellariæ seruatur, uidelicet, ꝙ ꝑ prædictã clausulã nunquam censeantur sublatæ regulæ no tabiles & notoriæ, maximè iudiciales, nõ facta expressa mentione in indiuiduo de regulis: siue illę regulæ cõcernan factum personę, siue non: siue sint dilatiuę, siue pe remptiuę, ut patet in regulis de idiomate, & de non tollendo iure alteri quæsito, & aliis quæ non pendent ex facto uel diligẽ tia personæ: sicut in reg. de publicandis. Nam de similibus reg. etiam si in eis non caueatur, expresse requiritur mentio. Et iste stylus fundatur in illa ratione, de qua latè dixi in proxima præced. q. uidelicet, quia regulæ cancellariæ habent clausulam derogatoriam, quæ requirit specificã mẽ tionem. Hinc uidemus stylo hodierno, ꝙ quando papa intendit derogare prædictis reg. semper in principio literarum, uideli cet post exordium eas inseri mandat, teno rem earum narrans per hæc uerba, uideli cet, Hinc est, ꝙ nos, qui dudum inter alia uolumus, &c. Et posteà in non obstan. po nit hęc uerba nõ obstan. uoluntate priori & ordinationib. pręmissis ac cõnstitutioni bus &c. & ita practicatur, ut docuit egre gius ille doc. practicus, ac literarum apposto licarum uicecorrector Hiero. Paul. in illo antiquo lib. nominato stylus cancellariæ, fol. 115. ubi exemplum ponit in reg. de idiomate. Et quamuis fortè de stricto iure sufficeret generalis clausula non obstan. regulis, per ea quæ dicta fuerunt, & per ea quæ dicit Bal. in l. humanum. C. de legi bus. & Bar. in extrauagan. ad reprimen. in uerbo, non obstan. tamen, ut dictum est, ex stylo palatii & cancellariæ repertum est, nunquam censeri derogatum regulis cancellariæ per huiusmodi clausulas, nisi specialiter tenor regulæ de uerbo ad uer bum in principio literarum narretur. Et ita in vna Gerunden. canonicatus & præ bendæ coram Reuerend. D. Raynaldo Pe trutio dixerunt domini de mense Iulio. 1539. Nã uoluerũt, ꝙ potestas cõcessa nũ tio de derogando regulis editis & edendis nõ cõprehẽderet reg. de infir. resig. ex qua ille

illa est speciali nota digna, ut latius aduocari dixerunt, & ita specialis stylus signaturæ Alexan. papæ. VI. introduxit, ut patet in vulg. notulis quæ hincinde per pluriũ manus iã circunferuntur; & ita seruatur qui quidẽ stylus posset ultra præmissa cõfirmari ex his q̃ scribit Bal. in l. 3. §. quæsitũ. in 3. col. ff. si q̃s cau. ubi uoluit, q̀ per huiusmodi clausulas non obstant. quibuscunque statutis, non derogetur statutis habentibus quandam specialem obseruationem, prout uidentur habere prædictæ regulæ cancel. facit tex. in l ita pudor. C. de adulter. Et prædictis conferunt ea, quæ congerit Fely. in d. c. nonnulli. in 29. & 30. colum de rescrip. Et ista quæ dicta sunt, magis de stylo & usu sustineri possent, quam de iure.

Tamen eo supposito pro uero limitatem, stylum huiusmodi non procedere, ubi in supplicatione seu gratia poneretur clausula generalis quorum tenores habeã tur pro expressis. Nam tali casu regulę prędictæ comprehenderentur, & illis derogatum censeretur, ita pridie. 1. Iul. 1538. tenuit in similibus uerbis Rota in una Cau rien. canonicatus & præben. coram R. D. Io. Paulo Ptolomeo, dum in ea domini uoluerunt per clausulam non obst. reg. ędi tis & edendis, non censeri derogatum regulis reuocatiuis regressuum sine speciali expressione. Quod tamen dixerunt habere locum, nisi in supplicatione regressus, post illam clausulam non obstan. regulis æditis & edendis, fuissent illa uerba apposita, uidelicet, latissimè extendendis, prout ibi in quadam supplicatione ultimo reformatiua apposita fuerunt. Nam tali casu censeretur derogatum regulis, licet de illis mẽtio non fieret. † Et ita etiã consulti retulerunt abbreuiatores, qui dixerunt, per illa uerba, latissimè extendendis, posse regulas de uerbo ad uerbum in bulla inseri, sicut fieri potest de clausula, quorum tenores, iuxta vulgatum consiliũ 2. Anto. de But. Quem in multis causis semper tenuit & approbauit Rota, præsertim in una Caurie. de qua meminit D. Guliel. in collect. decisio. super reg. de triennali. Et in alia Tullen. Scolastriæ, coram me 17. Iunij. M. D. XXXVI. Et illud consil. Anto. sequitur, & latè defendit Fely. in c. accedentes. de præscript. & in dict. cap. c. non nulli. in 7. col. & alibi sæpe docto. Et in specie, quòd sub dicta clausula, quorum tenores, &c. censeatur derogatum regulis cancellariæ, ac si de uerbo ad uerbum fuissent expressæ, tenuerunt nouissimè domini mei auditores in una causa Ferrarien. archipresbyterat. 9. Iunii. M. D. XXXV. in qua ita iudicauit R. P. D Pau. Capisucc us episcopus Neocast. Quã ego postea confirmaui. Nam in d. causa agebatur de dicto archipresbyteratu uacante ꝑ obitũ cuiusdã Dionei de Maiano scriptoris apostolici extra R. curiã defuncti, quem archipresbyteratum Io. Cardi. de Saluiatis episcopus Ferrariens. tam uigore suæ ordinariæ collationis, quàm indulti, contulit fratri suo germano, uidelicet, Bernardo de Saluiatis priori urbis. Papa uerò cõtulit Iulio de Grandis sub prætextu, quòd dictus Dioneus tanquam scriptor esset familiaris continuus commensalis, uigore regulæ nouiter editæ per ipsum papam Paulum 3. in qua reseruantur beneficia omnium auditorum, referendariorum, & aliorum officialium capientium panem ex palatio, uel facientium guardiam, & scriptorum apostolicorum, &c. in qua regula papa uult prædictos officiales esse veros familiares, & continuos commensales, non per fictionem. Et q̀ omnes regulæ tam editæ, quàm edendæ, loquentes de ueris familiaribus, habeant locum in istis, etiam quo ad istũ effectum, ut papa liberè de beneficiis per obitum prædictorum, tam in curia quàm extra curiam uacantib. pertinentibus ad collationem, uel aliam quamlibet dispositionem collatorum quorumcunque possit disponere, irritum faciens, & c. non obstan. constitutionibus

ADNOT. IOAN. MILAEVS.

† Ex plenaria potestate de iure papa potest supra ius dispensare, ut c. proposuit, extra de concess. præbend.

nibus & regulis can cellariæ, priuilegiis, & indultis, tam ordinariis collatoribus, quàm quibuscunq; aliis personis cuiuscunque dignitatis, gradus, ordinis uel cōditionis existant: concessis & concedendis, cū quibuscunque clausulis derogatoriis, &c. quorum tenores haberi uoluit pro expressis, &c. Nam sub ista generalitate uerborū, quorum tenores, &c. posita in dicta regula Pauli, uoluit Rota cēseri derogatum regulæ cancellariæ editæ in fauorem cardinalium, quę disponit cardinales non cōprehendi sub regulis cancellariæ post primā editionem in posterum edendis, nisi illæ ipsorum fauorem concernant, uel ipsę cōstitutiones edendæ de eorundem cardinalium, uel maioris partis eorum consilio conditæ fuerint. Nam fuit conclusum coram me non solùm per illas clausulas generales, censeri darogatum regulæ prædictæ, eum clausulis derogatoriis cōtentis in ea, ac si de uerbo ad uerbum fuissent in d. reg. Pauli expressæ, sed etiam uoluerunt domini censeri omnino derogatū indultis cardinalium, nulla de eis speciali mentione facta. Et ita ego de isto mense Nouembr 1537. sententiam domini Pauli cōfirmaui. Et idem in simili clausula tenet And. Sicul. in clemen. 1. nume. 26. de re iudic. ut latius per eum.

Ista tamē limitatio recipit restrictionē, ut procedat, nisi regula quæ per dictam clausulam, quorum tenores, &c. censetur derogata, requirat specialem & indiuiduā mentionem. Nam tali casu nō censeretur sublata per dictā clausulam, quorum tenores, nisi in specie de illa regula fierat mētio, ut uerba aliquid operent. Ita in terminis dicit Fel. ī c. nōnulli in 9. col. uer. tertia declaratio, &c. de rescrip. ubi exemplum ponit in tribus regulis cancel. quæ habent prædicta uerba, ut ibi latius per eum.

DE IVRE QVAESITO non tollendo, REGVLA.

Item ne per uarias, quæ pro commissionibus habendis in causis fiunt suggestiones iustitia postponatur, idem dominus noster decreuit, & declarauit suæ intentionis, fore quod deinceps per quamcumque signaturam, seu concessionem, pro commissionibus huiusmodi, per sanctitatem suam, vel de eius mandato factam, nulli sibi ius quæsitum quomodolibet tollatur.

PRAEFATIO.

Ista regula uarias habuit temporum mutationes. Nam Bened. 13. eius primus author, eam primùm generaliter edidit, ut uidelicet locum haberet in quibuscunque gratis beneficiorum uacantium. Quam quidem Benedicti regul. nullos Rom. Pōtificum usque ad Nico. 5. qui fuerunt nu. 8. approbarunt. Et quod est magis mirandum, nullam aliam regulam fecerant de iure quæsito non tollendo. Nico. uerò 5. nulla etiam facta mentione de regu. Benedicti, istam restrinxit & immutauit, uolēs eam tantum habere locum in cōcessionib. factis pro commissionib. habendis in causis. Et huius reg. Nico. tenorem imitati fuerunt successores pontifices usque ad tempora Alex. papæ 6. qui primus omnium addidit ad regulam istam uerba, uidelicet seu mandatis declarationis, & gratis, etiā motu proprio, &c. post illa uerba pro cōmissionib. habendis, que erāt in reg. Nic. Et sic illa reg. Nic. q̄ fundabatur in suggestiōib. ampliata fuit p Alex. ad q̄cūq; gratiā, seu mandatum, ēt motu proprio lite pendente obtentum. Quam quidem Alex. ampliationem, siue additionem posteriores pontifices usque ad Hadri. 6. sequuti sunt. Hadri. uerò 6. hoc immutauit. Nam dum prædecessores uoluerunt regulam in gratiis tantùm lite pendente impetratis, locum habere, propter illa uerba regulæ, pro commissionibus habendis in causis, Had. regulā extendit, & uoluit habere locum etiam in gratiis ante litem motam emanatis. Quam additionem ideo Hadri. fecisse quidam autumant, quia intellexerat Rotam usque ad illud tempus firmā interpretatione tenuisse regulam tantùm in concessionibus emanatis lite pendente locum sibi uendicare, propter prædicta uerba regulæ pro commissionibus habendis in causis, &c. ut de ista Hadri. intentione author est Melchior Baldazinus, tūc in signis sacri consistorii aduocatus, qui fuit vnus ex assistētib. cōpositioni regularū, & hoc scriptū reliquit in quibusdā notulis

regu

regularum H... manu eius script's. Et sic per huiusmodi prouisionem Hadr. factū est, ꝙ illud quod prius in interpretatione prudentum, & obseruatione Rotæ cōsiste bat, hoc idem per regulam suam, quæ le gis uicem obtinet, manifestum fieret: sed Clemens. 7. Hadriani successor nihil magis abhorrens, quàm Hadriani uestigia sequi, hoc additamentū. Hadriani nō approba uit, sed regulas suorum prædecessorum Alex. Iulii, & Leonis est imitatus. Paulus uerò 3. nunc feliciter imperans, Hadri. in omnib. est sequutus. Itaq; ex istis omnib. apparent quanta fuerit istius regulæ ua rietas, quanta uoluntatis dissensio.

Quamobrem ne sub incerto uagemus, reg. Inno. quæ media inter utrunque tem pus fuit, & quæ reperitur in quinternis Rotæ scripta, & ſm quam fuit pluries iu dicatum, interpretandā assumā, addendo postea uerba moderniarū reg. ꝓut res ipsa postulabit. Rē ipsam igitur aggrediamur.

QVAESTIO PRIMA.

IGitur quæro pro intelligentia totius re gulæ, & eorum quæ inferius in aliis quę stionibus dicentur, quid operetur, uel cō prehendat ista clausula communiter in li teris apostolicis apponi solita, uidelicet, Dummodo tempore datæ pręsentium nō sit alteri in beneficio ius quæsitum.

SOLVTIO. Quidam dixerunt istius clausulæ expressionem, quę secundùm sty lum cancellariæ in beneficiis non reserua tis maximè litigiosis semper ponitur, ni hil operari ex eo, quia in literis semper talis clausula subintelligitur de iure, licet non exprimatur, ut tradit Fely. in cap. ca pitulum. colum. 17. uersicu. de duobus. de rescrip. facit tex. in c. ex tuarū. de author. & usu pallij. capit. ex parte. el tertio. Et ibi not. Abb. in 2. notabili. de decim. cum vulga. Et ideo expressio eorum quæ taci tè insunt, nihil operatur. l. conditiones. ff. de cond. & demonst. Et hoc procedit etiā si gratu motu proprio concessa fuisset, quia etiam in ea subintelligitur prædicta clausula quatenus nō tollatur ius quæsitū ut dicit dec. Rotæ in antiquis. 445. incip. nota licet proprius motus. Et ob eam cau sam si papa in suis literis tolleret collatio nem alteri factā, in dubio intelligitur de collatione inualida, non autem de ualida ne tollatur ius quæsitum, ut dicit Compo stell. in cap. causam. de rescrip. cum sexc̄ ris cōcor. ut scribit Iason. in l. fin. in 4 col. ff. de constit. princip. Et Decius in consil. 191. ubi multipliciter hoc dictū declarat.

Et hoc, ꝙ princeps in dubio non præsu matur uelle tollere ius quęsitū, procedit etiam si ille de cuius iure agitur, esset infi delis uel Iudęus, ut dicit Abb. in c. quæ in ecclesiarum, de cōst. post Inn. in cap. quod super his, de uoto. Hinc euenit, quòd si ali quo casu contingeret papam ius tollere, præsumitur hęc per circumuentionem & importunitatem potius, quàm per uolūta tem fecisse, ut latè probat Felyn. in cap. cū olim. in 3. & 4. col. de re iudic. adeò ꝙ tali casu uerba rescripti impropriãda sunt po tius, quàm propriè intelligendo, alteri pręiudicent: ut tradit Roma. consil. 334. circa primum. Decius consil. 11. col. 5. Iaso. in l. ex facto in 4. notab. ff. de vulga. & pupil. Imò potius debent interpretari ꝙ nihil operentur, quàm ꝙ indebitè quis damnū patiatur, ut not. Ias. post glos. Bartolum, & alios. l. fin. §. in computatione. colum. fin. C. de iur. deliber.

Et hoc procedit etiā si rescriptum ema naret in fauorem piæ causæ, ut probat Ia son in l. fin. columna 6. ff. de constit. princ. post Alex. in l. pactum quod dotali. col. 2. C. de pact. Nam licet uiduis & pupillis, ac aliis piis causis multum debeamus, non tamen adeò, ut aliis præiudicium infera mus, ut dicit tex. in c. ex tenore de for. cō pe. & in cap. nuper. de dona. inter uirum & uxo. Cùm igitur ista clausula in literis papæ subintelligatur, ergo si exprimitur per eundem modū, quo inest, nihil opera bitur, iuxta communes cōclusiones, quas ponit Abb. in ca. significasti. in gl. 2. de ele ctio. post legistas in l. hęc uerba. de lega. 1.

Alii uerò dixerunt totum oppositum, uidelicet istam clausulam tacitè subintel lectam, non esse penitus inutilem, sed mi nus operari, quàm si in literis exprimere tur. ut dixit Ro. consil. 176. colum. penul. ubi uoluit ꝙ papa in dubio nō censeatur uelle tollere ius quæsitū principaliter con sequens, secus, autem si secundariò, uel in cōsequētiā competat. ubi uerò talem clau

sulam

sulam exprimeret, uideretur tollere omne ius quomodolibet competens, siue princi paliter, siue in consequẽtiam. Vides ergo ꝙ expressio eorum quæ insunt, multum operatur. facit quod dicit Fely. in c. super literis. in 8. col. uersi. 5. reg. de rescrip. Ex prædictis igitur apparet quæstionem esse dubiam. Quicquid tamẽ sit, prima opinio contra Rom. uidetur uerior per ea, quæ dicta fuerunt superius, imò fortius dico ꝙ talis clausula expressa non solum plus nõ operaẽ, ut uoluit Rom. sed expressio eius facit, quõ minus operetur, q̃ si expressa nõ fuisset. Qđ in specie ita demõstrari põt. Nã ut dictũ est, rescriptum papæ ẽt motu proprio & certa scientia concessum in dubio non censeretur alteri præiudicium inferre non solùm magnum, sed neque modicum, neque in re, nec ad rem, ut dicit gl. in uerbo præiudicium. in c. cum olim. de consue. Quam post Domi. ibi multum commendat Fely. in d c. causam. in 9. col. & in ca. super eo. in 2. col. de offi. deleg. & Iaſ. in l. quotiens. C. de preci. impe. offe. & in auth. quas actiones, in 4. col. C. de sac. san. eccles. tradit Claudius Aque. in l. j. col. 15. ff. de constitu. princ. cum sexcentis cõcord. per Decium congestis in consi. 407. col fi. & consi. 66. col. fin. & adeo hoc est uerum ꝙ in omnib. prædictis casibus, quã do præscriptum uideretur præiudiciale, posset probari papam non fuisse bene informatũ, ut ibi probat Decius. Quicquid dixerit Corneus in cons. 83. col. penul. lib. 4. Nam iura allegata per eum loquuntur, quando apparet de clara mente principis uolentis ius quæsitum tollere, non autem qñ sumus in dubio ut in specie declarat Decius in d. c. quæ in ecclesiarum. in 10. col. uersi. quartus casus, &c. Et omnia ista procedunt in dubio ex tacita & subintellecta clausula. Et tamen si talis clausula exprimatur in literis, illa solum præseruat ius quæsitum in re, non autem ad rem. ut dicit expresse Calde. in cons. 8. in fin. titu. de rescrip. & Rom. in consi. 256. Et tenet etiam Domi. & alii in cap. fi. in prin. & §. fi. de concess. præb. lib. 6. Ecce ergo ꝙ plus nocet expressa istius clausula, quàm si tacita & subintellecta fuisset.

Habemus igitur ex prædictis unum casum notabilem ad limitationem eorũ quæ dicit Abb. in d. cap. significasti. Et docto. in d. l. hæc uerba quod non solum expressio eorum quæ tacitè insunt nihil operatur, ut ipsi dicunt: sed illa expressio facit quòd magis restringatur dispositio, & minus operetur, quàm si facta non fuisset, ut patet ex superius dictis.

Illud tamen quod dictum est clausulam prædictam, dummodo alteri non sit ius quæsitum, pręseruare ius in re, & ad rem, debet intelligi, quando papa expresse scribit cum intentione pręiudicandi. Tunc. n. quia non apparet de quantitate pręiudicii, interpretantur uerba de minori præiudicio, & sic de iure ad rem. Secus autem in dubio, quia tunc intelligeretur nolle præiudicare, nec in uno iure nec in alio, ut superius dictum est. Vbi tamen constaret papam uelle etiam in iure quæsito in re pręiudicare, hoc posset facere præsertim in beneficialib. in quib. habet absolutam potestatem, vulg. c. 2. de præb. lib. 6. ut notat expressè Cald. in cons. 12. tit. de rescript. Et Alex. in consi. 101. in 5. col. libr. 1. Nam in beneficialib. tanta est papæ potestas, ꝙ posset episcopum pro libito uoluntatis de suo episcopatu ad alium transferre. Quia omnia beneficia mundi sunt manualia, & obedientialia respectu papalis potestat. ut dicit Bal. in l. rescrip. col. 2. & sequen. C. de precib. imper. offe. Et ideo poterit gratiam reuocare post ius alteri quæsitum, si non recepit aliquid pro illa, ut dicit idem Bal. in l. qui se patris. col. pen. C. vñ lib. sequiẽ Soci. in cõs. 156. ꝓ fundamẽto in 2. col. & cõs. 164. visa bulla. in 7. col.

Illud tñ qđ dictũ est de iure ad rẽ, uidelicet, ꝙ mẽs papæ uolẽti ius tollere, debet in tali iure interpretari, ut minus præiudicet, limitaẽ secũdũ dominos Rotæ intelligi debere non de omni iure ad rẽ, ꝓut, prędicta intelligũtur per iura cõia sed tm̃ de iure ad rẽ cõpetenti ex acceptione expectantis. secus uerò de iure ad rem competenti ex electione & præsentatione. Quia tale ius bene præsumitur præseruatum. Ita dicit Dec. 16. in titulo de præbend. in nouis. ratione ponit illa decisio. Quia in primo casu, licet piudicet expectãti, nõ ꝑ hoc ex toto gratia sua ꝑimiẽ, cum possit

poste-

postea aliud uacans bñficiũ acceptare, cũ hoc pendeat à uoluntare sua. Secus uerò est in iure cõperenti ex electione, uel præsentatione: quod si amittatur, eius acquisitio erit difficilis, cùm pendeat à uoluntate alterius. Nam sperare aliam electionẽ uel præsentationem, non dependet à uoluntate electi, uel præsentari, sed eligentiũ uel præsentantium, qui possunt de facili murata uoluntate alios eligere uel præsentare. faciles enim sunt homines ad dissentiendum, ut in l. item si unus. §. principaliter. ff. de arbitris.

Et hæc decisio procedit magis ex quodam stylo palatii, sciente papa, & taciti approbante, quàm de iure, ut dicit Egid. decisi. 167.

Quę omnia de plano procedunt loquẽdo de ista clausula quatenus tollatur ius quæsitum, apposita in rescriptis, secus tamen quo ad istam regulam, in qua tale ius ex acceptatione expectantis quæsitũ comprehenditur. & est considerabile: quia si illud lite pendente tollitur, erit locus isti regulæ, quia sicut in alio iure quæsito non præsumitur papam uelle mutare statum rei litigiosæ, nisi expresse hoc appareat, ita neque in isto iure ex acceptatione procedens, ut expresse dicit Egidius in consil. 24. in 7. dubio. Imò propter tale ius acquisitum uigore acceptationis impeditur subrogatio lite pendente, qui in gratia subrogationis apponi solet clausula, quatenus non tollatur ius quæsitũ, quę clausula uerificabitur in iure acceptationis, quia tali casu hoc ius est considerabile, ut notanter concludit idem Egidius in consilio 35. col. fin. Nec obstat prædicta decisio. 16. cum aliis superius allegatis, quã non loquuntur quando tollitur ius litę pendente, prout loquitur ista regula, quod est menti tenendum. Regula igitur ista hoc casu manebit firma.

Et quod dictũ est de acceptatione quæ in rescriptis non præseruatur uigore prædictæ clausulę, idem dicẽdum est de oppositione circa beneficia patrimonialia quæ fit à filiis patrimonialibus. in Palentin. Collaguriran. & aliis locis Hispaniæ. Nam per illam solam oppositionem non tribuitur ius in re, neque ius ad rem, nisi super hoc fuisset aliqua constitutio synodalis, uel consuetudo hoc disponens, uel si dicere uolumus, uigore illius oppositionis quouismodo competere ius ad rem, illud esset simile competens ex acceptatione. Et sic ratio considerata in dicta decisione 16. militat in d. iure opponendi, ut iudicauit Rota in una coram D. Hugone de Spina de anno 1519. ut meminit D. Guli. in recollectis decisionum. Et hoc ius opponendi habet locum etiam, quando non solum ex constitutionibus synodalibus competeret filiis patrimonialibus, sed etiam quando ex ordinatione testatoris tantum uolentis proximiorem de suo genere ad beneficium præsentari. Nã tali casu per oppositionem proximioris acquiritur illi ius considerabile, adeò quod uirtute dictæ clausulę quatenus non tollatur ius quæsitum, uidetur præseruari. Vt nouissimè conclusit Rota in una Oxomẽ. capellanię de Seron coram R. D. Raynaldo Petrutio de mense Iunio 1539. Quæ de plano procedunt quando ius opponẽdi competit uigore alicuius constitutionis uel ordinationis. Secus uerò ubi nulla esset constitutio, sed simplex usus se opponendi: nam talis oppositio nõ dat ius. Ratio assignari potest, quia si priuetur hoc casu opponens sua oppositione, non uidetur per hoc dãnum sentire, ex quo non est acquisitum ius in aliqua constitutione. Quia propriè damnum est diminutio patrimonii, ut in l. damnum. cum sequen. ff. de dam. infect. Quæ diminutio consideratur etiam respectu lucri, quando illud acquisitum esset radicatum, & tali etiam casu ius amittere, est damnum sentire, ut est gloss. in l. non amplius §. fi. de leg. 1. cum concor. ut scribit Ias. in l. ex facto. in 3. col. ff. de uulg. & pupil. Sed quando lucrum adhuc radicatum nõ fuisset, illud amittere, non esset damnum sentire. Vnde ius adeundi facilè tollitur, quã non est ius radicatum, ut probat Lauren. Calcaneus in consil. 7. col. penul. Quæ omnia militant in acceptatione, & iure opponendi filiis patrimonialibus cõpetenti, de quibus etiam aliquid dicam in illa quæstione de iure conditionali. Et quia illud damnum, quod ex priuatione acceptatio

ptationis, uel oppositionis resultat, ex quo dependet ex lucro nondum radicato, & habet respectum ad illud: reputatur lucrum, & non damnum, iuxta gl. notabilem in l. si duo. ff. de acq. hær. & tradit Soc. in l. cum quæritur. ff. de re. dub. Ista tamen, ut dixi, non procedunt in præsentatione, quæ propter rationem iam di: tam tribuit ius ad rem considerabile. Hoc tamen limitatur aliquibus modis.

Primò non habere locum, quando præsentatio adhuc per præsentatum accepta non fuisset. Quia tali casu nō diceretur præsentatus habere ius ad rem, nec in re ideo non præseruaretur uigore dictæ clausule, nec dicta clausula intelligeretur de tali iure, iuxta ea quæ dicit Abb. in c. cum Bertoldus. de re iu. in 3. col. & ante ipsum Cald. cons. 17. tit. de iure patr. cum conc. ut scribit Roch. Curt. in tract. iur. pat. in uerbo ius. in 4. q. Et reassumunt quidā alii mode. in nouo tract. iur. pat. fol. 302. ubi larius scribunt. Requiritur ergo in primis acceptatio præsentati, per quam acceptationem contrahuntur sponsalia de futuro, ut dicit Cald. in cons. 9. tit. de iure patro. Quem ita declarat Moder. de S. Nazario (alias nuncupati de Ripa) in rub. de iud. in 15. col. num. 71. Quod uerum puta rem ego quando præsentatio est facta superiori. Tunc. n. contrahuntur sponsalia, etiam si superior præsentationem non admittat, quia concurrit consensus patroni & præsentati. Alias si non facta. sit superiori, licet præsentatus consentiat, non dicitur præsentatio, sed quędam nominatio, ut dicit Cal. in c. capitulum, 34. q. de resc. & inferius dicetur, & tenēt Mod. ubi suprà. Ergo in omnib. istis casibus requiritur pręsentationem factam fuisse ordinario, quo ad acquirendum ius ad rem, ut dicit etiā Bal. in Margarita sua in uerbo, patronus. Admissio ergo superioris solū requiritur, quo ad acquirēdum ius in re, quod resultat ex institutione, per quam institutionem sponsalia de futuro, quę per solam pręsentationem factam ordinario fuerunt contracta, résoluuntur seu transeunt in matrimonium de pręsenti. Nam proditum est in iure, ꝙ ex solo contractu nondum executo, non acquiritur ius in re, ut tradit Ias. in l. si quis maior. C. de transact. in 3. col. uers. limito istā l. &c. Requiritur ergo, ꝙ præsentatio sit facta superiori, quo ad acquirendum ius ad rē, etiam si superior non admittat, sed quo ad quærendum ius in re, requiritur admissio. Et ista sunt maximi momenti, quo ad unum effectum, quia licet patroni nominent. & eligant præsentandum, & tradant instrumentum nominato, ualet tamē prouisio papę antequam sit facta presentatio superiori, etiam si habent pręd ictam clausulam, quatenus non tollatur ius quæsitū. Quia non tollitur isto casu per illam aliqđ ius, neque in re, neque ad rem. Quia, ut dixi, ius ad rem per acceptationem nominati, & præsentationem factam superiori, quæritur. Ius uerò in re, per institutionē. Et neutrum horum præcessit prouisionē papæ. Ideo ualet eius prouisio, ut notabiliter declarant in terminis Mod. de sylua in trac. benef. in 3. par. q. 1 f. col. antep. Et icē de acceptatione vř hbe casu dicendum.

Secundò limitatur dicta conclusio procedere qñ præsentatio fuerit facta a patrono clerico, secus si a laico. Ita reperio istā conclusionē in terminis limitate Io. Crot. de monte Ferrato. in c. quod antē. de iure par. in 2. notabili. Rōnem differentiæ ponens. quam dicit nouam, uidelicet, quia præsentatus à clerico, quando est idoneus habet ius fixum, & irreuocabile, ex quo clericus patronus uariare non potest. Nā talis præsentatio habet uim electionis s̄m Io. And. Imol. & Abb. in c. cum autem. de iure pat. Sed electo ante confirmationem ius est acquisitū in beneficio, ut dicit Do. per illum tex. in c. quàm sit. §. i. de elect. li. 6. Ergo pari modo acquiritur ius præsentato. Hinc est ꝙ talis præsentatus quando est idoneus, potest cogere ordinariū ut illū instituat. Ista. n. fieri non pñt absq; iure fixo ī personā p̄sentati. Propterea tale ius cēsetur p̄seruatū per dictā clausulā. Secus uerò est in eo, qui à laico est præsentatus: qa ex quo laicus uariare pōt, nihil acquiritur pręsentato. Et istā opi. Io. Crotti sequuti sunt quidā Mod. Auinion. in rub. de iu.

Sed aduerte, ꝙ licet istam differentiam Io. Crottus putet esse nouam, eam tamen prius posuit Goffr. in summa iur. patro.

Nec tamen est uera, quia contra eam tenet Abb. Fel. & alii in d.c. cum Bertoldus. qui pariter loquuntur de præsentatione laici & clerici, & in utraque concludunt non tribuere ius in re, sed ad rem, ut latius ipsi declarant. Nec propterea, quòd laicus uariare potest, immutat ius ad rem acquisitum præsentato, nisi cum effectu uariaret præsentando secundum episcopo qui illum instituisset. Tali casu præsentatio primi nihil tribuit. Sed laico patrono non uariante ius in re acquiritur præsentatio. Nec potentia uariandi aliquid de iure diminuit, nec aliquo modo consideratur, per ea quæ dicit Innoc. in c. pastoralis, de cau. poss. Et ita simili casu respondet Fel. in c. causam in 16. col. uers. caue. de rescr. Nec obstat, quòd præsentatio clerici habet uim electionis, quia dupliciter respondetur. Primò illud esse uerum solum circa illud, ne possit patronus uariare, sicut eligētes post factam electionem. Non autem talis præsentatio habet uim electionis circa alia. Et ita in terminis ad primum dictum Innoc. & Abb. in d.c. cum autem. respondent Modet. in nouo tract. iur. patron. fol. 303. in 2. col. Vel secundò respondetur, ꝙ licet uerum sit, præsentatū a clerico æquiparari electo, non tamen per hoc dicitur habere ius in re, quia electus ante confirmationem non dicitur, nisi habere ius ad rem, ut late probat Felyn in c. cum Bertoldus, & tenet Host. in c. pastorali, de iurep. Et licet ista putem esse iuridica, tamē opinio Crotti multis uidetur colorata, de quo nullus mentionem facit. Et per prædicta fuit hoc mense Noue. 1537. coram R. D. Raynaldo Petrutio post plures informationes decisa in Rota ista difficultas in causa sancti Andreæ, nunquid prouisio nuntii post præsentationem patroni laici nondum episcopo præsentatam ualeret. Et certe prima facie uidebatur dicendum ꝙ non. Quia nuntius non potest tollere alicui ius quæsitum, nec in re, neque ad rem, ut in terminis consuluit Steph. Bert. in cō sil. 12. nu. 10. in 3. uol. Tamen quia repertū fuit in prædicto casu nūtium habuisse facultatem derogandi iuripat. etiam laicorum fuit conclusum prouisionem nuntii ualere ante præsentationem, per ea quæ dicta sunt superius.

Et ista omnia procedunt de quodam stylo, secundum quem dicta clausula de non tollendo iure quæsito, præseruat non solum omne ius in re, sed etiam ad rem, excepto iu re resultante ex acceptatione, ut dicit Rota in d. decisione 16. Sed respectu istius regulæ, ut aliquid operetur, uidetur tale ius ad rem per acceptationem esse considerabile, ut superius dictum est. Nā tale ius puto per istam regulam conseruari, nisi papa expresse illi derogauerit: unde si lite pendente super acceptatione mea emanaret prouisio aduersarii tollens meam acceptationem, possem me tueri ista regula, nisi illi expresse derogaretur. Et pariformiter crederem in casu in quo papa motu proprio, & ex certa scientia tolleret ius quæsitum alteri. Nam intelligeretur per hoc derogare dispositioni iuris communis, non autem isti regulæ, ut aliquid operetur eius editio, pro qua opinione optimè facit dictum Bar. in l. 3. §. si rem. ff. de leg. 3. ubi dicit, ꝙ si per statutū disponitur, ꝙ uictus uictori condemnetur in expensis, licet illud idem fuerit dispositum a iure communi: tamen ut statutum non sit frustratorium, & aliquid operetur, intelligetur etiam in casu in quo uictus haberet iustam causam litigandi, quæ iusta causa alias uictum excusaret de iure communi. ita concludit ibi Bart. quē communiter doct. sequuntur, ut latius dixi in c. 1. num. 218. de consti. li. 6. Ita in proposito nostro dicendum uidetur. Nam licet illa clausula, quatenus non tollatur ius quęsitum, de iure communi non comprehendat acceptationem. Regula tamē ista, ut aliquid plus operetur, comprehendet tale ius ex acceptatione acquisitum. Nam plus operātur quæ speciali disponuntur, quàm quæ generali constitutione sunt dicta, ut dicit tex. in c. quamquam. 23. dist. & in c. si aduersus. de hær. Et eodem modo si Papa motu proprio aliquam gratiam alicui concederet, per quam uideretur tolli ius quæsitum, nihilominus obstaret ista regula dictæ gratiæ, ut aliquid operetur, nisi nominatim, ut specialiter illi derogatum fuerit in gratia. Nam ista uel similes regulæ nunquam censentur per clausulas generales

tales sublatę. Ex eo, quia reg. uidentur habere clausulam derogatoriam uoluntaris, ut latius dixi superius in prooemio regularum q.5.&6. Et ita stylus curię introduxit. Ex quibus sequitur, quod nō obstante certa scientia Papæ tollentis ius quæsitum possit excipi de ista regula, qđ est notādū.

Item posset etiam illud ius ad rem procedens ex acceptatione in alio esse proficuum, uidelicet, eo casu quo papa in gratia sua ex certa scientia tolleret mihi ius quæsitum; si quod competit ad tale beneficium. Nam tali casu, ut illa uerba sic indistinctè & generaliter prolata, minus prę iudicēt, debēt intelligi de iure minus efficaci, ꝙ est illud acquisitum per acceptationem tantum, & aliud quodcūque ius alio modo competens censeretur præseruatū, & maneret illæsum, per ea quæ dicit Car. in c. mandatum, in 7 no. de rescr. Vbi dixit, ꝙ si papa concedit aliquam gratiam alicui, hoc expresso, quod uult illi præiudicare, debet intelligi de minimo præiudicio, non tamen de magno & considerabili. Ita etiam tenet gl. fi. in l. sed eum ab hęrede. ff. ad Treb. Sequitur Ias. in l. quotiens. in 2. col. C. de preci. impe. offe. Et quo ad istum effectum ius illud ad rem est considerabile. Est bene uerum, quòd quando illa clausula & cum pręiudicio iuris quęsiti, &c. non possit uerificari nisi in magno pręiudicio tali casu, ne gratia esset frustratoria, censebitur pręiudicatum in magno. Ita notabiliter declarat Barthol. Veronen. in tract. de seruir. rust. prædio. tit. de aquædu ctu. fol. 74. secundum paruam impressionem, uersic. quarto dubitari etiam potest, & allegat Io. de Imol. in c. quintaualis. de iureiur. & in c. cum cōtingat, eo. ti. inducendo, ut ibi per eum, quod est notandum.

Putarem tamen isto casu requiri causam in concessione Papæ, quando agitur de magno & enormi præiudicio, ut dicit Abb. in c. fi. in 4. col. uersic. ego sustentando, de consti. Quia alias aliena largiri sine culpa possidentis esset quædam species tyrannidis per quam contaminaretur principis liberalitas & magnanimitas, ut dicit Bal. in tit. de pa. constan. col. 21. argumento tex. in l. si pignore. ff. de furtis. Et ideo dicebat Inno. in c. nisi de renū. ꝙ quando papa confert uni beneficium, & deinde ei aufert, tenetur illi prouidere de bono cōtracambio, & tradit Iaso. in l. quotiens. in 4. col. C. de rei uend. Nec obstat Papam habere plenitudinem potestatis in beneficialibus, uulg. c. 2. de præben. lib. 9. Quia illud est uerum secundum And. Sic. in trac. Car. in 4. q. secundæ partis in 2. col. quo ad collationem beneficiorum, non autem quo ad priuationem faciendam sine causa, licet ad hoc aliter etiā respondent Moder. in tract. beneficiorum, in prima q. 2. partis, col. 5. quos uideas.

Et per prędicta redditur dubitabile unū dictum Alex. in cons. 215. inci. nec arguendi col. 8. uersic. denuo considero. lib. 2. quē sequitur Dec. in c. cum dilecti. col. 2. de cō fir. uti. uel inut. qui uoluit, ꝙ quando princeps excipit unum casum in quo nō uult alteri tollere ius quæsitū, ex tali exceptione declaratur mentem principis esse uelle in aliis præiudicari, quod est ualde not.

Sed ego dubito, an illud dictum sit uerum, quia argumentum à contrario sensu non colligitur, qñ ex hoc alteri auferetur ius, uel sequitur aliud absurdum, ut dicunt Mod. in l. 1. ff. de offi. eius. Et inconueniens seu absurdum hoc casu satis ad pà ret ex prędictis. Magna tamen est autoritas Alexandri, pro quo faciunt ea quæ dicam in fi. istius q. & quæ in simili scribit Fel. in cap. super literis, uers. similiter dicit, &c. in 6. & 7. col. de rescr. post Rotam decis. l. de rescr. in antiquis, dum loquitur de clausula cancellata in supplicationib. quæ infert alia uideri concessa, quæ multum faciunt ad propositum.

Sed quia sæpe dictum est per prædictā clausulam quatenus non tollatur ius quæsitum, tolli ius ad rem, nō in re: operæpretium erit quosdam nunc casus enarrare, in quibus facilè constare possit, quib. modis dicatur quis in beneficialibus acquirere ius ad rem, qui erunt ualdę necessarii ad totalem discussionem istius regulæ, & aliarum quarumcunque de iure ad rem loquentium. Ex qua quidem casuum enumeratione facile quis intelliget, quod ius præseruabitur per dictam clausulam de non tollendo iure quæsito. Et incipiam ab

illis de quibus est dictum superius, ut sic habeantur omnes casus ad manus quasi per modum summę.

Primus igitur modus per quem acquiritur nobis ius ad rem est per electionem, ut est dictũ superius, per ea quæ notat Abb. in d.c.cum Bertoldus,& dicta decis.16. in no.tit.de præb.cum similib. Et istud ius ad rem acquisitum per electionem est considerabile quo ad istam regulam,& quo ad hoc, ut de illo in impetrationibus fiat mẽtio, ut tradit Fel.in c.in nostra. in 28. corr. de rescr. & per ea quę superius dicta fuerunt. Sed quo ad effectum aliarum regularum non uidetur considerabile. Nam quo ad regulam tertiam quę reseruat omnia beneficia familiarium Papę & Cardinalium, in quibus seu ad quę ius eis competit,&c. Et etiam ad regulam 30. de impetrantibus beneficia per obitum familiarium Cardinalium, quę loquuntur de iure acquisitio, ius istud non uidetur in consideratione. Nam sub illis uerbis positis in dictis regulis, uidelicet, seu ad quę ius eis competit,&c.non comprehenditur ius ad rem competens familiarib.per electionẽ. Quia per solam electionem etiam electus moriatur in curia, non dicitur reseruatum beneficium quoad effectum dictarum regularum, secundum Rotam in penult. decis.in no.& tenet Philip.Franc.in c.quam sit.§.1.in princ.de elect.in 6.rationem ibi uide.& per collectarium in c.ecclesia,col. 2.uers.sed nunquid sit celebrata, de consti. & in c.cum in cunctis, uer.sed quid.de electio. Et hoc clarum est, ꝙ per mortem electi in curia non dicitur uacare ibi beneficium quia durat illa prima uacatio, propter quam ille fuerat electus, ut dicit Io. Fran.Pauinus Rotæ auditor in tract.de off.& pot.c.sede uac.in ult.præludio, uersi. quartò per priuationem, circa fi. Est & alia ratio, quare ius ad rem acquisitum per electionem nõ cadat sub reseruatione dictarum regularum, quia dictæ regulæ inducentes reseruationem considerant dari uacationem per obitum familiarium, quę non potest uerificari in solo iure sine possessione. Ita ꝙ non solum requiritur, ꝙ familiares habeant ius in beneficio, sed etiã illius possessionem, ex qua resultat uacatio iuris & facti, alias non sufficeret, ut dicit expresse Egid.in cons.136. incip. uacauit prioratus, in 3. uol. Palatino non impresso,& referunt quidam Mod. in tract. reserua. Nam Egid. ponderat uerbum obtinet, quod idem refert seu significat, qđ perfectè & totaliter tenere, ut ibi per eũ. Et etiam quia iura inducentia uacationẽ requirunt possessionem, c.commissa,& c. licet, de elect.lib.6. Super quo latius ibi se extendit. Tamen aduertendum est, quòd licet ista sint colorata nihilominus confunduntur per prędictas regulas, quæ seruant ius competens familiaribus, ut ibi expresse apparet. Nec est uerũm in uacatione requiri possessionem: quia illud procedit quo ad priuationem, de qua loquitur d.c.commissa,& c.licet. secus quo ad prouisionem, ut patet per decis.Rotæ 877.incip.Nota quòd ubi gratia in antiquis.

Secundus modus iuris ad rem, inducitur per præsentationem, ut superius est dictum,& tenet decis.328.in antiquis, & in nouis 207.cum simlib. Et huiusmodi ius siue fuerit acquisitum per pręsentationem clerici, siue laici, est considerabile, quo ad effectum istius regulæ: quo ad effectum uerò aliarum regularum de iure loquentium, putarem faciendam esse differentiam inter ius ad rem ex præsentatiõe clerici uel laici. Nam ius competens ex præsentatione laici nõ est ita radicatum, nec firmũ in persona præsentati propter uariationem, quam laicus facere potest, sicut est illud ius prouenniens per præsentationẽ clerici, per ea quæ tradit Fel.in trac. qñ literę apost.noc.pat.in 6.ampl. Et And. Sic.in c.dilectus.in pen.col.de off.leg. Distinguendum tamen, ut ibi per eos. An uerò quo ad acquisitione huius iuris, requiratur acceptatio ipsius pſentati? Et ꝙ præsentatio facta fuerit cũ effectu, dixi ſupius in discursu istius qõnis: ideo non repeto.

Tertius modus iuris ad rẽ, acquiritur ꝑ acceptationẽ uigore gratiæ expectatiuæ ut est iã dictũ,& tenet Car in cle. auditor & in cle.seq. & utrobiq; in 2.no.de rescr. Et istud non est considerabile, quo ad dictam clausulam, quatenus non tollatur ius quæsitum. Comprehenditur tamẽ sub ista regula,& sub regulis reseruationum, propter

Propter rationem, quam ponit Rota in not.245.licet de more.: t Egid.in d. decis. 167.Nam ex quo acceptāti sublata prima acceptatione remanet saluū ius acceptā di ad alia beneficia uacatura,non censetur illi praeiudicari, si tale ius sub reseruatio ne includitur,quae ratio cessat in iure ad rem acquisito per electionem uel praesen rationem,ut dicitur in dictis decisionibus quae licet loquantur in collatione papae, idem tamen dicendum est in reseruatio ne post acceptationem inducta,quae colla tioni aequiparatur,ꝑm Dom.in c.si à sede. in 2.col.uers.ego crederem,de praeb.in 6. Et licet expectans in hoc multum graue tur, quando perdit acceptationē, ex quo in secunda acceptatione de beneficio alio uacaturo,oportet eum probat plura,uide licet, impedimentum prouisionis aposto licae uel reseruationis contingentis in pri ma acceptatione, per q̃ sublata fuit eius acceptātio,& ꝙ per eum non steterit,quo minus habuerit effectum sua prima acce ptatio,ut considerat notabiliter Dom. in cons.103.inci.pro responsione,&c.in pri mo dubio,& traditur per eundem,&alios in c.cum in multis,de reser.li.6. Tamen il lud inconueniens,quod uenit ex post, nō est considerabile : sed solùm cōsideratur, an praeiudicium.quod infertur expectanti ex reuocatione suae acceptationis, sit irre parabile de praesenti,arg.l.1.ff.de in litem iuran.unde meritò nulla de illo habetur consideratio quo ad dictam clausulam so liram communiter in literis apponi. Sed quantum ad istam regulam,puto tale ius acceptationis esse considerabile, quia lite pendente non debet illud ius tolli, sicut nec ius per praesentationem,quia tali casu cessant rationes illarum decisionum, quae non loquuntur lite pendente, & quia ex tincta illa acceptatione, super qua iam est lis diutius fortè duratura, non poterit ex pectans aliam acceptationem facere: uel quia iam reuocatae fuerunt expectatiuae, uel indulta cardinalibus concessa. Et ideo propter istas graues impēsas, quae in hu iusmodi litibus in curia sustinendis emer gunt,est concludendum, ius per accepta tionem acquisitum, uideri praeseruatum, quantum ad exceptionem istius regulae.

Pro qua ratione faciūt ea quae scribit Car. in cle.i.in 9.q.de sequest. poss. & fruc. Et quòd huiusmodi ius quo ad effectū istius regulae debeat considerari,uidetur tenere Egid.in cons.34.col.pen.uer.secunda con sideratio;quod est bene notandum.

Quartò modo acquiritur ius ad rem per mandatum de prouidendo de prima prae benda factum recepto siue creatum in ea nouicum autoritate apostolica. Nam per talem receptionem acquiritur ius ad prae bendam primò uacaturam,c.si postquam, de praeb. lib. 6. Et tale ius bene est conside rabile quo ad regul.istam, & quo ad clau sulam. Quatenus non tollatur ius quaesi tum,ut dicit Fel.in dicto cap in nostra. Et idem post Imo. in cap. fin. de constit. col.2.uers.sed Imol.hic,&c.per dictum In noc.in c.statuimus,de maior. & obed. Et ea,quae dicit Egi.in d.c.consil.34. declaran do tamen,ut inferius dicam in q. 10. Nā collatio papae etiam motu proprio non ualet,non facta mentione de dicto iure, ut dicunt omnes in d.c.si postquam. Et huiusmodi erit etiam considerabile. quo ad alios effectus,de quibus per extrauag. Pauli 11. incipient. ad Romanum Pontif. tit.de praeben.Tamen quo ad effectum re gularium reuocatoriarum expectatiuarū, talis creatio & receptio non sunt in consi deratione, quia eadem facilitate tollun tur,qua expectatiuę reuocantur, licet in istis sit facta receptio: ut tenuit Rota in una Romana canonicatus sanctae Mariae maioris,coram me de mense Iunio,1537. ut dixi superius in prooemio regularum quaest.2. num. 14. & in tract. expectatiua rum in prima forma.num.38.Et ista proce dunt, quando uigore mandati de proui dendo processum fuit ad receptionem. Secus uerò, si uigore illius nihil fuisset actum. Nam tali casu uigore illius man dati nullum esse ius quaesitum, nec in re, neque ad rem, per ea quae Egid. dicit in decisio.667. incip. Auditor deputatus. Quia non solum mandatum de proui dendo, sed neque alius titulus habilis de futuro non causat ius in re, ut tra dit idem Egid. decisio. 564. de quo uidendum latius infra, quaestione quarta.

Quintò modo acquiritur ius ad rem, per collationem nondum acceptatam, ut habetur in c. si tibi absenti, de præb. lib. 6. Et istud ius est considerabile quo ad omnes regulas & interpretationes, ut Fel. tradit in c. in nostra. Et Dom. in d. c. si tibi absenti, col. fi. ubi notabilem casum ponit.

Sextò modo inducitur ius ad rem, per reseruationem factam pro familiari de certo beneficio. Et istud ius est considerabile, etiam quo ad regulam nostram: adeò ꝙ si papa alteri conferat, non derogando expresse tali reseruationi, collatio esset nulla, neque tali casu sufficeret derogatio per generalem clausulam, Quacunque reseruatione generali non obstante, ut dicit Egi. in cons. 33. ver. 5. conclusio, & in cons. 34. incip. supposito statuto, uer. ad primũ dubium. Et hoc clarius tenet Gem. in consil. 12. inc. utrum ille. in fi. Quod procedit, quando papa confert alteri: sed si conferret illimet familiari, pro quo reseruationem concessit, non requireretur realis mẽtio reseruationis, ut dicit Fed. in trac. per mu. in 4. q. Et ius huiusmodi etiam erit cõsiderabile quo ad alias reg. de iure quæsito loquentes.

Septimus modus acquirendi ius ad rẽ, inducitur per cõsuetudinem optandi prębendam: iuxta c. fi. de consue. lib. 6. Et istud etiam est considerabile quo ad istam regulam. Sed quo ad effectum regulæ tricesimæ, & quo ad alios effectus, est magis dubitandum. Super quo tamen multum insistit D. Gaspar. de Peru. in tract. reseruatio. in 2. q. & doct. præsertim Mod. in d. c. fi.

Octauò modo potest acquiri ius ad rẽ .i. ad beneficium ob non solutionem pensionis propter clausulas appositas in literis ex hodierno stylo de consensu pensionarii & papæ. Et istud ius licet non fuerit consideratum a iure, est tamen inductum ab homine. Et priuatio iuris & hominis isto casu æquiparantur, per ea quæ Fel. tradit in c. in nostra. in 2. corr. de rescr. Tamen quo ad effectum istius regulæ non potest tale ius adaptari, cum competat contra uiuentem. Et regula nõ habet locum in prouisione beneficiorum uiuentium, de quo latius dixi, in tract. signaturæ, posito in regula de non iud. ẽm formam sup. q. fi.

Nonus modus erit priuationem iuris per quam acquiritur ius ad beneficium, adeò ꝙ uoluit Dom. in cons. 105. inci. ad supplicationem, in 2. col. uers. quo ad ẽm, ꝙ beneficiatus lite pendente super priuatione nõ possit permutare cum alio. Illud etiam ius non habetur in consideratione, quo ad istam regulam, quia beneficium non uacat antè, quàm ille priuetur. Et propterea posset dici, ꝙ agenti non competit aliquod ius, per ea, quæ longo sermone scribit D. Gundisal. de Villadiego quondã sacri palatii apostolici causarum auditor in tract. leg. 13. q. 1. partis, col. 14. uers. sed quæro, cum seq. & facit decisio antep. in nouis, inci. Titius, &c. de quibus omnibus dixi latius in regula de annali. q. 41. Et ideo hic non repetam.

Decimus & ultimus casus, per quem nobis acquiritur ius ad rẽ, est per regressum & accessum, de quo dixi in reg. 30. Et istud ius est considerabile quo ad omnes regulas & dispositiones de iure quæsito loquẽtes, nisi esset regressus uel accessus ob non solutionem pensionis, de quo dixi suprà in octauo casu, & etiam in regula de annali, & infra in tract. signaturæ.

Postremò, pro complemento omnium prædictorum, est aduertendum, ꝙ magna est differentia inter prædictam clausulam quatenus non tollatur ius quæsitum, &c. positam in gratia, uel rescripto, & inter illam, Sine pręiudicio, &c. Nam prima facit gratiam euentualẽ, secunda uero non, ut not. in c. examinata de confir. uti. uel inu. Nam si tollitur ius quæsitum, prima clausula reddit gratiã nullã, ut dictum est superius: secunda uero clausula comprehendit omne extrinsecum præiudicium, non aũt contentum, siue expressum in gratia, in qua papa præiudicare uidetur & talis clausula, Sine pręiudicio, reddit gratiam omnino puram de præsenti: Vt hodie 14. Ian. 1533. concluserunt Domini in una Parm. Vallium coram R. P. D. Nicolao episcopo Bosanen. in fauorem D. de Corrigia, interpretando similia uerba priuilegii Federici Imper. concessi dictis Dominis, ubi erãt dicta uerba, Absque pręiudicio aliorũ, &c. Nam fuerunt intellecta illa uerba de alio præiudicio, quàm expresso. pro quo alleg.

conf.Old.qui hoc dicit ad literam in conf. 330.in finalibus uerbis,allegari tamen solet Bart.in l.cum propter. ff.de leg. præst. & in l.de minore,col.3.uersic.sed iuxta,& col.5.uers sed quid.ff.de mino.Imo.in l.si quando,ff.de leg.i.Alex.in l. i. col.4. ff. si cer.pet.Dec.conf.11.num.14.& conf.283. col.3. Quibus conferunt,quæ refert Alex. post Abb.& gl.in l.non erit.§. dato. ff. de iureiur.ubi dñt,ꝙ si testis dicat aliquid esse factum in præsentia Titii & Caii: & postea interrogatus dicat, ꝙ illud non fuit factum in præsentia alicuius, intelligitur præter expressos, uidelicet Titium & Caium.Et ad hoc facit tex.in c.fi.de rapto.cũ similib. & hoc procedit de plano in materia beneficiali uel profana,sed in materia successionis & legitimationis ista, clausula,Sine præiudicio, quid operetur, uariæ sunt opiniones,super quo latè scribit Præpo.in c.per uenerabilem, qui fil. sint leg. Et Nic.de Vbal.in tract. succ. ab inte. col. 66.Et Soc.conf.212.col.2.dixi latius in cõsilio meo in causa legitimationis cuiusdã sancti,incipiente,Visis,& pro tenui, &c. Super qua quidem clausula in legitimationib.apponi solita, habeo manuscripta quadraginta ferè consilia doctissimorum uirorum Italiæ, quæ tanquam aliena ab hoc instituto, non referam.

QVAESTIO SECVNDA.

QVæro, an regula ista procedat indistinctè in quibuscunque commissionib. uel concessionib.tam in iudicio quàm extra? Et nunquid dispositio iuris communis procedat etiam indistinctè, tam in impetrationibus litè pendente, quàm antea factis?

SOLVTIO. Incipiendo ab ultimo dubio, dicendum est ꝙ iura communia indistinctè uolunt gratias quaslibet intelligi debere sine præiudicio tertii,siue impetratæ fuerunt lite pendente,siue ante litem, ut patet in c.ex parte.& c.super eo.de off. deleg.& c.quamuis,de resc.lib.6.Et hoc et in priuilegiis procedit,quæ extraiudicialiter conceduntur,iuxta rationem tex.in c. cum nostris.præb.& c.dudum. cum gl. de decimis.Sed quia inter actus iudiciales & extraiudiciales,quibus ius commune non plene occurrerat,est longa differentia,propterea edita fuit ista regula casus iudiciales ab extraiudicialib.distinguens:quę qualiter procedat,statim dicemus.

Quantum uerò ad primum dubium, circa dispositionem istius regulæ est distinguendum,ꝙ aut consideramus antiquas regulas, & illæ omnes solum restringunt se ad gratias,quæ impetrantur pro cõmissionib.habendis in causis, &c. Et sic impetrationibus factis lite penden. Et ita Rota usque ad tempora Hadriani papæ 6.interpretata est reg.istam. Nam hoc uerbum, Causis,hic positum, pro litib. exponitur. Quia causa dicitur, quando lis pendet, ut not.in l.causas.C.de trans. Vnde si extra causam gratia,priuilegium,seu breue concederetur, & illud tolleret ius quæsitum contra illud,non militaret prouisio istius regulæ,nec de ea excipi posset: quia regula respicit tantum gratias lite pendente cõcessas. Talis tamen gratia subiiceretur dispositioni iuris communis,quæ qualis sit, dicemus inferius in sua quæst.Et ita determinauit Rota in una Vormacien. capellaniæ coram R.P.D.Simoneta,ut retulit D. Melchior Baldazinus aduocatus,& hoc ad notauit bo. me. D. Dominicus de Iacobatiis tunc primarius auditor in suis regulis. Et iterum bis,me pręsente,idem casus contigit coram eodem D.Simoneta in una Camarineen.ducatus cõtra Ioannem de Borgia,& in alia Bononien. bonorum coram D.P.D.Paulo Capisuceo 4.Martii 1532. Quæ diu fuit uentilata inter Bentiuolios ex una,&Guizilerios,quia ad talem casum extraiudicialem non adaptantur uerba regulæ. Et per consequens nec dispositio. Et istam opinionem non solum modernis temporibus;sed etiam antiquis tenuit Rota. Nam reperio tempore Sixti Papæ 4. hoc idem dubium sæpe uentilatum fuisse uidelicet in una causa Cameracen. præb. & in alia Eduen.Abbatiæ. Nam tunc temporis ita seruabat Palatium, sicut modò seruat,uidelicet, ut regula locum tantum habeat in concessionibus lite pẽdente impetratis,ut refert Aloisius Tuscanus, uir illa ætate apprimè eruditus, & aduocatus consistorialis in uolumine primo suorum consiliorum, fol. 167. & 98. qui ponderabant procemium istius regulę,quod loqui

conceſſam, aut per uiam noui mādati, uel commiſſionis, vel remedio iuris cōmunis, ſicut fiebat ante regulam conditam. Voluerunt ergo antiqui pontifices, & non abſq; ratione, per regulam ſuam magis prouidere actibus iudicialibus, quàm extra iudicialibus, quos ſub diſpoſitione iuris communis reliquerunt. Nam præiudiciū, quod lite pendente colitiganti infertur, eſt magis damnoſum, & quodam modo ſpeciem iniuſtæ tyrannidis & proditionis continens. Ratio eſt, quia poſtquam corā iudice cauſa pendet, iuſtū eſt, ꝙ lis æquo Marte procedat, & quilibet ſuo iure uelu ti propriis armis uincat, uel ſuccumbat: ubi enim partes æquum iudicem ueluti rerum ſuarum mediatorem delegerūt, nihil magis inæquale & alienū à iuſtitia uidetur, quàm ab illo inſtituto recedere pro curando quaſi quadam uiolentia per ex orbitantes principis cōceſſiones ius tolli: quod ex eo iniquius uidetur, quia litis impenſæ & labores ſunt ferè innumerabiles & graues, quod non militat extra iudiciū. Merito igitur antiqui ſummi pontifices his iudicialibus caſibus, ubi maius præiudicium uertitur, ſubuenerūt, regulam con ſtituendo & ſubueniendo illi, qui poſt exactos plures, & fortè diuturnæ litis per ſaxa labores, patrimonium litigando conſumpſit: iniquum enim uideretur, quādo quis poſt tot incommoda ſperat ius ſibi reddi, ſi illud ſine cauſę cognitione tollatur: imò eſt præſumptio contra illum, qui lite pendente gratiam impetrauit, ut aduerſario ius tollat, quòd non foueat bonum ius: quia ſi bonum ius haberet, iudicem officio ſuo fungi permitteret, & nō per mēdicata ſuffragia fauorem principis aucuparetur ad effectū, ut aduerſarium colitigātē fortè optimum ius fouētem, & coram iudice proſequentem, derepentè obtruncet. Iſtæ quidem rationes, quæ hic quadrant, non militant ante litem: quia non ita ueri ſimiliter grauatur pars. Et ideo non abs re per iſtas & alias rationes olim Rota iſtam interpretationem tenuit, uidelicet, ut regula in gratiis lite pendēte impetratis dūtaxat procederet, ut refert domi. Gulielmus Caſſiodorus tempore ſuo in vna Baionen. decimarum coram domino Ioāne Antonio de Triuultiis, & in alia Placenti. nullitatis locationis coram domino Paulo Capiſucco de anno 1520. ita fuiſſe per dominos auditores concluſum. ad quæ facit conſ. Rom. 369. in 5. dubio, ut ſupius dixi.

QVAESTIO TERTIA.

QVæro, quid ſi per gratiam impetratā lite pendente, non tollitur parti ius quęſitum principaliter, ſed ſecundariò, & in conſequentiam, & quaſi per occaſionē nunquid habeat locum iſta regula?

SOLVTIO. Colligitur ex dictis Abb. Panor. in conſil. 85. incip. illud in ſumma, col. fin. ubi vult, ꝙ iura prohibentia non auferri ius quæſitum, debēt intelligi, quādo principaliter & certitudinaliter tollitur. Secus uerò, ſi occaſionatiuè. & ita Abb. ſequitur, & eum latius declarat Franciſ. Curtius iuniori conſil. 1. in 7. column. nume. 21. Et iſtam opinionem firmat Fely. in cap. quæ in Eccleſiarum. in 16. colum. uer. ſecunda declaratio. de conſti. Allegat hoc ibi tenere Domin. qui exemplum ponit in Papa cogente aliquos ad compromittendum: quod facere poteſt, ut in cap. cùm inter R. de elect. Nam ſi ex hoc ſequitur, quòd arbiter aliquam partē lædat, certè abſurdum eſſet dicere regulā habere locum: quia papa non mandauit principaliter fieri compromiſſum ut aliquem læderet. Et licet occaſionaliter eue nerit, ꝙ arbiter electus alterum læſerit, illud nō debet attendi, ex quo papa certitudinaliter non fecit. Quia potarat eſſe, ꝙ arbiter non læderet. Ita ibi Fel. & iedm repetit in rubrica de treug. & pace. in 2. col. uerſi. ſi diceres. Et pro iſta parte facit tex. in l. uerū. la 2. ff. de furt. ad idem glo. fin. c. quamuis. de pact. lib. 6. quæ conſiderat præiudicium principale attendi debere, non ſecundarium & occaſionatum. Ad idem eſt bonus tex. in l. conditionum. la ſecūda. in fin. ff. de condi. & demon. ubi dicitur, ꝙ nō uidetur quis diſpoſitioni teſtatoris ſatisfeciſſe, qn̄ non adimplet ſuam uolūtatē ex propoſito, ſed facto, uel caſu: & ſic per occaſionē. quē text. in notabili quæſtione ponderat Rochus Curtius in tract. iur. patron. in uerſic. & dotauit. quæſtione. 5. Et ſolet ad hoc idē allegari text. notabilis in l. cum ex oratione. §. fi. ff. de excuſa. tut. vbi

pro

probatur, ꝙ non attenditur damnum seu præiudicium, quod quis sentit in cõsequẽtiam fauoris, quia illud reputatur secũdariũ, ex quo principaliter fauor fuerat in consideratione. de quo rex. plura dixi in c.1.nu.18.de iudi.lib.6. Et eodem modo dicit Io.de Imo.in rep.c. cùm contingat. in 23.col.de iureiur. De illo qui iurauit in præiudicium reipub. Nam dicit ibi, ꝙ si principaliter hoc iurauit, non ualet iuramentum: si tamen iurauit principaliter in præiudicium alterius, sed occasionaliter & secundario iuramentum tendit in præiudicium reipub. dicit ꝙ tale iuramẽtum ualet, per ea quæ ibi deducit. Et facit l. 1. ff.de auto.tut. Et secundum istam opi. uidetur introductus quidam stylus sacræ Pœnitentiariæ ab antiquo usq; in hodiernũ diem, uidelicet, ꝙ quando petitur absolutio à mẽbri mutilatione, semper in literis apponitur illa clausula: Si nondũ satisfecit parti læsæ satisfaciat competenter, uel cũ illa cõcordet. Rõ est quia sacra Pœnitentiaria nõ intẽdit per suã absolutionẽ inferre præiu dicium illi mutilatio uiuenti, de cuius præiudicio principaliter agitur. Secus uerò quando non principaliter, sed secundario præiudicatur. Quia de tali præiudicio Pœnitentiaria non curat, ut patet in absolutione ab homicidio, ubi nõ ponitur prædicta clausula: quia ille, de cuius præiudicio principaliter agitur, est mortuus: alii uerò, qui ex illius morte possent præiudicium sentire, ueniunt mediatè & secũdario, non autem principaliter: & ideo illorum præiudicium non cõsideratur, per superius dicta. Pro quibus faciunt ea quæ tradit Soci. in consil.226.col.penult.uers. ad idem facit. in 2. uol. & in consil. 37. in 3. col. lib. 3. cum concord. de quibus per Mod. in l. si quis nec causam ff. si cer.pe. Et illam gl.fi.in d.c.quanuis. ad istud propositum allegat Fel. in c. cùm M. in 16. col.de constitu.& in c.humilis.in 2.col.de maio. & obe.& in c.exhibita.in princ.de iudic. & in c.cùm sit generale.in 6. col. & in c.si diligenti.in antepenult. col. de fo. compet.& in c.quanuis.col. penult. de re iudic. & in c.1.in princ. & in c. illa in 2. col.de accusa.& alibi sæpe.

Est tamẽ aduertendum, quia contrariũ uidetur tenere Lud. Roma.in consil. 176. incip.istæ sunt.in penul. col. Ubi tenet, ꝙ ista regula procedit non solũ quãdo principaliter ius quæsitum tollitur, sed etiam quando occasionaliter. Et hoc idem tenet Decius in l.pecuniã in 2.col.uer. secundò limitatur.ff.si cer.pet. ubi dicit, ꝙ quando agitur de præiudicio tertii, non solum cõsideratur quod principaliter fit, sed etiã quando in consequentiã & secũdariò quis præiudicatur, per ea quæ ibi adducit. Ratio esse potest, quia si aliter diceremus, nũquam regula haberet locum, & illius editio esset frustratoria: cum semper Papa in gratiis suis principaliter moueatur ad faciendum fauorem gratiato. Et illa est principalis intentio sua, vnde præiudicium inde resultans semper esset secundarium & non principale, iuxta tex. in l.cum ex oratione.§.fi.ff.de excus.tuto. & sic illud præiudicium non attenderetur, regula ista seruiret de uento. Pro qua opi. uidetur etiam decis. Egid.74.

Quid dicendum? Certè mihi prima opinio uidetur magis firma, & uerior legitimè intellecta. Quia negari non potest, ꝙ quando Papa per gratiam suam non intẽdit tertio tollere ius quæsitum, sed principaliter alicui fauere: si posteà occasionaliter tertio præiudicium eueniat, nõ debet illud considerari ad effectum istius regulæ per iura superius allegata. Vltra quæ facit ad hoc text.notab.in l.fluminum. §. fi. cũ l.seq.ff.de dam.infe. Et idem probat text. in l.1.§.denique.ff.de aqua plu.arcen. Quæ duo iura ad hoc propositum allegat Egid. in decis.753.in 2.col.incip.supposito,&c. Et de illis etiam meminit Ias.in repe. in l. quo minus.in 4.col.ff.de flumi. Accedant ea, quæ Ias.scribit in l.decem.col.18.num. 40.& sequen.de uerb.obliga. Et quæ Bal. tradit. in l. 1. §. huius studii. in 3.col.ff.de iusti.& iure.qui dicit, ꝙ statutum factum contra turbantes, intelligitur principaliter, non secundariò, uel occasionaliter. Sequitur Alexand. in consil. 113. in fine. in 2.uolu. & in consil. 1.in 3. uolu. & reassumit idem Iason in consil.86.in 3.column. uolum. 3.

Et tenendo istam partem, non obstat consi.Rom.quia si diligenter cõsideretur, potius

potius concludit contrarium. Et dictum Decii in d.l.pecuniam.ibi reprobatur per Iaf.& Mod.Et contrarium tenet idem Decius in l. vnica. in 2. colu. num. 21. C. de manda.prin.post.Ang.in consi.183.incip. mandatum. Nec decisio Egidii 74. facit quia ibi interuenit præiudicium principaliter,quod meritò attendi debet. Sed hic loquimur de præiudicio occasionaliter contingenti:in quo longa est differentia per superius dicta. Et per istu uoluit Rota in vna Parmen.spolii & bonorum coram reueren. patre domino Petro Vortio episcopo Aquen. die 12. Iunii 1538. ꝙ Papa & sacra Pęnitentiaria poterant tollere ius quæsitum alicui propter incursum periurii,uigore.l.si quis maior. C. de transact. quia illud ius non est principalis negotii, sed est ius occasionatum,& secundariò obueniens,per superius dicta. Ad quod bene faciunt dicta Compostel. in c. cum in cunctis.col.4.de elect.dum respondet ad c.qui diuersitatem.de concef.præben. ut ibi per eum.Et hoc plurimum ius fomentum habet. Quia de iure clarum est,ꝙ in quibuscunque hominum actionibus causa immediata,non autem mediata, id est, secundaria,& per occasionem inducta,attẽditur, ut ibi dicit Compostel.& tradit Fely. in c. solitæ.de maiorit. & obed. cum concord. ut scribit Decius in c. fin. in princ. de consir.util.uel inutil.& in Rubr.C.qui admit. col.3.Et hinc dicitur.ꝙ causa naturalis nõ accidentalis debet considerari:ut in l. qui habet.ff.de tutel.

Vt tamen omnis scrupulus tollatur , & opiniones fœdere distinctionis concordẽtur.ita ego distinguendum arbitror,uidelicet ꝙ aut tempore gratiæ per Papam lite pendenre concessæ imminebat illud præiudicium secundarium & occasionarium: & tali casu putarem locum esse regulæ, nisi appareret expresfè Papam etiam illo loco uoluisse præiudicare , Aut uerò tempore datæ gratię nullum imminet præiudicium,sed posteà contigit occasionaliter,& tunc regula ista non procedit. Quia nec mens,nec uerba principis emanarunt ad aliquem præiudicandum , sed principaliter ad beneficiãdum.Et ita procedunt prædicta iura,& ita expresfè sentit Egid.in d. decis.752.Et pro ista distin. est text. ualde not.in c.de occidendis.& in c.cum homo. 23.q.5.faciunt ea,quæ dicit Abb.in c.non magno.col.3.ne cle.uel mo. ꝙ licet monachi sunt prohibiti legib.studere, illud procedit principaliter : secus autem , si prius addiscunt ius canonicum,& ad illius iuris intelligẽtiam posteà legib.studeant, quia ex quo hoc prouenit secundariò,& per occasionem prohibitio non extenditur ad istum casum.Et pro ista parte plures decisiones cumulat Io. Rogerius de la Mota in repe. c. 1. in primo notab. de caus. pos.& propriet.

QVAESTIO QVARTA.

QVæro,an per hoc quod dicit Papa nõ velle alicui per quamcunque signaturam tollere ius quęsitum , intelligatur etiam de iure quæsito sub conditione, uel ad tempus?

SOLVTIO. Istud dubium habet duas partes.Prima,de iure quæsito conditionali:secunda de iure quæsito ad tempus.

Circa primum,Roma.hanc quęst.in terminis decidit in consil. 256. approbo sententias.ubi concludit , ꝙ quando Papa facit mentionem de iure quæsito , debet intelligi de iure quęsito purè & simpliciter non autem de conditionali, quia illud ius per dictam clausulam præseruatum nõ cẽsetur.Pro qua opi.alleg. tex. in l. si ita scripsisse.ff.de lega.2.cum aliis,ut ibi per eum. Et ita etiam Fely. hic in quibusdam suis Apostillis intelligit istam regulã sequutus Roma.in d.consilio.Et cum Roma. transit etiam idem Fel.in c.super literis.in 9.col. de rescript. Et ratio istius opi. fundari potest in vno dicto , quod in notab. casu ponit Rota decis.25.de rescript. in not. Et Egidius in decis.749.in fi.relata per Fel.in c.in nostra.in 7.corr.de rescri.ubi dicit , ꝙ quando aliqua dependent à futuro euentu,quæ possunt se habere ad esse, & non esse,non debent considerari , quia non habent spem in aliquo uero de præsenti,per plura iura quę ibi allegantur. Cùm igitur ius conditionale non habeat aliquam substentiam de præsenti sed dependeat à futuro euentu , qui potest se habere ad esse & non esse ut in l.cedere diẽ.ff.uer.sig. meritò sub dispositione istius regulę cõprehẽdi

teræ Apostolicæ no. pa. in 7.col. uersic. limitatur quintò. cum aliis concor. ut scribit Ias.in l.fin.ff.de pact.

Addo postremò ꝑ ista opinione dictũ Pau.de Cast.quem ibi sequitur Ale. in l.si stipulatus fuerim.§.cum stipulamur.ff.de uerb.oblig.ubi post Ioan.And.dicit Paul. de Cast.ꝙ si testator grauat hæredem soluere debita Titii,tenetur etiã soluere debita cõditionalia,& in diem: argu.l. si seruitus.ff.de ser.urba.pręd.Rationem ponit ibi Alex.quia illa uerba sunt probata in vltimis voluntatibus,quibus beneficia ecclesiastica ęquiparantur, prout de vno ad aliud arguit gl.in uerbo,In ultimis uoluntatibus.in c.1.de concef. pręb. lib.5. & est tex.qui ista duo æquiparat in c. autoritate.eod.tit.Sequitur Rom.consil. 348.in fi. præsertim,quia cùm tollere ius quæsitũ, sit odiosum, debet intelligi de omni iure etiã conditionali.Pro quo faciunt ea,quę post Cuma.dicit Ias.in d.§.cũ stipulamur. Ista sunt, q̃ ꝑ ista parte affirmat.dici pñt.

Quid igitur dicendum? Certè licet materia uideatur satis subtilis,quæ disputando posset in immensum trahi, tamen prima opinio uidetur magis communis & approbata, ut apparet ex his, quæ post alios scripsi in §. item si quis in fraudẽ. nu.33.institut.de actio.quæ hic causa breuitatis non refero,cùm ibi uideri possint. Pro quib.etiam faciunt ea quæ Bart. Alc. & communiter doctores tradunt in l. 1. ff.si cer.pet.uolentes,statuta loquentia de debitore,non habere locum in debitorib. conditionalibus.

Non obstant, quæ superius dicta sunt, uidelicet,ꝙ beneficialia æquiparantur ultimis uoluntatib. Quia dico hoc non esse omnino expeditum & clarum ex eo,quia super hoc gl.fuerunt uariæ.Nam gloss. in uer.ignoranti.in c.gratia. de rescri.lib. 6. materiam beneficialem æquiparat contractibus.Et ita ibi de vno ad aliud arguit. Sicut etiam Rom.in consi.369.in 4.col. uers. cum igitur pẽsiones super beneficiis æquiparat contractibus. Et ideo omnibus ambagibus omissis,nec curando de quadam distinctione posita per Nic.Euerardum in tracta. de locis legalibus. fol. 86. possunt sic istæ opi.contrariæ distinguendo duos casus concordari.

Primus est, quando ius conditionale, quod in spe consistit,dependent in totum à futuro euentu,neque habet dependẽtiã aliquam ab actu de præterito uel præsenti.Et tali casu procedat opinio Roma.in d.consil.256.cum aliis pro eius opi.allegatis. Neque tali casu regula ista habet locũ,quæ loquitur de iure quæsito de pręsenti,siue illud sit ad rem,uel in re cõsiderabile,ut est illud,de quo posui exempla superius in 1. q. Et isto casu perdere ius quærendum, non est damnum sentire. c. pe.§.fi.de præb.li.6.Hinc uidemus, ꝙ nec prælatus,nec seruus ĩ quæsitis possunt pręiudicare ecclesiæ seu domino.Secus est in quærendis,ut tradunt gl. & doc. in l. iubemus nullũ.C.de sac. san. eccl. Et reassumit Ias.in l.seruus.C.de pac. Et ita etiam est in iure merè conditionali, quod nihil ponit de præsenti,sed solam & nudam spem de futuro continet,ut in §.ex conditionali.in sti.de uer.obl.Ideo tale ius perdere,nõ est dãnũ sentire,neq; in re,neq; ad rẽ.& ita in beneficialib.est tex in c.si pro te. de rescr. lib.6.Nec obstat, ꝙ de tali iure debet fieri mentio in literis.Quia est uetum, quando ex iure conditionali resultat aliquod ius in re uel ad rẽ,& nõ est penitus caducum. Et ita procedit dictum domi.in cons.107. inci.super primo dubio. in fi. & ad hoc bene faciunt iura,quæ allegat.Roma. Cũ igitur ista reg.loquať de iure quæsito, & ius merè conditionale nõ dicatur aliquo modo quæsitum,sed quærendum, Regula in illo nõ procedet, cùm sint ista multùm diuersa,ut dicit Bal.in l.is potest.in 4.col.ff. de acquir.hær. & Moder.in l. mancipata. C.qui admit.quia hoc uerbum,quęsitum, denotat perfectionẽ,ut uidelicet ius sit incorporatũ, & iã radicatũ, ut dicit Ægid. in consil 34.in 7.dubio.col. antepenul. Et secundum hoc possunt uerificari, quæ dicit idem Ægid.in decis.729.col.fi.& Soc.in cõsil.87. colum.10.nu.27.lib.3.cum vulga.alleg.per quosdam Moder. consulentes, uidelicet Barth.Cassanen.in consi.57. col fi.

Secundus casus est, quando ius cõditionale habet aliquam spem, uel respectum de præterito uel præsenti, ut est in d. l. in de Neratius.&in casib.in q̃b.cõsuluit Are. in di



in dictis consiliis. Et tali casu putarem reg. istam habere locum. Quia hoc ius conditionale propter firmam & probabilem spem de præsenti, inducit quoddam ius ad rem, quo priuari, uideretur præiudicia le, ut dicit Bar. in l. post emancipationem. §. 1. ff. de libe. leg. Et probat tex. in l. inde Neratius. cum aliis superiùs alleg. Et de tali iure quærendo potest intelligi gl. & Bal. In l. ad resoluendum. C. de præd. mi. Et istis simile est ius, quod alicui quæritur in spe ex testamēto alicuius ante mortem, iuxta gl. not. in l. omnium. C. de testa. quæ uoluit, ꝙ per testamentum datur plenum ius quo ad acquisitionem dominii, plenius per mortem testatoris, plenissimum per aditionem. Vnde meritò, quia tale ius est considerabile, solet de eo fieri mentio in impetrationibus & gratiis. Et in eo militabit reg. ista. Et ita procedunt quæ dicit Egid. in decis. 722. incip. supposito, &c. Quia per plura fundamenta defendit istā partem. Et secundum ista dicta procedit, quod dicit Old. in consil. 285. incip. alleg. in causa. col. pe. dum distinguendo duplicem speciem conditionis, limitat tex. in d. c. si pro te. ut ibi per eum. Et de illo latius mentionem feci in regula, De publicandis resignationibus. Et istam opin. firmat etiam Egid. consil. 34. super septimo dubio. col. antepe. ubi dicit, ꝙ nunquam papa per suas literas censetur tollere ius ad rem lite pendente, nisi expressè hoc dicat. Vnde secundum est per stylum curiæ, ꝙ illa clausula, Quatenus non tollatur ius quæsitum, solùm excludat ius per acceptationem quæsitum. Ergo in omni alio iure non excepto habebit locum. Et secundum hoc iustificatur vna nouissima decisio Rotæ facta heri 27. Nouembr. 1538. in causa Hispalen. præstimonii coram R. D. Ioāne Paulo Ptolemæo, in qua Domini uoluerunt regulam de extendendis consensib. quæ simpliciter de resignationib. dicitur, habere locum in renunciationib. conditionatis, uidelicet factis cum reseruatione omnium fructuum, & regressus, nec aliter nec alio modo. Nam licet dicta renūtiatio sub tali conditione facta fuerit, nihilominus fuit iudicatum sub regula comprehendi. Et ita D. Ioan. Paulus ex omnium uotis pronuntiauit in fauorem Roderici Petri de Molina, contra Gundisaluum Xuares. Et ratio fuit quia tale ius conditionale nō erat absolutè ius respiciens omnino tēpus futurum, sed habebat subsistentiam & respectum ad ius præsens: quo casu in tali iure reg. ista locum habet, ut probatum est superius. Est bene uerum, ꝙ in illa reg. de extendendis consensibus, ponderabantur uerba prægnantia & vniuersalia, ibi in quascunq; cessiones & resignationes, &c. quæ de sui natura casum alias non comprehendibilem includunt, ut probat Dy. in rub. de re iur. lib. 6. & dixi in §. omnium. infr. de act. facit l. Iulianus. ff. de leg. 3. Tamen, iudicio meo, quando ius conditionale omnino dependeret a futuro euentu, & non respiceret actum præteritum, uel præsentem, illa generalitas nihil faceret, obstātibus iuribus supra per Roma. in d. consil. allegatis. & tali casu uerba generalia restringuntur secundum subiectam materiam, ut est tex. in c. cùm in illis. in prin. de præb. lib. 6. qui loquitur de beneficiis quibuscunque. & tamen illa verba non comprehendunt curata, ut latius tradit Deci. in consil. 541. incip. uisa donatione. in 2. col. Ex quibus omnibus habes in hac materia notabilem, & non vulgarem resolutionem, quæ deseruiet ad multa in aliis locis dicenda. Et præsertim ad causam lino. castri Duciç modò pendentem corā D. Marsicano, in qua Domini tenebant concessionem castri factam D. de Maluetiis per Clementem esse conditionalem: & propterea dubitabatur, nunquid per secundam concessionem per eund. Clementem factā R. cardinali Campegio censeretur præiudicari Maluetiis. super quo multa aduocati scripserunt, & longè plura Domini considerarunt, quæ hic non scribam, ex quo causa adhuc pendet, super quo ponderanda sunt uerba Arc. in d. l. i. potest. in 4. col.

Circa secundum dubium istius q. uidelicet nunquid ista regu. habeat locum in iure quæsito ad tēpus? Rom in d. cons. 256. cōcludit ꝙ non. pro qua opi. allegat tex. in l. si pro parte. §. uestum. ff. de in rem uer. & l. qui concubinam. §. cum ita. el 2. ff. de leg. 3. ubi probatur, illud non dici in bonis nostris, quod non durat, quia non dicitur

perue

peruenisse quod non stetit, ut ibi not. gl. Et istam opi. Rom. in specie sequitur Fel. in d.c. super literis. in 3. col. de rescri. nihil addens. Et ad illas leges per Rom. alleg. plures concord. adducit Alb. in d. §. uer sum. Et istam opinionem uidetur tenere Dom. in cap. si propter. in pen. not. de re scrip. lib. 6.

Tamen aduertendum est circa intelle ctum istius quaestionis, uidelicet quomo do intelligat Rom. ius non duraturum. Nam si intelligit pro iure competenti ex gratia expectatiua, quae potest reuocari, & diu non durat, ut experientia docet, & innuunt eius uerba, tunc dictum eius non habeo pro cōstanti, quia ex quo gratia ex pectatiua non fuit concessa ad certum tē pus, licet reuocari possit, cēsetur perpetua: quia perpetuum dicitur illud, quod ad tē pus non conceditur, licet reuocari possit, ut est casus in l. iuris peritos. ff. de execu. tut. Hinc est, ꝙ officialis qui ad nutum crea tur, ex quo ad tempus non datur, perpe tuus reputatur, ut est gl. ordinaria in cle. 2. in uerbo, per electionē. de rescri. Sequitur Old. in consil. 4. & Ias. in §. sed istę. in 6. col. insti. de act. Abb. in c. quanto. col. pen. de iu reiur. cum aliis concord. ut scribit Ias. in l. sufficit per illum text. ff. de cond. indeb. & ante ipsum Alex. in consil. 216. incip. magi ster. col. fi. lib. 7. Et ideo dicit Domi. in c. fi. per gloss. ibi, in uerb. perpetuas. quòd sta tuta disponentia circa actus perpetuos in cludunt etiam actus, qui possunt esse tem porales & perpetui. Et ista omnia à fortio ri procedunt, quando agitur de damno euitando. Nam ne aliquis damnum patia tur, illud quod est temporale, iudicatur ꝑ petuum, & econtrà, ut declarat Dec. in c. ex literis. in fi. de consti. Facit ad hoc quod dicit Bart. in l. etiam. in fin. ff. de minor. Quae omnia si conferantur ad casum no strum, non erit dubium reddi opin. Rom. dubitabilem. Nec etiam seruari potest, si dictum eius intelligatur in acceptatione, prout uidentur innuere uerba eius. Quia etiam acceptatio non est actus temporalis quādo efficaciter fit, sed perpetuò durat, & per eam ius ad rem acquiritur, & licet sub clausula, Quatenus nō tollatur ius quę situm, tale ad rem de stricto iure non con sideretur. Secus tamen est, quo ad istā reg. ut dictum fuit in 1. q. Quia intentio papae non est ualle alicui praeiudicare etiam in minimo praeiudicio, ut est glo. in c. cùm olim. de consue. cum aliis concor. de qui bus in d. 1. q. Et ita omnia iura dicunt: qui bus in dubio papa adhaerere praesumitur, ut latè probat Ias. in l. iustitia. ff. de inst. & iur. & in l. ex facto. ff. de vulg. & pup. & li cet Rota in deci. 16. de praeb. in no. tenue rit contrarium, quo ad acceptationem: ta men, ut inquit Egid. in dec. 167. illud fuit introductum potius ex quadam vsurpatio ne palatii, papa sciente, & tacitè approbā te, quàm de iure. Et idem facit Fely. in c. in nostra. in 28. cor. de rescrip. ut latè dixi in d. 1. q. Itaq; dictum Rom. de iure non ui deretur bene adaptari ad ius quaesitum ex acceptatione, quod, ut dixi, non solùm nō est temporale, sed perpetuum & conside rabile quo ad istam regul.

Verùm quia tex. allegati per Rom. con tinent rationem generalem, propterea co gitabam si dictum Rom. quod communi ter tenetur, posset exemplificari in com menda data ad sexmenses duntaxat. Nam ex quo tale ius est temporale, uidetur non comprehendi sub ista regula. Nam si papa alteri prouidet infra illos sex men ses de tali beneficio commendato alte ri, non diceretur tollere ius quaesitum, neque esset locus huic regul. Com menda enim temporalis A. non dat ius in beneficio B. secus si perpetua esset, ut di cit expresse Domi. in c. nemo. in 2. col. de elec. lib. 6. allegat decisionem Rotae, licet corruptè, quae est in antiq. 141. incip. no ta, ꝙ ubi beneficium. quae hoc idē expres se dicit. Et sic dictū Rom. in isto exemplo quadrat optimè, ex eo, quia Rot. & Do. in d. loco expressè faciunt differentiam, quo ad acquisitionē iuris ex cōmēda ꝑpetua uel tēporali. Obstat tñ ꝑdictis unū, q̃a ne gari nō pōt habēti bñficiū ad 6. mēses cō mēdatū, ꝑiudiciū inferri, si illud auferaṫ, q̃a ēt priuari sola possessione, est multum ꝑiudiciabile. Et tale ꝑiudiciū est cōsidera bile, ut ī c. licet eps. de ꝑb. li. 6. & qua rōne dicimus inferri ꝑiudiciū cōsiderabile cō mēdatario ꝑpetuo, q̃n priuaṫ cōmēda ꝑpe tua, eadē dicemus ꝑiudiciū īferri tꝑali cō

menda

mẽdatario, si sua tpalis commẽda aufera tur, quia argumentum de parte ad totũ, etiam respectu temporis ualet, ut in l. si cui. in prin. in uerb. proinde. & ibi no. Bal. de le. 1. Et hoc locum habet in materia fa uorabili, ut uidetur esse ista, ne tollatur ius quæsitum, ut declarat Ias. in d. l. si cui. Præsertim, quia de iure canonico quod libet minimum præiudicium considera tur. c. de appellationibus: de app. & c. si proponente. de resc.

Tamen omnibus istis potest responde ri; quòd cõmendatarius temporalis non h bet ius in re, neque ad rem, nisi spoliare tur. Igitur regula ista quę de tol. iur. loqui tur, non potest uerificari in commenda temporali. Quia, ut dixi per eam non di citur nobis ius quæsitum: quia illud dici tur nobis ius quæsitum, quod perpetuò & irreuocabiliter quęritur, ut tradit Odo fre. in l. 1. in 3. col. in 2. no. C. de uend. rer. fisca. libro 10. Nec obstat, quòd iure cano nico de minimis curatur, quia illud est ue rum, quando in illis competit nobis ius in re, uel ad rem, aliàs regulariter de mini mis nõ curat. uulg. l. scio. ff de in inte. rest. Plura ꝑ ista parte adduci possent, q̃ ne in cidamus in materiã brocardicã, omitto. Tenenda igitur erit opinio Rom. quæ cõ tradictorem nõ habet. Aliter potest exem plificari quæstio in eo, cui ius differtur. nam tale præiudicium non debet attendi quo ad istam regulam, ut dicit Card. Iaco batius in tract. concilii. lib. 10. fo. 621. ubi meminit de Ro. in d. consi.

QVAESTIO QVINTA.

QVæro, an regulæ isti sit locus, quan do in commissione, uel gratia pro cõ missione impetranda derogatur possessio ni, tanto: uel quando apponitur in literis clausula, Dummodo non tollatur ius quæ situm, an talis clausula uerificari potest, quando tollitur sola possessio?

SOLVTIO. Fely. hic in quibusdam apostillis dicit regulæ non esse locũ. Quia derogare possessioni, non est derogare iu ri quęsito. Et refert Rotam ita tenuisse, ni hil tamem allegat. Sed pro ista opinione facit tex. in c. bonę. el 2. quem ibi no. Abb. in 7. notab. de postu. præl. ubi ponderat illum tex. in uerbis, ius habeo. quæ uerba secundum Abb. ibi propriè de iure pro prietatis, nõ de iure possessionis intelligũ tur. Faciunt etiam ad hoc quę dicit Nicol. milis Rotæ auditor in uerb. beneficialis causa dicitur. qui uidetur ista ut diuersa ponere. Et quædam exempla super hoc ponit Decius in c. 1. in 3. col. super gl. 1. de confir. uti. uel inut. Præterea, quia quan do loquimur de possessione, præsupponi mus possessorem ius nõ habere, quo casus sine causæ cognitione talis possessio tolli põt, nec potest præiudiciũ prætẽdi, ut tra dit Ro. in cons. 499. col. 2. Præterea, quia ui demus ꝙ subrogatur in litẽ uel in ius quo modolibet defuncto competens, si in sub rogatione nulla fiat mentio possessionis, non censetur subrogatus quo ad posses sionem, ut dicit Egid. deci. 351. ergo pos sessio non est ius, quia si propriè appella. iuris contineretur, in subrogatione iuris comprehenderetur. Cum igitur regula ista loquatur de iure quæsito, non habe bit locũ in possessione, quia nihil commu ne habet ius cum possessione. l. naturali ter. §. nihil. ff. de acqui. pos. Et ideo expres sio unius arguit exclusionẽ alterius. arg. c. nõne. de præsump. Et pro ista opinione multum facit, quia causa possessorii uide tur modici pręiudicii, & ideo de illa pa rum curatur, ut in l. unica. C. de momen ta. possess. Quæ omnia in ratione cõsistũt, quia licet aliquis possessione priuetur: ta men quando posteà constat illum habe re bonam ius siue titulum, de facili eam cum fructibus perceptis recuperat, & ideo nihil amisisse uidetur. Non sic est in tit. quia illo ex defectu iuris deperdito non potest recuperari, & titulo amisso pos. ni hil tribuit. igitur si ea quis priuetur, nihil iuris dicitur perdere. & propterea reg. iste de pos. mentionem non fecit. Et ob eam causam uoluit Rota in una Luc. decana tus coram me de mense Dec. 1537. quòd regulæ Innoc. VIII. & Hadriani VI. reuo cantes ius patronatus laicorum, qui eccle sias de bonis suis, saltem pro dimidio ua loris earum non dotarunt, procederent, & haberent locum, etiã si laici in quasi pos sessione iuris præsentandi fuissent, quia illa quasi possessio sublato iure facilius tollitur, nec in consideratione. Et licet illa

illa materia, quia exemplatis, & multis nobilibus Hispaniæ & Franciæ, qui ex præmissis causis obtinuerant ius patro. ualde præiudicialis esset, Rota noluit ꝙ in ea pronuntiarem, sed ꝙ causa concordaretur, prout etiam postea mandauerat S.D.N. Papa Paulus 3. & ita factum fuit. Nihilominus domini auditores bis uel ter prædictam opin. firmarunt: causa prius plenius disputata. Pro quib. facere uidentur quæ dixi suprà in proœ. q. 5. dum dixi in causa Rom. canonicatus S. Mariæ maioris sub reuocatione expectatiuarum, & creationum in canonicos, comprehendit creationē, uigore cuius possessio capta fuerat.

Sed ꝑdictis non obstantib. cōtraria opi. uidetur esse uerior, uidelicet, ꝙ regula ista de iure quæsito loquens, habeat locum, quando possessio tollitur. Pro qua opinione uidetur esse tex. notab. in c. dilecto. de uer. sig. ubi apertè probatur, ꝙ ex possessione ius acquiritur adeò, ꝙ sicut non est intentionis papæ, alicui ius tollere, ita neque eidem possessionem auferre, ut ibi dicitur, & hoc, ratione probatur, quia ista regula loquitur de iure tollendo: ergo uidetur possessio comprehendi, quia possessio acquisita nihil aliud est, quàm ius, ut in l. peregrè. ff. de acq. pos. & in l. si quis à se fundum. ibi, possessionis iura reparātur C. ad l. Iuliam de ui. per quem text. uoluit ibi Bald. post Innoc. in c. episcopi. de reb. eccl. non alien. per illa uerba directa iudici, uidelicet studeas ad ius, & proprietatē ecclesiæ reuocare, &c. includi possessoriū, & sic apparet manifestè in rescriptis, quæ sunt strictè interpretanda, appellatione iuris possessionem includi. Pro qua opinione plura iura adducit Spec. in tit. de prob. §. uidendum. uers. sed pone statutum, &c. Et ista īterpretatio quæ benigna uidetur, capienda est in ista regula, ut alicui minus præiudicetur, quàm sit possibile. Nā sicut ius tolli non debet, ita neque possessio alicui est auferenda sine causæ cognitione, ut notat Inno. in c. inter. de maior. & obe. Bal. in l. si deserta. C. si ꝑꝑ pub. pe. Bar. in l. fi. col. 6. uers. item extra glo. quæro. C. de edic. diui Had. tol. & est tex. in c. licet episcopus, de præb. lib. 6. nam si prædo antequam possessione priuetur, etiam in notoriis citari debet, ut dicit Bald. in R nam ita diuus. col. 2. uer. sed nunquid qui libet possessor, ff. de adopt. per l. meminerint. C. unde ui. quid in bonæfidei possessore dicendum erit? dubium enim non est, possessionem acquisitam perdentes, damnum sentire. nimirum igitur dicere debemus per amissionem possessionis ius nobis quæsitum tolli: quod fieri non pōt sine causæ cognitione, etiā ut dixi, si possessio iniusta fuisset, ut latissimè And. Sic. in cons. 12. incip. à Ioue principium, &c. in 2. & 5. col. lib. 3. ubi in notabili casu consuluit, de quo ibi per eum. Et secundum quam alias in una Malacitana de Antequera iudicauit Rota die 4. Martii. 1532. coram R.P.D. Ioan. Clerici.

Præterea, pro ista parte facit, quia sicut in dubio papa non uidetur derogare iuri alteri quæsito, ita neque possessioni: vt dicit Abb. in c. 1. in 3. col. uersic. ita contra hoc dictum, &c. de resc. Et idem tenet Pet. de Anc. in rep. c. si ꝑꝑ. de resc. li. 6. quē sequitur Fely. in c. in nostra. in 36. corr. in 3. col. eod. tit. & ibi Abb. post Inn. & alios in c. dudum, de decimis. Et bonus tex. in c. 2. eo. ti. li. 6. Quæ iura ad hoc ponderat Cald. cons. 29. tit. de præb. & cons. ultimo. de reb. eccle. non alie. qui consuluit in casu, de quo per And. Sic. in d. cons. 13. licet ille de Cald. non faciat mentionem hoc idem tenuit Dom. per prædicta iura in c. cum de beneficio. in 2. col. uers. quid si nō potest. de præb. lib. 6. Et sentit Lud. Rom. in sing. 597. incip. an priuilegium. Et ita de possessione quæsita ad ius quæsitum arguit Abb. post Inn. in c. dudum. in primo not. de priuil. uersic. sed pro declaratione tex. &c. Et ita etiā utrunq; parificat Imol. in consi. 121. in 1. & 2. colum. ubi generaliter concludit, ꝙ sicut princeps, non censetur in dubio tollere ius quæsitum alicui, ita neque possessionem. Quod etiam tenet Soc. in cons. 15. col. pen. in fi. lib. 3. Et latius in consil. 120. incip. memini me. in 5. & 6. col. eod. uol. cum plurib. conc. ut scribit Old. in cons. 268. incipien. quæstio est, &c. ubi notabiliter loquitur.

Ex quibus omnibus resultat ista conclusio, ꝙ sicut papa nō ꝑsumitur uelle alicui auferre ius quæsitū, ita neq; possessionē.

Itaque regula ista loquens de uno, habebit locum in alio. Ad prædicta faciunt, quæ late scribunt Io. Rogerius de la Mota in rep. c. t. in 2. notab. de cau. poss. & proprie. Et latius Ant. Corsetus quondam Rotæ auditor in c. ad nostram, el j. de iureiu. ponderando illum tex. in uerbo, possessiones. Et faciunt ea quæ Fely. post Imol. scribit in c. causam. in fi. de resc. Et ꝙ in simili casu possessionis decimarum, temporib. suis fuisse decisum refert D. Gul. in tit. de priuil. decis. 1. respondens ad contraria, quæ tunc fiebant: quæ omnia in ratione consistunt, quia regula ista loquitur de iure quæsito, & tamen secundum communiter doct. in rub. & in l. i. ff. de acq. poss. nihil aliud est quàm ius. Hinc est, ꝙ idem iudicamus de bonæfidei possessore, quod de domino. l. magis puto. §. 1. ff. de reb. ec ele. cum concor. ut scribunt Mod. in l. bona fides. ff. de reg. iur. Magna. n. sunt commoda possessionis in pluribus locis iuris diuulgata, ut tradit Fel. in c. olim. in col. pe. & fi. de rescr. Inde uidemus, ꝙ in pari causa tituli possessio dat ius, ut c. si à sede. de præb. lib. 6. Ex prædictis igitur appatet articulum esse disputabilem.

Quid dicendum? Concludo quòd istud dubium, ut dixi, fuit propositum de mense Iunio proximè præterito per R. D. Syluestrum in causa Toletana de la Stella pro parte D. Episcopi solis. Et tunc propter calores, & difficultatem materiæ nihil fuit conclusum. Sed hodie qui numeratur 28. Iunii 1538. in eadem causa Toletana, quam proposuit Reuerend. P. D. Ioan. Clerici episcopus Maceratens. omnes Domini concluserunt per priuationem possessionis tolli ius quæsitum. Et quòd uerba regulæ possunt in possessione uerificari, per ea quæ superius adducta fuere.

Non obstant modò adducta in contrarium. Primò dictum Fel. asserentis contrarium tenuisse Rotam, quia respondetur illud procedere in momentanea possessione & instrumentali. Et ita contraria resolui possunt. Secus uerò est in possessione plena, successiua, & effectuali. Quia talis possessio est maximi momenti, & illam perdere, est damnum sentire, per ea quæ dicta sunt.

Vel secundò potest dici, ꝙ contraria possunt habere locum in possessione incorporali. Sed ista 2. opinio Rotæ procedit in corporali, & uirtuali possessione, secundum ea quæ scribit Lapus allegatione 16.

Vel tertiò dicamus, ꝙ aut possessio est colorata, & tunc non censetur papa in dubio illi præiudicare, etiam si scribat motu proprio, c. cum nostris, de conces. præb. & ibi notant doct. & ita procedat pars affirmatiua. Aut est possessio meri facti, & procedat decisio Rotæ antiqua, cum aliis dictis. Pro qua distinctione est notabile consil. Decii 209. incipient. in casu proposito, columna secunda. Et ad hoc uidetur benefacere dictum Felyn. in cap. ad aures. in quinta columna, uersiculo tertius casus, & in cap. in nostra. in 36. corr. in 3. colum. de rescr. & ea quæ tradit Cardinalis. consil. 92. incip. nobiles, alias incipien. fauendo pupillis, &c. in 1. & 2. col. ubi notabiliter loquitur.

Vel quarto modo possunt opiniones distingui, uidelicet quod aut loquimur de priuilegio generali, uel etiam de reuocatione uniuersali. Et tali casu procedit pars negatiua, quòd non requiritur mentio possessionis. Secus, quando loquimur de speciali impetratione, quia tunc requiritur specialis mentio possessionis, alias non censetur sublata, & erit locus regulæ. Ista distinctio colligitur ex dictis Lapi, in alleg. 84. in 12. columna, uersiculo sed uerum est dicere, &c. secundum par uam impressionem. Et istam dicit communem opin. Imo. in dicto capitulo, cum nostris. Nec obst. decisio Dominorum facta in causa Lucana Decanatus, de qua supra proxime mentionem feci. Quia illa decisio si bene consideretur, facit pro hac parte, ex eo, quia illæ regulę Innoc. & Hadriani, de quibus ibi agebatur, reuocarũt ius patronatus laicorum. Ergo à fortiori, & in necessariam consequentiam censebatur possessio sublata. Quia sublato iure quod est plus, uidetur tolli quod est minus, imò quod est idem, quia ut superius dictum est, sub istis uerbis iuris quæsiti comprehenditur possessio. Difficultas

igitur nostra est, quando sumus in dubio. Vel secundò respondetur, quòd decisio illa Dominorum non tam fuit in quasi possessione, quàm in uerbis pręgnanribus illarum regularum fundata, quæ possessionē includere uidebantur propter rationes ibi positas. Ex hoc tamen inferri non potest, quando de possessione in specie, uel per uerba æquipollentia non fuisset facta mentio: quia tali casu non censetur in dubio possessioni derogatum, sicut nō derogatur iuri quæsito: arg. l. 1. C. de appella. ubi dicitur quis præiudicari, si omittatur ordo in possessorio, & ideo appellari potest.

Ex prędictis igitur apparet, inter possessionem uel ius amittendum, quo ad effectum istius regulæ, nullum esse discrimē. Tamen quantum ad effectum durationis est secus, ex eo, quia facilius perditur possessio, quam ius, quod apparet, quia possessio beneficii ex negligentia 10. annor. perditur, & habetur pro derelicta, ut tradit Abb. in c. cū uenissent. de rest. spol. & in c. capitulum, de rescr. & ita Rota intellexit dicta eiusdem Abb. in c. contingit. in 3. col. uers. ij. ex dicta gloss. de dolo & contuma. Ius uerò competens super beneficio, uel alia re, nunquam negligentia perditur nisi in casibus à iure expressis, ut formaliter dicit Bart. in l. solent. §. fi. col. fin. ff. de off. proc. quem sequitur Ias. in l. 1. col. pen. C. de furt. Et latius mod. in tract. præscr. in 1. parte. 3 partis princi. in q. 10. in fi. per quam Bart. doctrinam Rota die 3. Iulii 1531. in una Gebenen. pro R. Car. Anchonitano corā D. Camillo de Baglionibus tenuit ius cardinali competens super dicto beneficio temporis negligentia non periisse. Et idem tenuit hodie Rota 24. Nouemb. 1539. in una Vrbeuetana archipresbyteratus coram R. D. Io. Paulo, dum uoluit, quòd R. Car. de Farnesio, nūc papa, quia ad dictum archipresbyteratū habuerat regressum per cessum, uel dimissionem, uel decessum, uel quamuis aliam amissionem, si fuit negligens in petendo dictum archipresbyteratum per assecutionem alterius beneficii incompatibilis ipsius possessoris uacantem, & ille archipresbyteratus deuenit ad alios ratione noui tituli, non propterea R. Cardinalis uisus fuit perdere ius suum, quia illud per negligenriam non perditur, nisi in casib. expressis: quæ omnia sunt not. quia quotidie accidere possunt.

QVAESTIO SEXTA.

QVæro, quid si alicui sit ius quæsitum ex sola commissione, nunquid secundæ commissioni derogatoriæ illius obstet regula?

SOLVTIO. Fely. hic in suis apostillis dicit regulam non obstare. Quia Rota tenuit tempore suo regulam istam de iure quæsito loquentem, intelligi de iure quæsito uirtute iuris communis, nō specialis. nihil tamen ad hoc allegat. Tamen pro ista opinione facit text. in l. eius. §. si militia. ff. de milit. testament. qui solet sæpe ad hoc allegari, quòd facilius tollitur ius competens de iure speciali, quam de iure communi. Sicut etiam uidemus, quòd facilius tollitur rescisio contractus, quæ fit de iure speciali, quàm si ueniat de iure cōmuni, gl. in l. i. C. si aduer. uend. Et eodem modo facilius tollitur hypotheca competens ex priuilegio de iure speciali, quàm si competat de iure communi. l. assiduis, cum gl. magna. C. qui potio. in pig. hab. Et quòd quando aufertur ius quæsitum, intelligatur de iure acquisito iure communi, non autem de extraordinario, & speciali, tenet Lancelotus Decius frater alterius Decii, in l. si constante, columna 9. ff. sol. mat. & mod. Brixiens. in tract. Nobilitat. in 4. par. num. 41. & in 7. parte, nu. 2. Et Mod. in magno tract. præscri. in princip. fol. 18.

Tamen in contrarium facit illud, quod tempore meo in casu simili uoluit Rota 23. Maii 1532. in causa Palentin. Abbatiæ de Husillos, pēdente coràm R. P. D. Petro Vortio, nunc Aquē. epo. Nam fuit dubitatum utrū ex quo Papa Hadr. mādauit cassari in registro gratiam Anto. absque eo, quòd fecisset mentionem istius regulæ, censeretur ei derogatum? Et fuit conclusum, quòd non, quia requirebatur specialis mentio, & tali mandato obstabat regula. Et pro ista opinio. facit quod dicit Egi.

decis.74.ubi uoluit, quòd ius quæsitum nobis ex actu iudiciali, etiam fuerit factus a partibus, non debet nobis auferri ꝑ stylum curiæ, quia dicitur nobis tolli ius quæsitum. Cũ igitur commissio sit actus iudicialis, ut probatur in c. quoniam. de probatio. ius nobis acquisitum per eam, tolli non debet per aliam commissionẽ.

Sed pro cõcordia distinguendum est, ꝙ aut illud mandatum de cassando gratiam fuit factum lite pendente, & tunc recte procedit decisio Dominorum Mod. prout tunc lis uere pendebat. Aut uerò fuit factum ante litem, & tunc uiuẽte Hadriano obstabat regula sua quæ habebat locum etiam in mandatis, & gratiis ante litem impetratis, ut ibi dicitur. Aut post eius obitum fuit mota lis. Et tunc ex quo uigebat alia regula, est contrarium dicendum. Nisi dicamus, & uerius ꝙ ex quo illud mandatum fuit factum uiuente regula, licet lis post obitum Hadriani mota fuerit, ꝙ illa regula obstet illi mandato, & ita iudicarunt Domini. Quantum verò attinet ad dictũ Fel. ex quo nihil allegat, potest sperni, imò contrarium teneri, ex eo, quia non est absolute uerum, ꝙ regula non obstet iuri acquisito iure speciali, quasi illud non sit in consideratione. Quia imò ius acquisitum ex particulari iure, dicitur fortius & firmius, & per consequẽs magis considerandum, quàm ius acquisitum de iure communi. Hoc probatur per l. fi. C. de inoff. testa. ubi facilius subiacet querelæ testamentum factum a patrefa. doctore, qui de iure communi testari potest, quàm factum a filiofamil. de quasi castrensi peculio ex priuilegio contra reg. ꝙ filiusf. nõ potest testari, de qua in l. qui in potestate. ff. de testa.

Cõfirmatur ista opinio, quia uidemus in generali derogatione iurium censeri derogatum iuri communi, nõ autem priuilegio, & iuri speciali, gl. in uerbo, cõsuetudine: in c. 1. de capel. mo. lib. 6 l. 3. & ibi gl. C. de silen. li. 11. quam ad hoc pro sing. not. Bal. in c. 1. in fi. quo tempore milit. & in c. ecclesia. in 3. col. de const. & in c. cum ordinem, col. pe. de rescr. Alex. in l si mihi & tibi §. fi. in fi. de leg. 1. & in consil. 123. scripsit, col. 4. in 4. uol, Fel. in c. 1, col. 7. de resc. Facit tex. in c. 1. de const. lib. 6. & ideo licet statutum dicat, ꝙ omnes teneantur soluere collectas, uel ꝙ nullus portet arma, non comprehenduntur exempti ex priuilegio: Pau. de Cast. in cons. 187. inci. notandum est, col. pen. lib. 2.

Similiter, si statutũ prohibet exceptionem non tollitur restitutio in integrum, quæ uenit de iure speciali. Bal. in l. in causæ, in princ. ff. de mino. & in cons. 236. statuto. lib. 1. Faciunt ea quæ uolunt doct. maximè Dec. frater Philippi, in l. 3. § si is pro quo. in fi. ff. quod quisque iur. Ad contraria dicta fundata d. §. militia. respondet Aret. ẽm quod refert Dec. in l. post quam liti. in fi. C. de pac.

Istis tamen non obstan. omnibus rectè consideratis, bene discussis, prima opinio uidetur firmior, quam tenet hic Felyn. ex mente Rotæ, per illam rationem, uidelicet ꝙ uerba istius regulæ, de iure quæsito a iure cõi intelligantur, & sic iure ordinario, quod papa non præsumitur tollere, ex quo est ius fortius, & magis firmum, secus in extraordinario, arg. l. Seio. §. medico. ff. de an leg. Propterea de tali iure ordinario intelligitur ista regula. Sed ius prouenìens ex cõmissione. & sic iure speciali, est fragilius, & non radicatum, & ideo facilius tolli potest per aliã commissionẽ ut dicit in d. §. militia missus. Et ideo ista regula illud ius non comprehendit. Et ita in specie est doctrina Flor. quam ibi post Card. refert Io. de Ana. in c. ad petitionẽ, in 3. col. de acc. ubi ponunt casum de illo ministro, qui uigore cõmissionis fuit prouisus de ꝓuincialatu, qui fuit amotus ab eo per Papã uigore 2. cõmissionis, nec dr ꝑ hoc tolli ius q̃sitũ. Et rõ istius differentiæ assignat ꝑ Deciũ antiquũ Philippi fratrẽ in l. 2. §. 1. in fi. ff. de iud. Quia ille, qui tractat de conseruãdo sibi iure q̃sito, de iure cõi tractat de dãno euitando, ut dicit ibi gl. Sed qui nititur cõseruare ius acquisitũ de iure speciali, tractat de lucro captãdo, quorũ non est pars rõ, cũ alteri istorũ magis faueat. l. 1. §. licentia. C. de iure del. cũ simil. facilius igit ius datũ per cõmissionem, per alteram commissionem, quàm ius acquisitũ de iure cõi. Pro quo uidetur dictum Cald. notab. in cons. 12. ti. de resc. ubi

vb. dicit, ꝙ impedimenta inducta per actum iuris positiui, & omnes effectus ex illo producti, possunt per Papam sola cõtraria eius uoluntate tolli. Et ad hoc facit gl. in c. fi. 16. q. 4. & in c. si super gratia. de off. dele li. 6. Et hoc in ratione consistit, quia si papa tollit primum ius acquisitum per commissionem, per alteram commissionem, hoc facit ex sua prærogatiua, ut tradit Bal. in l. nuptias ff. de sena. & in l. i. ff. de consti. princ. Et plenius in l. qui fundos. C. de omni agro deser. li. 11. Nam naturale est, ꝙ res per easdem causas dissoluantur, per quas oriuntur, ut dicit text. in c. 1. de reg iur. Nam quando ius nobis quęritur, non ex actu iurisgentium, sed positiuo, facile princeps per alium actum positiuum illud tollit, ut tradit Abb. conf. 84. col. 2. lib. 1. incip. illud, &c. Præsertim, quia commissio nõ conceditur per principem ad istum effectum, ut per eam ius quæratur, uel tollatur, sed ut iustitia administretur. Quia rescriptum per quod mandatur, ꝙ iustitia fiat, nõ est modus a iure probatus per quem ius quæratur, uel tollatur. Nam si per huiusmodi commissiones ius alicui quæreretur, amitterent nomen rescripti, & appellarentur priuilegium, ut dicit gl. in uer. noscatur, de cõsti. li. 6. Hinc est, ꝙ in istis commissionibus iustitiæ ꝑꝑ prædictam rationem non derogatur statutis, secus in supplicationibus gratiosis: ar. l. 2. C. de di. res. & cap. causam. de res. Et eadem ratione per commissionem nõ datur, quòd simul de spolio, & proprietate cognoscatur & iudicetur. quia obstat dispositio iuris, de qua in cap. literis, de rest. spo. ibi, prius, &c. declarando ut per gloss. ij. in c. cum ecclesia. de cau. pos. licet aliquando hoc per commissionem concessum fuerit ex fauore, ut dicit Egid. dec. 406. Sic igitur in casu isto dicendum est, ꝙ Papa in dubio per d. primam commissionem non uidetur ita ius firmum dare, ꝙ sit considerabile per regulam. Nã si aliquando accidentaliter accidit, ꝙ per commissionẽ ius quæratur hoc ultra mentem concedentis, & usum patrisfamilias contingit, quod attendi nõ debet, & ideo reuocari potest: arg. l. 1. ff. de in lit. iur. Et pro ista opin. faciunt quæ scribit Fel. in c. nonnulli. in 8. col. de rescr. uers. addatur primo. Et ita per tex. in d. §. militia missus in simili casu consuluit Alc. in cons. 84. in causa, &c. in 3. col. lib. 3. & consil. 101. opinio ulterius suadetur. Quia qñ ex uoluntate sola principis acquiritur ius, ipse idem princeps põt illud sola contraria uoluntate auferre, ut dicit Ang. in l. Antiochensiũ ff de priu. cre. & in l. Lucius. ff. de euict. facit et qđ dicit Abb. in cons. 84. inc. uidetur primo. ĩ uol. 1. col. fi. ubi tenet, ꝙ princeps põt tollere ius quęsitũ mediãte iure ciuili sicut signat supplicationem cõtra sñiam, q̃ transiuit in rẽ iudicatam, & fecerat ius partib. Nã cõtra eã restituit in integ. c. cũ ex literis, & c. auditis, de rest. in inte. ut ibi latè per eũ. Sic in proposito est dicendũ, ꝙ ex quo Papa litiganti concedit ius per uiam commissionis, potest idem illud tollere, cũ sit fragile, & de iure speciali, & anomalo, cũ cõmissio nõ dicatur gratia, neq; propriè supplicatio, sed iustitia mera, ut tradit Fel. in c. postulasti. de resc. & dixi in rub. eo. tit. lib. 6. Est bñ uerũ, ꝙ aliter distinguit Ro. in cons. 364. uidelicet ꝙ in dubio Papa nõ cẽseatur per secundã cõmissionẽ iuri legitimè acquisito uigore primæ cõmissionis derogare, nisi illud ius fuisset iniustè acquisitum, quia de tali intelligitur, ut ibi. Tñ dictũ Ro. non procedit in simplici cõmissione, nisi cum ea aliud cõcurrat, ut ibi. secus, si simplex cõmissio pręcedat, q̃a illa per secundã cõmissionem tolli potest: nec erit locus isti regulæ, ut tenet expresse Old. in cons. 166. inci. Thema. ubi dicit ꝙ sicut primũ mandatũ põt per secũdum reuocari, nec quis ex hoc grauari potest, ita & prima commissio per secundã, quia cõmissio nihil aliud est q̃ mandatũ iurisdictionale, unde ualet argũ de uno ad aliud, ut ĩ l. & q̃a, de iur. om. iu. ut ibi ꝑ eũ.

Non obst. decis. Rotæ nouissima, quia non aduersatur prædictis, ex quo cassatio Had. fuit secundũ ius cõe, merito erat locus regulæ. Et sic cõc. decis. nouiss. Dñorũ cũ antiqua. Ad alia contraria ĩñde, ut late per Mod. repetentes in rep. l. Cẽturio. col. 29. de uulg. & pup. Nec decis. Egid. 84. loquitur in commissionibus: sed in aliis actibus iudicialiter productis, per quos ius ordinarie nobis quæritur.

QVAESTIO SEPTIMA.

QVæro, an ista regula obstet mandatis extinguentib. litem, quando sunt si gnata per placet motu proprio?

SOLVTIO. Videtur prima facie di cendum, ꝙ non: quia princeps, qui dedit iurisdictionem dando iudicem, cuius cau sa lis introducta fuit, potest iurisdictionē reuocare, ut dicit text. in l. iudicium. ff. de iud. Cùm igitur princeps utatur facultate sibi a lege concessa, nemini dicitur iniu riam inferre. l. inferre. ff. de iniur. præser tim, quia nihil tam naturale est, q̃ ut eadē res per easdem causas, quibus oritur, dis soluatur, ut dicit tex. in c. i. de reg. iur prin ceps igitur, qui fuit causa, ut lis introduce retur dando iudicem, potest eundem re mouendo, iudicium soluere, ut dicit tex. in d. l. iudicium. Maximè quia per istud mandatum litis extinctiuum reuertimur ad primæuum statum qui fuit ante litē: er go dicitur tale mandatum fauorabile, iux ta no. per gl. in c. 3. in uer. numerandum, de præb. lib. 6. facit ad hoc cons. Card. Zab. 52. in 2. col. ac etiam quia finem litib. im ponere fauorabile iudicatur, ut latius dixi in reg. de annali. q. 1. & 2. Et ita in termi nis reperio in mandato regis Franciæ ex tinctiuo litis pendentis, in parlamento tenuisse Ias. in cons. 144. in 2. vol. Et hoc in indiuiduo casu emergenti in Rota tenue runt Fel. & Gul. à Perreriis, quem ipse re fert hic in quibusdam apostillis, & ita per dictam l. iudicium, similem casum deci dit Paris de Put. in tract. de duello. lib. 2. q. 1. & 2. & aliam decis. ponit Io. Bap. de S. Seuerino. in l. dieni functo. in 4. q. ff. de as sess. Et ꝙ per talem extinctionem litis nō dicatur alicui inferri præiudicium, tenet expresse gl. in d. l. iudicium, & clarius in l. post litē. ff. de proc. Suadetur ista opinio quia idem iudicamus de actu extinctiuo quod de inductiuo. auth. contra si filii. C. de rep. in fi. & ibi Bar. eum conc. ut scribūt Mod. in l. nihil. tam naturale. ff. de reg. iur. & in repe. ti. C. de proba. in 77. col. per to tum, & repetunt Mod. de Montefer. in c. 1. in 3. col. de const. lib. 6. sed sic est, ꝙ per cōmissionem inductiuam litis, nemo po test præiudicium prætendere: ergo nec pariformiter per commissionem vel man datum litis extinctiuum potest prætendi præiudicium, ut locus sit huic regulæ.

Tamen prædictis non obstantibus Ro ta conclusit contrarium in casu emergen ti contra Fel. & Gul. ut ipse idem hic refert in dictis apostillis, & rōnem decisionis nō assignat. Rō tamen esse potest, quia prin ceps extinguendo litem, tollit facultatem agendi, & experiēdi de iure suo, & sic ius actoris redditur inefficax, & per extinctio nem litis acta annullantur, quæ quidem annullatio est pœna, quæ infert præiudi cium propter impensas, quæ in instituen da lite fiunt. ut dicit expresse Fely. in c. cæ terum, in 11. col. uer. 1. restrictio, & ibi pri mò, quia licet simus certi, &c. Iunctis his quæ dixerat ibidem in 5. col. in 7. restrictio ne de resc. faciunt ea quæ dixi superius in 1. q. u er. tertius modus.

Sed pro prima opinione facit vna ratio efficax, quia ille cuius lis petitur extingui, non potest, ex hoc prætendere ius suum esse læsum, quia fortè si lis suo Marte cur reret, ius aduersarii posset melius iudica ri, propter ea quæ dicit Egid. decis. 662. Et ideo interim nihil certi iuris prætendi po test, cum dubius sit euentus litis, ut dicit in l. quod debetur, de pecu. præsertim qa ius deductum in iudicio per tale mandatū non tollitur, sed ipsa lis. Ergo ex hoc non potest dici sibi præiudicatum fuisse, sicut dictum fuit superius in 4. q. de illo cui tol litur ius conditionale, qui nō iuuatur ista regula, cū sit ius quærendum consistens in nuda spe. Ergo fortiori in casu nostro, ubi minus ius ex litigio litiganti quæritur: quinimò si tolleretur ei sententia, quæ est canonizatoria iuris magis certa, non dici tur tolli ius quęsitum, nec esset locus regu læ ex eo, quia, ut communiter dicitur in l. Iul. ff. de cond. indeb. sententia non tri buit ius.

Vt igitur tota ista materia clarior red datur, & contraria resoluantur, distinguē dum est, ꝙ aut papa mādat extingui litē, ad se causam aduocando ad effectum, ut ipsemet, uel alius pro eo de illa cognoscat & tunc quia per hoc non impeditur pars ius suū prosequi coram papa uel eius de legato, nec per hoc instantia, neque acta causæ pereunt, sed suffragantur coram prin

principe uel eius delegato, ſm Paul. de Caſt. in d. l. iudicium, & tunc non poteſt dici per huiuſmodi litis extinctionẽ præiudicium inferri, cum tantum mutetur iudex, & ita procedat tex. in d. l. iudicium, & quod ibi dicit gl. cum aliis ſuperius allegatis in 1. parte negatiua. Aut uerò papa extinguit litem cum inde ſecutis ſilentiũ imponendo. Et quia iſto caſu annullantur acta, & aufertur facultas parti experiẽdi de iure ſuo, ut patet in regula de triennali & ibi dixi. Ideo iſto caſu poteſt dici tolli ius quæſitum, & habere locum iſtam regulam, & ita procedat deciſio Rotæ, quam refert hic Fely. cum aliis ſuperius in ſecunda parte affirmatiua allegatis. Et, iſto modo limitatur text. in d. l. iudicium. & ita quæſti iſta declaratur.

QVAESTIO OCTAVA.

QVæro, an regula iſta procedat in commiſſionibus motu proprio cõceſſis?

SOLVTIO. Rota tempore Felyn. tenuit quòd nõ ponderãdo uerbum ſuggeſtiones, hic poſitum, & quędam alia uerba regulæ. Fel. tamen & Gul. tenebant contrarium propter eandem, uel parem rationem. Et ita etiam ſentit Fely. in c. in noſtra. in 17. cor. de reſer.

Tamen hodie ſuperflua eſt iſta diſputatio, cum per regulas moder. Pontificum, hoc per ampliſſima uerba declaratum ſit, uidelicet regulam iſtum caſum comprehendere. Nam primus omnium hoc declarauit Alex. papa 6. ut refert hic Fel. ad effectum, ut decideret prædictam dubitationem Rotæ. Et ita Alexandrum alii ſucceſſores pontifices uſque ad iſta tẽpora imitati ſunt, ut apparet ex eorum regulis. Ex quo infertur uerum dictum Aeneæ de Falconib. doctoris Sabinen. hic in certa ſua apoſtilla aſſerentis hoc de motu proprio, prius ad regulam Iulium ſecundum addidiſſe. Vtcunque ſit, conſtat hodie ſublatam eſſe difficultatẽ, quæ iudicio meo, etiam ſine illa additione facta per Alex. 6. de iure ſublata uidebatur. Nam papa ex interpretatione iuris communis, etiam in gratia facta motu proprio nunquam cenſetur tollere ius quęſitũ: ut not. Hoſt. Ant. de Bu. & Abb. in c. cũ cauſam. el ij. de teſta. Et ita in ſpecie iſtã regulam ad hoc ponderat Soc. & æquiparat cum diſpoſitione iuris communis in conſ. 7. in 2. col. poſito inter conſilia Alber. Bruni. Quam obrem huiuſmodi gratiis motu proprio factis ſemper obſtaret regula. Faciunt ad hoc ex quæ tradit Iaſ. in l. ſi mihi & tibi. §. in leg. in 2. lect. ff. de leg. 1. Dec. in conſil. 292. col. 1. & alibi ſæpe. Et ita iſtam regulam intelligunt quidam moder. Dalmaię in allegationib. nouiſſimè impreſſis, alle. 10. in prin. plures cottas allegantes. Sed cum hæc difficultas hodie per omnes modernas regulas ſit declarata, nõ curo amplius papyrum denigrare.

QVAESTIO NONA.

QVæro, quid ſi papa lite pendente reſeruat beneficia, quæ poſſidet Sempronius in fauorem tertii collitigantis, nunquid ſit locus regulæ?

SOLVTIO. Illud dubium tempore Calixti quarti contigit in cauſa Toletana archidiaconatus, & non habeo quid fuerit deciſum. Tamen tẽtando dicam quod mihi uidetur, animo mutandi, ſi meliores rationes inuenero. Dico igitur regulam non comprehendere iſtum caſum, ex eo, quia iſta regula procedit quando per gratiam aliquid aufertur alicui, & confertur alteri. Sed per huiuſmodi reſeruationem nihil Sempronio aufertur, qui poſt obitum, & ſic eo tempore, quo reſeruatio debet ſortiri effectum, nihil de huiuſmodi beneficiis diſponere poteſt: neque etiam ordinario collatori aliquid diminuitur, cum conferre non poteſt dicta beneficia iam effecta litigioſa, iuxta cle. 1. ut lite pẽdẽte. Cũ igitur per huiuſmodi reſeruationẽ nihil poſſeſſori, nihil ẽt ordinario tollitur, nihil rurſus illi in cuius fauorẽ fit, reſeruatio de pͤſenti cõfert, quod ius firmũ ſapiat. Igitur cõcludendũ erit locũ eſſe regulæ, q̃ loquit̃ de iure q̃ſito nõ tollendo.

Eſt bene uerũ, ꝙ regulæ antiquæ Bene. Eug. & Nic. ſummorũ pontificũ iſtũ caſum comprehendebant. Sed ex quo in modernis fuerunt illa uerba reſeruationis ſublata, conſtat modernos Pontifices noluiſſe ſub regula caſum illum comprehendere, arg. eorum, quæ dicunt Domini in deciſ. 48. tit. de reſer. in antiquis. refert Fel. in c. ſuper literis, in 7. col. de reſcriptis,

dicunt moder. papa quotidie moratorias concedit.

In contrarium uerò faciunt ea quæ superius dicta sunt ex dictis Bald. in dicta lege penul. ff. de excus. tuto. & text. in dicto c. si super gratia, ubi parificantur ista tollere ius alicui, uel illud differre. pro qua opinione alia iura allegat Fel. in c. in nostra. in 27. col. de rescript. ubi dicit, quòd in dubio papa non intendit per suas literas præiudicare iuri alteri quæsito, siue illud faciat ius extinguendo, siue differendo. Et idem sentit Felyn. in capi. ad petitionem, in secunda colum. de accusa. Et hoc expressè tenet Egid. decisio. 739. in fin. Et ꝙ papa ita censeatur præiudicium inferre differendo ius meum, sicut extinguendo, probat bene Geminia. in cap. ei cui. in 5. colum. de præbend. lib. 6. & in consil. 11. col. pen. & tenēt moder. in tract. beneficiorum. q. 11. tertię partis. uer. decimaquarta qualitas. &c. fol. 232. paruo uolumine.

Quid dicendum? Considerabam si istæ opiniones cōtrarię possent sub distinctione cōcordari, uidelicet ꝙ aut papa differt ius opponendi exceptionem meam perēptoriam ad modicum tempus, & tali casu non esset regulæ, quia in dilatione modici temporis non infertur præiudicium cōsiderabile, & ita loquitur text. in dicta lege, si debitori. cum dicto Bald. in dicta lege penul. & aliis pro ista parte allegatis. Aut uerò dilatio est longi temporis, & tali casu procedit cōtraria opinio: uidelicet ꝙ idem sit differre, quod auferre ius, ut patet ex exēplo dato per Fel. in c. cōstitutus. in 5. col. uersic. considerata. de rescript. uidelicet quando papa differret obligationē alicuius iuratam ad longius tempus. Nam talis dilatio dicetur inferre præiudiciū, licet nec obligationem, nec iuramentum tolleret. Et ad hoc plura iura allegat Fely. in quodam suo consil. incipiente, faciem tuam illumina. in tertia col. quem habeo manu eius propria scriptum. Et pro utroque membro distinctionis uidetur tex. in l. quotiens. C de prec. imp. offer. Sed obstat adhuc istis unum quia respectu præiudicii idem iudicatur de magno sicut de paruo. Cum igitur regula ista simpliciter de præiudicio loquatur, debet de omni præiudicio intelligi, prout etiam de iure communi intelligitur, ut patet per gloss. in uerb. præiudicium. in c. olim. de consuetu. Et ideo ista declaranda erunt, ut dicam statim in secundo cap.

Circa secundum caput uidetur dicendū idem esse alicui tollere exceptionem perēptoriam uel dilatoriam, per ea quæ dicit Bart. in l. fin. in prin. ff. de his quæ in frau. cre. sequitur Alex. in consil. 115. col. fi. uol. 5. ubi dicunt, ꝙ sicut perdens exceptionē peremptoriam dicitur quis diminui patrimonio, & ita perdens dilatoriam per l. omnes. §. fi. eod tit. Et idem tenet Domi. in rep. c. postulasti. in 26. colum. de rescript. Quid dicendum? Aduerte ꝙ pro ueritate prædictorum discutienda, distinguendæ sunt species dilatoriæ, ut declarat Bart. in d. l. fin. & Bald. in d. l. peremptorias. nam quædam sunt modici, quędam magni pręiudicii. Nec obstat quod dictū est, omnes dilatorias exceptiones cēseri modici præiudicii, & ideo à lege facilè tolluntur: quia illud procedit quando agitur de dilatoriis exceptionibus tollendis per uiam legis. Nam lex etiam posset tollere peremptorias, & tunc non esset locus isti regulæ quæ tantū procedit quando per uiam rescripti mandati uel priuilegii ius quęsitū tollitur, non autem quando per uiam legis: ut inferius dicetur, & declarāt moder. & nouissimi Mediolanen. in c. ex parte, el 2. in 7. notab. de offi. deleg. Nam in rescripto uel priuilegio non solum cōsideratur magnum, sed etiam minimū pręiudiciū. Et nisi papa expressè derogaret regulę, obstaret in utroque, ut dicunt moder. in c. quæ in ecclesiarum. col. 12. de constitu. Et hoc quod dixi de modico præiudicio, intelligerem quando perpetuum esset præiudicium, quod consistit in priuatione iuris modici, puta exceptionis dilatoriæ, uel rei paruę. Nam si papa illam auferret, & me perpetuo priuaret, lite pendente esset locus regulæ. Secus quando papa illud ius ad modicum tempus differret: nam propter hoc non diceretur ius auferri, & ita procedit text. in d. l. quoties, & ea quæ in proximo mēbro dixi. Si uerò dilatio esset lōgi tēporis, ꝑcederet tex. ī d. c. si sup gratia. & ī c si

pro

propter tua debita.de rescript. lib.6. cum aliis alleg.in proximo puncto.Et secundũ ista debent declarari ea quæ Rota dicit in decis.27.in no.ꝙ si per lapsum termini ad articulandum admittantur articuli obiectiui,dicitur tolli ius quęsitum,cùm aduersarius sit tutus exceptione temporis. Et idem habetur Decisi. 648. in antiquis. & Decis.607.Vide tamen circa hoc omnino infra quæstionem 17.& quæ dicam q. 20. Et per ista etiam declarantur ea quæ dicit Fely.in d.c.constitutus.in 10.col. uers. generaliter autem. dum refert Calixtũ III. distulisse iuramentum cuiusdam obligati soluere ad certum tempus, ubi postea distinguit duos casus, ut ibi per eum.

QVAESTIO VNDECIMA.

QVæro, nunquid commissio auferens alicui releuamen probationis dicat̃ auferre ius q̃sitũ, ut locus sit isti regulæ?

SOLVTIO. Pro intelligentia quæstionis exemplum poni potest in causa Salernit. Abbatiæ, quæ fuit olim uentilata in Rota tẽpore Pii. Nã papa motu proprio, ex certa scientia, & de plenitudine potestatis cuidam Gaspari gratiam concessit, in qua plura narrauit.Aduersarius uidens illa narrata se aliter haberi,& ei magnum prędiudicium inferre,obtinuit à papa commissionem,per quam papa uoluit illa narrata in gratia Gasparis perinde haberi, ac si gratia illa fuisset ad instantiam & impetrationem Gasparis,& non motu proprio facta. Ita quòd illa commissio onerabat Gasparem ad probandum illa narrata, quæ stante motu proprio, & certa scientia non tenebatur probare, & sic commissio auferebat Gaspari releuamen probationis ex motu proprio resultans, fuit dubitatũ nunquid per hoc diceretur ei tolli ius quęsitum,ut esset locus regulę.

Multa fuerunt tunc inde dicta. Nã quidam dicebat nõ tolli ius quæsitum, & per consequens non esse locum regulæ ex eo, quia regula loquitur quando tollitur ius, sed probatio nõ est ius,iuxta tex.in l. duo sunt Titii.ff.de test.tut.ubi ꝓbatio & ius ponuntur ut diuersa,& sic ex vno ad aliud tanquam ex diuersis non fit bona illatio uulg.cap.in pręsentia.de probat.Præterea præsumendum est papam reuocando suũ motum proprium non fuisse bene informatum neque certam scientiam habuisse negotii narrati. Præsertim quia agitur de modico præiudicio,quia nõ tollitur Gaspari probatio, sed releuamen ab onere probandi quod est quid diuersum,ut in l. cum qui.ff.de iureiur.& in l.1.in fin.ff.de inter actio.& tradunt moder.in rub.de ꝓbat.Et papa nihil aliud hic facit, nisi quia Gasparem reducit ad uiã iuris quæ dispo nit agentem probare debere, quod intendit,uulg.l. qui accusare. C. de eden. Ergo ex hoc nõ dr̃ grauari; nec ius aliqđ ꝑdere, arg. l. si unus. §. pactus. ff. de pact.& ita non uidebatur reg. hoc cãsu locũ habere.

In contrarium allegabatur reuocatio gratiæ motu proprio concessæ, quæ reuocatio ius diminuit, & grauat onere probãdi iam illo onere releuatum: Nam illud grauamen onus dicitur, ex quo dependet tota decisio causæ,iuxta tradita per Bar. in l.ictus fustium.circa fi.ff.de his quæ nota.infa.& ea quæ dicit Are.in cap.dilecti. in 3.col.circa fin. de iudic. Et ita per ista dicta conclusit Rota in una Romana taleę M.CCC. Duc.pendente de anno 1538. coram.R.P.D. Petro Vottio episcopo Aquen.inter Gundisaluum de Salazár, & Ioan. de Macerata physicum.Nam Gundisaluus uigore instrumenti in forma Camerę petebat dictam summam à dicto Ioan.quam pro redimendo se, & filios duos à manibus militum ei mutuauerat, & eã summam dictus Ioan. in dicto instrumento confitebatur se habuisse & recepisse. iurans omnia in eo contenta esse uera, & renuntians exceptioni non numeratæ pecunię,&c. Petente igitur Gundisaluo summam,dictus Ioannes iam absolutus à iuramento ad effectum agendi excipiẽdi,&c. exceptionem non numeratæ pecunię posuit. Verùm quia iurauerat omnia & singula esse uera,illa uerba tantum operabãtur ꝙ ipsum Gundisaluum releuabant ab onere probandi nũmeratam pecuniã, & transferebant onus probãdi in ipsum Io. excipientem,iuxta tradita per Alexan. & alios in l.nemo potest.de leg.j. & in l.fin. C.de non nume.pecun.Et ita Rota imposuit dicto Ioan.onus probandi.Io. uerò uidens fortè non posse ita facilè negatiuã

pro

probare,accessit ad reuerendissimum car dinalem Neapolitanum tunc urbis lega tum,& obtinuit commissionem, ꝙ præfigeretur terminis dicto Gundisaluo ad probandum se numerasse pecuniam: Gundisaluus excepit de ista reg. Domini tenuerũt tolli Gundisaluo ius quæsitum. uerùm quia Ioan.se iuuit alia commissione, fuit utrique terminus præfixus, & mandatum concordari,& ita causa mansit.

Itaque ex prędictis apparet præsentem quęstionem fuisse decisam per rationes superius allegatas, & alia plura dicta tunc per aduocatos utriusque partis congesta, quę breuitatis causa omitto.

Breuiter hic concludo,ꝙ si in dicta gratia motu proprio talis erant narrata,quæ alias probari debebant de iure communi, hoc casu si papa per suam commissionem prædictam gratiam ad ius commune reduxit,nulli facit iniuriam, quia fauorabilis est uia per quam reuertimur ad ius cõmune,ut in c.ab exordio.35.distinct.ut notat gl.in cap.3.de præbend.lib.6. & dicam inferius in alia quæstione.Aut uerò narrata in gratia motu proprio non erant contra ius commune,sed præter,in quib.ius commune exactas probationes nõ requirebat & tali casu procedat contraria opinio.

QVAESTIO DVODECIMA.

QVæro,nunquid commissio, quæ mandat dari fidem cedulis publicationũ factis in audientia contradictarum, & in cath. ecclesia,quæ non plenè probabant, quo ad effectum reg.de public.dicatur tollere ius quæsitum?

SOLVTIO. In causa Cameracen. præbeu. olim accidit iste casus in Rota, & nõ habeo quid fuerit resolutum.Tamen tentando potest dici, ꝙ non tollat ius quæsitum,ex eo,quia commissio solum adiuuat seu supplet probationem. Et hoc non est tollere ius quæsitum:quia stant simul, ꝙ aliquis habeat ius, & deficiat probatio. l. duo sunt.ff.de testamẽ.tutel.& tradit Inn. in c.quia plerique.de immun. eccl. Cùm autem ista regula loquatur de iure quæsito tollendo, in suppletione probationis locum non habebit,tanquam res diuersa: quia per illam potius adiuuatur ius amissum per regulam de publicandis,quàm ꝙ alicui ius tollatur.Et ita pro ista parte cõsuluerunt plures excellentes uiri illius tẽporis:quorum nomina,quia sunt incogni ta modernis non habentibus eorum scripta,non refero.

Quanuis possit tentari,ꝙ adiuuare probationem non sufficientem, sit ius tollere, cùm per probationum defectum reus ius iudiciorum acquirat, quod repræsentat uictoriam, iuxta l.qui accusare. C. de edẽ. Nam si illa publicatio eo modo facta erat sufficiens,reus erat suffultus exceptione regulæ de non publicandis, quæ perimit gratiam quod uidetur per dictam cõmissionem suppletiuam publicationis tolli quod fieri non conuenit,iuxta ea, quæ diximus superius quæst.11. Et licet probatio,& ius uideãtur differre, per ea quæ dicta sunt:tamen quo ad effectum iudicii ꝓbatio idem est, quod ius, ut patet in eius diffinitione tradita per Moder.in rubr.de probat.Et ita dictam l.duo sunt.in specie declarat notabiliter Bal.in l. hac consultissima.in secunda columna.C. qui testamẽ. facere possunt.Et sequitur Pet.de Ancha. in c.penult.col.fin.de cleric.percusso.

Tenendo tamen primam opinionem, ad ista posset responderi, ꝙ per exceptionem regulæ de publicandis, licet resignatarius repellatur non tamen propterea opponenti adiudicatur beneficium uirtute reg.sed titulus aliunde quæri debet:& ille titulus est,qui dat ius opponenti, nõ ipsa reg. opposito:sicut dictum fuit per Dominos in vna Vrgelen. archidiaconatus coram R.P.D.Marcello episcopo Marsicano de hoc mense Nouembr. 1539. Nã uoluerunt, ꝙ licet una pars contra suum aduersarium excipiat de pœna, clemen.j. de sequest.poss. & fruct. non per hoc ius uiolantis sequestrum acquiritur excipienti,nisi aliunde illud impetrauerit. Itaque si papa suppleat diligentias publicationis factas per resignatarium,ad effectum, ut censeatur regulæ satisfecisse, non propterea tollit,nec lædit titulum opponentis, etsi occasionaliter vel secundariò ius illud per huiusmodi suppletionem debilitaret, illud præiudicium ad effectum istius regulæ non est considerabile, prout latius conclusum fuit superius in tertia quæstione.

QVAES

Et ideo resolutione prædictorum est di stinguendum de modo declarationis. Quia aut Papa declarat illud quod in primo actu tacitè sub uerbis dubiis continebatur. Et talis casu declaratio non tollit ius quæsitum: quia qui declarat, nihil de nouo inducit, sed granum ex spicis, ut dictum est, excutit. Nam proprium est declarationis illud, quod esset inefficax & obscurũ, propter difficultatem probationis, aperire, ut in l. duo sunt. Titii. ff. de testamen. tute. & l. si cui. §. si quæratur. ff. de ser. fug. Et ita tenet Old. cõs. 167. ante omnia, &c. col. fin. Et idem Petr. de Ancha. consil. 64. uidendum est. col. i. Et in tali declaratione procedunt ea, quæ latè tradit And. Sicul. in c. super quæstionum. in princip. col. 1. de offi. deleg. Et Ias. in l. non dubium. in 6. nota. de leg. Et talis declaratio uocatur ex positiua, quia natura uerborum hoc. patitur, & hæc semper fieri potest, & in ista regula locum non habet.

Aut papa non declarat, interpretando uerba, sed supplẽdo illud, quod nõ est, & quia non est propria, nec uera declaratio, sed potius quædam noua concessio. l. qui liberis. §. testamentum. ubi glo. & Bart. ff. de secund. tabul. & in l. 1. ubi gl. & Bald C. de codic. talis declaratio subiicitur isti regulæ, quia dicitur inferre præiudicium. Et ita expressè distinguit Pau. de Cast. in cõs. 338. quia exceptiones. in fi. lib. 1. & in d. l. hæredes. §. sicut. col. 2. de testam. quod dicit bene notandũ pro declarationib. quas sæpe summi Pontifices de beneficiis reseruatis faciunt. Nã dicit eas nõ ualere in prę iudiciũ tertii. Quib. quidem Pauli de Cast. uerbis dixit Fely. sæpius se in Rota usum fuisse, dñis non dissentiẽtib. ut ipse refert in c. cũ olim in 4. col. de re iudic. Et cũ Paulo concordat Pet. de Anch. in d. conf. 398. Et ita in specie istam distinctionem sequitur Dec. in l. 1. in 2. col. C. de imp. & aliis subst. Et ante ipsum Socin. in consi. 260. inci. in causa Naneten. in 9. col. ubi notab. loquitur. Et hoc idem sequitur Decius in c. fina. in 6. col. de consti. Et latius Moder. Taurinen. uidelicet Io. Franciscus Purpuratus uir ꝓfundę doctrinæ, in l. 1. in 5. col. ff. si cer. pet. Et pro ista parte consuluit Gemin. in consil. 129. in secundo dubio. & sequitur Felyn. in c. si qñ. in 1. col. de rescr.

Hinc dicimus, ꝙ in tali declaratione in ductiua de nouo requiritur partis citatio quia per eam infertur præiudicium, ut ꝓbat latè Decius in consil. 14. col. fin. in ultimo uolumine impressorum. Pro quib. cõferunt ea quæ Ro. tradit in consil. 298. Et ideo tempore Sixti Papæ in una causa parochialis de Tuschiis Naneten. in qua tũc consuluit And. de Casarellis excellentissimus aduocatus consistorialis, fuit conclusum tali declarationi obstare istam regulam. Et credo, ꝙ fuit illa causa, super qua consuluit Soci. in dicto consil. 260. Et ille fuit pulcher casus, quem ob memoriam uetustatis referam. Fuerat enim concessa facultas Episcopo Naneten. de conferẽdo beneficia in certis mensibus, cum hac conditione, ꝙ dictam facultatem in ecclesia cathedrali die Dominica uel festiua, populo congregato ad diuina audienda infra missarum solennia publicaret, cum decrete irritandi, si secus &c. Accidit, ꝙ Episcopus non seruauit istam formam, sed dictã gratiam in Synodo suo publicauit. Et deinde uigore dictæ facultatis concessit dictam parochialem vacantem cuidã Petro. Postea quidam Iacobus uigore gratiæ expectatiuæ acceptauit dictam parochialẽ, & dictum Petrum ad iudicium traxit, & lite pendentem gratiam, Si neutri, impetrauit. Petrus obiiciebat de facultate Episcopi, quæ irritabat quascunque acceptationes. Iacobus replicabat illud Episcopi indultum, seu facultatem nullum ius tribuere, ex quo Episcopus secundũ formam datam non publicauerat illam. Petrus uidẽs se percuti, obtinuit à papa motu proprio vnam declaratoriam, ꝑ quam papa declarabat, dictam publicationẽ facultatis factam in Synodo, & collationes in uindictę facultatis factas fuisse ualidas. Iacobus contra istam bullã declaratoria opposuit de ista regula. Petrus replicabat declarationem istam Põtificis nõ tollere ius quęsitũ: quia qui declarat, nihil de nouo dat, Triplicabat Iacob. imò illã declaratoriam multa de nouo inducere, ex quo Eps nullã habebat potestatẽ conferendi, non seruata forma data in facultate sibi cõcessa, iuxta cũ dilecta. cũ uulg. de rescrip. Et ideo ꝑ suam

suam collationem nullum ius tribuerat Petro, & declaratio papæ non poterat retrotrahi in præiudicium medio tempore impetrantis, ut in c. quãuis. de rescript. li. 6. cum materia uulgatæ l. bonorum rem ra. hab. Nec posset princeps facere, quod publicatio, quę non est facta, sit facta: arg. l. in bello. §. factę. ff. de capti. Sed bene potest extendere, quòd publicatio quę debebat fieri in ecclesia cathedrali cum prædicta forma, quòd fiat in Synodo, arg. eorũ, quæ dicit Bar. in l. sed sciendum. ff. de parrici. Et hoc est aliquid de nouo inducere. Talis ergo declaratio extensiua, quia de nouo inducit, subiicitur regulę per ea quę superius dicta sunt quia intentionis papæ non fuit uelle tollere alteri ius quęsitum. Hæc sunt, quæ tunc in casus contingentia dicebantur, quæ iustificantur ex superius dictis.

Nec obstat, q̃ motu proprio sit facta declaratio, quia motus proprius tollit subreptionem, non ius tertii, ut no. in clemen. si summus Pontifex. ut tradit Decius ubi supra, post Alex. in consil. 11. ex his. colum. pen. lib. 6. cum aliis concor. ut scribit Ias. in l. si. col. pe. ff. de pac. & in l. i. col. 2. C. de rei uendicatio. Et ita illis temporib. in cõtingentia istius casus fuerat dictum. quod est menti tenendum ad declarationem istius reg. Ex quibus plures aliæ similes quæstionem diffiniri possent.

QVAESTIO XIIII.

QVæro, Nunquid regula ista obstet gratię tertii non collitigantis lite pendente inter alios impetratæ, sed per collitigantem in iudicio productę?

SOLVTIO. Ista quæstio fuit heri 22. Maii & secunda Iunii M. D. XXXVI. proposita, & uentilata in Rota coram R. P. D. Marcello electo Marsicano, in causa Placentina parochialis de Versocana. Et domini fuerunt uarii. Et ut difficultas, & quęstio ista facilius intelligatur, series negotii ita se habet: Franciscus de Mirãda, & quidam Christophorus Vrbina contendebant inuicem super prædicta parochiali. Deinde D. Franciscus Solis, Episcopus Balneoregen. fuit citatus, & tractus ad eãdem causam per D. Franciscum Miranda. Itaque dictus Mirãda, & episcopus ex vna parte erant collitigantes: ex alia uerò idẽ Miranda, & dictus Christophorus. Pendente huiusmodi lite, Christophorus impetrauit vnum Breue a papa Clemente: in quo papa annullabat quascunque alias prouisiones super dicta parochiali, aliis q̃ Christophoro factas, decernẽs irritum, &c. Postea Christophorus obiit, & totum ius Christophori per subrogationem deuenit in ꝑsona dicti Francisci Miranda. Itaque lis remanebat solum inter dictum Miranda, & episcopum habentẽ titulũ anterioris datę, & in possessione dictę parochialis existentem. Et quia dictus Franciscus Mirã da spoliauerat episcopum suspenso petitorio, egit episcopus contra eum possessorio recuperandæ. Franciscus produxit contra episcopum prędictum Breue, quod impetrauerat dictus quondã Christophorus dum uiueret, ad effectũm, ut ostenderet episcopum nullum habere titulum, neq; possessionem propter decretum irritans dicti Breuis, sine quo titulo saltem colorato episcopus possessorio restituendæ agere non poterat, iuxta vulgatas decisio. episcopus uerò contra Breue excepit de ista regula, quia per illud tollebatur sibi ius quæsitum: dubitatum fuit nũquid isto casu haberet locum regula?

Pro parte affirmatiua dicebatur, q̃ sic. Nam regula ista innititur æquitati, quæ isto casu militare uidetur, maximè contra dictum Breue exorbitans, rigorosum, & insolitũ. Et licet regula loquatur in causis, uerum est dicere episcopum fuisse cũ præfatis in eadem causa, & super eodem beneficio. Nam licet inter episcopum & Christophorum non esset lis: erat tamen eadẽ causa, quæ sufficit, cũ aliud sit causa, aliud ius: vulg. c. forus. de uerb. sig.

Præterea, quia ius obueniens ex dicto Breui, tempore quo Franciscus Miranda excipit de eo, iam erat consolidatum in ꝑsona dicti Francisci, & effectum fuit totaliter suum, iuxta l. hæreditas. de acqui. hæred. Vnde qua ratione obstaret regula, si Franciscus impetraret Breue prædictum, eadem ratione, quando ius procedens ex Breui, est effectum ipsius opponentis, arg. c. abbate sanè. de re iud. lib. 6.

Præterea, quia si dicimus regulam episcopo

scopo isto casu non suffragari, sequeretur hoc absurdũ, ꝙ multoties intrusi in sua se intrusione confouerent. Pone .n. litẽ esse super uno beneficio inter A. titulum habentem, & B. possessorem intrusum: C. tertius impetrat gratiam annullatiuam tituli A. facta mentione de lite. Certè si dicimus non posse A. dare de regula ista, B. intrusus contra A. poterit absolutoriam petere, cùm reperiatur titulus ipsius A. extinctus per gratiam C. Quæ quàm sint absurda, quilibet discernere potest. Et ideo dicẽdum uidetur, ꝙ ubi gratia tertii impetrata lite pendente duos tollit titulum, uel aliàs prę iudicat alteri litigantium, si alter utitur illo iure contra suum aduersarium collitigantem, proculdubio locus erit regulæ, per ea quæ dicit Old. consil. 299. & sequitur Fely. in c. in nostra. in 15. corr. de rescrip.

Istis tamen rationibus non obstantib. maior pars Dominorum concluserunt cõtrarium, uidelicet, non esse hoc casu locũ regulæ per istas rationes. Primò, quia ista regula fuit semper interpretata tantùm habere locum inter collitigantes, ut sic in quantum fieri posset, interpretetur secũdum ius commune, quod noluit in medio litis sacras iussiones impetrari posse, ne ius collitigantis turbetur. Et hoc denotat illud verbum, Causis, positum hic in regula, quæ largo modo litem comprehendit, ut traditur in l. causas. C. de transac. Cũ igitur Christophorus prædictum Breue impetrasset, tempore quo non erat lis inter ipsum & episcopum, meritò regulæ non erit locus. Ista tamen non procederẽt tempore Hadriani VI. qui regulam generalem fecit, comprehendens omnia tempora. & idẽ fecit Sanctiss. D. N. Paulus Papa III. Itaque decisio prædicta locum habet tempora aliorum Pontificum, quorum regulæ tantùm ad concessiones lite pendente obtentas restringuntur, ut latiùs dixi in præfatione istius regulę. Et tenendo istum intellectum, prædicta facilè resoluuntur. Nec obstat, ꝙ illud Breue infert pręiudicium, quia hoc nõn facit ꝙ sit locus regulæ: quia casus pręiudiciales extra iudicium regulę nõ subiiciuntur, sed sub dispositione iuris communis relinquuntur: quæ qualis sit, inferiùs dicetur in alia quæstione. Poterit igitur hic episcopus sibi consulere aduersus illud Breue per aliquam cõmissionem reductoriam Breuis ad ius cõmune, quæ denegari non solet, pręsertim quando commissio petitur cum illa clausula, Constito de bono iure. quod si non fecit, sibi imputet.

QVAESTIO XV.

QVæro, an per derogationem istius regulæ, uigore cuius iam alicui competebat ante derogationem regulę exceptio, tollatur sibi ius quęsitum?

SOLVTIO. Quidã antiqui tenebant, ꝙ sic, ut adnotauit summus ille uir Laurentius Puccius quondam cardinalis sanctorũ quatuor, in quibusdam notabilibus expeditionum curiæ: rationem tamen aliquã non scripsit. Et pro ista opinione facit, quia postquàm uigore alicuius legis ac quisitum est ius alicui, princeps in præiudicium iuris uigore illius legis quæsiti non potest talem legem reuocare, quominus ad tutionem dicti iuris quæsiti illa lex allegari possit. Ita tenent Imol. & D. Anto. in c. 1. de consti. per dictum Innoc. in c. nouit. de iud. Quem ibi latè sequitur Ab. in uer. quarta solutio, &c. Vbi infert, ꝙ leges prolatę ab Imperatoribus in fauorem ecclesiarum & clericorum, ex quo transierunt in priuilegium, non potuerũt per eosdem in præiudicium prædictorũ reuocari. Et sequitur Fely. utroque loco. Ita uidebatur in proposito dicendum, ꝙ papa derogando huic regulę, si per derogationem illius infertur pręiudicium illi, cui iam priùs competit ius excipiendi uigore regulæ, quòd nihilominus reuocatione non obstante, poterit excipere de regula. Et pro ista parte faciunt ea quæ Card. & Imo. tradunt in c. quia diligentia. de elect. sequitur Alex. in l. Gallus. §. & q̃d si tantùm. in 9. col. uersi. secundò limitatur. ff. de lib. & posthu.

Sed istis non obstantibus contrarium uidetur concludendum. Et in primis illud satis notissimum est in iure, quòd princeps potest pro libito uoluntatis tollere leges positiuas. capit. primo de const. lib. 6. cùm illis non subiiciatur, sed illæ subsunt ipsi uulg. c. proposuit. de cõcess.

cef.præben.& tradit Alex.in consil.2. col. 5.lib.1.& alibi sæpe. Nam illius est destruere, cuius est condere.uulg.l.fi. C. de legib. Et ideo dicimus, ꝙ in principe est pro ratione uoluntas, ut dicit Bald.in l.relegati. & ibi gl.ff.de pœ.Et hoc procedit etiam si per talem legem reuocatoriam tolleretur ius quæsitum alteri, non solùm uirtute legis reuocatæ, sed ratione alicuius specialis tituli: quod fortius est, ut tradit not. Bart.in l.quoties,ff.de pollicit.& in l.Antiochensiũ.ff.de priuil.credi.& in procem. Digestorum. Vnde licet princeps per rescriptum suum auferẽs rem, uel beneficiũ alterius, teneatur ad recompẽsam, ut aliàs dixi, quia talia rescripta seu concessiones intelliguntur sine alterius præiudicio: tñ ubi princeps non per uiã rescripti, sed per uiam legis generalis tolleret ius quæsitũ, non tenetur ad aliquam recompensam, ut notabiliter concludit Alex.in consil. 109. uisis iis.col.antepen.uersic.ad tertium argumentum.lib.3. & in consil. 189. incip. maturè.col.5.libro 2.Sic igitur si papa per uiam legis derogat isti regulæ, non est dubium, per hoc non tollere ius quæsitũ. Quia papa potest tollere ius quæsitum ex lege sua, ut dicit Pau.de Ca.consil. 216 in ci.quomodo sequitur Fely.in c nouit. in 8.col. de iudic. Quinimò si per uiam rescripti scienter derogat regulæ, non poterit ille cui ius tollitur, uti exceptione illius. Quia satis constat papam in beneficialibus liberam habere potestatem, nõ solùm derogandi regulæ, sed etiam sine causa præiudicandi alicui, & auferendi ius quæsitum, ut not.Abb. post Ant. in c. constitutus.col.2.de rel.dom. cum sexcentis concor.ut Mod. Mediolanen. scribunt in ca. qui in ecclesiarum. in 11.col.uer.secundus casus est.de constit.

Non obstant ea, quę in contrariũ sunt adducta superiùs. Quia procedunt illa, quando lex est pro aliquibus non subditis, particulariter condita per uiam priuilegii, nõ autem generaliter pro omnibus, ut loquuntur prædicti doct. in d. cap. 1. & d.cap.nouit. Tali enim casu princeps reuocare legem non potest, & reuocando non tollit ius quęsitum ex illa lege. Secus tamen est, quando lex fuit generaliter edita pro omnibus, prout est regula ista. & non particulariter in priuilegium aliquarum. Quia tali casu reuocari potest, neque curatur de pręiudicio, ut notanter distinguit Paul.de Cast.in consi.277.inci.primũ dubium.lib.1.& tradit Soci.consi.156.col. 2.& Dec.consi.229.circa fi.& Alex. consi. 101.col.5.lib.1.& Moder.prædicti, præsertim quia quãdo derogatur regulæ, in fauorem certæ personę, regula non tollitur quominus alii eius exceptiõe uti possint. Nam sæpe in Rota illi in declaratoriis uidi per summos pontifices concessis derogari.& plures casus ponit B. M. Laurẽtius Cardinalis sanctorum quatuor, in quodã suo libro adnotationum, fol. 168. In quibus derogatum fuit huic regulæ in fauorẽ certarum personarum quas hic breuitatis causam non referam, & tradit Deci. in l. edita.nu.48.seq.C.de eden. Nec prædictis obstat, si dicatur locum esse isti regulæ, etiam quando princeps scribit motu proprio, & ex certa scientia, ut superius in alia quęstione diximus, quia illud est uerum, nisi derogetur regulæ ut hic. Nam per motum proprium uel certam scientiã non censetur derogatum isti regulæ, nisi specialiter fiat derogatio, ut latè superiùs in proœ.regul.ĩ 5.& 6.q.diximus. Et ideo semper locus erit exceptioni contra omnem gratiam tollentem ius quęsitum, etiã si fuerit motu proprio facta, nisi specialiter regulæ derogetur. Et tali casu sublata regula tollit ius excipiendi quæsitum ex ea. Et ita in simili in una Parmen. spolii bonorum coram R.P.D.Petro Vortio fuit in Rota conclusum die 12.Iunii.1538. Nã in dicta causa dubitabatur, nunquid absolutio à iuramẽto & à periurii reatu ad effectum agendi & excipiendi, parte tamen citata, à sacra Pœnitẽtiaria obtenta sub prętextu, ꝙ ille, qui iurauit, fuit enormissime læsus, ius parti aduersæ sustulerit, uigore l.si quis maior.C.de transact.quæsitum ad uersus contrauenientem? Et concluserunt Domini, quòd sic probata enormissima lęsione. Quia constat papam ex causa enormissimę læsionis uoluisse concedere absolutionem. Vnde si probatur quod illi asseritur, uidetur tollere, & derogare.l. si quis maior. Et hoc per quandam conse

quen

quentiam uidetur tollere ius quæsitum ex ea. Et per hoc causatum non fuit, tam ex absolutione, quæ tantum concessit facultatem agendi, quàm ex probationibus enormissimæ læsionis, & contractus simulati postea facti, quę fieri non possent, nisi concessa absolutione, ut dicit Pau. de Cast. notabiliter in cons. 259. incip. circa primum, in 2. uol. Et ita etiam in hoc pũcto conclusit concilium Neapolitanum in deci. 322. col. pe. & fin. Sed ista omnia nouissimè limitantur non habere locum, quando papa per specialem gratiam uni factam, tolleret statuta, priuilegia, & consuetudines ecclesiæ confirmatas, per quæ fuerat iam ius quæsitum, quia tali casu locus esset isti regulæ, ut potest poni exẽplum in causa Burgen. pensionis nuper in Rota coram R.P.D. Aquen. decisa. In qua est sciendum, ꝙ ecclesia Burgen. habet statuta, consuetudines, & priuilegia, quibus disponitur, ꝙ omnes fructus cuiusdam abbatiæ, & illi annexorum, per unum annum cum dimidio post quamcunque uacationem ipsius abbatiæ, sint eo ipso mẽsæ capitulari, siue fabricæ dictæ ecclesiæ applicati, cum amplissimis clausulis. Accidit, ꝙ uacante dicta abbatia S. D. N. R. Cardinali de Grimaldis pensionem D. Ducat. super ea constituit, cum derogatione speciali statutorum, consuetudinum, & priuilegiorum dictæ ecclesiæ. Itaque uigore istarum literarum pensionis, Cardinalis contra capitulum dictæ ecclesiæ ad pensionem egit. Capitulum uerò prætendit ad pensionem non teneri ex eo, quia uacante abbatia, eo ipso ius in fructibus quæsitum fuit, itaque ecclesia grauari nõ poterat: Cardinalis replicabat dictis statutis & priuilegiis, in bullis pensionis in specie derogatum fuisse. Capitulum triplicabat papam non intellexisse: propterea uel le tollere ius quæsitum ex dictis statutis & priuilegiis, & ita opposuerunt de ista regula, fuit dubitatum, nunquid esset hoc casu locus regulæ? Rota post uarias aduocatorum informationes, hodie 7. Nouembris, 1539. coram eodem D. Petro episcopo Aquen. conclusit esse locum regulæ: quia papa, licet derogauerit dictis statutis cum amplissimis clausulis, non per hoc uisus fuit derogasse huic regulæ, quæ indiuiduam mentionem requirit, ut dicam in alia quæstione, quę locum habet, quando tollitur ius quæsitum ex priuilegio uel statuto.

QVAESTIO XVII.

QVæro, quid si per commissionem tollatur gratia alicuius, itaq; per illam commissionem reducimur ad ius commune, nunquid sit locus isti regulæ?

SOLVTIO. Videtur dicendum, ꝙ non: quia fauorabilis & non præiudicialis reputatur illa uia, per quam reuertimur ad ius commune, ut dicit gl. in uerbo ad A. in c. ab exordio. 35. dist. & gl. magna in c. 3. de præb. lib. 6. quam sequitur Alex. in l. si constante. in 2. col. ff. sol. ma Rom. consil. 318. Mod. de Montefetrato in repet. l. nemo potest. col. 10. ff. de leg. 1. Et commissio ista nihil aliud facit, quàm tollere impedimentum ad ius commune inductum per illam gratiam. Non igitur commissio est illa, quæ tollit effectualiter gratiam, sed ius commune ministerio commissionis, quæ tollit obstaculum, ut dicit expresse Domi. in cons. 12. Vt in simili Io. Mod. Arch. & Io. And. in c. cum aliquibus, de resc. li. 6. Exemplum de homine ligato manibus ponunt. Nam si talis ab aliquo soluitur, & solutus scribat, non per hoc dicitur ministerio dissoluentis scribere, sed ille idem ex se hoc facit: licet si dissolutus non fuisset, minimè scriberet. Ita est hic dicendum, ꝙ commissio, quę tollit obstaculum, non est illa quæ tollit sed ius commune. Pro qua opin. facit dictũ Abb. in c. ueniens. in 7. col. num. 22. uer. concludendo prædicta. de resc. Vbi dicit, ꝙ licet prælatus per suum pactum uel renunciationem ecclesiæ præiudicare non posset: hoc tamen non procedit, quando per tale pactum ad ius commune reuerteretur. Quod dictum cum sexcentis aliis facientibus ad propositum refert, & sequitur Ias. in l. si unus. §. pactus, in 3. col. ff. de pac. Facit quod dicit Ant. de But. in c. constitutus. in 1. colum. de transact. cum concord. traditis per Felyn. in c. cum accessissent, de constit. & Dec. consil. 3. in 3. colum. Et

ita reperio istam opinionem in terminis istius quaest. tenuisse Franciscum Curtiū iuniorem, in cons. 1. in 7. col. nu. 82. uer. 4. conclusio. quem sequitur quidam do ctus moder. videlicet Bart. Chass. in cons. 66. col. pen. nouiter impresso, ut ibi lat us per eos. Et ita etiam tempore Sixti acci dit casus bis in Rota in una Eduen. Abba tiae, & in aliis Cameracen. praeben. ut atte statur Io. Aloisius, Tusca. Mediolanen. tūc aduocatus consistorialis celebris in 1. uo lum. consil. fol. 167. & 198. Licet ibi non dicat, quid tunc fuerit resolutum, & ideo libenter uiderem, quid super hoc Rota sentiret. Interim tamen tenenda esset illa decisio Curtii & Chassanei, quę est in ter minis, & practica multum proderit, quia ut dicit Fel. in c. cum ordinem, col. 4. de rescr. inuenire decisionē in terminis, mul tum prodest iu practica, & est doctissimi Doctoris, sed per regulas generales respō dere, est doctoris positiui, & pauperis: prout ipse idem dicit in cap. 1. in 4. col. de rescrip.

QVAESTIO XVII.

Quaero, an commissio, per quam reiici tur confessio minoris aetatis, & inha bilitatis in literis apostolicis in iudicio productis facta, tollat ius quaesitum ad ef fectum istius regulae?

SOLVTIO. Iste casus accidit tp̄e Sixti in Rota in causa Osce. Abbatissatus de Cas sinis inter quandam Catharinam electā & Beatricem, & prout tunc dicebatur, ita nunc dicendum uidetur, uidelicet illi commissioni obstare regulam, istis ratio nibus. Primò, quia confessio facta in bullis, est facta principi in precibus coram eo porrectis. Secundò, quia est etiam ap probata in iudicio per productionē litera rum. Tertiò, quia geminata: quo casu talis confessio non poterat ex praedictis causis sine praeiudicio illius, cui per eam ius quę ritur, reuocari: iuxta not. in l. cum preciū. C. de liber. cau. & in c. fin. ubi Io. And. de iureiur. lib. 6. tradit Ias. in l. cum transegis se, num. 10. C. de transact. & in l. conditio ni. C. de instit. Et de geminata confes sione habetur in l. scimus, C. de agric. & censib. cum concord. ut tradunt Modern. Papien in lege si certis. C. de pactis, & de omnibus praedictis in capitulo ex literis, de diuor. not. do. Anton. in capitulo atte stationes. de despon. impuber. Et per eun dem in capitulo cum uenerabilis, de ex cep. cum similibus. Ex quibus infertur, quòd electio Catharinae minoris & inha bilis, erat ipso iure nulla, & intrabat ius Beatricis, si modò per praedictam com missionem Catharinae tollitur praedicta confessio. Ex quo praedicta minoritas & inhabilitas probatur, tollitur ius Beatrici, & sic erit locus isti regulae. Et ita in termi nis uidetur consil. Cald. 12. tit. de rescr.

Solùm obstat hic unum, quia uidetur per remotionem praedictae confessionis nihil auferri à Beatrice, cum minoritas Catharinae, quae inhabilitatem inducit, occultari nō poterat: ita ꝙ potest Beatrix per testes probare illud idem, quod per cō fessionem inducebatur. Quo casu non ui debatur principaliter praeiudicari, cum nō auferatur ab ea ꝓbatio. Et licet ei tol latur releuamen probationis, nō per hoc tollitur probatio. Quia aliud est proba tio, aliud releuamen ab onere probandi. l. cum qui. ff. de iureiur. ut dixi superius, quęst. 10. Et confessio secundum commu nem opinionem, non est probatio, sed re leuamen probationis, ut latè probant Mo dern. post alios in rub. de prob. num. 4. Et hoc maxime procedit in casu isto, quia confessio praedicta fuerat per mulierem minorem annis facta, nec fuerat accepta ta. Quo casu facilius ex triplici capite fra gilitatis, & non acceptationis posset reuo cari. Tamen tenendo primam opinio nem, ad ista potest responderi, quòd ma gnum praeiudicium fit Beatrici in hoc, ꝙ grauatur onere probandi. Quia cum du bius sit litis euentus, cogitur rem iam cla rissimam, & expeditam per confessionem Catharinae in dubium reuocare, maximè, quia iuste timere potest Beatrix suborna tionem testium. Quia qua ratione Catha rina ausa est contra confessionem suam ita qualificatam uenire: eadem ratione est praesumendum eam impedire posse, ne probari possit eius inhabilitas. Quia, ut dicit Bal. in c. quia uerisimile. de prae sumpt. propter dulcedinem rerum tem poralium, studium corrumpendi testes

adhi

adhibetur. Et hoc dicendum uidetur in casu isto, quia hic Catharina non uenit per uiam restitutionis aduersus suam confessionem. Quo casu licet per beneficium restitutionis uideretur releuari a grauamine illato sibi per suam confessionem, seruatis his, quæ dicit Egid. decis. 693. cum seq. grauaretur tamẽ in alio. Quia ultra læsionem, sine qua non datur restitutio teneretur plura alia copulatiuè probare ad eam constitutionem obtinẽdam: quæ enumerat Ias. post Alex. in l. si is qui temporaliter. §. si minor. ff. de iure iur. In quib. fortasse probandis posset deficere: sed per huiusmodi commissionem obtentam releuatur ab omnibus prędictis & solum grauatur Beatrix. Ergo uidetur in hoc præiudicari totaliter, & sic erit locus huic regulæ.

Est bene uerum, ꝙ si Catharina obtineret commissionem prædictam per uiam restitutionis, prout de iure, quod tali casu non erit locus isti regulæ, cum restitutio fieret secundum ius commune: de quo non potest aliquis præiudicium prætendere. Nam utraque pars oneratur & onus cum onere compensatur: arg. l. uiro. ff. sol. mat. & dixi superius in alia q. de restitutione loquens. Sed in omnem euentum dici potest, hoc casu non esse locum regulæ, quia non tollitur ius principaliter, sed secundariò, & in consequentiam. Et tale ius non consideraretur ad effectũ istius regulæ, ut diximus late superius, quæst. 3. sed adhuc dubito satis propter dictum consi. Cald.

QVAESTIO XVIII.

QVæro, Ponamus Papam per suam cõmissionem reiecisse exceptionem mihi competentem contra aduersarium meum. puta de pœna contenta in c. cum qui. de præbend. lib. 6. uel de iniectione manus in clericum. Ex quibus quis incurrit pœnam, & priuationem ipso iure. Nunquid per hoc dicatur mihi tolli ius quæsitum?

SOLVTIO. Patet ex his quæ dicta fuerunt superius in 11. q. Sed tamen pars affirmatiua, uidelicet, locum esse isti regulæ suaderi potest per dicta Mod. in c. fi. de const. Non tamen omitto ꝙ q. ista accidit tempore Sixti 4. in causa parochialis de Tuschiis Naneren. in qua quidam aduocati, tunc temporis, tenebant cõtrarium ista ratione. Quia per hoc, ꝙ papa aduersatio ius amissum restituit, & una cum exceptione competenti mihi, reiicit etiam manuum iniectionem, per hoc uidetur secum dispensasse. Quia per narratiuam prædictorum Papa uisus fuerit habere scientiam eorum, quæ a iure super prædictis disponuntur. c. 1. de consti. li. 6. & l. omnium, C. de testa. Et per consequens sciuit aduersarium fuisse in ipso iure priuatum, ut in dicto capitulo cum qui. Et a iudicio repellendum iuxta c. pia. de except. lib. 6. Ex hoc igitur, quòd exceptiones huiusmodi reiecit, & uoluit aduersarium audiri in iure, uidetur tacitè cum eodem dispensasse. iuxta l. quidam consulebant. ff. de re iud. & quæ notantur in l. idem Vlp. ff. de excusat. cum similibus. Inde propterea dixit gloss. in c. si aliquando, de sent. excom. quòd per actum cum excommunicato celebratum papa uidetur eum absoluere.

Tamen istis non obstantibus prima opinio uidetur uerior, uidelicet, ꝙ locus sit isti regulæ. Pro qua est aduertendum in primis, quòd commissio pręfata ad petitionem aduersarii concęssa principaliter fuit ad iurisdictionem tribuendam, cum concedantur per uiam iustitiæ. Non autem est actus per quem soleat tribui principaliter dispensatio, quæ innititur gratiæ. Per hoc igitur, quòd ad narrationem meam papa concedat rescriptũ, siue commissionem, non censetur mecũ dispensare, ut ex textus notabilis in l. libertus. la 2. quem ibi notat Ang. ff. de in ius uoc. Nam ad hoc, ut papa per actum quem facit, uideatur dispensationem inducere, sex necessaria requiruntur. Primò, quod princeps sciat factum, & ex illo iuris dispositionem. Secundò, quòd pariter sciat esse opus in illo facto dispensatione. Tertiò, quòd papa ex certa scientia affirmatiuum actum faciat, & ꝙ illum exprimat. Quartò, ꝙ de causa dispensationis motiua cognoscat. Quintò, ꝙ ex eius

actu tertius non lædatur. Ita concludunt Innoc.& Ioan.And.in c.ueniens. de filiis presbyter.& plures alii relati per Mod. in d.l.quidam. Sextò, ꝙ ista in commissione facta lite pendente papa huic regulæ de roget, alias prædicta non sufficerent, ut est dictum superius in 6. q. proœmii, & hic, quæstione decimaquinta. quæ omnia dicta commissione defecerunt, & per consequens dicendum, illam non sustulisse ius quæsitum. Nam licet ille, qui in prædictas pœnas inciderat, in sua commissione de prædictis incidenter mentionem fecerit tamen non plene & principaliter narrat factum super eo dispensari petẽs, nec in ea dispensatur: itaque apparet ius impetrantis saluum remansisse. Et presupposito, ꝙ papa sciuerit factum, illa scientia non inducit absolutionem excommunicationis incursæ propter iniectionem, quia requiritur, ꝙ expresse fiat, ut est tex. in clem. si summus, de sent. excommunic. Nec obstat gl. in d.c. si aliquando. quia illa gl. intelligitur quando apparebat papam ad effectum illius actus absoluere uelle. Alias in dubio absoluere non uidetur, ut dicit do. Ant. in d.c. ueniens, & in d.c. si aliquando, per tex. in d. clem. si summus. Et hoc idem tenet Paul. in clem. eos, de consanguinit. & affinit. Quinimò presupposito, ꝙ sola scientia sufficeret, requiritur ẽt, ꝙ illa sit expresse scripta, ut dicit Imo. in d.l. quidam per gl. in c. statutum. in uer. literatum. de rescr. lib. 6. Quam ad hoc pro singulari notant moder. Bonon. in repet. rub. C. de prob. in 7. col. cum multis conc. ut scri. Soc. in cõs. 59. circa fi. Nam licet papa dispenset cum clerico digno priuatione, non per hoc intelligitur tollere ius alteri quæsitum, ut dicit Ioan. Andr. in c. dudum, primo. in fin. de electio. quem cum aliis concord. sequitur Felyn. in capitulo causam. in 9. colum. uersiculo interpretatie priuilegii. de rescript. Et sola expressio etiam cum clausula. Non obstantibus & clausula, Supplentes non sufficeret ad inducendam habilitatem personæ cum præiudicio tertii secundum magis communem opinionem, quã refert Alex. in d.l. quidam. in 3. col. Imò quando omnia prædicta concurrerent, quę in casu nostro interuenerunt, etiam cum expressa derogatione iuris quæsiti, esset dubitandum, nunquid papa dando immunitatem delinquenti, uideatur expresse tollere mihi ius quæsitum, auferendo exceptionem peremptoriam mihi competentem? quod nou examino hic, cum sint præter propositam quæstionem. Sed hoc plenius attigit Abb. in disputatione sua prima post doct. in c. quæ in ecclesiarum de consti. & tangit expresse Alex. in cons. 136. in 2. col. lib. 2. & est tex. & ibi notant omnes Mod. in c. ex parte, el 2. de off. deleg. & dixi in alia quæstione. Sufficit enim quo ad præsentem quæstionem in prædictam commissione expresse non fuisse derogatum isti regulæ, neque in ea exprimi ea, quæ superius dicta sunt necessaria ad talem effectum fuisse. Concludendum est igitur per eam ius quæsitum mihi, resultans ex exceptione dicti c. eum qui. & c. si quis sua denic. 17. q. 4. non sublatum esse. Pro quibus faciunt ea, quæ distinguendo scribit Dec. in c. quoniam. de const. col. 6. uersic. prima est, ꝙ si constitutio, &c. dixi latius in alia quæstione.

QVAESTIO XIX.

QVæro, ponamus Papam lite pendente, fauore reipublicæ concessisse scriptum, uel commissionem in præiudicium collitigantis, cum clausula generali, Non obstante, nunquid erit locus isti regulæ?

SOLVTIO. Pro solutione istius quæstionis plura possunt dici: tamen resecando superflua, concludendum est locũ nõ esse regulę. Pro qua opinione est dictum Bar. in extrau. ad reprimen. in uer. nõ obstan. in 1. col. Et ratio istius decisionis est, quia fauore reipublicę recedimus a regulis iuris, ut dicit Ro. in cõs. 31. Adeò ꝙ potest auferri ius alicui, ut tradit Angel. in consil. 351. incip. generosus, in 1. col. cum multis concord. Quos prẹter ista, copiose more suo cumulat Fely. in c nonnulli. in 7. fallentia, columna 22. cum duabus sequent. de rescrip. Hinc est, quòd licet in pœnalibus non habeat locum extensio: illud tamen fallit, nisi ratione reipublicæ. Ita pulchrè consuluit And. Sicul. in consil. 48. incip. præclarè, in 1. colum. 2. uol.

uol. Et ad propositum faciunt ea quæ longo discursu scribit Iaſ. in l. Barbarius. in 6. col. ff. de offi. præto. Vbi tredecim dicta cumulat super hoc. Per quæ Rota de anno 1532. die 7. Aprilis in una Bononien. bonorum de Guizileris, coram domino Paulo Capisucco tenuit istam opinionem & limitationem ad illam regulam. Tamē ego super hoc dubitabam, quia licet Papa propter bonum publicum posset ius quæsitū tollere, & censeatur per hoc derogasse iuri communi, cuius scientiam præsumitur habere: tamen secus est in istis regulis, quib. de stylo curiæ derogatum illis nō cēsetur, etiam per clausulas generales, nisi de illis specialiter fiat mētio, ut sæpius dictū fuit, ut latius scripsi in 6. q proœmii, ita q̄ regula ista semper obstabit, nisi dicamus isto casu censeri in dubio derogatum, illi quod non audeo firmare, cum nullibi hoc ꝓbetur, præsertim quia illa causa Bononi. erat profana, in qua ius quæsitum non fundatur sicut in beneficialib. nam in profanis acquiritur uerum ius, & dominium, quod est de iure naturali, ut tradit Ale. in l. cum hæredes. ff. de acqui. poss. Non sic est in beneficialibus, in quibus nemo est dominus, neque etiam ipse Papa, ut in capit. secund. de pecul. clemen. & in capitul. secund. de dona. & in capit. non liceat Papæ. 12. quæst. 1. Et ob eam causam in profanis Papa protestatur se non uelle alicui præiudicare, ut patet in c. nouit. de iudic. & in cap. per uenerabilem. qui fil. sint legi. Et tradit Anto. Alexand. in terminis istius regulæ loquens, in consil. 147. in 3. column. & ante ipsum Socin. consil. 32. colum. penul. libro primo. Hinc est, quòd si laico Papa mandaret, quòd dimitteret ius suum, & alteri cederet, non teneretur obedire, ut dicit Innocent. in c. quia plerique de immu. eccles. sequitur Gemi. in repe. cap. postulasti. de rescript. Sed in beneficialibus aliud est dicendum, in quibus procedit ista regula propter plenissimam Papæ iurisdictionem, ut dicitur in c. secund. de præben. lib. 6. & in clemen. 1. ut lite penden. tradit Socin. consil. 166. in 2. col. & consi. 164. in antepenultima columna.

QVAESTIO XX.

QVÆRO, Nunquid commissio quę tollit narratiuam bullæ, dicatur tollere ius quæsitum?

SOLVTIO. Olim in Rota fuit datum hoc dubium in causa Redonen. capellę coram Grassis, & fuit dictum quòd sic, ex eo, quia per bullam uerificatam in sua narratiua acquiritur ius in re, iuxta not. in c. si tibi absenti. de præbend. lib. 6. & in cap. fin. de concess. præben. eodem libro. Sed ius acquisitum per bullam non debet tolli per commissionem, cum sit ius multis uigiliis & impensis procuratum. Commissio autem non conceditur nisi ad effectū, ut ius & iustitia ministretur. non ut ius tollatur, & ideo si contrarium fit, erit locus regulæ.

Et secundum istam resolutionē possent plures similes quæstiones decidi, quæ fuerunt etiam olim tempore Sixti uentilatæ in Rota, quas propter penuriam temporis non examino, cùm vnico uerbo resolui possent, ut dicamus in istis omnibus casibus tolli ius quęsitum, & locum esse regulæ. Primò, quando commissio mandat nō stari assertis per Papam in suis literis, nisi quatenus ostendatur supplicatio. Secūdò, quando commissio mandat, q̄ ad probandum ea, quæ post instrumentum probari deberent, detur fides solum testib. Tertiò quando per gratiam perinde ualidatur dispensatio, & suppletur expressio, & ea quę sunt tacita in prima. Quartò, per commissionem, per quam Papa mādat nouas prærogatiuas proficere ad beneficia acceptata, etiam tollitur ius quæsitū. Quintò, qn̄ per commissionem reiectiuam alterius cōmissionis, mandatur dari fidem probationi alias inualidæ. Sextò, quando commissio absoluit à necessitate probandi illum, qui impetrauerat beneficium, ut reseruatum. Septimò, quando commissio supplet tempus elapsum, uel tollit impedimentum. Octauo, quando commissio mandat dari fidem libris Secretariorum. Nono, quando mandat ualidare collationem ordinarii non ritè factam. Decimo, quādo Papa declarat beneficiū nō esse cō

prehensum sub gratia. Huiusmodi similes sexcentæ sunt quęstiones ad regulam istā pertinentes. Quæ facile ex deductis in pręcedentibus & seq. quæst. decidi poteruut.

Non tamen omitto, ꝙ anno 1530. de mense Febr. coram Reuerend. P. D. Petro Vortio Episcopo Aquen. in una Palen. Abbatiæ, pro D. Patriarcha de Hierusalem, contigit similis quæstio superiorib. Fuit igitur dubitatum, nunquid si commissio mādat cassari supplicationem de registro antequam peruenerit ad manus impetrātis, dicatur locum esse huic regulę, tanquā dicatur tolli ius quæsitum? Domini consuluerunt ꝙ non. Quia antequam supplicatio perueniat ad manus partis, potest cassari & reformari per Datarium, & alios officiales, ut experientia docemur tantò fortius per Papam. Nam non dicitur adhuc parti ius quæsitum, donec supplicatio sit relaxata, & producatur in mundum: arg. l. contractus. C. de fi. instru. Si tamen Papa antequam exeat manus officialium, mandet cassari, locus non erit regulæ, & ita iudicatum fuit.

Qvaestio XXI.

QVæro, Quia sæpe Papa in literis suis utitur illa clausula, Non obstante collatione alteri facta, prout fecit in una Hispalen. inter Dominum Episcopum Solis, & Franciscum Miranda, nunquid dicta clausula tollat ius quæsitum ex collatione ualida?

Solvtio. Composte. Io. And. Abb. & Mod. in c. causam, de rescr. dicunt illa uerba ius quæsitum non tollere, quia intelligi debent de collatione inualida. Et hoc idem Alex. pluribus locis sequitur, cumulatis per Mod. Pap. in l. fi. ff. de constit. prin. & reassumit Decis. in cons. 292. in 2. col. & ultra ipsos hoc idem Alex. tenet in consil. 34. col. pen. & cons. 108. col. 2. in 6. uol. nouiter impresso.

Sed in contrarium facit decis. Mod. Dominorum meorum facta in una causa Poloniæ coram D. Camillo de Balionibus de mense Octob. 1520. In qua uoluerunt gratiam reseruationis beneficiorum cum suspensione quarumcunque gratiarum, exceptis noīationibus regiis, intelligi debere de nominationib. ualidis, non de inualidis & reuocatis. Quam Dominorum decis. latissimè scribit D. Gul. Cassiodorus Episcopus Algar. in suis collectaneis decisionum. fol. 154. Et pro ea facit tex. in c. dudum. 2. de elec. & c. si gratiosè. de rescr. lib. 6. & in c. non potest. de præb. eod. lib. Quibus iuribus probatur dispensationem cum retentione beneficiorum obtentorū concessam, intelligi de retentione ualida & canonica, non de inualida. Quia proditum est, uerba generaliter prolata, intelligi debere de actu ualido, non de inualido, uulg. l. 4. §. condemnatum, de re iud. l. 1. §. docere, ff. ne quis eum qui in ius uoc. ui exi. & in c. qualiter. de pac. & i c. uenies. de cler. non resi. per quæ iura simul cum aliis rationibus & dictis, Doct. in c. 1. in 5. & 6. col. impugnat Compostell. ac etiam Felyn. de eius dicto uidetur dubitare in d. c. causam. in 13. col. in uersic. non obstāte collatione, &c. in fi. illius uersic. Pro quibus faciunt quæ Arct. tradit in l. in substitutione columna penultima, uersic. præterea, uolumine primo, & quæ dicit Bart. in l. non putauit §. non quæuis. ff. de bonor. possess. contra tab. Nam de actu inualido non est necessaria mentio, ut late tradunt Mod. in c. ex tenore. post gl. ibi de rescrip. Clausula igitur prædicta, Non obstāte collatiōe alteri facta, debet potius intelligi de collatione ualida, quæ obstat, non de inualida, quæ non obstat, nec per consequens derogatione eget.

Quid dicendum? Considerandum est diligenter, ꝙ magna est differentia inter clausulis præseruatiuas gratiarum, positas in gratia tertii, quæ non tendunt in præiudicium, neque in gratiam, uel utilitatē tertii & clausulam, Non obstante. Quia clausula præseruatiua ab usu patrisfamilias, præseruat gratiam quatenus sit ualida: prout in exemplo dictæ decisionis contigit. Nam in illo casu Leo papa 10. reuocauerat per suam regulam omnes nominandi facultates ad beneficia concessas Regi Poloniæ, qui forte iam aute reuocationem ad beneficium uacaturum quendam nominauerat. Postea idem Leo concessit Oratori dicti Regis nunc episco

po

po Plocen. gratiam reseruationis cum suspensione omnium gratiarum expectatiuarum, exceptis nominationibus præfato Regi concessis. Vacauit postea beneficium, fuit dubitatum nunquid deberetur nominatio à Rege ante reuocationem, an uerò Oratori? Dicebat Orator, quòd sibi debebatur, ex eo, quòd nominationes erant per regulam renocatæ. Replicabat alter, nominationes fuisse posteà per clausulam positam in reseruatione Oratoris præseruatas. Triplicabat Orator per dictam clausulam, uideri nominationes tantum ualidas, non inualidas præseruari, per iura superius alleg. Tandem Rota omnibus discussis pro Oratore pronunciauit, propter prædictam rationem clausulæ præseruatiuæ, quæ uenit ad augendum gratiam, & non ad diminuendum: vulg. l. legata inutiliter. de adim. legat. Non ita in clausula, Non obstante collatione alteri facta, quæ uenit ad diminutionem, & sic est odiosa: conuenit igitur eam mitius interpretari, quia, ut dicit gloss. Bar. & Moder. in lege fina. §. in computatione. C. de iu. deliber. & Domin. in capitulo si Papa, in fin. princip. de priuil. lib. 6 potius debet tolerari, quòd uerba rescripti odiosi nihil operētur, quàm quòd aliquis damnum patiatur: non quia Papa hoc non possit, sed quia in dubia non præsumitur uelle alteri tollere ius quæsitum. Et sic apparet, quòd illa decisio. Dominorum continet longe diuersum casum ab isto, præsertim etiam propter rationes, quas posui superius in 1. q. quas latius Fel. & Mod. roborant in d. c. causam in 9. & 10. col.

QVAESTIO XXII.

QVæro, Vtrum in casibus in quibus regula ista læsis non suffragatur, sit aliquod remedium proditum de iure communi ad annullandam gratiam, per quam alicui tollitur ius quæsitum?

SOLVTIO. Duplex est remedium de iure communi. Primum per uiam actionis, ex l. 2. §. si quid à principe. ff. ne quid in lo. publ. & ex aliis legibus superius alleg. in princip. ij. quæstio. Nam dabitur actio ex illis legibus ad retractandam & annullandum gratiam præiudicialem, petendo illam annullari ex defectu intentionis papæ, per plures coniecturas, quas Felyn. tradit in capitulo super literis, de rescript. & Decius consilio 541. Et licet isto casu non sit prodita aliqua specialis, & nominata actio ad retractandum gratias præiudiciales, tamē illa actio ex lege sufficit. Nam, ut dicit Bart. in lege prima, ff. de cond. ex lege, quando lex non inducit aliquam actionem specialem, semper competit actio ex lege tanquam subsidiaria. Secundum remedium ordinarium de iure communi datur per uiam exceptionis, quæ agenti obstat, & semper defectus intentionis principis debet esse fundamentum agentis uel excipientis: quia ubi alias intentio papæ esset clara ad præiudicandum in istis beneficialibus, & derogaret huic regulæ cessarent omnia remedia, & sequenda esset papæ uolūtas, ut superius dictum est in alia. q. uel competit off. iudicis.

QVAESTIO XXIII.

QVæro, an legatus de latere, uel alius inferior ordinarius possit tollere expresse ius quæsitum, derogando huic regulæ sicut papa?

SOLVTIO. Concludendum est quòd non, quia hoc solius principis est, ut tenet expresse Baldus in lege secunda, columna decima, uersiculo nota quòd plenitudo. C. de seruitu. & aqua. & hoc etiam tenet Federic. in consilio 200. & Roman. in consilio 37. uiso puncto, uersiculo quo ad secundum, cum pluribus alijs concordantiis traditis per Stephanum Bertrandum in consilio duodecimo, circa fin. libro 3. Et hoc quod dictum est delegato, generaliter procedit in quocunque alio inferiore, ut Decius post mod. latius probat in capitulo ex parte. el secundo, in 4. colum. de offic. deleg. ubi hoc limitat non procedere, quando per uiam legis statuendo ius quæsitum tolleretur, ut ibi latius per eum.

REGVLA DE INFIRMIS resignantibus infra uigin ti dies.

ITem uoluit, quòd si quis in infirmitate constitutus resignauerit aliquod beneficium, siue simpliciter siue ex causa permutationis, & postea infra uiginti dies, à die per ipsum resignantem præstandi consensus computandos, de ipsa infirmitate decesserit, ac ipsum beneficium conferatur per resignationem sic factam: Collatio huiusmodi nulla sit, ipsumque beneficium per obitum uacare censeatur.

PRAEFATIO.

Regula ista de infirmis resignantibus, quia in foro, & curia quotidiano usu recepta est, utilis iudicatur, iuxta tex. in l. certè, in fi. ff. de prec. Et ideo quia utilis est, iucunda etiam uideri debet. Nam, ut inquit Bald. in cap. ex tenore, de rescrip. tunc sapiunt leges, cum practicantur: quia sic fructus ex arbore colliguntur. Prout legumlatores ueteres ab utilitate exordientes, consueuerunt præmiis quibusdam studiosos ad legum studium inuitare: ut patet in proœmio institutio num. § fin. & in authentic. de hæred. & falcid. §. fina. pro certo habentes id quod est t, neminem futurum sine præmio, aut præmiorum spe, qui uellet tam inexhaustos innumerabilium legum per saxa labores subire, nisi mallet, ut Sisyphus ille in fabulis, sudans saxum frustra uoluere, nec aliquid proficere. Præmium ergo fuit, uel utilitas spes, quę homines ad huius scientię studium inuitauit: sine quo uix unus inueniretur, qui legum studiũ sibi expedire putaret, iuxta ea quæ Ouid. libro 2. de Ponto ad Maximum scribit. Hac igitur ratione regula ista iucunda, & uolupratis plena iudicabitur. Quia ex eius usu curiales omnes maximum decerpent fructum ac in theorica non mediocre utilitatis incrementum. Distribuetur igitur totus istius regulæ tractatus in tres partes principales. Prima pas quæ duodecim quæstiones continet, personas respicier, in quibus locum ista regula habere possit. Secunda pars, quæ totidem etiam quæstiones habet, circa beneficia uersabitur. Tertia pars, casus diuersos per 10. & 7. quæst. numerabit, in quibus regula habere locum possit: sequutus in hoc ordinem imperatoris in §. final. in stit. de iur. nat. Qui de iure tractaturus, primus de personis, secundo de rebus, tertio de actioni. præmisit. Sed operæ pretium erit, antequam ad propositam materiam ueniamus pauca quædam de origine istius reg. præmittere.

Regula igitur ista prius originẽ habuit à Bonifacio. 8. qui eam edidit Calendis Maii, pontificatus sui anno octauo, ut in eius regulis patet. Neque alii pontifices ante eum à Ioanne uigesimosecundo incipiendo (a quo regulæ cancellariæ initium habuerunt) ullam de ista regula in suis regulis mentionem fecerunt: ut apparet ex quinterno cancellariæ apostolicæ. Vnum tamen non omitto, quòd cum plures sint in hoc uolumine notabiles regulæ editæ: nulla tamen sæpius innouata a summis pontificibus reperietur quàm ista. Nam post Bonifacium, Martinus Quintus regulam istam confirmauit. Ex qua postea Nicolaus Quintus extrauagantem fecit, quam habeo inter non impressas. In qua unum plus uoluit, quòd literæ resignationis uiuente resignante expedirẽtur. Alias decreuit omnia esse irrita, ut ibi latius disponitur. Deinde post multa tempora Innoc. 8. per quandam extrauagantem suam, quæ incipit, sicut bonus pastor. regulam istam uisus fuit extendere ad resignationes infirmi uigore facultatis concessæ, in manibus cuiusuis personę in dignitate constitutæ factas. Tamen ibi regulam modificauit in duobus, uidelicet respectu temporis, & respectu uacationis. Respectu temporis, quia cum regula ista assignet terminum 20. dierum, ibi statuit unum mensem, infra quem si taliter resignantes morerentur, beneficiũ per obitum uacare censeretur. Respectu etiam uacationis istam regulam immutauit, quia hic resignatio mortui infra uiginti dies ualet, sed collatio uigore illius facta annullatur. Sed in d. extraua. resignationes

tiones taliter factæ præsumuntur fictæ & simulatæ. Quod quantum inter se differat & importet, dicemus inferius in alia quæstione. Et declarat Roma. in consi. 342. Est bene uerum, quòd in regulis Martini 5. Eugenii 4. & Nic. 5. nulla in hoc est differentia, ex eo, quia ibi resignatio annullatur. Et in hoc etiam differt ista regula ab illis quæ concordabunt cum d. extrau. Regula igitur ista procedit quando resignatio non fuit facta uigore facultatis, sed iure ordinario.

Preterea, ulterius est not. quòd licet regula ista usque ad nostra tempora intacta manserit, Moderni tamen pontifices eam in aliquibus innouarunt seu ampliarunt. Nam Iulius 2. primus ad istam regulam addidit illud, quod hodie in regulis modernis cernimus, uidelicet quòd dies uiginti à tempore præstandi consensus computarentur, quod antea in regulis prædecessorum scriptum non erat. Postea Hadrianus 6. istam regulam in duobus ampliauit & reuocauit. Primò, dum addidit illa uerba, uidelicet, quamuis autoritate conferatur, &c. Quæ quidem uerba fuerunt addita ad istum effectum, ut regulam comprehenderet collationes factas ex causa resignationis per legatos & odinarios extra curiam, de quo sæpe dubitat Rota, ut inferius apparebit. Tamen hoc dubium postea tempore Clementis 7. fuit in Rota decisum, ut dicam inferius in quadam quæstionem. Secundo Hadrianus regulam ampliauit, ut haberet locum in resignationibus officiorum Romanæ curiæ in infirmitate factis, de quo tamen Iulius 2. antea regulam ad partem composuerat. Clemens uero 7. ad istam regulam nihil addidit, sed per quandam extrauagantem eam, & ad resignationes in sanitate factas, dummodo in infirmitate præstaretur consensus, & infra 20. dies postea moreretur extendit. Quod odio Cardinalis de Vich, qui in cõclaui plurimum ei obstiterat, Clementem fecisse satis compertum est, nihilominus postremo Paulus Papa 3. in suis extraordinariis regulis, quo ad hoc Clementem est imitatus. Ex quibus omnibus apparet multipliciter regulam istam fuisse uariatam. Et ideo ego propter huiusmodi pontificum uarietatem regulam istam, prout communiter habetur in quinterno Rotę, & prout in ea practicatur, ita interpretandam assumam. Rem igitur ipsam aggrediamur.

PRIMA PARS
Quæ circa personas uertitur.

QVAESTIO PRIMA.

IGitur quæro nunquid ista regula liget papam infirmum renuntiantem papatui secundum formam, c. i. de renunt. libro 6.

SOLVTIO. Quamuis quæstionem istam non speremus diebus nostris contingere, pro ornatu tamen materiæ, & ad bene esse discutiendam duxi. Licet non ignoremus antiquis temporibus plures fuisse pontifices, qui papatui renuntiarunt, ut inferius subiiciam. Venio ad quęstionem in qua uidetur dicendũ pro parte negatiua papam non comprehendi sub ista regula, ex eo, quia in generali sermone non comprehenditur persona constituentis siue loquentis. l. i. in fin. ff. de sena. & l. inquisitio. C. de solu. & l. mercedem. §. fi. de act. emp. Neque etiam in generali sermone a quocunque prolato intelligitur persona papæ, ut est glo. in c. de forma. 22. q. 5. quã sequitur Ias. in rep. secunda. l. frater a fratre, num. 16. ff. de cõdi. indeb. & latius mod. & Ripa in l. 1. in 8. col. nu. 56. ff. de uulg. & pup.

Præterea, quia nemo seipsum ex sua sententia constringit cum esse debeat discrimẽ inter ligantem & soluentem. c. debitum. de bapt. Neque de iure soleat pari in parem iurisdictio tribui, ut in l. pen. ff. de arb. cum actio & passio non possint in eod. subiecto esse. l. Vranius. uersic. sed cum duo. ff. de fideiuss. Ergo neque ligabitur sua constitutione papa, quę est etiã iurisdictionis, ut arguit Bal. in auth. quæ res. C. de sacrosc. eccle.

Præterea, quia cum iste casus sit rarus, miraculi loco haberi debet, ut dicitur in §. quantumcunque, in auth. de consul. Et ideo ista regula nõ adaptatur ad illã, tanq̃

quòd

ꝙ papa de illo non cogitauerit.l. nam ad ea.ff.de leg.

Et in specie, ꝙ regulæ cancellariæ non ligent Papam tenuit Petr.de Anch. consil. 290. Quē referūt mod. in tract. de benefi. in 1.parte.q.12.num.7.& ante ipsos Fely. in c.ad aures.in 7. col.uersi. octaua conclusio.de rescrip.Idem Fely.& mod.in c.1.de const.& in c.quod super his.in 4. col.de fide instr.Quo in loco ceitatim doctores tenent regulas cancellariæ, neq; dispositiones canonum ligare summum pontificem earum conditorem. Ratio redditur per Bal.in c.1.circa fi.in tit.de alie.feud. Quia ex quo Deus papæ leges subiecit, eius celsitudini nulla lex imponi potest. Quia legibus est solutus.Et ita etiam tenet Firm. in tract.de episcop.li.4.q.16.fol.18. Et hac ratione dicimus,ꝙ dispositio.c. auaritiæ. de elect.lib.6.papam non ligat, ut ibi dicit Io.And.& Io. Fran. Pauinus antiquus Rotę auditor,in tract.de offi.& potest. ca. sede uac.fol.16.col.4.

Postremò pro ista parte accedunt ea omnia motiua quæ post longam disputationem tradit Io.An.in regula cui licet.de reg.iur.in Mercu. in illa. q. an episcopus suo statuto ligetur.Et tandem post plura concludit ꝙ non.sequitur Alex. Ias. & cæteri mod. in.l.i.ff.quod quisq; iuris.faciūt etiam pro ista opinione omnia fundamēta,quæ scribit collecta. in c. fi. de concess. præb.in illa quæstione, an per promotionem ad papatum uacent ipso iure omnia beneficia papæ. Quorum argumenta breuitatis causa non refero, cum ibi uideri possint.

Proparte uerò contraria affirmatiua, uidelicet,ꝙ papa regula ista ligetur, facit ratio,mens,& uerba istius regulę quæ fundatur in utilitate animæ,ut per huiusmodi renuntiationes fraudulentas magis sanguini & personis consulatur,quàm bono vniuersalis ecclesiæ.Hæc igitur præuaricādi occasio auferenda est. Nam mens istius regulę fuit ne infirmi grauiter ęgrotantes præsentientes finem uitę adesse,de beneficiis suis,ueluti de rebus profanis in cōsanguineos suos successionis uice disponant, & in modum ultimæ uoluntatis illa illis relinquant in præiudicium ordinariorū uel expectātium,ad quos de iure illorum collatio uel acceptatio pertineret.Hoc.n. est contra ius,ut c.j.cum ibi not.de præb. & uergit in animę detrimentum,cui papa subiicitur tanquam Christianus, ut dicit Io.And.& alii.in c.significasti:de fo. compe. & notat Præpositus in c. non licet in prin.x.dist.qui dicit,ꝙ sub generali dispositione concernens ius diuinum imperator & Reges comprehenduntur. Ergo subiicietur etiam papa dispositioni istius regulæ,idem animę detrimentum considerantis.Hinc est,ꝙ papa,imperatores,& reges subiiciuntur constitutioni c.omnis utriusque sexus.de pœni. & remis. quæ licet sit dispositio iuris positiui,animam tamen respicit,ut Abb. dicit in c. omnes. de mai.& obed.& in c. nouit. de iudic. in 3. col.& in c.sanè el secundo.de offic. deleg. Et generaliter uerum est, ꝙ omni dispositioni per quam euitatur peccatum, & salus animæ cōseruatur.papa stare tenetur, ut latè probat Pet.de Anch. in repe.cap.i. in secunda oppo.de consti. & latius ibidē Fely.in 9.col.uersic.7.& ultima conclusio. Et eadem ratione dispositio.c. 1. de reg. iur.lib.6. simpliciter prohibentis, ne aliquis sine canonico titulo se in beneficiis intrudam,papam comprehendit, ut probant ibi Petr. de Ancha. & latius mod. in tract. de offi. de benefi. in 3. q. primæ partis.nu.8.Sicut etiam videmus papā subiici canonib. de irregularitate ratione homicidii uoluntarii loquentib. Nam quis negat papā irregularem fieri,si aliquem propriis manib.interficere? vt ꝓbat Fel. post Inn.in c.si qn̄.in 2.col.de rescrip. & latius mod.in tract.de elect.fol 56.& ultra ipsos Bal.in c.si quis.in fi.de maio. & obe. Nā licet papa habeat autoritatē dispēsandi, nō tn̄ habet peccādi licentiā,ut dicit tex. in c. 1.40.dist.Et ideò in omnib.illi obediendū est,nisi ubi subest peccatū,ut dicit Host.in c.significauit.de offi.ordi.& in c.proposuit.& ibi Abb.in fi.de cōcess. præb. Et q̄a ista regula rōnabilis est,& honesta, papa eā seruare tenet̄ q̄a licet solutus sit legib. nō tn̄ dictamine rōnis,cū sit animal rōnale,politicū & mortale,ut tradit Curt.in cons.63. col.2.post Bal.in l.2.col.8.C. de seruit. & aqua.Et cū ista opi.cōsentiūt ēt verba regulæ ibi,

læ ibi, si quis, q̃ sunt uerba generalia oẽm personam comprehendentia, ut in l. 1. ff. de uerb. sig. sicut etiam uoluit Do. in c. si tibi absenti. in 3. col. de preb. lib. 6. quod sub dispositione illius text. loquentis de ordinario, & quocunque alio, ligetur & comprehendatur papa, ex quo text. generaliter loquitur.

Præterea, quia papa & Imperator inter cæteros astringuntur lege honestatis & naturalis iustitiæ ea omnia seruare quę ipsi condiderũt, ut dicit Thom. 1. 2. q. 96. artic. 6. Nam lex diuina mandat eum seruare, quæ alios præcipit custodire, ut habetur Matthæi 23. c. & ad Rom. c. 2. ibi, Qui doces, teipsum non doces. Prędicas non mœchandum, & mœcharis. Sed clarum est, papam debere seruare legem diuinam. c. sunt quidam. & c. cõtra statuta. 25. quęst. 1. Igitur & ea quę ipse statuit. Pręsertim, quia consistit hoc in ratione naturali, quod quisque iuris in alium statuit: eodem ipse utatur. cap. cum omnes. de constit. & l. 1. ff. quod quisque iure.

Præterea, sicut lex humana debet cum diuina se conformare. d. c. sunt quidam. & doc. in c. q. in ecclesiarũ. de cõst. Ita legislator humanus debet se conformare latori legis diuinę, id est Christo: quia omnis Christi actio debet esse nostra instructio. Sed Christus leges quas dicebat, perfectissimè obseruabat, ut patet Actor. ca. 1. ibi, Cœpit Christus facere & docere. & Matthęi 18. & Luc. eod. & Mar. 10. Ergo eodẽ modo & papa tenetur hoc facere. Et pro ista opinione ultra præmissa nouissimè Vincentini in rep. c. primi repente. de constitu. nu. 48. sex fundamenta componunt, & respondent p unam col. ad l. princeps. ff. de leg. Quę breuitatis causa non refero, postquam habentur in formis. Ex prædictis igitur satis apparet quæstionem esse dubiam.

Quid tenendum? Dico quod quamuis casus istius quæstionis coruo sit rarior albo: cùm pauci admodum hac ętate reperiantur, qui in infirmitate uel sanitate papatui cedant: tamen iste casus antiquis tẽporibus sæpius cõtigit. Nam scribit Ioan. Burgundus antiquus doctor in tract. sine disputatione de renuntiatione papę, plures pontifices papatui renuntiasse. Quorũ primus fuit diuus Petrus, cui successit Clemens. Deinde Clemens, cui successit Linus, de quib. loquitur tex. in c. si Petrus. 8. q. 1. Ciriacus tertio loco renuntiasse fertur, cui successit Antheros, ut frater Iacobus de Voragine attestatur in illa peruetusta historia sanctorum quę Longobardica appellatur, titulo de XI. millibus uirginum. Vbi de renuntiatione Ciriaci, & martyrio eius habetur, & ideo non ponitur in catalogo pontificum, quia ut ibi dicitur, clerus eũ de catalogo abrasit, propterea quia eis inuitis & reclamantibus cessit, & xj. millia uirginum sequutus fuerat. De quo ibi latissimè habetur. Sic & Cornelius papa cedere papatui uoluit, nisi persuasus à Cypriano destitisset. Marcellinus quoque loco cessit, & Liberius etiã papatum resignauit, cui Felix successit, & iterũ Liberio cedente, assumptus fuit Leo IX. Et omnes prædicti pontifices sancti fuerunt, excepto Liberio, ut patet ĩ Chronicis. Postremo Cęlestinus cedens, causam dedit, ut dispositio illa Bonifacii VIII. de qua habetur in cap. 1. de renunt. lib. 6. constitueretur. Quod igitur in antiquis contigisse legimus, posset hodie modernis pontificibus euenire; & sic regula illa posset habere locum.

Pro resolutione igitur omnium prædictorum, distinguendi sunt aliqui casus. Primus est: quando papa infirmus resignat in manibus cardinalium, & illi cõsentiũt resignationi, non obstante regula. Et tũc talis regula locum non haberet, quia omnes uiderentur ab ea recessisse. Nec cardinalibus hoc casu pœnitere liceret, nec contra factum proprium uenire, iuxta clemẽ. 1. de renun. Solum obstat unum: quia uideretur papa isto modo in uita sibi eligere successorem, quod prohibitum est secundum Abba. in cap. accepimus. de pact. & tradit Fely. in c. 1. in 6. col. uersi. fallit nono. de constit. cum concor. ut scribit latissimè cardinalis sancti Sixti de Turre cremata in cap. in nomine domini. 23. dist. Sed ad hoc facilis est responsio. Nã illud dictum Ab. & aliorũ procedit, quando papa post creationem successoris nõ exuit se dignitate papatus, sed remanet,

papa

papa ponens alium certum pontificem post eius obitum, quod facere papæ non licet. Et ita procedit regula communis tradita per glo. in cap. apostolica. 8. q. 1. sed quando per uiam resignationis hoc facit & in uita ipsius se exonerat, & exuit papatu, & definit esse qđ fuit adeò ꝙ re ipsa dignitas in resignatarium transfertur tunc procedit tex. in cap. 1. de renun. lib. 6. qui sic debet intelligi, licet in casu Abb. & do. uidelicet quando papa uellet sibi eligere successorem, Marianus Soci. in suo indice generali inuenerit cautelā sub dubio fortè, qua papa posset uti in eligendo successorem, uidelicet si constitutionem faciat prius generalem de successore eligendo, sicut Bonifacius fecit ad renuntiando papatui. in dicto ca. 1. sed hoc dictum, quod mihi uidetur dubitabile, per ea quæ dicit Card. in clemen. 2. de elect. in 5. q. non examinabo hic, cum extra propositam materiam uideatur. Licet illam constitutionē de qua Marianus loquitur, fortè papa posset facere de consensu cardinaliū, per ea q̄ dicta sunt in sequen. q. Satis est, ꝙ iste primus casus iudicio meo uidet̃ sine dubio.

Secundus casus est, quando cardinales simpliciter admitterent resignationē non habita consideratione regulæ: & tunc intelligeretur iuxta eam, uidelicet quatenus papa infirmus post uiginti dies uiueret: si uerò infra uiginti dies, ex quo per dispositionem istius regulæ papatus censeretur per obitum uacare, non obstante resignatione huiusmodi admissa, possent eligere successorem, & uti facultate sibi concessa ut papa, quia intelligitur talis renuntiatio admissa sub tacita conditione quatenus moreretur infra 20. dies.

Tertius casus est, quando papa infirmus resignaret non in manibus cardinalium, nec illis admittentibus quod facere potest, ut dicit Vincen. in c. qđ in dubiis. de renunt. & sequitur latè Ioan. Franciscus Paui. Rotæ auditor, in tract. c. sede uacant. fo. 16. in 2. col. uolum. paruo. Et hoc casu crederem etiam regulam istam habere locum attenta mente & honestate, per ea quæ superius dicta fuerunt.

Obstat tamen huic conclusioni unum, quia uidetur ꝙ eo tēpore quo disceptandum esset de uirib. istius regulæ illa iam extincta esset per obitum papæ, cum regulæ istæ sint temporales ad uitam eius, ut patet superius in proœmio. Cardinales igitur, uel alii non poterunt post obitū papæ petere papatum uacare per eius obitū, sed per renuntiationem: cum hoc ipsum, ꝙ uacet per obitum, sit dispositum, & inductum per istam regulam, quæ, ut dictum est, per mortem papæ expirauit, nisi dicamus illam regulam habuisse effectum uiuente papa. Quo casu effectus semel causatus, etiam in actu temporali durat post obitum, ut tradunt Decius & Moderni in c. 1. in princ. de iudiciis. & in c. cū cessante. de appellat. arg. eorū quę dixit Bal. in l. in ipsius. per illum textum. C. famil. ercis. facit ad hoc illud, quod de mandato, re non integra tradunt etiam Moder. post Alex. in l. eius. ff. si certum petatur.

Et ista omnia de plano procederent qñ ex manifestis coniecturis appareret papā resignasse magis amore carnali, quàm propter utilitatem uniuersalis Ecclesiæ. ubi tamen nulla esset suspicio propter eminētem qualitatem & sufficientiam, resignatarii res esset magis dubia: mihi tamen uidetur ꝙ ista regula habeat locum, non solum propter rationes de quibus superius dictū est, quia in dubiis tutior & securior pars est eligenda, maximè in re tam ardua & periculosa qualis est depositio papatus. Et pars securior hoc casu uidetur, si cardinales eligant nutu diuino aliquem ad papatum tanquam uacantem per obitū, iuxta dispositionem istius regulæ. Quia præsumeretur longè melius, & utilius subuentū uniuersali Ecclesię per iudicia plurimorum q̄ per uoluntatem unius resignantis infirmi, argumen. eorum quæ tradit Abb. in c. prudentiam. in prin. de offi. delegati.

Quartus casus est qñ papa in infirmitate resignās superuiueret. Et iste casus satis aduersus resignanti, non facit ad propositum regulæ, sed relinquerē sub cōtētione resignātis, & resignatarii: quia tūc essemus sub dispositione cap. 1. de renuntiat. lib. 6. Sed hæc loci causa sufficiant.

QVAESTIO SECVNDA.

QVęro, quid in imperatore in infirmitate constituto, an si de cōsensu papę, & electo

& electorũ renũtiet imperio, put legimus plures hoc fecisse, cõprehẽdat ista regula?

SOLVTIO. Pro parte negatiua uidetur dicendum ꝙ non, quia ista regula loquitur de beneficiis ecclesiasticis, quæ per collationem conceduntur. Sed imperium datur per electionem, ut in cap. uenerabilem. de elect. Igitur dispositio loquens in uno, non habet locum in alio, iuxta tradita in cap. cum illis. de præpend. lib. 6. Item quia ista regula loquitur de beneficiis ecclesiasticis, quæ clericis conferuntur: sed imperator non est clericus, nec aliquẽ ecclesiasticum ordinem habet, sed est laicus & laicorum numero continetur, ut dicit Abb. in cap. tua. el 1. in primo notabili de decim. Ergo in illa regula non procedit: quia ex diuersis non fit illatio, iuxta tex. in c. in præsentia. de prob. præserrim, quia beneficia, de quib. loquitur ista reg. sunt spiritualia. Imperium verò est temporale: quæ inter se multùm differunt, & sunt lõgè diuersa, ut in capit. Inter corporalia de translat. præla. & c. per uenerabilem. qui fi lii sint legiti. Præterea, quia regula ista de Imperatore nullam facit mentionẽ, ergo non censetur sub ea comprehendi: quia constitutio generaliter loquens, non comprehendit Imperatorem, neque reges, nisi specialiter exprimantur, ut in cap. fin. de offi. deleg. lib. 6. tener Specul. Io. Andr. & Bald. in tit. de rescript. præsenta. §. fi. uersi. nunquid expresso Episcopo, &c. ubi etiã dicunt hoc procedere, etiam si fiat expressio de Episcopo uel Archiepiscopo, tales non ueniunt, neque text. in c. sedes. de rescrip. hoc casu procedet, prout ibi etiam quidam adnotarunt, & etiam hoc tenet Card. Alex. in c. non liceat. 10. dist. & dixi suprà in procem Regul. q. 4. & hoc etiam probari uidetur in c. totam. de pœn. distinctio. 3 ibi, Rex enim erat, alium non timebat, alium non habebat super se, &c. & hoc in Imperatore & Rege tenet Ias. in repet. 2 l. frater à fratre. num. 16. ff de codic. indeb. cum concord. ut tradunt Moder. de Ripa ĩ l. 1. in 8. col. nu. 59. ff. de vulg. & pu.

Sed pro parte affirmatiua urget mens & ratio, ac si ipsius Imperii comprobatio quod a Papa stabilitatem & firmitatem recipit. cap. uenerabilem. cum ibi notatis de elect. Et ita cõueniens uidetur, ꝙ causatũ sapiat naturã suæ causæ l. ejus. ff. de oper. lib. & l. adeò. §. cùm quis. ff. de acquir. rer. domin. & l tabernæ. ff. de suu. instruct. Cũ igitur Papa ligetur regula, à fortiori Imperator. Et quia negari non põt, quin Imperator largo modo dicatur sacerdos, ut dicit Domi. in c. ci, cui. in 2. colu. de præb. lib. 6. quinimò quandoq; Pontifex uocatur, ut est text. & ibi gl. not. in c. de capitulis. x. dist. tenet Io. Francisc. de Pauinis Rotæ auditor in tract. de offi. & poi. cap. sed uac. fol. 14. in 3. col. in paruo uol. Hinc vulgò dicitur, ꝙ Imperator ordinem subdiaconatus habet, ut in cap. Valentinianus. 63. distinctio. Et alii dicunt Imperatorem esse presbyterum, ut refert Nicolaus episcopus Iadren. in thesauro Pontificali, folio 8. col. i. imò Bal. in l. 1. C. de iure aureo. anul. Imperatorem Dei uicariũ appellat. Nec immeritò, quia, ut ipse idem Bal. dicit in authen. habita. C. ne fil. pro patre. Deus in terris imperatorem omnium magistrum constituit. Et idcirco Curtius senior in consil. 65. col. 6. Imperatorem Dei legatum & pro consulem dicit. Et sic responderetur secundo argumento contrario. Nec obstat, ꝙ Imperium per electionem tribuitur: quia idem in papatu: & tamen per hoc non prohibetur renũtiatio. c. 1. de renuntiatione. lib. 6. Nam uidemus Imperatorem Carolum, cognomine Magnum, à Zacharia papa tonsum. Lothariũ uerò, Diocletianum, & Maximianum Cæsares Imperio cessisse, quosdam etiã ex eis priuatam uitam elegisse, alios monachos factos. Vbi ergo consideratur renuntiatio regula locum habere potest, præsertim qñ illi ad quos electio pertinet, renuntiationi consentirent, quorum consensus collationi æquipollet, iuxta tradita per Modernos in c. eam te de rescriptis.

Sed prædictis nõ obstãtib. teneo primã opinionẽ, uidelicet huic reg. nõ esse locũ, si Imperator renũtiaret cũ cõsensu electorũ: quia cessant hoc casu fraudes istius regulæ: arg. text. notabilis in l. fi. C. de pact. Et licet in Imperio prohibita sit successio sicut in beneficiis ecclesiasticis, iuxta c. uenerabilẽ. de electio. Tamẽ illud procedit, qñ solus Imperator disponendo. Secus, si

per

per uiam renuntiationis, de consensu ele ctorum hoc faceret, quia tali casu success sio licita uidetur, Ideo uoluit Imol. & Mo der. in l. Imperator. ff de leg. 1. per illum textum, ꝙ filius in uita potest destinari Imperator post patrem. Et ita olim Impe ratorum filii uiuentibus eis, Cæsares pro nuntiabantur, ut Ael. Spartianus memo riæ tradidit. Hinc fortassis consuetudo illa obrepsit, qua hodie Imperatores filios suos, uel fratres Romanorum reges, eis ad huc uiuentibus eligere procurant, sic apud Gallos primus regis filius & patri success surus à Delphinatu, cui præest, Delphinus appellatur, ut de his meminit Aymarus Riualius in historia iuris libr. 4. dum Iusti nianum depingit Imperatorem. Pro qui bus facit glo. in c. Hadrianus. el primo 63. distinct. Nam ista dici non potest simplex successio, quia Imperator liberè de re non disponit, sed de consensu alterius: arg. l. fi. C. de iur. emph. & d. l fi. C. de pac. Cessante igitur tali consensu, dicerem renuntiatio nem, quantum ad renuntiantem, ualere: non tamen quo ad illum, in cuius fauorē fieret, si Imperator renuntians moreretur post 20. dies, quia esset locus isti reg. habi to tamen ut dixi electorum uel papæ con sensu, omnis difficultas tollitur: sicut de papa diximus, qui eo adhuc uiuente, de consensu Cardinalium potest sibi successo rem eligere: arg. tex. in c. petisti 7. q. 1. quia hoc prohibitum non reperitur. Et ita sal uari posset, quod dicit Petr. de Monte, vul go Episcopus Brixien. in suo Indice, in uerb. papa. Sic etiam declarantur di cta Abbatis in capitulo accepimus. de pact. de quo in præcedenti quæstionem mentionem feci. Nec huc pertinent, quæ in contrarium dicta sunt, ꝙ Imperator ap pelletur sacerdos, quia illud impropriè di citur, sicut adparet in iuris professoribus, qui à legē sacerdotes appellantur, ut in l. 1. ff. de iusti. & iure. Nec releuat, ꝙ Impera tor habeat ordinem sacrum, quod nullibi bene probatur. Sicut & illud, ꝙ Vicarius Dei appelletur, quod intelligitur in tem poralibus tantùm ut declarat Abb. in c. no uit. in 7. notab. de iud. & Mod. de Ripa in c. 2. in 2. col. eo. tit. Et ita declarari debent dicta Bald. in l. cùm multa. C. de bonis, quę libe. dum uoluit Imperatorem esse sum mum superiorem: quia, ut dixi, debet in telligi in temporalibus, non in spirituali bus, ut ibi etiam sentit Bal. & finaliter om nes istas opiniones, quas plures de Impe ratore habuerunt dicentes eum, uel sacer dotem, uel subdiaconum, uel episcopum, Specula. in titulo de legato. §. nunc osten dendum. uersic. 39. confutat.

QVAESTIO TERTIA.

QVæro, An ista regula habeat locum in cardinalibus infirmis resignantibus? SOLVTIO. Videtur dicendum ꝙ nō. Primò, per illud uulgatum dictum, quòd ea, quæ speciali mentionem, seu præfa tione sunt digna, nisi specialiter exprimā tur, omnia omissa esse intelliguntur. cap. quàm periculosum. de senten. exc. libr. 6. allegatum per glo. in cap. 2. de præben. eo dem libro. Sed in regula ista non fit men tio de cardinalibus, qui sunt speciali men tionem digni. Igitur, &c.

Et pro ista parte facit quia uidemus re gulā de exprimēdo ualore, Cardinales nō comprehēdere, ut probat Pet. de Anch. cō sil. 288. pro clariori euidentia. Sic ut etiam extrauagans, execrabilis §. qui ueiò. cardi nales non comprehendit, ut patet in d. ex trauag. §. nos itaque. & tenet Ioan. And. in add. ad Specul. titul. de lega. §. sequitur. Eodem modo dispositio extrauagantis Bonifacii. 8. incipien. iniunctæ. cardinales non ligat, ut dicit se tunc præsente iudica tum fuisse in Rota Bar. Belenzi. aud. Rotę in tract. de chari. sub q. 66. Prætereà, uide mus, quòd propter excellentiam istius di gnitatis cardinalatus inductū est, qđ licet oēs nuntii, à sede apostolica missi, legati à latere dici possint, propter reuerentiam summi Pontificis, cuius fimbriam uesti menti tetigerunt, ut Spe. in tit. de off. leg. §. ratio. & Host. in summa post princi. tra diderunt: nihilominus de stylo curiæ indu ctum est, ut soli cardinales legati à latere dicātur, ut ꝓbatur in c. decętero. in verbo, legatos de latere non missos. 2. q. 6. & in c. si episcopus. ibidē. Ita hic dicēdū uidetur, ꝙ ꝑ eorū ꝓrogatiuā sub regula nō includā tur, ut sic speciali hoc honore ultra alios decorem

decorenf. Et pro ista parte faciunt plura alia, quæ Roma. tradit in consilio 498. in casu, quo quęritur. Et quę scripsi superiùs in procœmio istius uoluminis, q. quarta.

Sed istis non obstantibus, concludo cõtrarium per rationem istius regulæ, quæ emanauit ad obuiandum fraudibus, ut dictum est. Quę quidẽ ratio magis quadrat in personis cardinalium, quàm aliorum. Nam cum maiori dignitate sint præditi, oportet eos plus aliis à fraudibus esse alienos, iuxta notata c. cùm quidam. de iure iur. & in l. presbyteri. C. de episcop. & eleri. facit text. in clem. 1. de renuntia. Et ista ratio, quæ in propulsandis fraudibus consistit, salutem etiam animarum cõcernit. Quo casu, licet dispositio generalis sit, cardinales comprehendit, ut tradunt Ioan. Andr. Gemin. & omnes, in c. nemo. de electio. libro 6. & in c. pro humani. de homicid. eodem libro. cum multis concordan. ut scribit præfatus auditor in dicto tractatu. Vbi plus subdit, per istã rationẽ aliàs fuisse in Rota iudicatum, regulam Cãcellariæ de oriundis, Cardinales comprehendere, sicut & aliæ habentes eandem rationem utilitatis animarum. Et istam opinionem sequitur etiam Ioannes Franciscus Pauinus, olim Rotæ auditor, in fine sui tracta. de offic. & potesta. capituli se. uacant. quem refert, & sequitur Felyn. in c. ad aures. in 7. col. uersi. octaua conclusio de rescript. Et hoc idem latè disputando tenuit Vincentius de Herculanis, uulgò Frisius nuncupatus, in quadam sua, ad Petrum de Vincentia Cameræ auditorem. responsione facta Romę in consistorio in causa priuationis Archiepiscopi Consentini, tempore Alexand. Papæ. 6. ut adparet in eorum consiliis tunc temporis impressis.

Et breuiter ista uidetur communis resolutio, quòd in generali dispositione cõcernẽte bonum publicum, uel animæ utilitatem, aut periculum, Cardinales comprehenduntur, siue de commodo, siue de præiudicio eorum agatur. Secus uerò in aliis in constitutionibus odiosis. Et ita cõtraria resòluuntur. Et quia in ista regula utilitas animæ consideratur, ut dictum fuit, ideo tenendum erit eos comprehendi, saluo iudicio saniori. Et ita hodie Pontifices obseruant. De qua tamen quæstione pleniùs dixi superiùs in procœmio, & dicetur super aliis regulis illius uoluminis. Vbi alia diuersa motiua ponam, ne sæpius idem repetatur.

QVAESTIO QVARTA.

QVæro, An ista regula procedat in familiari cardinalis cedenti in infirmitate, non facta mentione familiaritatis?

SOLVTIO. Punctus iste plures continet difficultates propter concursum regulæ de impetratione beneficiorum uacãtiũ per obitum familiarium cardinalium, ordine 30. quæ annullat gratiam, si non facta fuerit in ea mentio nominis & titu. cardinalis. Quarum quidem qualitatum omissio pręsupponitur in ista q. Pro cuius quidem resolutione, consideranda sunt duo capita. Primum, quando familiaris, qui renuntiauit in infirmitate, mortuus fuisset infra 20. dies. Secundum caput, quando obiisset post 20. dies. Capiam igitur unumquodque caput de per se, ut clariùs intelligatur materia.

Circa primum, quãdo familiaris infra 20. dies obiit, disponit ista reg. beneficiũ uacare per obitum. Quam quidem uacationem fictam, siue inductam ab ista reg. non capit resignatarius per suam cessionem, sed relinquitur primo impetranti eam à papa. Sed nunc subintrat una difficultas, nũquid in tali uacatione obitus, ficta regu. prædicta cardinalium habeat locum? de quo ibi dicetur, quia iste casus ad propositum præsentis regulæ seu quęstionis non facit. Secundum caput est, quando familiaris cardinalis in infirmitate renũtians, moritur post 20. dies (quo casu beneficiũ uacat per renuntiationẽ) nunquid isto casu, si non facta fuerit mentio in literis prouisionis de nomine & titulo cardinalis, iuxta dictã reg. 30. annulletur gratia? Olim non erat aliqua difficultas, ex quo in regulis Gregorii. 2. erant illa uerb. Per cessum uel decessum. ut dicit Egi. decis. 632. supposita eorum. in prin. Sed ex quo hodie illa uerba. Per cessum, in regulis modernis sunt sublata, restat dubium, super quo uidetur concludendũ à fortiori regulam illam non obstare illi

regu

regu. quia cùm reg. illa loquatur de uacatione per obitum, non habet locum in renuntiatione, de qua ista regula loquitur, ut est casus clarus in d. c. susceptum. & dicam latius in d. reg. 30. Nam dato, ꝙ extẽsio casus ueri ad fictum non sit contra ius, sed præter ius: ut notant doc. in ca. per uenerabilem. qui fil. sint legit. tamen nunquã fit extensio, nisi inueniantur de iure parificati casus ueri & ficti: ut dicit Domi. in c. fin. in prin. de cõsue. lib. 6. à fortiori ergo hic ubi parificatio esset contra ius, non debet illa extensio fieri. Et ꝙ in renuntiatione, seu prouisione eius nõ habeat locum illa regula 30. familiarium cardinaliũ, conclusetunt Domini mei in Rota de anno M. D. XIIII. prout latè retulit Domi. Guliel. Cassiodorus olim Rotæ auditor in recollectis suis decisionum. Et licet pro illa decisione plures rationes ibi adducat, quas omitto, quia uideri possunt tamen pro illa decisione potest adduci una cõcludens ratio iuris: quia habemus nullã qualitatis omissionem uitiare gratiam; nisi quatenus illa in iure sit expressa, ut in cle. 1. de offi. ordin. & in c. si de offi. leg. lib. 6. cum concor. ut per Fely. in cap. in nostra. in 3. corr. de rescrip. Et reperio etiam ultra dicta per dominum Guliel. istũ casum accidisse in Rota de anno 1475. in mense Nouem. & fuisse tantum, regulam non habere locum pro Stephano Rompilno, qui non fecerat in sua prouisione mẽtionem, ꝙ Ioan. in infirmitate resignans, fuisset familiaris cardinalis, scilicet Angli. Et ita ꝑ do. Stephano conclusit Io. Aloi. Tuscanus tunc aduocatus consistorialis, ut patet in 1. uol. cons. suorum. fol. 6. qui pro ista parte alia fundamenta adducit, quæ non refero: quia latius dicam super dicta regula. Nunc uerò sufficiet allegasse Doct. qui multa congerunt, ut docet Fely. in ca. Rodulphus. in 8. col. de rescrip. Stante igitur ista conclusione pro firma, ꝙ dicta regula cardinalium nõ ꝓcedat isto casu, præsens quæstio habet modicam difficultatem.

QVAESTIO QVINTA.

Quæro, an regula ista comprehendat exemptos?

SOLVTIO. Prima facie uidetur dicendum, ꝙ non ex eo, quia sub generali dispositione beneficia exempta nõ comprehendũtur, ut dicit Arch. in c. si propter. de rescript. lib. 6. dum vult, ꝙ sub illo textu, qui simpliciter loquitur, non comprehenduntur beneficia exempta. Quem sequitur Rota in antiq. decis. 269. nota ꝙ si ex priuilegio, &c. in fi. Nam ea, quæ sunt speciali nota digna, censentur omissa, nisi specialiter de illis caueatur, iuxta glo & tex. in cap. 2. de præben. lib. 6. Cùm igitur exempti sint nota digni, & specialiter inter alios dilecti, ergo in generali sermone istius regulæ, uel alterius dispositionis nõ comprehendentur. Et hoc in puncto tradit Bald. in l. 1. in 6. col. uersic. unde quæritur. C. de furt. Idem per plura dicta probat Paul. de Cast. in consilio. 313. incip. postremò res ista, &c. circa fin. lib. 1. Et per istam rationem dicit idem Paul. in consil. 463. in 2. uolu. ꝙ exemptus non tenebitur ad collectas uel decimas impositas uniuersitati, nisi expresse de illa dicatur. Hoc firmat etiam expresse Ang. in l. si. C. sine cẽs. uel reliq. Hinc etiam uidemus exemptos eadem ratione non teneri ad charitatiuũ subsidium, ut tradit Decius in consil. 154. in causa exemptionis. in 2. col. Et hac ratione dicimus expectatiuas etiam non capere beneficia exempta nisi expresse dicatur, ut dicit Felyn. in cap. graue. in 1. colu. de offic. ordinar.

Sed prædictis non obstantibus, concludendum est contrarium. Et ante omnia præmittendum est, ꝙ solus papa est prælatus, & proximus superior exemptorum, ut in c. nulla. 93. distin. not. in c. autoritate. de priuil. lib. 6. Abb. in c. nihil. de elect. & not. in cle. 1. de reb. eccle. non alie. & in c. si. iuncto c. pe. de renũt. Tunc sic. si papa aliquid generaliter cõstituit, ligabit subditos suo, capitulo 1. de constitut. & capitulo primo de censi. Et licet omnes sint papæ subditi, ut dicit Inno. & alii ibidem: magis tamen illi subiiciuntur exempti, quàm alii, cum alium iudicem non habeant, quam papã. Alias si diceremus contrarium, esset acephali: & sicut locustæ sine rege, quod non est dicendum, ut in cap. quidam. circa fin. 23. q. 3. Et ista ratione utitur glos. & tex. in proposito nostro in cap. nulla. 93. dist.

Non obstant ea, quæ in contrarium adducta

ducta fuerunt: quia communis opinio est in oppositum, ut tenet Abb. in c. graue. de præb. Dom. & Phil. in c. autoritate. §. inhibemus, de priuil. lib. 6. faciunt ea quæ dixit Ioan. And. in regula, scienti. in Mercur.

Tamen in perfecta & clara possit haberi doctrina, pro resolutione prædictorum sic distinguẽdum est, quòd aut quęrimus, nunquid in dispositione iuris comprehẽdantur exempti? & dicendum est quòd sic, per supra dicta, quia lex, uel dispositio uniuersaliter loquens, prout est ista, omnia includit, ut in cap. si Romanum, 19. dist. & sic talis dispositio personas priuilegiatas comprehendit, ut nota Bar. in l. in fraudem. ff. de testa. mil. cum concord. ut scribit Dec. in l. 1. in 2. lect. col. 4. uers. nota ultimò. C. de sent. quæ pro eo quod interest. Aut uerò loquimur in priuilegio concesso in fauorem alicuius uniuersitatis, uel particularis personæ. Et isto casu procedunt contraria, quòd exempti in generali sermone non comprehenduntur. Et ista est ueritas. Cum igitur regula ista generaliter sit constituto pro bono publico ad euitandas fraudes, igitur & exempti comprehendentur.

QVAESTIO VI.

QVæro, utrum ista regula comprehendat fęminas religiosas, habentes dignitates collatiuas?

SOLVTIO. Videtur ꝙ non: quia regula loquitur simpliciter de beneficiis: & appellatione beneficii non uenit dignitas, de quo loquimur, ut in cap. 2. & in c. quamuis, & in c. cum illis, de præb. lib. 6. Et quia hic nulla fit mentio de fęminis, ergo nos illas includere non debemus. l. si seruum. §. non dixit, de acq. hær & l. pen. ff. si quis à pat. fu. ma. Nam iste est casus rarus, uidelicet ꝙ mulier renuntiet. Ergo lex ad illum casum non adaptatur, vulg. l. nam ad ea. ff. de leg. Per quam legem dixit Ang. in cons. 343. incip. Martinus, in 2. col. quòd statutum simpliciter loquens, intelligitur de masculis, non de fęminis. Et ideo si statutum dicit, quòd nullus contra instrumentum publicum audiatur, non habet locum in muliere, ut tradit Ant. de Cana. in tract. de exec. instr. q. 18. Et princ. Bal. in l. in multis. ff. de sta. ho. Vbi etiam dicit, quòd si statutum disponit, quòd nullus de magnatibus intret palatium, in tali statuto non comprehendentur fœminæ. Et eodem modo si statutum requirit in contractu alicuius, autoritatem uel consensum consanguineorum uel coniunctorum, non comprehenduntur fęminæ, ut not. Bal. in l. 1. col. fi. uers. sed ꝙ statutum. C. qui admit. cum concord. traditis per Alc. in consi. 24. animaduersis. col. 1. uol. 2. & Bald. in consi. 201. incip. in prouincia. col. fi. lib. 1. Et idem uoluit Ang. in l. fi. C. de uer. sig. Corn. in consi. 151. uidetur. lib. 4. Sic etiam statutũ quod loquitur de bannito, non habet locum in fœmina, ut dicit Ang. in consi. 67. primum est. col. 1. Sicut uidemus, quòd si filii bannitorum expellantur de ciuitate, non habet locum in fœminis filiabus, ut notat Bal. in l. quicunque. de seruis fug. Et statutum de capiendis malefactoribus, nõ intelligitur de fęminis, ut tradit Io. de Platea in l. patrimoniorum. C. de nu. pat. lib. 10. facit ad hoc, quia iura simpliciter loquentia de personis intelliguntur de habilibus, uulgar. l. ut gradatim, §. de lege. ff. de muner. & honor. Cum igitur regula ista nullam mentionem faciat de fęminis, uidetur concludendum non comprehendi sub ea.

Sed istis non obstantibus, contrarium de iure tenendum pluribus rationibus. Prima, quia ista regula est inducta ad tollendas fraudes. Et isto respectu quia concernit animæ utililitatem, dicitur fauorabilis, ut sæpe dictum fuit in præcedentibus quæstionibus. Qua igitur ratione comprehenduntur masculi, eadem & fęminæ comprehendi debent. Et ita per istam rationẽ dicit Dominus Ioan. Francisc. Pauinus quondam Rotæ auditor, in commento extrauag. execrabilis. §. 1. in gloss. in uer. filiis, quòd dispositio illius textus loquens de masculis habentibus duó incompatibilia, habet locum in fęminis, per rationes, de quibus ibi per eum. Quia respectu animæ, nulla est differentia sexus, ut tradit Anton. de Alexand. in lege alienam. C. de procurato. Deci. in capitulo cum dilecta. de confirmat. utili uel inutili. qui per istam rationem dicunt,

cunt, quòd licet mulier procuratrix esse non possit, hoc tamen non habet locum, ubi agitur de salute animæ: quia tali casu de apicibus iuris non est disputandum, ut not. Archi. in c. scriptum. 6. q. 3. Et ita etiam dicemus, ꝙ si mulier in testamẽto testis esse non possit, non habet locum in testamento ad pias causas, ut tradit Bal. in l. pe. in fin. C. de sac. san. eccl. & Fel. in c. q̃m de test. Et in summa, ubi est eadem ratio, licet casus in fœminis sit minus frequentatus, comprehenditur tamen sub dispositione simpliciter loquente, ut est glo. sing. in l. 1. C. de rap. uir. quam ibi Hippolytus multis similibus ornat: quæ vult, ꝙ dispositio & pœna illius legis punientis uirum rapientem uirginem, habeat locum in uirgine rapiente uirum, licet rarò accidat. Ad quod est uidendum, quod singularius uoluit Bald. in cap. licet uniuersis. de testi. Hinc est, ꝙ statutum imponens pœnam in aliquo casu, habet locum in fœmina, ut no. Bar. in l. iura, in fi. ff. de legib. Et ista est firma & resoluta conclusio, ꝙ regulariter in omnibus casibus fœmina comprehenditur, ubi specialiter non inuenitur excepta, ut tradunt doct. in l. quicunque. C. de ser. fug. ut tradit Bar. ĩ l. 1. ff. de uer. sig. Præsertim, quia tex. istius regulæ loquitur per uerbum, si quis, quod de sui natura masculum & fœminam comprehendit, ut in l. si quis id quod. ubi Alex. & Mod. ff de iurisdict. omn. iud. Accedit, quia abbatissa in administratione æquiparatur abbati, ut not. Bal. in c. 1. in princ. col. 6. qui feud. da. post. Abb. in c. 2. de his quæ fiunt à præla. Card cons. 17. circa primum. col. 2. Vnde eadem ratione qua Abbas sub ista regula comprehenditur, abbatissa comprehendi debet. Et sic concludo, ꝙ quælibet fœmina habens dignitatem, quæ renũtiari possit, comprehenditur sub ista regula: non obstante, ꝙ iura simpliciter loquentia, debent intelligi de habilibus, quia respondetur mulierem esse habilem, per supradicta, cum nulla in hoc sit differentia inter marem & fœminam, neque lex faciat. Præterea, non habet locũ illa theorica, ubi est dictio, si quis, iuxta tex. in l. i. ff. de uer. sig. Tertiò, ubi agitur de utilitate publica, leges non recipiunt restrictionem de habilitate. l. si quis in graui. §. i. ff. ad Sille. l. i. C. de sac. sanc. eccl. Sed reg. ista concernit bonum publicum. Igitur, &c. Nec obstant decisiones superius allegatæ: quia illę procedunt, ubi est diuersa ratio. Nec minus obst. ꝙ appellatione beneficii, non uenit dignitas, &c. Quia hoc est falsum, ubi concurrit mens & ratio eadem dispositionis. maximè in materia fauorabili, ut ista, ut patet per gl. in cle. auditor. de rescr. & in c. 1. de reg. iur. lib. 6. Cuius dispositio etiã papam comprehendit appellatione beneficiorum, ut late tradunt Mod. in tract. de benef. in 3. q. 1. partis, & dixi superius 1. q.

QVAESTIO SEPTIMA.

QVæro, an ista regula habeat locum in sene decrepito?

SOLVTIO. Verba regulæ innuunt, ꝙ sic, ibi, in infirmitate constituens, &c. Nã senes infirmi dicuntur, ut est casus in l. ciuitatibus. ff. de leg. 1. & in cap. magnæ. de uot. Vbi per illum tex. Abb. infert, ꝙ statutum loquens de infirmo, uerificetur in sene. Et sequuntur Mod. Asten. in 3. uol. statutorum, in uerb. infirmus. Ergo eodem modo ista regula, quæ pariter de infirmo loquitur, habebit locum in sene, cum regula sit eiusdem naturæ: imò nihil aliud est, quam statutum. Et hoc idem repetit Abb. in c. quoniam, in 6. col. ut lite non cõtest. Hinc Ter. in ult. comœdia, post Arist. lib. 5. de generatione animalium, dicit: senectutem per seipsam morbum esse naturalem. cui, ut inquit Horatius, multa circunstanti incommoda, plurimæque imbecillitates. Querula enim est, difficilis, morosa, timida, ut quæ credat elementa sibi omnia defutura. Quam multis uerbis describit Pog. Flor. lib. 1. de miseria humanę conditionis. fol. 7. Vnde meritò medici dicunt senes debere regi regimine conualescentium, prout etiam Cic. de Orat. dicit, de Q. Mutio loquẽs. Et ille senectutis morbus non equidem incidens est & transiẽs, sed, ut inquit Seneca, permanens & insanabilis. Et ob eam causam Indi, teste Herodoto lib. 3. historiarum, consueuerunt senes interficere & edere: tanquam inter senes & mortuos nullum esset discrimen. Nam senis uita, ut est in prouerbio, in labris primoribus habitat. Nam uiuit mortuus

tuus inter uiuos, &, ut inquit Beroaldus senior ex Græcorum sententia, senex est, & non est. Nam senile corpus est putridũ ædificium, in quo omnis iunctura diduci tur & dum alia fulc itur, alia discinditur. Et ideo senex non descendit, sed cadit plusquam infirmus, cum non sit non solũ infirmus, sed, ut Græcorum musæ canunt, autore Apollodoro, pariter, & delirus. Hinc illud Plauti processit, Senex cum extẽ plo est, iam neque sentit, neque sapit. Nec immerito Arist. lib. 2. Politicorum, se nectutem non solum corporis, sed etiam mentis esse uoluit. Et ut proxime acceda mus ad propositum quæstionis, senex nõ solum infirmus est, sed infirmitatum om nium quasi fermẽtum quoddã, ad quod, ueluti agmine facto, concurrit morborũ omne genus, unde non abs re Poeta dicit. Subeunt morbi, tristisque senectus. Nam inter cætera morborum genera, ut inquit Hippo. & post eum Corn. Celsus, maxime infestant senes dispnoia & stranguria, hoc est spiritus & urinæ difficultas, coryca pituita, nephritis, & paralysis. i. renum do lores, & neruorum resolutiones. Adde etiam cacexiam. i. malum corporis habi tum, lienteriam. i. intestinorum leuitatem, cæteraque fusi uentris mala, quibus senes uexantur. Adde incommoda senectutis pene innumera: quæ quasi per indicem Satyricus numerat Iuuenal. Saty. 10. Ex quibus facile deprehendemus, senes non solum infirmorum numero contineri, sed etiam morborum. Quid. n. in causa fuit, quòd Corn. Senecio, cum hilaris cœnasset, subitò extinctus fuit, autore Seneca, nisi senectus? Quid Rhodiorum legatum in calce orationis extinxit, nisi senectus? Quid A. Pompeium, L. Vallam, Ap. Sensc ium, Iulium medicum, Fabium senatorẽ, Anacreontam poetam, nisi senectutis in firmitas interfecit? Longa texeretur histo ria, si senes omnes repentina morte inter emptos connumerare uellem, cum satis fuerit, infirmitates ipsas lethales, quibus senectus ipsa implicita est, ostendisse. Qui bus finem imponet Licinius Caluus, ho mo Romanus exactæ ætatis, & magno na tu senex, qui tribunatum militum depre catus, ita uerba fecit ad Quirites. Me iam non eundem, sed umbram, nomenque P. Licinii relictum uidetis. Vires corporis affectæ, sensus oculorum atque aurium he betes, memoria labilis, uigor animi obtu sus, ac denique infirmitas. Et ad proposi tum redeũdo, uidelicet ꝙ reg. ista loquẽs de infirmo, habeat locum in sene decrepi to, tenet expresse, & in terminis excellens ille glossator concilii Basiliensis, siue prag maticę sanctionis, tit. de colla. fol. 97. Quã opin. plurib. fundamentis prob. inter quę adducit dictũm Arch. in c. nihil. 7. q. 1. di centis: Facilius admittẽdam esse resigna tionem ægri, quàm senis: quia senex præ supponitur minus uiuere, quàm æger. Et ualde senex ęquiparatur grauiter infirmo c. 1. de cler. ægrot. lib. 6. Nam senex mor tuus, præsumitur ex senectute decessisse. l. si ut certo. §. quid uero senectute. ff. com mod. ut latius ibi Arch. & dictus glo. in di ctis locis diuagantur. Hinc Apost. ad He bræos, c. 8. dicit, quòd qui antiquatur & senescit, prope interitum est: quia sene ctus, secundum Senecam, nihil aliud est, quàm uitæ occasus. Faciunt quæ in pro posito scribunt quidam moder. in tract. de benef. in 3. parte, q. 18. ubi etiam in in diuiduo decidunt istam quæstionem. Pro quibus facit etiam illud, ꝙ senex semper est in morte. ut notatur in l. is qui. ff. de fi deico mmiss. lib. cum conc. ut scribit Catal dinus in tract. de transla. concilii Basi. col. 3. Et Mod. in l. senium. C. qui testa. facere poss. & ex etymologia nominis apparet. Nam, ut boni autores tradunt, senex dici tur, quasi seminex, hoc est semi mortuus, quòd acta maiore ætatis suæ parte, iam morti propinquior sit: Nex enim mortẽ significat. Et ideo meritò Bion philoso phus senectutem portum omnium malo rum appellabat. De qua Plin. lib. 7. cap. 10. quædam incommoda scribit. Cum quibus concordat Io. Anto. Campanus in epist. consolatoriæ ad Card. Pap. de obitũ fratris, fol. 6. & Arch. Flor. in 1 parte sum mæ tit. 5. c. 1. §. 5. & 6. Et fexecuta alia sene ctutis incommoda heroico carmine enũ merat Erasmus ad Gul. Copnm post diuũ Gregoriũ super homilia, Erunt ligna, &c. quæ omnia huc tendunt. ut dicamus regu lam istam de infirmo loquentem, locum

sibi uendicare in sene decrepito.

Sed prædictis non obstantibus contrariam opinionem ueriorem puto, nam regula de isirmo simpliciter loquit. Ergo in dubio debet intelligi proprie de illo infirmo, q in lecto iacet, & febre corripit, arg. eorũ, quæ dicit Bart. in l. unica. §. hoc interdictum, per illũ tex. ff. de fonte. Nam infirmitas uera, & propria, est illa quæ ex humorum excessu causatur: ex quo succedit febris, ut tradunt Mod. Auin. in tract. legali de peste. in princip. & febris nihil aliud, quam motus corporis contra naturam, ut in l. quæsitum. §. i. ff. de re iud. & in l. i. §. sed sciendum, ff. de ædi. edic. Senectus uerò non est huiusmodi. Ideo proprie infirmitas non dicitur, sed debilitas, ut dicit Fel. in c. quoniam frequenter, in pen. col. ut lite non contest. facit tex. in c. i. & in c. nisi. §. propter debilitatem, de renunt. & notant Mod. in c. si pro debilitate, de off. deleg. & in c. si qui testium, de testibus. Et ideò concludendum est, sub dispositione istius regulæ de infirmo loquentis, senes non comprehendi: quia senex, ex eo, quia senex, infirmus proprie non dicitur, ut uideretur esset tex. in l. cum dens. ff. de ædil. edi. ubi dicit tex. q̃ carens dentibus non est infirmus, alias nullus senex esset sanus. Innuit ergo tex. q̃ senes licet dẽtibus careãt, non propterea infirmi dici debẽt. Et licet senes dicantur proximi morti, non autẽ sunt ita proximi, quin nõ spem uitæ quinquennalis ex iuris præsumptione sibi pollliceantur, ut dicit Alex. in l. hæreditatiũ, per illum tex. ff. ad l. Falc. Vel saltem sperent per annum uiuere, ut dicit Ro. in consil. 363. petiĩ a me, in col. i. Et ante ipsum diuus Hier. in 2. part. Epist. tit. 3. epist. 40. Et hoc idem prius dixit M. Tulius lib. de Senectute, & dixi in §. item si quis in fraudem, num. 25. Instit. de actio. Est bene uerum, quòd in capulari sene, & penè iam decrepito renuntiante, magis iustificari debet renuntiatio, quàm in iuuene, & superior diligentius eã renuntiationem intueri debet, ne simulate uel fraudulenter fabricata sit. Quo casu putarem, proculdubio istam regulam in tali habere locum, aut saltem militare rationẽ, c. 2. de renun. lib. 6. Et ita etiam uidetur sentire Pet. de Anch. in consil. 279. quæstio proponitur. Vbi loquitur de permutatione cuiusdam senis iam confecti. Nec ob eam causam oportuit eum iustificare, eessisse in utilitatem ecclesiæ, ut ibi per eum. Et ultra ista plura alia priuilegia seniorum, ut ibi per mod. Hispanos in rub. insti. de iust. & iur. col. 9. nu. 75. cum seq. & per Card. Iacob. in tract. de concilio. pagina. 58. cum seq. li. i.

QVAESTIO VIII.

QVæro, an ista regula habeat locum in eo, qui intrat mare tempore rem pestatis, uel est constitutus in alio periculo mortis, & renuntiat in illo periculo, & moritur infra uiginti dies ex illo?

SOLVTIO. Videtur prima facie, q̃ sic, per ea quæ de periculo maris cumulat Io. de Mut. Prior, in quibusdam memorabilibus suis, ubi mare æquiparat infirmitati & morti. De quo Fel. in c. olim. in 2. col. de excep. Et negari non potest, quod nauigatio semper est periculosa & incerta, sicut infirmitas, ut not. Bal. in c. pastoralis, col. 2. de off. ord. Et eam æquiparat Aeneas Syluius, epist. 37. ægroto in carcere, uel lecto existenti. Hinc emanauit prouerbium: Qui nescit orare, ascendat mare. Et Ouid. in libr. 2. fine titulo dicit. q̃ nauigans ad mortem accedit.

Nam propè tam lethum, quàm propè cernit aquam. Idem etiam Seneca testatur lib. 7. Trag. & Terent. comœdia 6. Nã plus dies 30. in naui fui semper mortem expectans. Nam fortunatus est qui nescit, quid mali præterierit, qui nunquam est ingressus mare. Et Proper. lib. 3. de morte Pæti.

Ite rates curuæ, & lethi quoque texite causas.
Ista p̃ humanas mors uenit acta manus.
Terra parum fuerat, fatis adiecimus undas.
Fortunæ miseras auximus arte uias.

Et hoc est absolutum apud oẽs, q̃ intrans mare, dicitur constitutus in articulo mortis. Et ita de illo qui uadit ad bellum, ut de utroque dicit Abb. in dicto capitulo pastoralis. §. præterea. Et idem de intrante domum pestiferam, ut de istis omnibus

bus loquitur Bar.in tract.de testa.in uers. mortuum,& in l.fi.ff.de infam.Cardin.in clem.i.in prin.& § fin.de pęnis. Et quod habetur toto titulo.ff.ad l.Rho.de iactu. Adeo ꝙ lex ęquiparauit mare homini crudeli & potenti,ut in l.tertia.ff.de do.cau. mor.Et plura ponit Luc.de Pen.in l. quotiens, de nauf. lib. 11. Quibus omnibus consideratis, uidetur concludendum regulam istam de renuntiatione, in tali locum habere.

Sed istis non obstantibus,teneo contrarium,per ea quæ notat Abb.in c.quod de his,in fi.de sent.exco.Ex cuius dictis quæstio ita resoluitur. Nam ponit ibi pro cõstanti,ibi esse textum probantem inter infirmitatem & periculum mortis magnũ esse discrimen. Quod si uerum est,prout inficiari nõ potest, regula ista loquens de infirmo,non habebit locum in sano constituto in aliquo periculo mortis,quia nõ dicitur infirmus ea infirmitate, de qua regula sentit.Si igitur talis credat,& moriatur infra uiginti dies, beneficium non uacabit per obitum, sed per renuntiationẽ, quia cessat mens & intentio regulæ.

QVAESTIO IX.

QVæro,ponamus aliquem infectum peste,iussum continere domi,ubi renũtiat,deinde in certo die solus moritur,dubitatur utrum ante, uel post uigesimum diem fuisse mortuum præsumamus,&cui potissimum onus probandi incumbat,an uidelicet reo excipienti de regula, an uerò actori resignatario?

SOLVTIO. Istud dubium habet duas partes.Prima est,an regula ista,quæ loquitur de infirmo,procedat in infecto?Secunda pars, supposito ꝙ sic, nunquid in dubio debeat præsumi mortuus infra, uel post uiginti dies, qñ nescitur ips̃ obitus?

Circa primum uidetur dicendum,regulam habere locũ in infecto,quod sic ostenditur.Infectus dicitur constitutus non solum in infirmitate, sed etiam in periculo mortis. ut late probat Corneus in consil. 130. in hac consultatione. in 4. uol. & in cons.53.eo. lib. Et in pulchra quæstione reassumunt nouissimi Bon.in tract.legali de peste,in 1.parte, q. 10. Et ista opinio suaderi potest ex eo,quia pestilentia morbus acutissimus,& contagiosus, qui omnes alios magnitudine superat, ut dicit tex.in c.sicut,el 1.de simonia.Cum igitur tex.iste loquatur de infirmo, in dubio intelligendus est de omni infirmo, qui est in periculo mortis, ita ꝙ comprehendat infectum pestilentia.

Prædictis tamen non obstantibus, contrariam opinionem puto ueriorem, uidelicet regulam non habere locum hoc casu:ex eo, quia licet infectus pestilentia dicatur constitutus in periculo mortis: non tamen potest dici infirmus, nisi per quandam fictionem, & habito respectu ad periculum imminens ex illo morbo tam contagioso, ex quo infectus, adeò est aeris participatione contaminatus, ut facile euitetur ab aliis.Et tali respectu potest homo se infirmum existimare,cũ possit ex infectione statim generari pestilentia,& eum necare.Et ideo prudentis erit, tali tempore,se,& sua ita componere, ac si infirmus esset, & se cerneret moriturũ. Verè tamen & realiter considerando rem ipsam,infectus pestilentia sanus est,& nõ infirmus.Nam infirmus dicitur, qui iacet in lecto,& febre corripitur.l.1.§.sed sciendum.ff.de ædil.edict.& notat glo. in summa 16.quæstione prima, & not. in capitulo cum infirmitas,de pęnitent.& remission. Cum igitur regula ista sit stricti iuris & exorbitans a regulis iuris communis, debet de proprio & uero infirmo intelligi,non de præsumpto:alias sequeretur illud inconueniens,ꝙ senes, de quibus supra proxime diximus, qui infirmorum numero continentur,furiosi,absentes, & alii omnes,qui infirmis æquiparantur,iuxta tex.in l.2.§.furiosus.ff.de iure cod.cõprehenderentur sub ista regula. quod nõ est uerum. Intelligenda igitur erit in casu proprio infirmitatis, cum sit odiosa, & stricti iuris. Et hoc quo ad primum.

Circa secundum quis tenetur in dubio probare infectum, mortuum fuisse infra uiginti dies? Dicendum est,ꝙ opponens de regula,ex eo,quia resignatarius habet intentionem fundatam de iure, ꝙ taliter

mortuus, præsumatur mortuus post uigesimum diem. Ratio est, quia quælibet infirmitas in dubio præsumitur durare longo tempore, saltem per annum, ut probat Card. in c. cum inter. de elect. per tex. in c. communiter. 33. dist. Sequitur Alex. in l. furiosum. 2. col. C. qui testa. face. pos. Et ideo infirmitas longum impedimentum reputatur in dubio. l. si longius. in princ. de iudic. Sequitur Dec. in c. prudentiam. in 4. col. de offic. deleg. Et illud dictum sequuntur Mod. Taur. in l. 1. num. 539. ff. de offic. eius. Non obstat, ꝙ in morbis peracutis, ueluti pestilentia, uelocissimè homo moritur, ut dicit Bar. de Pisis, in tract. pestilentiæ, in princ. ex mente Hippocratis in tertio Prognosticorum, & in secundo Aphorismorum, c. 23. & Gale. in primo de morbo, c. 4. Quia respondetur hoc non esse simpliciter uerum, sed secundum complexionem, & alia accidentia infirmi, hoc euenit. Et ideo dicit Gabriel Bergomen. in tractatu pestilentiæ, in 2. parte, fol. 5. ꝙ licet peracutæ ægritudinis non transeant 14. diem, secundum Hippocratem: tamen dicit ꝙ iste latro pestiferus pabulat, & diuagari potest in corpore humano per quadraginta dies, & tandem infirmum interimere. Quæ quidem opinio, cum ex multis medicorum locis satis comprobetur, tum ex sæuissima illa, & multis seculis memoranda anni 1537. pestilentia, quam ipsi uidimus, fit manifestior. Iacuerat. n. per idem tempus in domo Reuerend. Cardinalis Laurentii Sanctorum quatuor, cuius tunc eram auditor, peste languens, quidam nomine Turion, Nicolai sigillatoris sacræ Pœnitentiariæ famulus. Is cum diu hoc morbo torqueretur, tandem quinquagesimum diem transgressus, obiit. Idem eadem in domo duobus aliis accidit. Nã Secretarius principis Orangæ, tunc exercitus Imperialis in illa sæuissima urbis direptione Ducis, pestilentia tactus, ultra quadragesimum diem languens, uitã protraxit, tandem ex eodem morbo decessit. Io. etiam Bono, eiusdem Cardinalis famulus pestilentia correptus, sexagesimum diem cum gemitu transgressus, ex eodem morbo expirauit. Deficeret mihi tempus pariter & papyrus, si infirmorum omniũ casus, & temporis longi excessum discurrere uellem. Plures enim reperiuntur, quàm Sibyllæ folia. Sic itaque dictum Hippocratis & aliorum intelligendum est, concurrête habitudine corporis cum mala dispositione, ut apparet quotidiano usu. In dubio tamen ægritudo præsumitur longa, nisi probetur contrarium, & hoc erit arbitrariũ, ut dicit Alex. in l. furiosum, in 2. colum. C. qui testa. face. pos. Et ista opinio communis est, ut patet ex his quæ dicit Abb. in d. c. cum inter. Et eam sequitur late quidam Mod. Hispanus Pet. de Biaxio in tract. de elect. in 2. parte. c. 6. in 2. col. Et ex istis habes unum priuilegium singulare infirmitatis, ꝙ licet secundum medicos infirmitates peracutæ extinguant hominem in decimoquarto die, per ea quæ dicta sunt superius: hoc tamen de iure nõ procedit, quia præsumitur omnis infirmitas longius durare. Et dicenti hominem fuisse mortuum ex tali morbo peracuto infra dictum terminum, incumbit onus probandi. Quia, ut dixi, semel infirmus semel præsumitur infirmari, nisi probetur contrarium.

Nec mirandum est, si in hac materia cõiecturali, Iurisconsulti ad auferendum lites illud tempus extra ordinem medicorum commenti sunt, quia uidemus in simili, ꝙ hodie communiter homines intra quinquagesimum & sexagesimum annũ moriantur, ut ex sepulchris defunctorum inspicere licet. Et utinam nobiscum cum Psalmista tam bene ageretur, dicente, Et erit uita hominis 70. anno. in potentatibus 80. Nam satis nobis consultum fuisset. Et tamen lex non curans præfixum illud Prophetæ tẽpus, neq; rursus cursum ipsum quotidianum breuioris uitæ ante oculos obseruantem, quasdam alias lõgioris æui coniecturas sanxit, diffiniens hominum uitam ad centum usque annos posse protendi, trãsferens onus probandi in asserentem oppositum, ut in l. fi. C. de sacrosanct. eccles. Rationem uerò illius præsumptionis uitæ cẽtum annorum scribit notabiliter Crinitus, ex mente Arabũ, lib. 7. de honesta disciplina, capit. 9. capta coniectura ex pondere dragmarum cordis humani, ut ibi latius per eum. Sic

Igitur, licet medici infirmitatem peracutam certis ueluti cancellis circumscripserint, nos tamen alio respectu longius protrahimus.

Ergo hoc primum infirmitatis singulare priuilegium erit, quod etiam in peracutis morbis præsumitur quis eousque uiuere, donec probetur mortuus. Quæ quidem probatio incumbit asserenti, iuxta uulg. l. qui dicit. de probatio. Sed quando huc deuenimus, ut de specialibus priuilegiis infirmitatis mentio fiat, operepretium erit, quædam alia infirmitatis singularia priuilegia prædictis annectere, quando et materia istius regulæ affinis est, & ex postulare uideatur, quæ longa lectione rete xui. Erunt enim numero ferè nonaginta. Quæ quoniam expersa reperiuntur in iure, neque obuiam cuiquam uolenti occurrunt, & illa alias iunior multo labore collegi prætermittenda non duxi. De primo priuilegio diximus.

Secundum priuilegium speciale infirmitatis erit, quod licet propter infirmitatem quis non sit remouendus ab officio, ut in c. scripsit. cum duobus seq. 7. q. 1. Nec coniugati ob eam causam separari possunt, ut in c. 2. de coniug. lep. & in c. hi, qui 32. q. 7. Neque etiam tutor propter infirmitatē ab administratione remoueri debeat, ut in l. solent, de tut. sicut nec iudex, cui ex successione administratio defertur, ut in cap. grandi. de suppl. negli. prela. lib. 6. Bar. in l. cęcus. ff. de iud. Tamen habes tex. singularem in l. 3. C. de off. præfec. præt. Ori. quod iudex propter infirmitatem remouetur ab officio. Et ita ibi Salic. summarium scribit.

Tertium speciale priuilegium infirmitatis, ponit tex. in l. filium diffinimus. ff. de his qui sunt sui, uel alie. iur. Vbi propter infirmitatem longinquam patris, tollitur præsumptio, quòd filius natus in domo, & uicinis scientibus, præsumatur filius illius infirmi.

Quartum, quia licet quis non excusetur ea ignorare, quæ publicè proclamantur, ut in l. si tutor. C. de peri. tuto. tamen infirmus excusatur, text. est notab. in cap. fi. qui mat. accus. pos. tradit Bar. in l. is potest. ff. de acq. hær.

Quintum singulare priuilegium infirmitatis est, quia sicut impensa funeris pręfertur cuicunque alii creditori, ut est tex. notab. in l. impensa funeris, ff. de relig. & sump. fu. Sic eodem modo & impensa facta in infirmum, præferetur cuicunque alteri creditori. Ita singulariter Bald. in l. in restituenda, per illum text. C. de pet. hær. Et hoc bene nota.

Sextum speciale priuilegiū ponit text. in l. i. ff. de off consul. ubi collega, inchoata per suum collegam potest complere, & exequi, quādo alter collega est infirmus.

Septimum, quia commodatarius tenetur ad impensas faciendas seruo commodato infirmo, secundum distinct. tex. noc. in l. in rebus. § possum. ff. commod.

Octauū, usufructuarius tenetur etiam ad impensas faciendas in seruum infirmum, in quo habet usumfructum, l. sicut impendia. ff. de usufru.

Nonum priuilegium, quia seruus infirmus censetur interim seruire, & tempus infirmitatis computatur in tempore conuento. text. est notab. in l. cum hæres. in §. Stichus. ff. de sta. ho.

Decimum, quia per seruum etiam infirmum usumfructum retinemus. l. arboribus. §. de illo. ff. de usuf.

Vndecimum, quia contractus factus ab infirmo medico, potest rescindi per officium iudicis. Casus est singularis in l. medicus. ff. de uar. & extraord. cog.

Duodecimum, quia contumacia non cadit in infirmum, l. contumacia. §. poenam. ff. de re iud. Bar. in l. i. in 1. col. ff. de in integ. rest.

Decimumtertium, quia propter Infirmitatem detentus, a facto promisso sub pena, excusatur. bonus tex. in l. fi. §. pe. ff. ad l. Rho. de iac. Et hoc non procedit solùm in infirmitate propria, sed etiam suorum, ut Alex. tradit in d. l. quæsitum.

Decimumquartum, quia cōtractus nominatus habetur pro impleto ex parte eius, qui propter infirmitatem fuit impeditus. l. si pecuniam. in prin. ff. de condi. ob causam.

Decimumquintum, quia iudex delegatus superueniente infirmitate mutatur. l. si longius. in princ. ff. de iudic.

Decimumsextum, quia impensæ factæ in infirmum etiam inuitum & contradicentem, repetuntur, glos. est singularis, in c. prouidendum 83. dist. quam glos. confirmo ex aliis duabus sing. gl. positis in l. Stichus, ff. de pecul. leg. quæ dicunt, q bene ficiatus in statu suæ personæ nunq potest opponere, q utiliter in eum non sit gestum. Quas gl. notandum ad limitationē l. utiles. ff. de pet. hær. Et illas gl. ibi Bar. approbat, & easdem sequitur Io. And. in c. cum C. laicus, de foro comp. li. 6. in noue.

Decimumseptimum quia medicus tenetur gratis curare infirmum pauperem, gl. est not. in d. c. prouidendum. 83. distin. in uers. infirmus, in princ.

Decimūoctauū, quia licet testm̄ factū ab eo, qui postmodum mortem sibi conscivit, si metu criminis hoc fecit, nihil ualet: tamen si fuisset infirmus, & propter impatientiam doloris suæ infirmitatis hoc fecisset, non irritatur testamentum. l. 2. C. qui testa. face. pos. cum suis concord.

Decimumnonum, quia sententia lata contra infirmum, iudice sciente, est ipso iure nulla. l. quæsitū. cū gl. not. ff. de re iu.

Vigesimum, quia licet in die Paschatis nulli ciui liceat ruri commorari: tñ si in infirmitate est detentus, excusatur, tex. est notab. in c. nulli: de consec dist. 3.

Vigesimumprimum, quia infirmus omni tpe. & indifferenter debet baptizari, quāuis alias nō posset nisi certo tpe baptizari. tex. est in c. q eū, c. seq. de cō. dist. 3.

Vigesimumsecundum, quia procurator qui regulariter post litem contestatā non potest mutari: tñ pp infirmitatem mutari potest. l. uel in iudicio. ff. de proc.

Vigesimumtertium, quia arbiter post susceptum arbitrium, licet regulariter teneatur & cogatur causam dicere: tñ pp infirmitatem excusatur. l. licet. ff. de arb.

Vigesimum quartum, quia licet regulariter habenti curatorem curator non soleat dari: tñ si tutor est infirmus, datur eius periculo. §. fi. Inst. de cur. l. solent. ff. de tut.

Vigesimumquintum, quia infirmo aliquē inculpanti de maleficio nō creditur. l. si quis in graui. in prin. ff. ad Sill. tollit n̄ præsumptionem calumniæ, tex. est notabilis in l. qui cū maior. §. fi. ff. de bo. liber.

Vigesimumsextum, quia manumissus à domino, in seruitutem reuocatur, quādo domino suo infirmo suffragium non præstitit. l. alimenta. ff. de lib. agno.

Vigesimumseptimum, quia monachi qui alias prohibentur comedere carnes, tamen si sunt infirmi, bene possunt comedere. text. est notabilis in c. cum inter monasterium. de statu monach.

Vigesimumoctauum, quia socius qui occasione societatis incidit in infirmitatem, computare potest expensas factas in infirmitate suo socio, ac si in societatem expendisset. Casus est notabilis in l. socius qui in eo. cum l. seq. ff. pro socio. Quod limita singulariter non procedere in mandatario, qui exequendo mandatum factus est infirmus. Casus est singularis in l. inter causas. in §. nō oīa. ff. mand. Quod bñ not.

Vigesimumnonum, quia dominus nō curādo seruum suum infirmum, priuatur dominio eius. Casus est notabilis in l. 1. §. & seruus. C. de lati. liber. tollen.

Trigesimum, quia si filius, uel hæres nō curauit testatorem infirmum, perdit hæreditatem. Casus est notabilis in l. si quis de prædictis, in auth. ut cum de app. cog.

Trigesimumprimum, quia maritus qui uxorem suam infirmam non curauit, perdit lucrum dotis. l. ab hostibus. § si uir. ff. sol. mat. & ibi gl.

Trigesimumsecundum, quia emptor qui seruum infirmum non curauit, non potest agere redhibitoria, contra debitorem, tex. est in l. quid si nolit. §. mancipiū. ff. de ædil. edic.

Trigesimumtertium, quia licet regulariter testes ad iudicem debeant uenire: tamen si sunt infirmi, mittitur ad domum eorum. tex. est in l. ad egregias. ff. de iureiur.

Trigesimumquartum, quia infirmus, uel ualetudinarius excusatur à muneribus personalibus, tex. est in l. prætor, in prin. ff. de uaca. mune.

Trigesimumquintū, quia si unus ex cōpromittentibus seu litigantibus coram arbitrio non adfuerit, aduersa ualetudine impeditus, pœna in effectu non committitur, tex. est in l. si cum dies. §. si quis ex litigantibus. ff. de arb.

Trige

Trigesimumsextum, quia delegatus impeditus propter infirmitatem, potest alteri committere uices suas. text. est in c. si ꝑ debilitate. de offic. deleg.

Trigesimumseptimum, qoia licet alias electores infra octo dies teneantur electo suam electionem præsentare, alias incurrunt certam pœnam: tamen si infirmitate sint detenti, excusantur, ut in cap. cupientes. §. certum. cum gloss. uersi. alia iusta. de elect. lib. 6.

Trigesimumoctauũ, quia licet beneficiatur ad ordines ꝓmoueri cogatur, alias priuatur beneficio: si tamen infirmitatis impedimentum prætendit, non cogitur, secundum dictum notabile gl. magnæ in c. licet canon. est gl. antepe. de elect. in 6.

Trigesimumnonum, quia confessio facta in infirmitate, se infirmus cõualescat, non inducit obligationem, ut plenè per Bart. in l. cum quis decedens. §. codicilis. ff. de leg. 3.

Quadragesimũ, quia se infirmus exculpat aliquem, tolluntur indicia cõtra cum orta. Ita singulariter tenet Bald. in l. 1. in ult. col. C. commu. deleg.

Quadragesimumprimum, quia si legati infirmentur legatione sua, debet eis solui quoad redire possiat. Ita notabiliter Bar. in l. si cui, §. tandiu. ex qui. cau. ma. per illũ tex. quem dicit menti tenendum, quia sæpe occurrit.

Quadragesimumsecundum, quia si fiat substitutione legato, uel hæreditate contemplatione certæ infirmitatis, ꝙ eo liberato ex illa infirmitate, & mortuo ex alia legatum uel hæreditas non debetur substituto. Casus est not. in l. alumnæ. §. fi. ff. de adim. leg. quem ibi Bar. multũ cõmendat.

Quadragesimumtertiũ, quia licet alias contra debitores absentes latitantes fiat uenditio bonorum per creditores: tamen contra debitorem infirmum uenditio fit, ꝓcuratore dato bonis, causa cognita. tex. est in l. si quis instituat. in fi. ff. de her. inst.

Quadragesimumquartum, quia æger, seu infirmus non tenetur mittere procuratorem: ut uidetur uelle gl. no. in d. l. si quis instituatur. in fi. de quo tamen omnino uide Bar. in l. 1. ff. de di. & temp. præscri. & in l. 3. §. si quis. ff. si quis cau.

Quadragesimumquintũ, quia ille, qui in iudicio sistere promisit, & infirmitate sit impeditus, exceptione adiuuatur. tex. est in l. 2. §. si quis. ff. si quis caut.

Quadragesimumsextum, quia tectores qui tenentur ad alimenta officialib. suis, illa etiam debent, se infirmentur, & tenentur ad pullos, & similia, licet non ad medicinas. Ita notabiliter Bar. in l. legatis. ff. de alim. & cib. leg.

Quadragesimumseptimum, quia clericus infirmus non residens in ecclesia, nihilominus percipit quotidianas distributiones. tex. est no. in c. 2. de cler. nõ resid. li. 6.

Quadragesimumoctauũ, quia infirmus non præsumitur donare causa mortis, nisi de restituendo conueniat uel fiat mentio mortis. tex. est notabilis in l. Seia §. fi. ff. de don. cau. mor. Sequitur Alex. & communis opin. in l. quæ dotis. colu. 2. num. 6. ff. solu. mat.

Quadragesimumnonũ, quia benemeritus est qui curauit infirmũ, & est sufficiẽs causa ad manumittendum ipsum, etiam à filio minore uigintiquinque annis, ut in l. etiam. §. ex præterito. ff. de manumiss.

Quinquagesimum, quia si medicus ꝓmisit curare infirmũ certo morbo laborãtem, si ipsum sanarit, & postmodum recidat in eundem morbum, tenetur pro eodem salario illum iterum curare. gl. est notabilis in l. maritus. ff. locati. de quo uide ibi Bart.

Quinquagesimumprimum, licet alias gratia extinguatur negligentia eius, qui uacantem præbendam petere poterat, & non petiit, tamen si infirmitate fuit detẽtus, non expirat ipsius gratia quin eius uigore aliam postmodum uacantem possit petere. glos. est notabilis in c. si clericus. in uer. negligentem. de præbend. lib. 6.

Quinquagesimumsecundum, quia episcopus infirmitate detentus, suffraganeos suos cõsecrare nõ ualens coepiscopo suo uel alii uices suas mandare potest. tex. est in c. quod sedem. de offic. ord.

Quinquagesimũtertiũ, quia notarius infirmus potest facere, ꝙ de eius protocollis alius sumat instrumentum. Ita notabiliter Bar. in l. quædam. §. nihil interest. ff. de edẽdo. cum limit. de qua ibi per eum.

Quinquagesimumquartum, quia famulus infirmus debet habere salarium suum tempore infirmitatis glo. est in l. arborib. §. de illo. de usufruc Sed in hoc ueritas est in contrarium, quam habes per glo. Bart. in l. si uno §. item cum quidam in ult. col. ff. loca. De qua re post Alex. ibi in apostil. latius scribit quidam doctissimus Moder. Bononien. nomine Vlpianus de Zannis, in §. iuris prudentia, in 10. & seq. col. insti. de iusti. & iure.

Quinquagesimumquintum, quia famulus qui non potuit seruire certo tempore propter infirmitatem, potest alio tantundem tempore seruire, & habere integrum mercedem, secundum quod notabiliter distinguit Bart. in d. l. si uno. §. item cũ quidam. in fin. Vbi Moder. & latiùs Io. Baptista Caccialup. in repe. diem functo. q. 47. ff. de offi. asses. & Ias. in l. si ita stipulatus eisem abs te. col. pen. ff. de uerbor. oblig.

Quinquagesimumsextum, quia infirmitas probatur per sacramentum ipsius infirmi, ut in Specu. in tit. de appel. §. 7. uersic. quid ergo. Quem refert Bal. ubi pulchrè per eum in l. quæsitum. ff. de re iudic.

Quinquagesimumseptimum, quia propter infirmitatem procuratoris uel auditoris quis excusatur à prosecutione causæ appellationis. Et licet Old. opponat aliqua in consilio suo 297. quem uide: tamẽ prima opi. est uerior, & approbata in Rota, ut refert D. Guliel. Cassiod. in collecta. deci. tit. de appel. decisio. incip. firma est propositio.

Quinquagesimumoctauũ, quia presbyter, qui in infirmitate uoluit intrare monasterium, & refutauit beneficium, non impeditur, si conualuit, repetere beneficium, si non est factus monachus text. est in c. 1. 17. q. 2. facit c. 2. de uot.

Quinquagesimumnonum, quia infirmus sacerdos prohibetur, ac etiam excusatur celebrare. gl. est in c. illud. 27. q. 1.

Sexagesimũ, quia infirmitatis præsumptio tollitur per actum incompatibilem, puta per coitum. c. tenor. & ibi doct. extrà de re iudic.

Sexagesimumprimum, quia impensæ factæ in monachum infirmum qui est in studio, reddunt abbatem, uel patrem obligatũ. uide notata per Spec. in tit. de salario. §. 1. uersic. quid si monachum.

Sexagesimumsecundum, quia infirmus diuturnus adnumeratur inter personas miserabiles, ut in l. 1. quando Imperat. inter pupil. & uid.

Sexagesimumtertium, quia infirmus non tenetur ieiunare. c. 2. & ibi Abb. de obserua. ieiunii.

Sexagesimũquartum, quia infirmo consentiente, alius substituitur in dignitate in totum, sed superior decernet ægrotanti alimenta, quandiu uixerit, & hoc fieri potest sine peccato, cum non procedat ex pactione ægrotantis & substituti, sed ex iuris dispositione & superioris, ut per Abb. in c. tua nos. in fi. de cler. ęgrot.

Sexagesimumquintum, quia excusatores missi ab infirmo ad iudicem, ad allegãdum infirmitatem, possunt etiam testificari de infirmitate, & eis creditur. Ita notatur in cap. querelam. de procu. Vbi D. Alexand. de Neuo post alios hoc notabilius prosequitur.

Sexagesimumsextum, quia qui propter corporis inualiditatem officium implere non potuit, & ob hoc ad aliud officium aspirauit, nihilominus fungitur priuilegiis, quæ competunt illis, qui perfecerũt. text. est notabil. s. & ibi Bar. in l. ex agentibus. C. de princ. agent. in reb. lib. 12.

Sexagesimũseptimũ, quia qui infirmos uisitare negligit, peccat ueniàliter, ut in c. unum orariũ. §. aliàs ea demum. 25. distin.

Sexagesimumoctauum, quia sicut non est obligatorium iuramentum quod non potest seruari sine interitu salutis æternæ, ita non est obligatorium iuramentum, quod non potest seruari sine interitu salutis corporalis. Ita habes per glo. Ioan. And. & D. Abb. in c. si uerò. de iureiur.

Sexagesimumnonum, quia monachus, qui non potest eligere solitariam cellulã, & à cõgregatione discedere: tamen de cõsensu abbatis causa infirmitatis potest: dũmodo intra septa & clausuram monasterii habitet. Tex. est no. in c. monachũ. 20. q. 4. Quod qualiter procedat, dixi latissime in trac. meo de offi. & pot. maio. Pœnit. & sacræ Pœnitentiariæ. & tract. breuium. nu. 31. & 32.

Septuage

Septuagesimũ, quia licet aliàs manda tarius in præiudicium mandãtis non possit renuntiare mandato: tamen si impeditus est aduersa ualetudine, potest. l. si man dauero. §. fi. cum l. seq. ff. mand.

Septuagesimumprimum, quia si rector ecclesiæ in sua infirmitate multa expẽdit, & plura contraxerit debita, successor tenetur. c. 1. ubi D. Abb. de solu.

Septuagesimumsecundũ, quia officiales digni, qui propter infirmitatem non possunt exercere officium, non tenentur seruire per substitutũ. pulchra glo. & Bar. in l. 1. §. diuus. in ult. col. ff. de uar. & extraord. cog.

Septuagesimumtertium, quia denuntiatio facta per medicũ, qui dicit aliquẽ infirmum, uel ꝙ sit remansura cicatrix, nunquàm aliquid operatur, nisi pręcedat iudicis inquisitio diligens. Circa hoc tex. est singularis, & ibi exclamat Bart. in l. semel. C. de re mil. lib. 12.

Septuagesimumquartum, quia medici uocati ad infirmos, debent ante omnia infirmum ad confessionẽ inducere, neque quicquam debent persuadere pro salute corporis, quod tendat in animæ periculũ, cap. cùm infirmitas. de pœnit. & remiss.

Septuagesimumquintum, quia prior conuentualis non potest alibi residere, quàm in loco monasterii: tamen propter infirmitatem potest. tex. not. cum glo. in clem. 1. in §. sanè. de statu monach.

Septuagesimumsextum, quia si abbatissa infra annum infirmitate detenta non facit se benedici, non priuatur, ubi aliàs priuaretur. tex. est cum glo. in clemen. attendentes. §. statuimus. de statu monach. in uer. rationalis.

Septuagesimumseptimum, quia licet clericus non possit exire extra chorum ante finem officii: tamen ex causa infirmitatis superuenientis potest. clem. 1. de celebrat. mis. in glo. in uer. rationabili.

Septuagesimumoctauum, quia infirmitas est iusta causa dispensandi super pœna delicti cum aliquo. gl. cum tex. in clementina prima, in uer. necessitate. in §. si qua uero. de priuileg.

Septuagesimumnonum, quia licet tempore interdicti sit data potestas celebrandi conuentui, & tunc nõ possint alios admittere ad audiendum diuina: tamen si ille conuentus non haberet nisi tres ministros, quorum duo essent infirmi, ille tertius potest alios admittere, ne priuilegiũ esset inutile. glos. pen. in cap. licet. de priuileg. in 6.

Octuagesimum, quia tribunus militũ debet ualetudinarios militum uisitare & inspicere, an propter hoc sint licentiandi l. officium. in fi. ff. de re milit.

Octuagesimumprimũ, quia infirmitas procuratoris tollit præsumptionem reuocationis resultantis ex iudicio suscepto per dominum. cap. si quẽ. in fine, de procurat. libro sexto.

Octuagesimumsecundum, quia miles propter infirmitatem impeditus uenire ad diem commeatus excusatur. tex. est notabilis in l. qui cõmeatus. ff. de re milit.

Octuagesimumtertiũ, quia perpetua infirmitate laborans, excusatur à tutela uel cura. l. 1. C. qui morbo.

Octuagesimumquartum, quia licet sint paria, quòd testamentum ordinetur ore tenus ab ipso testatore coram testibus, uel quòd coram ipso testamentum ordinatum legatur à notario testibus, ut in l. hac consultissima. §. ad eũ. C. qui testa. fa ce. poss. tamen si coram testatore grauiter infirmo illa scriptura esset lecta coram testibus, per hoc non probaretur testamentum illud fuisse suum, nisi expresse probetur, quòd illa scriptura lecta de uoluntate testatoris ordinata fuit. Ita pulchrè & notabiliter dicit Ioan. And. in additione Spec. in tit. de testa. §. in primis. quem Doct. in d. §. & cum humana. referunt, quod bene nota.

Octuagesimumquintum, quia operæ infirmi, inutiles sunt l. pen. ff. de re uend.

Octuagesimumsextum, quia legatum infirmæ ætati factum, ad ornamentum ciuitatis cedere dicitur. text. est de hoc in l. ciuitatibus. in princ. ff. de leg. j.

Octuagesimumseptimum, quia licet cõiunctus mortem coniuncti scire pręsumatur: fallit tamen nisi coniunctus sit infirmus. Ita Bar. in l. is potest. ff. de acqui. hęr. per tex. in c. cum in tua. qui matr. accus. poss. sequitur Alexan. in l. Titius. §. Lucius

tius.in 2.col.num.5.ff.de liber.& posthu.

Octuagesimumoctauum, quia infirmi propter infirmitatem nubere debet, quia ut dicitur Ecclesiast.36. Vbi nō est mulier ingemiscit æger. Et una ex causis quare matrimonia procurantur, est, ut in tribulatione consolentur: alias pauci contraherent, cum pauci reperiantur sani: secundū Barto.in tracta. de tyrannide, & Aeneam Syluiū, epistola 37. Debet tamē hoc prius infirmus spōsæ releuare, ne inde scandala nascātur, ut notatur in cap. quemadmodum.de iureiurand.& in ca.1. & 2.de coniug.leproso.

Octuagesimumnonū, ꝙ infirmus in extremis constitutus, præsumitur sanæ mentis, nisi cōtrarium probetur, ut dicit Abb. in cap.dilectus.numer.9.& 13.de success. ab intesta.

Nonagesimum & ultimum, ꝙ infirmitas non facit aliquem actum nullum, nisi sanam mentem excludat. Anton. in cap. ex transmissa.de renuntia.

Hæc de priuilegiis infirmitatum succinctè, & quasi per transennā dicta sufficiant: quæ longè magis ampliari & discuti potuissent: tamen breuitati studens, ne in immensum cresceret opus tantum medullā ueritatis adnotare uolui. Si quis tamen alios casus ad infirmitatem pertinentes uidere uoluerit, ad indices recurrat, qui bus ista addere poterit. Nam facilis est inuentis addere.

QVAESTIO X.

QVǽro, an regula ista habeat locum in infirmitate animi, & non corporis?

SOLVTIO. Potest teneri ꝙ non, cùm ista regula propriè intelligenda sit, & infirmitas mentis resignationē prohibet, sicut & cæteros actus.l.in negotiis. ff. de regu. iur. Et hoc de plano procedit capiendo infirmitatē mentis pro furore. de qua in ca. si quis insaniens.& c. 1.15.q.1. & in clem. si furiosus.de homic. Et isto casu debet cōstare resignationem in furore factā fuisse, ut prædicta procedant: secus autem, qñ resignatio reperitur facta à furioso, qui modo est sanę mentis. Quia ex quo clare non constat factam fuisse in furore, in dubio præsumeretur facta in sana mente, ut Bal. dicit in sua Marg.in uers. furiosus. & in l. fi.per illum text.C. de hær.instit. & tradit latè Alex.& Mod.in l. furiosum. C. qui testamen.fac.pos. Si uerò infirmitas animi capiatur pro ira, uel odio, uel alia passione, ut capit glo.in summa.15.q.1.idem dicendum est, quo ad effectum istius regulæ. Sed maius dubium est, nunquid renuntiatio in talibus passionibus facta, ualeat? & de facta per iram non est dubium, ꝙ non ualeat per ea quæ late scribit Iason in l.si filiam.in 2.colu.C.de inoffic.test.& Fel.in cap.Matth.decimo. De facta in gaudio, habes glo.in uerbo balneum in §. serui uerò.Institu.de liber.& text.in ca.unusquisque.22.q.4.& de facta per metum habes in ca.abbas.quod metus caus.& decis. 202.de renunt.in antiq.cum concor.ut late scribit Deci.in consil. 219. Et eodē modo de ebrio dicendum est, ut in cle.si furiosus.de homicid.& in dicta gl.summæ.

Tamen aduertendum est quia de resignatione facta colore iracundiæ, ex eo, quia per prius episcopus male illum tractauerat. Dom.& Præpo.aliique in cap. ꝗ periculosum.7.q.1. tenent renuntiationē ualere, licet possit statim beneficium repeti. secus tamē ex interuallo. Ita dicūt ibi Doct.& sequitur Decius in c.2.in 2.col.de rescri. Itaque ad istas passiones nō adaptatur regula, quæ requirit talem infirmitatē, quę non impediat renuntiationem. Sed passiones animi præfate, quia occupant intellectum' & libertatem iudicii, non adaptantur huic regulę, cum resignatio facta durantib. huiusmodi animi infirmitatib. sit nulla, neq; potest in ea militare distinctio istius regulæ, uidelicet, si renuntians moriatur infra uiginti dies, uel post: quia ista distinctio præsupponit resignationē ualidam ab infirmo sanę mentis factam.

QVAESTIO XI.

QVǽro, quid si infirmus ex uulnere nō lethali, ex quo nō putabat se moriturum, renuntiet, qui posteà ex superuenien te infirmitate sua, aut medicorum culpa, non ratione vulneris decessit: utrum isto casu procedat regula?

SOLV

SOLVTIO. Casus iste alias accidit in Rota in Ptisico, ut refert hic Fel. in quibusdam remissionis: nihil tamē determinat, sed se remittit ad quasdam allegationes, quæ non reperiuntur in rerum natura. Et glossator etiam hic de ista quæstione meminit, licet eam dubitatiuè resoluat & uidetur magis inclinare in partem negatiuā uidelicet, non habere locum regulam, Motus, quia regula requirit infirmum de ipsa infirmitate mortuum, qui uero moritur ex casu superueniente, non dicitur ex eadem infirmitate mori. Et omissis cauillationibus, ista opinio mihi placet. Pro qua est decis. Bart. Veronen. in consil. 62. magnificè, &c. & Soci. consil. 168. primo aspectu. cum pluribus aliis concor. quas congerit quidam Modern. Neapolitanus in quibusdam uotis suis nuper impressis uoto. 24. col. penult. Et istā opinionem in terminis istius regulę tenent Moder. de Sylua in tracta. benef. in 3. parte. q. 46. per rationē quam ponit gloss. hic.

Et ista opinio ratione suaderi potest, quia illa uerba, De ipsa infirmitate, &c. hic posita, denotāt causam finalem & propinquam respectu dictionis, De, quæ secūdum communes doctrinas causam primā & immediatam, & sic finalem importat, ut notat Bart. & Moder. in l non dubium. per illum tex. C. de legibus. cum concord. ut congerunt Decius, & alii Moder. super tit. si cert. peta. in 2. & 3. lectu. & in l. certi conditio. in princ. ff. si cert. pet. Cessante igitur causa finali, uidelicet, ꝙ renuntians non de ipsa infirmitate, sed de alia noua superueniente moriatur, cessat ratio regulæ, & per consequens dispositio. Vacabit igitur beneficiū per resignationem, & nō per obitum, ut uoluit ista regula. Et ita secundum istam opinionem iudicauit Rota in vna Compostella coram me de anno præterito pro Ioan. Gaiozo.

Est tamen aduertendum, ꝙ ad effectū, ut quis dicatur mori ex noua infirmitate & non ex eadem antiqua, debet hoc plene probari per iuramenta Medicorum, & probationes concludentes, ut fuit seruatū in illa Compostellana. Et quanuis glo. in l. 1. C. de de emenda. ser. teneat, ꝙ probetur noua infirmitas, si infirmus post triduum uisus fuerit ire cum baculo. Quam glos. sequitur Ange. in tractatu Maleficiorum. in uerbo, & dictus Titius in prin. & Ang. in l. ꝙ si nolit. §. qui mancipium. ff. de ædil. edict. & Petr. de Ancharan. in consil. 284. incip. iure stricto. & alibi sępe. Tamē Abb. & plerique alii in cap. 2. de cler. percuss. non tenent illam gl. Imò uolunt, ꝙ si uulneratus moritur post 8. menses, præsumitur mortuus ex eodem vulnere. per text. ibi. ad idem tex. in ca. continebatur. de homic. Et propter hanc opin. diuersitatem fortassis Bart. in l. si in rixa ff. de sicar. col. fi. tenuit, ꝙ hoc sit arbitrium iudicis, & sequitur Barth. Veronen. in consil. 41. incip. licet inuitus. in 5. col. & in multis locis hoc doct. dnt, quos breuitatis causa nō refero.

Sed quia ex prædictis non habetur clara resolutio huius dubii, ego pro decisione istius materiæ distinguerem tres casus. Primus est, quando constat apertè vulneratum omnino ex uulnere cōualuisse, & agebat ea quæ sani facere consueuerunt, uel longo interuallo post decessit. Nam isto casu regula ista non habet locum: quia quæ ex interuallo fiunt, non dicuntur inesse. Sed præsumetur hoc casu infirmus mortuus ex noua causa, & non ex infirmitate antiqua. Hoc expressè tenet Bald. ut plures alios omittam, in cons. 328. au uulnus fuerit mortale, &c. in 2. uolum. Secundus est casus, quando adhuc infirmus ex vulnere non lethali non erat totaliter sanus, sed tamen erat iam extra periculum: quia uisus fuit fortè post triduum cum baculo incedere, iuxta gloss. in d. l. 1. nec sunt aliæ probationes. Et tali casu, quia potuit uulnerato superuenire spasmus, uel aliquod aliud accidens, & tunc tales coniecturæ arbitrio iudicis relinquuntur, qui ex uariis argumentis motum animi sui formare pōt. Et ita procedat, quod dicit Bart. in d. l. si rixa. cū simil. Et isto casu onus probandi incūbit dicēti esse mortuum ex noua causa, Quia in dubio p̄sumit mortuus ex eadē infirmitate. Et ita Rota sæpe interpretatus est regulā istā in causa Cōpostellana corā me, & in alia corā R. P. D. Nicol. Tertius casus est, qn̄ sumus in dubio, ꝙ nō sūt aliquę cōiecturæ p̄ter hoc, ꝙ vulnus nō erat lethale. Et tali casu p̄sumēdū est ifirmū mortuū ex

ex vulnere,& erit locus isti regulæ.Et hoc casu militat,quæ dicunt Bal.in c.1.in prin. quib.mod.feud.amit.& Ange. & Salyc. in d.l.1.uolentes, vulneratum præsumi in dubio mortuum ex vulnere.Limitatur tamē iste ultimus casus non procedere, quando ageretur de puniendo vulnerantem pęna mortis:quia tūc in dubio mitior interpretatio facienda esset, ut notabiliter declarat Hippolytus de Marsiliis in cons. suo 7. incip.summi cœli Deus. super istis tamen uide Fely.in cap. presbyterum. de homic. qui notabiliter ista declarat.Et ex prędictis ad aliam quæstionem infertur, quam proposuit R.P.D. Marc.Episcopus die 5.Iulii. 1538.in vna Leodien.canonicatus, uidelicet, nunquid infirmus ex morbo Gallico, quem manifestè constat,nō esse morbum periculosum uitæ, præsumatur mortuus infra 20.dies ex eodem, an ucro ex superueniente infirmitate? Et resolutio apparet ex prædictis, ꝙ præsumitur mortuus ex eadem infirmitate: & qui dicit contrarium,tenetur probare.Et ita Domini transierunt, licet materia alias disputata non fuerit,q̄ in ueritate disputatiōe nō īdiget.

QVAESTIO XII.

QVid si aliquis sanus renunciet, sed in actu præstandi consensum, vulneratur,& ibi moritur, an dicatur beneficium uacare per obitum, aut per resignationē, quo ad affectum regulæ?

SOLVTIO. Considerato principio, dicitur vacare beneficium per renuntiationem,cum tunc infirmus non fuerit, quod requirit iste tex.Sed attento fine.i.consensu,qui perficit renuntiationem,& consideratur hic in regula ad effectum numerationis 20.dierū,uidetur cōcludēdū cōtrariū.

Quid tenendum?Putarem ista duo tempora considerari quo ad hoc, ut iste text. procedat,uidelicet, in principio & in fine resignantem fuisse infirmum. Nam ista regula requirit infirmitatem, & sic istā qualitatem. Et ideo debet omni tempore concurrere,iuxta ea quæ dicit Bal.in c.constitutus.de rescri.Sicut dicimus in testamēto,ꝙ tribus temporibus capacitas requiritur.§.in extraneis.Insti.de hære.qualit.& dif. Si igitur renunriatio per papa fuit admissa tempore consensus reperiatur infirmus,puto beneficium uacare per renūtiationem,quæ tunc dicitur uere facta, quando Papa admisit. Nam consensus, qui postea præstatur, trahitur ad tempus admissæ resignationis, cum sit potius ad executionem inuentus,quàm ad ualiditatē gratię,ut traditur in c.quædam de renunt.Ita refert Cassiodorus fuisse in Rota tentum. Et hinc est,ꝙ ille consensus post obitum resignantis præstari potest, uigore bullę Alexādrinæ,ut sæpe in Rota me præsente practicatum fuit,præsertim in vna Placentina Archidiaconatus coram R.P.D. Marcello,& alibi dixi. Et ponit idem D. Guli. in alia decis.Et licet regula illa Moderna computet illos uiginti dies,à tempore prestiti cōsensus:requiritur tn̄ ꝙ tempore cessionis resignans fuerit infirmus: & ꝙ ex illa infirmitate infra uiginti dies computādos à die cōsensus,decesserit. Hodie tamē per extrauag.bonæ memoriæ Clemētis 7. & per reg. S. D. N. Pauli 3.sublata est ista difficultas,qui tantum uoluerunt infirmitatem tempore præstandi cōsensus adesse licet resignans sanus fuerit.

SECVNDA PARS
Concernens beneficia.

QVAESTIO XIII.

QVæro, utrum ista regula locum habeat in eo qui cedit commendæ?

SOLVTIO. Iste casus cōtingit in Rota de anno 1519.in causa de Funes,coram D.Bartholomæo de Petra sancta: cuius facti seriem D.Guli.Cassio. olim Rotæ auditor, in quibusdam collectaneis decisionū Rotæ refert,quæ modò præ manibus plurium uersantur,vt ibi per eum. Et tunc causa sæpius posita, Rota uariauit. Nam quinque ex Dominis tenuerunt partem negatiuam,uidelicet, regulam locum nō habere. Alii aliam partem sunt sequuti. Sed ut clariùs ueritas istius quæst. per cōtraria demonstretur,quædam motiua, & argumenra pro utraque parte refetā,ex quib.posteà resolutio huius q.colligetur.

Quòd igitur ista regula non habet locum in cessione commendæ, adducitur primò,quia regula ista non facit mentionem

nem de cessione commendæ, sed de resi gnatione beneficii, ideo casus omissus di spositioni iuris communis relinquitur: iuxta uulg. cap. susceptum. de rescrip. lib. 6. & l. commodissimè. ff de libe. & posthu.

Præterea, quia uerba istius regulę non uidentur posse adaptari ad commendam, sed potiùs repugnant, cùm de benefi cio collatiuo loquantur, & quòd in ti tulum datur, ut patet ibi, conferatur, &c. & de beneficio in quo inducitur uaca tio, ut patet ibi, uacare censeantur, &c. Sed beneficia commendata non conferũ tur, neque uacare dicuntur, vt tenet Fede. de Se. in tract. de perm. beneficiorũ. q. 15. & Roma. in consilio 350. & Rota in an tiq. decisio. prima, de concessio. præbend. Et hoc idem pro stylo Cancellaria Apo stolica introduxit, quæ ex eo quòd men tem Pontificis interpretari uidetur, Consi storium papæ appellatur, ut inquit decis. 362. in nouis. Igitur cessantibus uerbis re gulæ, eius ratio & dispositio cessat.

Accedit, quia intentio papæ non præ sumitur fuisse de eo, qđ uerba non impor tant. l. quod constitutum. ff. de test. mili. & tradunt Moderni Papiens. in l. i. in 3. co lum. uersicu. tertiò facit. ff. si quis in ius uoca. non ierit. Item quia ratio istius re gulæ sumpta ex uiseerib. c. si. de renun tia. libro sexto, quę fuit, ut fraudes euiten tur, quibus expectanter & ordinarii delu di poterant, cessat in commenda, cùm in ea prædicti non fraudentur. Ex eo, quia cõmenda inducit quodammodo reserua tionem, uel saltem afficit beneficium, ut declarat Rom. in cons. prædicto, post Arc. in c. is cui. de elect. lib. 6. & Compost. in c. cùm à nobis. eo. ti. & sequitur Ioan. Frãc. Pauinus in tract. de offic. & pot. cap. sede uac. in 3. q. secundæ partis. & Lapus in ad di. ad tract Fede. de permut. be. q. 15. Et ta men ordinarii expectanter conferre, uel acceptare possunt beneficia reseruata, uel affecta: ut concludit idem Ro. in cõs. 342. & in cons. 160. in proposito casu. & consi. 442. post Calde. cõs. 9. titu. de præb. Et hodie habemus regulam Cancellariæ, secundum quam ita iudicauit Rota in una Zamoren. Archidiaconatus coram R. P. D. Marcello de mense Ianuario. 1532. Et quòd expectantes beneficia commen data (eò quia affecta acceptare non pos sint) tenuit Rota in una Valentina paro chialis de Pego, coram R. D. Io. Paul. de mẽse Nouemb. M. D. XXXIX. quicquid dixerit Soci. in consi. 32. sequutus Roma. in quodam consi. qui hoc non dicit, & il lud consilium fuit à Rota reprobatum, ut refert R. P. D. Iac. de Simoneta, in trac. res.

Suadetur ista opin. ex eo, quia ista regu la est correctoria, pœnalis, & exorbitans à iure communi, liberam facultatem à iure tributam, possessoribus auferens, resignan di sua beneficia, & pœnam annullationis prouisionis inducens, iuxta l. senatus. ff. de contrahen emp. & c. decet. cum simil. de immu. eccle. lib. 6. Sed in pœnalib. & exorbitantibus secundum communes do ctrinas, uerba propriè & strictè capi de bent. l. cum quidã. de lib. & posthu. c. odia. de reg. iur. lib. 6. Et adeò hoc uerũ est, qđ in tali materia, etiam à maioritate uel idẽ titate extensio prohibetur, ut not. in au then. quas actiones. C. de sacrosan. eccles. Cùm igitur uerba istius regulæ sonent de beneficiis, quæ in titulum dantur, ad com mendam trahi non debent, quæ à titulo differt, ut in c. dudum. de elec. & c. qui plures. 20. q. 1.

Confirmatur ista opinio ex his quæ scrib. t Old. consil. 179. quæritur. Vbi con cludit extrauagantem iniunctæ Bonifa cii VIII. positam sub tit. de elec. quæ lo quitur de literis expediendis super eccle siarum prouisionibus, non habere locum in ecclesia commendata. Et sequitur Frã. Paui. olim Rotæ auditor egregius in d. tract. de of. & pot. c. sede uac. fol. 41. Ces santibus igitur uerbis, & ratione regulæ, eius dispositio cessare debet. c. suggestũ. de deci. cum uulg.

Præterea, quia, ut dictum est, ista reg. lo quitur de beneficiis quæ dantur in titulũ, sed commenda non est tit. & ꝓpà incom patibilitatem non inducit, ut in c. dudũ. el 2. de elect. Sicut etiam uidemus quòd habens beneficium regulare in commen dam, cogi non potest, ut profiteatur reli gionem, ad quam titularis compellere tur. Ista sunt in effectu quæ pro ista parte negatiua facere uidentur.

Quibus

Quibus nõ obstantibus contraria pars, suis etiam rationib. & argumẽtis defendi potest. In primis facit, quia commẽdæ no stri temporis ex usus patrisfamilias, hodie loco titulorum habẽtur: & beneficiati de fructibus illarum disponunt, ut de benefi ciis titularibus, quemadmodum tradit Pr̨ positus, vulgo Card. Alex. in c. cùm autẽ. 44. distinct. in 6. col. & in c. si quis. in pen. col. 58. distin. Quam interpretationem sæ pe accepit Rota, & sequitur Troilus de Malutiis in consil. suo in materia commẽ dæ post tract. suum de sortib. impresso.

Secundò, pro hac parte facit quia regu la 30. de familiaribus Cardinalium, habet locum in commenda, attenta eius mente, licet de ea mentionem non faciat, ut sæpe in Rota iudicatum fuerat. Et hoc idem di cebatur de regula de uerisimili notitia, & de reg. de idiomate. In quibus licet de cõ menda nullum sit uerbũ, ex mente tamen ad commendas adaptantur. Quia uirtus legis non in cortice uerborum, sed in sen su & mẽte, quæ uerbis est preferenda, cõsi ilit. l. scire. ff. de leg. & l. scire oportet §. aliud de execu. tu. cum simil. ut tradit ur in c. intelligentia. de uerb. signific. & in c. Melchior. 1. q. 1. Sed ratio & mens huius re gulæ, est fundata ad obuiandum fraudib. quæ possent ita fieri commendatarios ce dentes, sicut per titulares resignantes. Igi tur &c. Et ad colligendum mentem regu læ, illud afferre potest: quia si Papa fuisset de ea interrogatus, uerisimiliter ita statuis set. Igitur habendum est pro expresso. l. ta le pactum. §. fi. cum ibi not. ff. de pact. Quæ quidem lex procedit, nõ solùm si per mo dum statuti, sed etiam rescripti, cõuentio nis, & alterius dispositionis aliquid cautũ existat, secundum Bald. Paul. de Castr. & Mod. ibi, & Card. consil. 51. 2. col. Attenta igitur mente, & similitudine rationis fit extensio de casu expresso ad alium non ex pressum, iuxta gl. in c. si postquam. de elec. lib. 6. & clemen. 1. eod. tit. cum concor. ut scribit Deci. consil. 15. in 3. col.

Accedit prędictis, quia quandoq; uide mus causas à sede Apostolica commenda tariis, sicut titularibus committi. Ergo nõ debet inter eos fieri aliqua differentia. Plura alia fundamenta, & rationes pro utraq; parte adduci & excogitari possent sed quia ab eo, quod decreui, breuitatis in stituto longius quàm par sit, diuagarer, omitto: præsertim cùm hanc eandem quę stio. nouis aliis motiuis latissimè dispu tem in regula de triennali, q. 4. & in plu ribus aliis regulis huius tractatus, ubi uidẽ dum erit.

Pro resolutione tamen potest breuiter dici, ꝙ aut loquimur in commendis tem poralibus, & procedunt omnia argumen ta quæ pro parte negatiua adducuntur: aut loquimur de commendis perpetuis. Et ex quo illæ eq̨parãtur titulis, ut dictũ fuit, tali casu ꝓcedũt rationes in cõtrariũ alleg. Quib. accedãt, q̃ Collectarius in c. fi. de fil. presby. Gaspar de Perus. & Aeneas Sabi. in tract. refer. in 2. & 7. fo. tradũr. Vbi in simili q. quærunt, an per dationẽ in cõ mendam desinat beneficium esse reserua tum distinguunt, aut commenda est tẽpo ralis, & non desinit, iuxta consil. Soci. 31. Aut est perpetua: & quia tunc Papa de be neficio plenè disponit, sicut per collatio nem, expirat reseruatio. Ita dicunt præfa ti Doct. ibidem, plura ad hoc alleg. quæ breuitatis causa non refero.

QVAESTIO XIIII.

QVęro, An ista regula comprehendat ecclesias, siue beneficia cõsistorialia?

SOLVTIO. Noua est difficultas, ha ctenus nõ decisa ex eo, quia talib. ecclesiis prę lati, habita prius discussione in consi storio, præficiuntur: & sic absolutè actus resignationis non est liber. Et propterea Cancellaria consueuit transire expeditio nẽ in similib. ecclesiis cum derogatione istius regulę ad maiorem cautelam, prout etiam attestatur Reuerẽd. dominus meus, multis seculi memorãdus, Dominus Lau rent. Puccius Cardin. Sanctorum quatuor, in quibusdam suis memorialib. Cuius qui dem stylus, quando iura non refragantur, sequendus esset. arg. c. olim. de consue.

In contrarium facit, quia ille stylus non habet in se fundamentum iuris, & regula ista generaliter loquitur, & eius ratio mi litat in istis beneficiis. Ergo regula in eis habebit locum, quia si lex non excipit, nec nos excipere debemus leg. 1. ff. de usu alea, & c. Et quia ista beneficia consistoria

lia re

lia regulariter sunt magni momenti,& facilius in eis fraudes committi possunt,cũ a pluribus appetantur & desiderentur. Et propterea magis militat dispositio istius regulæ, quæ ad excludendas fraudes emanauit.

Breuiter puto primam opin.de iure ueriorem:pro qua est decis.Lap.in alleg.84. col.pen.ubi quærit,an in generali conces sione etiam ad reseruata, & deuolutæ ueniant Abb.de quibus consistorialiter prouidetur. Et dicit quòd non,per plures rationes quæ militant in casu nostro, quas non refero,cum ubi uideri possint. Et pro ista opin.ulterius facit,quia uidemus reg. de publicandis resignationibus in consistorialibus locum non habere, ut alias Rota tenuit,& retulit mihi olim Dom.Petr. And.Gamarus. Et ratio decisionis fuit, quia in huiusmodi beneficiis cessant fraudes,propter quas repellendas regula ista condita fuit, uidelicet,ne per huiusmodi resignationes infirmorum procuratas, ordinarii & expectantes ab eorum iuribus excluderentur, quæ ratio cessat in istis beneficiis consistorialibus, cum de illis etiam per obitum uacantibus,ordinarii prouidere non possint, neque illa expectantes acceptare ualeant,& sic per huiusmodi resignationes non fraudantur, præsertim quia ista beneficia non consueuerunt prius concedi,quam persona resignatarii per Papã & Cardinales approbata fuerit, & ideo in conferendis huiusmodi beneficiis alius modus ab aliis diuersus obseruetur, ut patet in regulis,præsertim Clem.7. & aliorũ Pontificum super hoc editis. Nam per cedulam, & non per supplicationem huiusmodi beneficia Papa in cõsistorio proponit,& de illis prouidet,& dato,ꝙ in renunciatione infirmi consideraretur aliqua sinistra suspicio,præsentia & certa scientia Papæ proponentis, purgat omnem suspicionem,& ideo in eo non debet seruari subtilitas istius regulæ,quia,ut dicit Bal.in l.rescripta,in 3.col.C.de preci.Impe.offe. in consistorio principis non curatur de solennitatib.iuris;quia ibi magis attenditur ueritas,ꝗ iudiciorũ ritus seu solennitas: arg. l.j.§.si quis.ff.de quæst.Hinc dicimus ꝙ in causis,quæ in consistorio principis agitantur,nullum fatale currit,ut dicit antiquus ille doctor Vbertus de Bonacurso,de quo Spec.& Io.And.tam sæpe faciunt mentionem in pract.sua,ti.de impe.exec. Et rõnẽ adducit,quia nemo est tantæ autoritatis, qui possit nolentem principem ad conuocandum consiliarios coarctare,ut in auth. de app.& intra quæ temp. §. ad hoc sancimus,colla.4.quæ habetur,C.de temp.app. auth.sed & lis. Aliam tamen rationem assignant doct.quę facit ad propositum:quia coram principe ordo iuris non seruatur ut est tex.in c.ad petitionem,de accus.quẽ not.dicit Bal.in c.1.§.fi.col.fi.in fi. de no. for.fid. Et hoc tenet idem Bal.in l.fi. C. de legib.post Inn,in capit.in causis,de re iud. Nam corã principe silet omnis lex: cum ipse idem sit lex animata in terris. Vnde patiendo coram se contra iuris ordinem procedi,uidetur dispensare,ſm Inn.in c.i. de lit.conte.& tenet Io.And.& Abb.in d.c. in causis,& Angel. in l. princeps.ff.de leg. Hinc est, ꝙ quando causa examinatur in consistorio, dantur nouæ dilationes, nec attenditur subtilitas iuris,ut tradit Bar.in l.in offerendis.per illum text. C. de app. Multa n. introducta sunt præter ordinem iuris in cõsistorio,in quo,ut dixi,silet omnis lex, & ille stylus procedendi multum differt ab aliis obseruationib.curiæ. Inde est, ꝙ licet de iure communi in generali dispõne periurus absolui uideatur,tamen in negotiis tractandis in consistorio nunquam cẽsetur sub generali dispensatione periurus includi, nisi specialiter absoluatur propter serenitatem & maiestatem loci,ut tradit Fel.in c.testimoniũ,in 8.col. de testib. Ista tñ quæ dicta sunt,limitantur non procedere, qñ propositio eorũdẽ beneficiorũ fieret corã solis cardinalib. congregatis,Papa absente:quia tunc solennitas iuris,& regulæ requireretur,ut dicit Bald. in auth.sed & si qs,col.pe.uers. quicquid. C.de test:& idem dicendũ est,qñ hoc fieret corã solo Papa sine card. Nã licet Papa possit q̃dã sine Card.expedire,illa tñ sunt parui momẽti,ſm Ant.de Bu.post Io.And.& Host.in c.antiqua.de priu. Sed ubi sunt negotia consistorialia,illa solus expedire nõ põt,ut dicit Bal.in l.fi.per illũ tex.C.de diuer.resc.ubi refert Vb.Papam, Orm...

Florentinis supplicantibus, ut quædam negotia suæ patriæ priuatim expediret, re spondisse. Illud negotium consistoriale, & ꝙ summi pontifices non consueuerunt ta lia negotia consistorialia in camera expe dire, sed in publico consistorio: quod etiã Carolum Imperatorem aliis idem suppli cantibus respondisse refert, & sequuntur Mod. Pap. in rub. de const. In 17. col. Tamẽ hoc dictum Bal. in d. l. fi. dubitabile uidet. Nam clarum est ꝙ condere legẽ, per quã omnes subditi ligantur, dicitur de rebus arduis, & est maximi imperii, ut dicit Bar. in l. imperium. ff. de iurif. om. iud. per text in l. 1. ff. de const. prin. & in l. non ambigi tur. ff. de leg. & tamen Papa & Imperator possunt facere leges in camera sua sine ali cuius consilio, ut dicit Cy. in l. humanum. C. de legib. Sequitur Bonif. Rotæ auditor in procem. clem. §. hæc sane. in 3. col. num. 36. & hoc sentit. Bar. & Bald. in l. fin. C. de leg. Dictum igitur Bald. in d. l. fi. procedit de honestate, non de potestate. Reliquã ad consistorium Papæ pertinentia uiden da sunt per Card. Pap. cui pulcherrimam epistolam scribit ordine 278. cuius initiũ est. Magna est autoritas consiliorum, &c. quo in loco designat ordinem & stylum, quem habere solent & debent pontifices & cardinales proponendis causis & nego tiis in consistoria, longe differentem ab aliis curiæ consuetudinibus.

Ex prędictis igitur habes conclusionẽ, ꝙ ista regula non habet locum in benefi ciis quæ conceduntur per renunciationẽ in consistorio papæ. Quia, ut dixi, ibi ces sat omnis solennitas regularum. Vbi etiã de regula de ualore exprimẽdo, ordemus quę in consistorialibus locum non habet, ut ibi latius scribam.

QVAESTIO XV.

Qværo, an ista regula habeat locum in beneficio unito?

Solvtio. Dicas quòd non: quia regula loquitur de beneficiis, & beneficiũ unitum non dicitur amplius beneficium, sicut ante unionem, sed perdit nomen be neficii, & concludit Rota decis. 370. nota ꝙ ubi beneficium in antiquis, & decis. 10. de rebus eccl. non alie. sequitur Mar. Soc. in c. sicut unire, de excess. præl. arti. 8. q. 12. & Dominicus in c. sunt personæ. §. fi. col. fi. de priuilegio libi. 6. Cedens igitur tali beneficio, nihil dicitur cedere, cum sub ti tulo illius beneficii, cui unio facta fuit, sit confusum, & effectũ una massa, & corpus.

Hinc est ꝙ non ualet de tali permuta tio, ut concludit Egid. in tract. permut. in 3. parte, & ultra ipsum probat hoc idem in alio tract. similiter, quidam doctor inno minatus, qui habetur in formis, ut dicam in reg. de annali & triennali possessore: ad quæ conferunt, quæ scribit Petr. de Pe rusio, & Ioan. Bapt. Cac. in tract. de reuo. unionum, in 7. c. & Mod. in tract. benefic. q. 12. 3. partis.

QVAESTIO XVI.

Qværo, an ista regula procedat in trãs lationibus pensionum.

Solvtio. Dubium prima facie fa ciunt ea, quæ adducit And. Sicul. in c. ad audientiam, el 2. de rescrip. Dum multis rationibus contendit pensiones regulari debere secũdum naturam beneficiorum: facit etiam pro ista opin. quia tex. in cap. mandatum, de rescri. loquens de benefi ciis, habet locum in pensionibus, prout tenet ibi Imol. in princ. & Andr. Sicul. ibi in 3. colum. num. 35. & etiam Anto. Corse tus ibidem. Quorum opinionem sæpe Ro ta, me præsente, sequuta fuit. Ergo pari formiter regula ista quæ emanauit ad tol lendas fraudes resignantis infirmi in trãs latione pensionis procedet. Nam uide mus quòd fient de beneficio in impetra tionibus, ita hodie debet fieri mentio de pensione, ut tradit glo. in regula 61. in fi. & Mod. in c. in nostra. de rescrip.

Prędictis tamen non obstantibus ueri tas se habet oppositũ. Et ita tenet Rota ꝙ ista regula in translationibus pensionis nõ procedat. Et iste casus contigit tem pore Clemẽtis 7. in personam Ioann. de Vrias Episcopi, & Ferdinandi Hispania rum regis oratoris, qui in articulo mor tis nuto magis, quàm uerbis in suum ne potem pensionem mille ducatorum trãs tulit, & tunc post plures disputationes

fuit

fuit tentum translationem ualuisse, non obstan. regula, & hoc in ratione fundatur, quia regula ista loquitur de renuntiatione, sed pensio renuntiari non potest, licet possit transferri de licentia papæ, quę quidem licentia, nec regulariter hodie, neq; tpe Clem. 7. concedebatur; ista ratione, quia pensio est quædam seruitus super beneficiis non seruientibus ecclesiæ concessa. Nam pensionarii † non laborant in ecclesia, neque seminant, & tamen metũt & fructus sine labore manducant, contra naturæ ordinem, nam conueniens est, ꝙ qui commodum percipit, etiam incõmodum sentiat dicente Apostolo, Qui non laborat non manducet, ut in c. clerici. 1. q. 2. & l. secundum naturam. ff. de reg. iur. frangit enim pensionis impositio ęqualitatem iustitiæ, quæ dictat prǫmia unicuique dari secundum qualitatem laborum. cuius militare 1. dist. nam qui altari non seruit, inde præmium habere non meretur. c. charitatem, & c. ecclesiasticis, 12. q. Cum igitur pensionis impositio odiosa sit, meritò eius translatio prohibita fuit, ne inconuenientia multiplicentur. Regula ergo ista quæ in renuntiatione loquitur, non habebit locum in translatione, quæ non solet, uel saltem de raro concedi & inra ad ea quæ raro fiunt, non adaptantur, uolg. l. nã ad ea. ff. de legib. Præsertim, quia ista regula de beneficiis loqtur, quæ de ratione tituli spiritualia sunt. Pensio uerò in temporalitate consistit, ergo de uno ad aliud non bene infertur, quia ex diuersis non fit illatio cap. 2. de translat. epis. l. Papinianus, exuli. ff. de mino. & l. fi. ff. de calum. Et hoc latè probat Io. Bap. de S. Seuerino in suo tract. pensionum. post Mod. in c. cum. M. post gl. ibi de const. & in d. c. audientiam. Nam clarum est appellatione beneficii pensiones non contineri, ut dicit Dominus in c. quamuis, de præb. lib. 6. in prin. Hinc est ꝙ licet beneficium uacet propter crimen, non tamen uacat pensio: quia non est beneficium, & teneri non potest à laico; ut tenet Card. in clem. 1. §. eadem. de supp. negligen. præl. sequũtur Mod. de Rippa in repet. c. 2. nu. 128. de iudic. Ex hoc enim infertur, ꝙ licet habẽs beneficium teneatur ad officium. i. recitare horas canonicas, ut in c. fin. de rescr. lib. 6. & referunt omnes in c. 1. de celebratione Missarum. Tamen habens pensionem ad illud non obligatur, ut tenet ille antiquus doctor Hiero. Paulus Hispanus in illo libello, qui uulgo Practica Cancellariæ appellatur, fol. 51. & sequitur Iaco. de Ferraris in tract. de hor. can. & sentit Io. Bap. de S. Seuerino in tract. pens. q. fin. & reassumit D. Pet. And. Gammarus Rotæ auditor in tract. de off. leg. ubi latius super hoc diuagatur. Et ratio prædictorum est, quia officium sequitur beneficium sicut uenator leporem. Qui habet igitur beneficium dicat officium: alias sequeretur, quòd si ex uno beneficio darentur tres pensiones, ꝙ unum beneficium obligaret quatuor personas ad dicendum officium, quod absurdũ. Ille igitur qui habet titulum spiritualitatis, ad officium tenetur: non autem habentes pensiones, quæ commodum merè temporale continent, quod in laicum cadere potest. Nam pensiones ęquiparantur contractibus profanis, ut tradit Ro. in cõsil. 429. col. 4. beneficia uerò ultimis uolũtatib. æquiparantur, quæ sunt piæ, ut per gl. fi. in c. de conces. præb. lib. 6. Hinc est, ꝙ sola uolũtate põt cassari & remitti pensio absq; licentia Papę, sicut quælibet res profana, ut tenet Præp. post gl. in c. Agathosa. 63. dist. quę sępe tpe meo Rota approbat. Secus tamen est in beneficiis quę sine uoluntate superioris dimitti nõn possunt.

ANNOT. IOAN. MIL.

† Vnde qui sub prætextu decanorum, seu collegiatorum, cũ id munus non impleat, aliis se muneribus conantur subtrahere, eorum fraudibus esse obuiandum, certi iuris est: ne quis sub specie muneris, quod minus exequitur, alterius muneris oneribus releuetur, ideoque si quis eorum sub nudæ appellationis uelamine collegiatum, seu decanum se appellat, sciat pro se alium subrogandum, qui prædicto muneri sufficiens adprobetur, ut l. qui sub prætextu C. de sacrosf. eccl.

Sic etiam uidemus, quod pensiones sicut beneficia non permutantur: quia non ueniunt appellatione beneficiorum, ut dicit Card. in cle. i. in 17. q. de reb. eccl. non ali. e. Et pari modo per promotionem pensionarii non uacat pensio, sicut beneficium secundum Card. in Cle. 1. §. 1. in 6. quæst. de sup. neg. prael.

Ex quibus omnibus apparet inter beneficium & pensionem longum esse discrimen. Dispositio igitur istius regulæ in uno loquens, in alio locum non habet. arg. c. suscep tum, de resc. lib. 6. Præsertim quia cessat commoda ratio istius regulæ, quæ fuit, ne per huiusmodi resignationes ordinarii uel expectantes defraudentur, ad quos dispositio beneficii uel acceptatio pertineret, si fraudulenta cessio non præcessisset. Sed ista ratio non habet locum in translationibus pensionum, per quas nullus prædictorum defraudatur. Igitur, &c. Et tenendo istam opinionem ad rationes in contrarium factas per An. Sic late uidet Mod. in tract. benef. in 3. q. 1. partis, col. 7. ubi uidendum erit. Tamen licet istæ rationes de rigore iuris sint ueræ, iustius tamen uideretur huiusmodi translationes sub regula comprehendi; quia ex hoc maior ecclesiarum fauor resultaret: & diuini cultus argumentum: nam admittere translationes super beneficiis ecclesiasticis, nihil aliud est quam seruitutem propagare.

QVAESTIO XVII.

QVæro, utrum ista regula procedat in beneficiis iurispatronatus, ad quæ per præsentationem quis assumitur?

SOLVTIO. Decius in cons. 224. incip. in casu proposito. contendit probare negatiuam, ex eo, quia ista regula est exorbitans & odiosa, & in beneficiis collatiuis loquitur: ergo non debent extendi ad istum casum, ut ibi late per eum. Adde pro ista opinione, quia uidemus huiusmodi beneficia sub nominationibus regum non cadere, ut tradunt Mod. in tract. benef. 3. q. 2. partis, neque sub quacunque gratia etiam amplissima, ut late probant iidem Mod. in d. tract. in 11. q. 3. partis, & communiter doct. in c. 2. de præb. lib. 6. Lap. alleg. 96. sicut etiam extrau. execrabilis beneficia huiusmodi iurispatronatus non comprehendit, ut iidem Mod. dicunt in d. q. 11.

In contrarium facit, quia considerata mente regulæ idem dicendum uidetur in beneficiis iurispatronatus, prout olim fuit in Rota disputatum in causa Nanceten. capellaniæ per Ludouicum de interamne aduocatum qui postea fuit auditor, per istam rationem. Quia ex quo dicta regula annullat collationem, per consequens uidetur prohibere omne necessarium antecedens ad illam l. oratio. ff. de spons. & c. solitæ. de maior. & obe. cum similibus. Sed præsentatio est antecedens ad institutionem quæ sub nomine collationis comprehenditur. Igitur &c. Ita dicebat ille aduocatus. Et tenendo istam opinionem ad dicta Decii potest facile responderi. Nam non obstat, quod ista regula sit exorbitans quia hoc non est uerum simpliciter, cum potius considerata eius mente & ratione concordet cum iure communi. de quo in capitulo 2. de renun. lib. 6. Vnde spiritum rationis accepit, ut dicunt Moder. in tract. benef. in 3. parte, q. 18. & ante ipsos hoc dicit Io. de Anania in c. si. de collu. deteg. & hoc idem in terminis tenet Card. Mau rocenus in d. c. 2. in ult. q. quem refert, & sequitur Ioan. Aloisius Tuscanus olim aduocatus consistorialis doctissimus in quodam suo consilio, quo late probat hanc regulam, & tex. in d. c. 2. eundem spiritum & mentem habuisse: licet in tempore hic addito differant. Sic itaque isto respectu, quia ista regula iuris communis concursum habet, fauorabilis dici potest. Et licet secundum quid regula posset dici exorbitans, ex quo collationem ordinarii tollit, ut dicit Roman. in consilio 342. incipiente, quo ad primum, secundum quod posset procedere dictum Decij. Per hoc tamen absolute concludi non potest, quod sit odiosa. Quia quando actus se potest habere ad fauorem & odium iudicauit fauorabilis, prout de statuto, quod stantibus masculis filiæ non succedant, dicunt Moderni in lege uenia. C. de in ius uocand. facit illud quod de Velleiano dicitur, in lege qui exceptionem, ff. de condictio. indebit. Et quia

emanauit ad repellendas fraudes, ꝙ utili tatē animę respicit, fauorabilis dicitur, ꝑ ea quæ Bar.& Mod.tradunt in l. si constā te, in 9.col.in princ.ff.sol. matr.cum aliis, quæ scribit Ias.in l.fi.ff.de in ius uoc Et secundum hoc lata fieri debet interpretatio. Et quamuis regula de collatione loquat, quo casu uideretur excludi præsentatio, iuxta casum, c.cum illis.§.i.de præbe.in 6. illud in ambitiosis procedit, ubi stricta fit interpretatio, ut dicunt Domin.& Phil. Secus uero in materia fauorabili, uel indifferente, ut ista. Quia tali casu uerbum collā tio, lato sumpto uocabulo præsentationē comprehendit, ut concludit Rota in decis. 448.incip.fuit dubitatum, utrum habens, in tit.de præb.in nouis. Hinc uidemus, ꝙ tex.in c.auaritiæ,& in c.ꝗ sit,& in c. ut qs duas,& in c.si.de elect.lib. 6. licet loquan tur in elect.& confirmationibus, tamen habent locum in præsentatione iurisp.ut cō cludit Lapus alleg.8.& Cald. tit. de elect. consil.8.concord.ut scribit Roch. Curt.in tract.iur.patr.in uet.honorificum.q.39.& reassumunt Moder.in nouo tract.iur.patr. fol.300. cum quatuor sequ. Et ita quo ad tex.in c.auaritiæ, conclusit Rota in vna Salamantina capellaniæ coram R. P. D. Marcello.13.Ian.1533. Si, etiam & text.in c.1. ut lite pend.lib.6.licet de præsentatione, seu beneficiis iurisp.nullam faciat mentionem, tamen propter pariformem rationē habet locum in dictis beneficiis, ut idem Curtius late probat in d.trac.in uerbo, honorificum, q.23.& repetunt Mod.in nouissimo tract.iur.pat.fol.208.& seq. Et ita Rota tenuit in una Bateh.beneficii S.Christophori coram eodem D. Marcello, die 26. Nouembr. 1535. Et ita uidetur etiam hic dicendum, ꝙ regula ista, licet de beneficiis iurispat.mentionem non faciat, nihilominus propter eadem rationem habeat locum in eis.

Pro resolutione tamen huius quæstionis distinguo plures casus. Primus est in præsentatione, & in ista, regula locum non habet. Ratio est, quia præsentatio pertinet ad patronum respectu uerò præsenta ti regula etiam adaptari potest. Quia si præsentatus in infirmitate constitutus renuntiat præsentationi de se factæ, nō dicitur beneficium renuntiasse, de quo loquitur ista regula. Ratio est, quia per præsentationem solum acquiritur ius ad rem, ut dicunt Domini in decis. 328. in antiq. & tradit Abb.& alii communiter in c. quod autem. de iure patron. Imo plus uoluit Abb.in c.cum Berth.post gl.3.ibi in 2.col. de re iud.ꝙ præsentatus ante institutionē nullum ius habet in beneficio, sed bene habet ius ad petendum illud perseuerante patrono in eadem uoluntate. Et hoc dictum Abb.sequitur ibi Fel.& plures alii, quos cumulat Curtius in tractatu iurispa. in uerbo, ius.in 4.q.& dixi latius superius in reg.proxima.q.1. Et adeo hoc est uerū, ꝙ si præsentatus tunc in curia moreretur, non diceretur per hoc in curia beneficiū uacare. Quia ut dicatur beneficium in curia uacare, requiritur quòd beneficium suum dicatur, & non debitum, ut not. Archi.in c.si electio.de elect.li.6.& alii quos allegant Mod.in tract.de benef. in 1. q. 3. partis. Sic igitur isto casu concludendum est, regulam istam locum non habere.

Secundus casus est in præsentato & instituto renuntiante tali beneficio in infirmitatem, & putarem adhuc regulam istā non comprehendere istum casum. Ratio est, quia regula ista loquitur in beneficiis, quæ libere possunt renuntiari, & quæ per collationem superioris concedū tur. Sed beneficium iurispatronatus non est huiusmodi, quia præsentatus & institutus non potest sine consensu patroni beneficium renuntiare, ut dicit Inn.in c.fi.in fi.de ren.& hoc clarius firmat Abb.in c. significatum.in 2.colu.de prębend. cum de concord.quæ congerunt quidam Moder. in tract.nouo iurispatron.fol.401. Et ante ipsum Rochus Curtius in eodem tracta tu, in uerbo honorificum, in 3.& 51.q. Adeo quòd si præsentatus sine consensu patroni renuntiasset, patronus posset ad tale beneficium sic per renuntiationem uacans iterum alium præsentare. Ita quòd cum præsentatus & institutus in infirmitate renuntians non ualeat, nisi cum consensu patroni libere renuntiare, cessat in eo fraus quæ consideratur in ista regula. Nam, ut sæpe dictum est, ratio istius regulæ fuit, ne infirmi ex illa infirmi

tate morituri sub colore renuntiationis, de beneficiis, sicut de rebus profanis, post mortem eorum disponere uideantur: & per hoc fraudarentur expectantes, & fieret praeiudicium ordinario. Cum igitur talis consideratio non possit habere locum hoc casu deficiet per consequens dispositio istius regulae.

Tertius casus est quando infirmus renũtiat in fauorem certae personae beneficiũ iurispatronatus de consensu patroni. Et iste casus est magis dubius, si renuntians infra uiginti dies moriatur. Et certè adhuc putarem cessare regulam ex eo, quia ubi est consensus patroni, ad quem in omnẽ euentum pertineret praesentatio beneficii uacantis, siue per renuntiationem, siue ꝑ mortem cessare uidetur fraus, arg. eorum quae dicuntur in l. fin. C. de bonis quae lib. ubi minor alienans praesumitur circuuẽtus. Vbi uerò interuenit consensus eorũ, ad quos pertinet cessat fraus, facit etiam l. fin. C. de pact. Sic erit hic dicendum. Et isto casu militarent omnes rationes Decii in d. cons. Est bene uerum, quòd ubi apparet, patronum per sordes cõcessisse, aut inhabilem approbasse. ꝙ tali casu uideretur locus esse regulae. Praesertim si patronus esset clericus, in quo maior puritas requiritur. Hoc tamen non teneo pro constanti. Remota tamen fraude patroni, mihi placet opinio Decii propter dissimilitudinem collationis & institutionis. Inter quae est magnum discrimẽ, ut latè probat ibi Decius. Et quia quando papa mouetur sola uoluntate taxando numerum dierum, ut hic, non proceditur de similib. ad similia, sed prohibetur extensio, secundum Bal. in l. 3. col. 2. uers. ex quo. C. de iure dot. Solum obstat hic unum, quia licet isto casu non fiat praeiudicium ordinario, nec fraudentur expectantes, tamen militat alia ratio, uidelicet, ne de beneficiis ꝑ obitum uacaturis per modum ultimae uoluntatis disponatur. Et ista ratio procedit siue consentiat patronus, siue non, quia consensus patroni non potest facere licitum quod prohibetur, ut illicitum. arg. l. nemo potest, de leg. 1. Et ideo ex alio opinio Decii potest sustineri, ex eo, quasi si sub dispositione istius regulae beneficia iur. pat. comprehenderentur, patroni priuarentur sine culpa facultate praesentandi, & sic uideretur haec constit. in praeiudicium patronorum inducta, & hac de causa patroni abstraherentur a fundationib. & dotatione ecclesiarum, propter quam rationem dicunt communiter doct. in ca. 2. de praeb. li. 6. & Fel. in tract. quando literae apostolicae not. pat. in 1. & 2. col. ꝙ dispositio quantumcunque fauorabilis, nõ comprehendit beneficia iurispatron. nisi specialiter fiat mentio. Et ista consideratio militat omni casu quo patroni priuãrentur iure praesentandi. Secus uerò ubi tale ius principaliter illis non tollitur, licet secundario. & ex post praesentati ab eis aliqua exceptione submouerentur, ut in regula de Annali, quae tali casu non cõprehendit beneficia iurispat. laicorũ non tollendo principaliter praesentationem, sed submouendo praesentatũ impetrantẽ prouisionem a papa de consensu patroni non facta mentione regulae, unde exceptio illius repellitur propter eius negligẽtiam. Et licet secũdario ex hoc uideantur patroni frustrari praesentatione facta, nihilominus hoc fit principaliter in odium patroni, sed impetrantis, & ideo considerari non debet. ar. l. si qs nec causam, & quae ibi late notant moder. ff. si cer. pet. ut dixi in d. regula de Annali, q. 27. & in regula proxima. q. 3. Habes igitur ex praedictis intellectum ad dicta doct. uolentium sub generalibus dispositionib. non comprehẽdi beneficia iur. pat. qualiter intelligantur.

QVAESTIO XVIII.

QVaero, an regula procedat in eo infirmo qui renuntiauit iuri suo quaesito in beneficio uigore alicuius gratiae?

SOLVTIO. Iste casus contigit praeteritis temp. in Rota in una Val. canonicatus, & praebendae coram D. Martino de Spinosa in qua fuit dubitatum, utrum ista regula habere locũ in eo qui resignauit ius, quod habebat solum per supplicationem signatam, nec habuerat possessionẽ, nec literas expeditas. Dubium faciebat, quia ex quo resignatio fuerat facta literis non expeditis, causa illa reducta erat ad non causam, sm Egi. decis. 644. inci. si papa prouidet mihi, & 609. impetrãs beneficium

cium. Nam supplicatio sine literis est gratia informis, ideo nihil tribuit, quia forma est q̃ dat esse rei: ideo uoluerũt doct. literas haberi loco tituli, ut Comp. in c. statuimus, ad fi. de rescr. & Ioan. And. in c. 1. de lit. cont. li. 6. Rota 457. in not. Milis in uerbo, gratia apostolica. Accedit quia rectè considerando cessat hoc casu ratio istius dispositionis: quæ fuit, ne per huiusmodi renuntiationes infirmorum defraudentur ordinarii in conferendis beneficiis uacantibus & expectantes etiam excludã tur ab acceptando talia beneficia. Ideo inducta fuit prouisio istius regulæ, ut fraudes huiusmodi tollantur. Sed ista ratio non uidetur militare in resignatione iuris, quia in eo non fraudantur ordinarii, nec expectantes, quia ordinarius conferre non potest, nec expectantes acceptare, nisi beneficia uacantia de iure, & de facto ut in c. cum nostris, cum similib. de conce. præb. & in decis. 196. habens gratiam, in no. & decis. 52. tit. de cõces. præb. in antiq. alias numero 608. inci. si aliquis expectãs.

Istis tamen non obstantib. contrariam opinionem tenuit Rota in prædicta causa Valentina, in qua die 13. Martii 1514. omnes Domini ita concluserunt, excepto D. Paulo Capisucco, à quo in scriptis istam decisionem habui, qui tenuerat partẽ negatiuam. Et ratio Dominorum fuit, quia statim ꝙ supplicatio est signata, inconti nenti est ius quæsitum, & gratia est in se perfecta, per no. per Arch. Io. And. & alios in proœ. 6. in nouella. vnde cum ius sit quæ situm, succedit illud, ꝙ paria sunt, habere ius quæsitum ad rem, uel habere rem. l. q̃ habet. ff. de reg. iur. Vnde sicut ista regula procedit in resignante beneficium plenũ, ita locum habebit in resignante ius. Pro qua decisione optimè facit Rota 882. in ci. Nota ꝙ ubi gratia est facta. in antiquis. Præterea, pro ista opinione facit mens istius regulæ: quia clarum est regulam habere locum, quãdo ille in fauorem, cuius resignatio admittitur, consequitur cõmodum resignationis, pp quod arguitur fraus, uel quia renũtians cogitans se moriturum, inducitur ad renuntiandum. Quo casu, ne detur successio in beneficiis & licentia libera, ut quis de illis ualeat disponere sicut de rebus temporalibus, fuit hæc regula introducta. Sed istæ rationes omnino militant in renuntiatione iuris: quia per illam acquiritur commodum resignatario, & resignans consequitur effectum, quem intendit. Igitur regula in illis procedet. Nec obstat si diceretur renuntiationem iuris posse fieri in manibus simplicis notarii, uel etiam laici. Et tamen resignatio beneficii fieri non potest, nisi in manibus habentis autoritatem instituendi & destituendi, prout dicit decisio Rotę 290. in antiq. incip. non quælibet. Quia illud procedit respectu iuris quærendi. Et ita loquitur prædicta decisio. Secus uerò ratione iuris quæsiti, quia tale ius debet in manibus superioris renuntiari, sicut beneficium, ut declarat decis. 573. quidam caid. sub tit. de renun. & decis. 845. patronus. &c. in antiq.

Nec obstat ꝙ ius per supplicationem literis non expeditis sit informe, quia illud est uerum, quo ad effectum canonizationis in iudicio fiendæ, in quo datum esset de regula de non iudicando literis nõ expeditis. Secus uerò de iure, quia sola supplicatio tribuit ius considerabile in extraiudicialibus, ut dicit prædicta decisio. 482. in antiquis. Imò etiam considerare tur tale ius in iudicio ad effectum canonizationis, nisi exciperetur de regula. Itaque de iure opinio Comp. non procedit, cum sola supplicatio in beneficialibus signata tribuat ius, & operetur plures effectus; quos enumerabo latius in regula de non iudi. literis non expeditis. Nec etiam obstat, si diceretur ꝙ beneficium uacans de iure, licet non de facto conferri non possit, nec acceptari, quia illud non est uerũ, ut est gl. cõiter approbata in c. licet Episcopus. de præb. lib. 6. quia cum collatio & acceptatio sint actus extraiudiciales fieri possunt nulla facta citatione possessoris: quia quilibet potest conferre ius ad se pertinẽs licet nõ uacet de facto, ut dicit ibi gl. quã sequitur Abb. in cons. 34. col. fi. lib. 2. & ante ipsum cardinalis cons. 132. col. fi. & alii plures, quos omitto. Nam non est dubiũ beneficium dici uacare per obitum illius, qui solam supplicationem habebat, licet neque literas expeditas nec possessionem

haberet, ut dicit prædicta decis. 882. Et ideo conferri potest. Et illa quæ in contrarium fuerunt adducta, respiciũt subreptionem, ut uidelicet non ualet collatio episcopi de beneficio uacante de iure, & nõ de facto, nõ facta mentione possessionis: illa.n. respiciunt impetrantem, qui debet de possessione alterius facere mẽtionem, ut ibi, Quod etiam procedit, quando possessio alterius esset colorata: si uerò esset notoriè iniusta, etiam nulla facta mentione, ualere collatio & acceptatio quo ad impetrantem: ut declarat Abb. in d.c. cum nostris & reassumit Fely. in c. in nostra. in 36. corr. de rescr. Et ita, ut dixi, secundum istam opinionem conclusit Rota, de qua quæstione dicam etiam in regula de publicandis resignat, quia etiam ibi contigit de facto.

QVAESTIO XIX.

QVæro, quid in renuntiante causa permutationis de imparibus beneficiis an ista reg. habeat locum?

SOLVTIO. D. Pet. And. Gamarus auditor Rota, uir certe de hac iuris disciplina benemeritus, in repe. c. 1. in 5. col. uers. sed quid dicimus, de rer. perm. lib. 6. tenet simpliciter istam regulam habere locum in resignatione facta ex causa permutationis & hoc non uidetur habere dubium, cũ in regulis antiquis & modernis expresse hoc dicatur, sed regulæ non declarant modum permutationis. Et ideo maius dubiũ est, an regula intelligatur in omni permutatione, tam de beneficiis paribus, quàm imparibus. Et ad hoc uidetur dicendum, regulam tantum restringi debere secundum terminos, c. 2. de renun. lib. 6. ut uidelicet debeat tantum intelligi de permutatione impari, quæ uidetur fraudulenta, non de alia. Nam ista regula sumpta fuit ex uisceribus d. c. 2. A quo quidem tex. ut superius dixi, ista constitutio spiritum uitæ accepit, iuxta tradita per Io. de Ana. in c. audiuimus, in 2. not. de col. deteg. qui de ista regula meminit, tex. ergo in d. c. 2. loquitur de ꝑmutatione beneficii pinguis, cum tenui ab infirmo facta, ad effectum, ut beneficium tenue uacare, & sic fraudarentur ordinarii, uel expectantes, Ergo ista regula debet intelligi ſm terminos illius tex. Et ita de tali permutatione loquitur decisio Rotæ Thomæ Fastolli in causa 6. dubio 20. & decis. 361. nota præsumitur, &c. in antiq. Et in eadem loquitur doctus ille glossator Pragmaticæ, fol. 97. Et reassumunt Mod. in tract. de benef. in 47. q. 3. partis. col. penul. & ratio istius decisionis est: quia eo ipso ꝙ permutatio de beneficio pingui cum tenui fit in infirmitate, præsumitur fraudulenta, ut dicit Imol. in l. filiæ meæ, & ibi Bal. ff. sol. mat. Sequitur Soc. cons. 83. miror, &c. lib. 3. Nam licet sola permutatio beneficii pinguis cũ tenui non arguat fraudem, ut in decis. 2. de rer. permu. in antiquiori, ubi tamen fit ab infirmo, præsertim cum amico uel consanguineo, nemini est dubium, talem permutationem fraudulentam præsumi, ut dicunt præfati Doctores. Facit ad hoc, quod in notabili casu infirmi consuluit Pet. de Anch. in cons. 430. inci. fuisset expediens. Et in casu prædictæ permutationis disparis ab infirmo facta, ꝙ fraudulenta præsumatur consuluit Old. in cons. 314. in 3. col. Et hoc in terminis tenuit Egi. decis. 344. facit decis. eiusdem 435. faciunt ea, quæ scribit Soc. in cons. 53. uers. præterea dicit. lib. 3. Et ita in similib. terminis tenuit Rota in una Tarac. parochialium coram d. Paulo Capisucco, 28. Ian. 1530. quę uoluit extrauag. bonus pastor. nõ habere locum in beneficio fictè permutato cum uero, prout est beneficium de Pertica, qđ ſm consuetudinem illius diœces. ad effectum permutationis faciendæ fingi solet, & appellatur de Pertica, ut latius scribo in decis. super hoc facta. Concludo igitur breuiter, ꝙ ista regula intelligatur tantũ de illa permutatione infirmi, de qua text. in d. c. 2. & præfati doct. præsumunt fraudem: quam in terminis istius regulæ considerat Felyn. in c. quia uerisimile. de præsump. post Abb. & alios ibi. & latius Petr. de Anchar. in consilio 388. cum aliis superius allegatis. Secus uero in permutatione, quam infirmus cum alio facit de beneficio æquali & pari. Nam in tali permutatione non puto regulam procedere. Et ad hoc ita dicendum suadet ratio naturalis & æquitas. In primis, quia negari non potest regulam istam exorbi

tare

stare à iure, & esse pœnalem. Debet igitur restringi tantum ad casum, ubi de fraude suspicatur: ubi uerò beneficia permutata cum infirmo essent æqualia, cessat fraus cessat denique præiudicium ordinariorũ & expectantium. Nam licet infirmus hoc casu dimittat per resignationem benefi cium, quod habet: nihilominus tñ aliud simile & æquale beneficiũ adquirit, quod subintrat in locum dimissi, & uacabit tan dem per infirmi obitum, quod ordinarii conferre & expectantes acceptare pote runt. Quæ ratio cessat, quando infirmus pingue beneficium pro tenui permutat, quia in tali casu manifesta est fraus, & prę iudicium prædictorũ per prædictos Doct. coniecturatum: & ideo hoc tantum casu regula locum habere debet, ut quantũ fie ri potest, concordet cum iure communi, iuxta not. in c. causam. de rescript. & c. cũ dilectus. de cousuet.

Nec obstat, ꝙ regula ista generaliter & simpliciter loquitur de permutatione, & sic debet utranque permutationem inclu dere, licet minor ratio sit in vna, quàm in alia. arg. text. in l. i. §. ꝙ autem. ff. de lusu aleæ, & aleat. Nam plùs & minus non dif ferunt specie, ut in l. fin. ff. de fun. instruct. quia respõdetur, ꝙ generalitas dispositio nis ampliatur, & restringitur secundũ sub iectam materiam, ut dixit glo. fi. per illum text. in c. si Papa. de priu. lib. 6. Nec est re fe renda ad ea, de quib. non est uerisimile di sponentem cogitasse, ut tradit Ias. in l. Lu cius. de libe. & posth. & latiùs in l. si de cer ta. C. de transact. Et hoc casu plus & minus differũt, qñ est diuersa ratio, ut dicit gl. & Bal. in l. pen. ff. de noua. Declarat Ias. in l. q bis idem in 3. col. ff. de uer. obl. dixit in tra cta. expecta. nu. 99. cũ seq. Et ultra pdicta cir ca huiusmodi pmutationes beneficiorũ te nuiũ cũ pinguib. ab infirmis factas, uidẽdũ est per Pet. de Anch. in cons. 383. & in cõs. 385. & Pet. de Perusio in tracta. de rer. per mut. col. 7. & Andr. Sicul. in quodã suo cõ silio, cuius numerus nũc euanuit è memo ria, interruptione facta alterius negotii.

QVAESTIO XX.

QVæro, an regula ista habeat locũ quã do fit resignatio, reseruatis fructib.?

SOLVTIO. Olim R. P. D. Dominic. de Iacobatiis, insignis auditor Rotæ, & po steà Cardinalis, in quibusdam suis A postil lis ab eo scriptis, adnotauit istum casum, & refert Rotam fortè tenuisse tempori. suis regulam nõ habere, locum per ea quæ dixit Card. in ca. cum olim. cl. 2. de priui. col. fi. uer. quęro quomodo scietur., &c. Et nihil aliud dicit. tamẽ ego satis dubito de ista decisione, ex eo, quia illa talis reserua tio in infirmo iamiam morituro, ex quo est parum duratura, uidetur quędam pal liata fraus ad effectum circumueniendi re gulam. Nam per huiusmodi reseruationẽ fructuum non cessat ratio regulę superius allegata. Nec tollitur præiudicium, quod infertur ordinariis & expectãtib. ad quod obuiandum processit ista regula. Et dictũ Card. loquentis in eo, qui uendit rem, retẽ to usufructu, non uidetur posse bene ad propositum adaptari. Et ideo cogitãdum est melius super hoc.

QVAESTIO XXI.

QVæro, An ista regula habeat locum in beneficio patrimoniali?

SOLVTIO. Fely. hic in quibusdam suis additionibus dicit ꝙ non: ex eo, quia illius renuntiatio non nocet expectantib. nec ordinario, & propterea cessat fraus, & dolus in ista regula. Sed aduerte, quia ista opi. non uidetur uera. In primis negari non potest beneficia patrimonialia, quæ hodie dantur in titulum perpetui bene ficii, esse uerè, & realiter beneficia ecclesia stica, & eorum appellatione comprehen di, ut tradit Fely. in c. postulasti. in 8. col. de rescrip. sicut etiam de præstimoniis, & de hospitalibus dicit Fel. ibidem. in 1. col. & in c. in nostra. eo. tit. & in ca. de quarta. de præscript. Cum igitur regula ista sim pliciter de beneficiis loquatur, non erit du bium talia comprehendere.

Non obstat ratio Felyni, uidelicet, ꝙ p renuntiationem beneficiorum patrimo nialium non præiudicetur ordinario, nec expectantib. quia hoc nõ sufficit. Nã qñ in lege cõsiderãtur plures rãtiones, licet una ratio cesset, aliæ militare videntur. §. affini tatis. eũ vulg. instit. de nup. Nam pręter il lã rõnẽ, reg. ista hẽt aliã, uidelicet ne bene

ficia

ficia dentur per uiam successionis, postq̃ eis renuntians uti non potest. Nam infirmus uidens se iam moriturum ex illa infirmitate, fortè consilio medicorum, ne beneficium uacet per obitum, in fauorē alicuius consanguinei, uel amici renuntiat. Et sic isto modo disponit de beneficio suo, non alias facturus, si infirmitatem euadere se putaret. Et hoc modo aperitur uia disponendi in articulo mortis de beneficiis ecclesiasticis, quasi per uiam testamenti, & ultimæ uoluntatis, & affectionis carnalis, quod fieri non debet. c. 1. & c. ratio. de præb. Quamobrem Romanus pontifex ad euitandas huiusmodi fraudes, disponit hic, q̃ si infirmus renuntians moriatur infra uiginti dies, beneficium censeatur uacare per obitum. Et licet hoc casu ratio Fely. cesset, quia huiusmodi patrimoniale beneficium uacans per obitum non potest ordinarius cōferre, nec expectans accepta re: tamen non cessat prædicta ratio in qua sustinetur dispositio, iuxta ca. si eo tempore. de rescript. lib. 6.

Nec obstat, q̃ præsumi non debet ista fraus in infirmo maxime morituro, cū præsumatur potius memor salutis æternæ, &c. quia hoc non sufficit, per ea quę dicit Bal. in auth. si dicatur C. de test. & in c. sicut. de testi. & in l. generaliter. C. de non nume. pecu. & Bar. in l. si quis in graui. §. 1. ff. ad Sille. dicentes, q̃ quamuis aliquis sit in extremis, non propterea, in factis suis præsumitur esse: Io. Euang. etiam si corpus Domini recepisset, ut dicit Bal. in §. consules. in fine. in ti. de pac. Const. opinio tamen Felyni posset vno casu sustineri, uidelicet quando renuntiatio per infirmū fieri nō posset liberè sine consensu filiorum patrimonialium, ad quos præsentatio, uel nominatio per obitum uigore statutorū, priuilegiorum, uel consuetudinis pertineret. Nam talis casu ex quo persona resignataria censeretur adprobata per plures nō habentes interesse sanguinis, præsumeretur facta talis resignatio potius intuitu iustitiæ & utilitatis ecclesiæ, quam amore carnali, sicut diximus de beneficiis iurisp. Nā per talem consensum tollitur omnis suspicio fraudis: arg. l. fi. C. de pact. cum similib. tenēda tñ est opi. Rotę, pp eius autoritatē.

QVAESTIO XXII.

Quæro, An ista reg. habeat locum in officiis curiæ?

SOLVTIO. Ista quęstio habet tria capita: quia aut loquimur de officiis secularibus ut sunt scriptoriæ apostolicæ, portiones, & similia officia, quæ uenduntur & retinentur ab uxoratis. Et iste casus secundū regulam Iulii, & Hadr. expeditus erat, qui expressè uoluerunt talia officia comprehēdi. Tamen secundum regulas antiquas & Moder. in quibus nihil de officiis dicitur, non comprehenduntur, non solùm, quia de illis non fit mentio, sed quia in eis cessat ratio finalis regulę quæ de beneficiis ecclesiasticis loquitur, quæ uendi nō possunt, ut officia, sed per collationem conceduntur clericis non uxoratis.

Nec obst. q̃ in aliquibus officia æquiparantur beneficiis ecclesiasticis, ut not. Soc. in consil. 53. sequitur Dec. in l. fi. in fi. nu. 3. C. de pac. quia in casu, in quo loquitur Socin. militat alia ratio multum diuersa à casu nostro: in qua nō solum uerba istius regulæ, sed etiam mens aduersatur. Nam in officiis secularibus curiæ non est prohibita successio, ex quo illa uendi possunt, & per consequens in articulo mortis trāsferri, tanquàm res profana. Nihil igitur est q̃ ibi de successione illicita uel de fraude ordinariorum, uel expectantium suspicemur. Et ideo ista reg. in illis non procedit Aut uerò loquimur de officiis spiritualia. de quib. loquitur tex. in c. cū accessissent. de const. & c. dudū. el 1. de elec. & c. quod Dei timorē. de sta. mo. & secundum rationem, quam in simili q. ponit Fed. & communiter alii, regula non haberet locū. sed Collectatius contrarium tenet in c. pen. in 3. col. uersi. quid si mandetur. de uer. sign. Et pro ista opinione faciunt ea quæ tradunt Moder. in tract. benefic. q. 2. 1. partis. Quia in istis officiis ecclesiasticis mens & ratio regulæ concurrit. Aut loquimur de officiis mistis, ut officium Vicecancellarii, uel maioris Pœnitentiarii, & similibus, quæ non dantur, nisi habentibus aliquem ordinem sacrum. Et si talia officia possunt libere resignari, subiacent isti regulæ propter prædictas rationes. Nam licet percipient de tēporalitate

tate,& aliquando talia officia uēdantur: tamen quia sunt annexa ordini, & etiam hodie adhærent pileo Cardinalatus, iudicantur,ut spiritualia:arg.c. quanto. de iudic. Et tenet Nicol.de Ybal.in tract.succes.ab intest.cleri. col.pen.Verùm hodiernis tamen temporibus prędicta officia nō ita dantur,ut liberè cedi possint sine licentia papæ. Ideo in eis cessat ista regula, sicut in consistorialibus.

QVAESTIO XXIII.

QVæro, an ista regu. procedat in altaribus,uel in patrimonio, ad quę quis in ti t.beneficii ordinatur?

SOLVTIO. De patrimonio nō est dubium, sed maior difficultas est in altari; tamen si illud datur in titulum, tollitur omnis difficultas,ex eo,quia tunc dicitur beneficium,ut uul.gl.1.circa fi.in clc.2.de deci.Quę uult, ꝙ illa cle.quæ loquitur de beneficiis, habeat locum in altari, uel capella,quæ dantur in titulum. Et eandem opin.tenet Domi.in c.1. col.fi.de cōsuet. lib.6. Et ꝙ altare sit beneficium simplex, tenet Abb.in c.recolentes. in uer.altaria. de sta.mona.Sequitur Dec.in consil.210. uiso puncto.in.1. col. Et hoc idem in oratorio uidetur dicendum,quia ex quo ri possunt in titulum beneficii, ueniunt eorum appellatione, ut not.Ab.in c fi. in fi.de censi. Distinguendo tamen,vt per Mod.in c.ex parte.2.nu.4.de rescrip. Regula ergo ista, quę de beneficiis loquitur, habebit locum in altaribus, capellis, uel oratoriis,quæ in titulum perpetui beneficii concedi solent, de quibus scribunt quidam Mod.in nouo tracta.iur.patr.ful. 45.& 98.quæ non refero.Sed in titulo patrimonii locum nō habebit, ex quo illud datur,quousque episcopus de reditibus ecclesię prouideat,ut not.ī c.tuis.de pręb. & non est propriè beneficium ecclesiasticum, licet loco tituli detur. de quibus tamen aliquid dicam in regula de annali.

QVAESTIO XXIIII.

QVęro, an ista reg. procedat in hospitalibus? De ista q.dicam latiùs in regulis de annali & triennali, & in quibusdam aliis regu. Ideo hic nihil scribam, quia ex rationibus ibi positis quæstio ista potest decidi.

TERTIA PARS

Varios continet casus.

QVAESTIO XXV.

QVæro,quare magis papa per istam regulam terminum uiginti dierum, quàm quindecim uel triginta,præfixit infirmo resignanti?

SOLVTIO. Decius in consil.20. in 2. parte,aliàs consil.224. dicit hoc fuisse arbitrarium,iuxta glo.ratus.in l. 1. ff. de postul. Cuius opinio ex eo suaderi potest,qa uidemus antiquos renuntiationem fraudulentā existimasse, si infirmus resignans moreretur infra octo dies, ut patet in decis.361.in antiq.repetita per Egid.in decisio.344.Aliquando enim requirebatur tēpus decem uel duodecim dierum, ut Fastolus in quadam deci. refert Papa uerò hic constituit tempus uiginti dierum: Extrauagans uerò Innoc. quæ incipit, sicut bonus pastor, eodem casu mēsem statuit. Ex quibus apparet hoc arbitrariū fuisse.

Quid igitur dicendum? Puto tempus uiginti dierum non fuisse arbitrariū, sed certa & uerisimili ratione, & cum mysterio à tam multis pontificibus constitutū.

Quod ex eo argumentū capimus:quia præsumere infirmos infra uiginti dies ex eadem infirmitate obiisse, præambula cōiectura & cogitatione mortis,non aliunde prouenit, nisi quia insignes medicos ex longa rerum experientia hoc scripsisse legimus quos summos Pōtifices in hac parte consuluisse credendum est.Illi.n.in morbis acutis terminū 20.dierū statuisse, ꝙ deprehendi queat mortalis infirmitas certū est.Nam,ut testis ea in re Hippocrates in Aphorismis, particula secunda, Aphorismo 24. & Galen. ibidem in sua Paraphrasi,infirmitatis acutę tres habentur cognitiones indicatiuæ crisis, quæ infra 20.dies terminantur.Abinde aūt nulla est certior cognitio,ex eo,quia abinde declaratur infirmitatē nō esse de acutis.

Prima igitur cognitio contingit quarto die infirmitatis,quæ est indicatiua septimi, id est, in illa quarta die intelligimus,nunquid in septimo die debeat esse crisis, uel non. Et undecima dies infirmitatis est indicatiua decimiseptimi: & dies

de

decimusseptimus est īdicatinus uigesimi. Itaq; in istis tribus hebdomad. finitur cognitio, & infirmus moritur. Quod expressius declarat idem Hippocrat. libro 3. Prognost. in hæc uerba: Quibus febris permanet, nec labore grauatur, nec multum molestantur vuluæ dolore, his apostema futurum est in iuncturis inferiorum partium post dies uiginti. Quibus febris lōgæ, &c. Et subdit, Viginti diebus transactis, post febrem oportet ut expectetur exitura, cū pertransit ęgritudo uigesimum diem. Hęc ibi. Ex quibus uerbis apertè colligitur, in firmitatem omnē, quæ infra uigesimum diem hominem interficit, esse de grauib. & acutis, quę prędictis signis cognoscitur. Vbi igitur medicus uidit talia signa infirmitatis acutę quæ uelocissimè infrà dictū tempus hominem necant, uerisimile est, medicum certiorem infirmum reddidisse prout illum, & eius consanguineos de periculosa infirmitate admonere tenetur, ut animæ suæ & rebus suis consulat, ut habetur in c. cum infirmitas mortis cogitatio ne tacti, facilè ab amicis uel consanguineis ad faciendas huiusmodi resignationes inducuntur, & isto modo infirmi de beneficiis suis, sicut de re temporali disponunt. Videntes igitur Romani Pontifices hęc cōtingere posse, ueluti à uiris peritis edocti, quorum copia apud ipsos esse solet, constituerunt in hac regula terminum huiusmodi uiginti dierum, infra quem si infirmi resignantes morerentur, uoluerunt beneficia resignata, non per resignationem, sed per obitum uacare cēseri: hac, ut dixi, mori ratione, ne infirmi grauiter ęgrotantes certificari per medicos in primo uel secūdo crisi de genere infirmitatis mortalis, de beneficiis, sicut de prædiis, bonis immobilibus in consanguineos suos, uel alios amicos, quasi testamentum condentes disponant. Qui quidem disponendi modus à sacris est Canonibus reprobatus, ut apparet in c. plerique. & in c. apostolica. 8. q. 1. Ideo bona fuit ista prouisio, quæ fraudes huiusmodi sustulit: nec fortuitò ut Dec. putabat, sed optima & certa, conside ratione sancita.

Ex quibus omnibus fit breuis conclusio ꝙ infra 20. diem potest cognosci infirmitas mortalis, infra quem si resignans infirmus moritur, non ualet resignatio: quia præsumitur consultò illam fecisse ob prædictam causam, præsertim, quia ut dicit Saly. in l. furiosum. C. qui test. fac. pos. infirmi graui infirmitate laborantes non præsumuntur esse in sana mente: sed ista cessant, quando infirmus obiit post uiginti dies. Quia signū regulariter est, ꝙ infirmitas non erat grauis. Et ideo tali casu fraus, & dolus, & defectus mentis cessant. Ista sunt, quę mihi super ista quæstione occurrunt, quæ licet ampliari possent: ne tamē in infinitum procedatur, acquiesco. Satis enim fuit occupato uiro, cuiusmodi ego sum, uiam nouitati præstitisse.

QVAESTIO XXVI. 1

QVæro, an regula ista procedat in renūtiatione facta extra curiam coram ordinario uel legato?

SOLVTIO. Videtur dicendum, ꝙ non, ut in terminis consuluit Deci. in consil. 224. in casu proposito in fi. Mouetur duabus rationibus.

Prima, quia regula ista de renuntiatione loquens, debet intelligi in dubio de ea quæ fit in manibus papæ. Et licet ad hoc nihil alleget: tamen facit quod dicit Anton. de But. in c. sua. de offic. uic. & facit l. quæritur. ff. de sta. homi.

Secunda ratio Decii est, quia summus pontifex facilius decipi ac fraudari pōt, quàm ordinarius: ut no. in clc. 1. de offic. ordin. Igitur necessaria magis fuit prouisio regulæ istius in resignationib. factis in curia corā papa, quàm coram ordinario. Ita concludit Deci. in d. consilio.

Addo, pro ista op. bene facere tex. istius regulæ, dum disponit illos uiginti dies cōputari debere à die prēstiti cōsensus, & nō resignationis factæ, non alia de causa, nisi ut aperte ostenderet stylum curiæ, qui hac formam præstandi consensum in cancellaria, uel in Camera introduxit, cùm tamen extra curiam unico contextu fiat resignatio coram ordinario, & præstetur consensus, imò actus ipse resignationis est unus, & idem cum consensu. Ergo dicēdum est, regulam tantum renuntiationes factas in curia, non extra considerasse. Et quia etiā rectè intuenti renuntiatione factæ extra curiam

curiam non conueniunt uerba regulę, igitur nec dispositio locum habebit. l. hos accusare. §. in omnibus. de accusat. cum similibus.

Hoc etiam suadetur, quia uidemus consensum in curia precedere aliquando, & interdum sequi signatam supplicationē, iuxta cap. cura. de iure patro. & decis. 5. de rer. permuta. in no. quod extra curiam nō seruatur. Vltimo, pro ista opin. facit, quia constat plures alias regulas in modo loquendi huic nostræ similes, non habere locum extra curiā, ut patet in regula de exprimendo ualore: & regula, ꝙ dispensationes non suffragentur, nisi literis expeditis, quæ non habet locum extra curiam, secundum interpretationem Rotæ, ut ibi dicetur: ergo neq; ista locū habere debet.

Sed prædictis non obstantibus uerior uidetur opinio contraria: pro qua faciūt rationes sequentes. Prima, quia clarum est regulam factam fuisse, ut fraudibus infirmi renuntiantis, & illorum, in quorum fauorem renuntiatum fuit, occursatur: quia eo ipso, ꝙ renuntiatio facta reperitur in infirmitate, præsumitur fraudulenta, ut dicit Alex. in l. filiæ. ff. solu. mat. Et hoc ex eo suadetur, quia infirmus non præsumitur esse in sana mente, ut dicit Sal. in l. furiosum. C. qui testam. fac. pos. Sed ista ratio militat extra curiam. Igitur regula erit generalis. Et quia absurdū uidetur, quòd infirmi cogitatione mortis inducantur quasi ad disponendum per uiam ultimæ uoluntatis de beneficiis in fraudem ordinariorum & expectantium, ut in specie considerant quidā doctissimi repetentes, uidelicet quidē Guliel. Benedicti in repe. cap. Raynutius. fol. 161. nu. 26. de testa. qđ prohibitum est, & reprobatum à iure, ut in ca. apostolica. 8. q. 1. Ista enim ratio generalis est tam in curia, quàm extra curiā. Ergo & regula erit generalis, ex qua non solum uerba, sed & mens inspicienda est, ut dicit text. in l. scire. §. aliud. ff. de excus. tuto. Per quem text. uoluerunt Domini in una Saguntina parochialis de Prados Redondos. coram me de anno 1535. ꝙ regula prerogatiuorum scriptorum non militaret cōtra familiares papę, attenta eius mente, licet uerba aliud suaderent. Ita dicendum est, uidelicet ꝙ mens istius regulę attendi debet, quæ licet non sit expressa, sed sit coniectorata, limitat, & restringit uerba legis ad limites rationis; ut notat Abb. in cap. fi. col. 5. de iureiur. & in cap. secundò requiris. in prin. de appel. Et breuiter non eundo per mendicata suffragia secundum istam opinionem post longas disputationes in pluribus causis iudicauit Rota: ex quibus sufficiet exempli gratia, quatuor adnotare. Primò enim hanc quæstionem proposuit R. P. D. Simoneta in una Barchinonen. capellaniæ, in qua fuit conclusum: & ita iudicatum in una alia Salamantina coram D. Hugone de Spina & in aliis duabus coram D. Paulo de Capisuccis, ut eas refert, & de his attestatur D. Guliel. Cassiodorus in recol. suis decis. Rotæ, quę nunc per manus plurium curialiū uersantur, ubi latius hoc scribit.

Nec obstant modò, quæ in contrarium dicta fuerunt, quia ratio Dec. in d. cōsilio, uidelicet ꝙ ista regula debeat intelligi de renuntiatione facta in manib. Papæ, non est uera, ex eo, quia reg. ista generaliter & indistinctè loquitur. Debet igitur generaliter intelligi de resignatione facta in manibus cuiuscunque ordinarii: sicut etiam generaliter & indistinctè intelliguntur tituli de renuntiatione, & de rerum permutatione. Et ista interpretatio uidetur necessaria isto casu, quia ratio fraudis cōsiderata in regula, militat in resignatione facta coram ordinariis extra curiam. Et licet omnimoda ratio, uel similitudo non concurrat, sufficit quòd ex aliqua parte ratio dispositionis militet: argu. text. in lege prima, §. quod autem. ff. de lusu, & alea. & quæ not. Abb. in capit. quemadmodum, in primo notabili. de iureiurand. & per hoc patet responsio ad secundam rationem.

Nec obstat, quod est dictum de consensu ponderando uerba regulæ, quia respondetur, quòd uerba de consensu possunt etiam in renuntiationibus extra curiam uerificari, ubi & antè, & pòst potest quis consentire, sicut in curia, ut ego uidi in pluribus resignationibus de pari bus factum fuisse, cum nihil sit quod huic facto refragetur. Et licet illa uerba, de con

consensu fuerint addita per Iulium 2. ad euitandas curialium fraudes quorũ aliqui solebant interdum tenere supplicationes in Scarsella expectantes exitum infirmitatis defuncti, & post obitum consentiebant. Nam hæc prouisio facta in curia per Iulium, militare potest etiam extra curiã. Cum igitur ista regula contineat in se plures rõnes, de qb. sæpe in superiorib. facta est mẽtio, siue militẽt oẽs in resignationibus extra curiam, siue aliqua earũ, dispositio semper generaliter procedet, & habebit locum tam in curia, quam extra, iuxta ea, quæ dicit Ias. in l. cum filio. in 2. colu. ff. de leg. i & in l. dedi. in prima. in primo notabili. ff. de con. cau. da. Et ista sufficiant pro præsenti quæstione. Reliqua uero, quę hic desiderari possunt, repetenda sunt ab his, quæ latissimè scripsi superius in proœmio regularum, quæst. 21.

QVAESTIO XXVII.

QVæro, an si infirmus leui infirmitate, non lethali, ut est podagra, uel simili, renuntiat beneficio, & papa admittit resignationem, cum derogatione istius regulę per ista uerba, Quatenus ex illa infirmitate moriatur, an si infirmus moriatur infra uiginti dies ex superueniente graui infirmitate, consecantur derogatum regulę per dicta uerba?

SOLVTIO. Videtur ꝙ non, ex eo, quia illa derogatio uidetur tantum referri ad infirmitatem leuem existentem tempore renuntiationis, & de illa uidetur cogitatum non autem de superuenienti. Pro quo uidetur text. notabilis in clem. fin. de rescrip. & in c. ad audientiam. de eccle. ædif. & in cap. quod uerò. 32. q. 2. Sic etiam uidemus, ꝙ emptio uel pactum nõ trahuntur ad ea quæ nõ apparent, seu quę nascuntur tempore contractus. l. Rutilia ff. de contrahen. emp. & l. tres fratres. ff. de pact. cum aliis, de quibus per Gemin. in consil. 69. colum. penulti. Et quia si tempore infirmitatis lethalis peteretur derogatio regulæ, fortassis Papa eam nõn concederet, propter præsumptionem fraudis, quę nõ militat in leui infirmitate, de qua non est periculum, aut proximus timor mortis, ut in quartana, & aliis similibus, quæ iudicio medicorum infirmitates longæ sunt, & non periculosæ, ut habetur in l. quæsitum. ff. de re iudic. & in l. qui tertiana. ff. de ædil. edic. & sum ego expertus in illa misera & calamitosa urbis direptione, quo tempore quartana febris per 12. menses me corripuit. Cum igitur Papa hoc ea su leuis infirmitatis concessit derogationem quatenus ex illa infirmitate decederet, non debet derogatio trahi ad nouam infirmitatem superuenientem, argu. eorum quæ scribit Ias. in l. qui seruum. ff. de uer. obli. & Rom. in consi. 22. in 2. col. & cons. 168. & 503. col. fin. dum allegat tex. in ca. cum inter. de sententia. Nam quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio, ut dicit tex. in l. de ætate. §. causa. ff. de interrog. actio. cum concor. ut in notabili casu tradit Decius in consil. 333. in 3. col. Imò si illa prima infirmitas, puta, quartana, quæ ut dixi, iudicio medicorum non est mortalis, alteraretur, & redigeretur in tertianam grauem & periculosam non extẽderetur derogatio ad istum casum: quia qualitas superueniens alterat ipsum subiectum, & reponit in diuersam speciem l. quæsitum §. illud. de leg. 3. l. i. ff. de donat. & cap. statutum de elect. lib. 6. Et ista quæstio, ut audiui, fuit ita in terminis uentilata, & decisa tempore Innoc. ut retulit mihi bonæ memoriæ Cardinalis sanctorum quatuor senior: nescio tñ quibus rõnibus.

QVAESTIO XXVIII.

QVæro, an ista regula simpliciter loquẽs de infirmitate, debeat in dubio intelligi de infirmitate graui, an uerò de leui, ut de sciatica, quartana uel simili?

SOLVTIO. Ista quæstio fuit proposita per me 29. Nouemb. 1532. in Rota in causa Aurien. canonicatus, uerten. inter Ioannem de Gaioso, & Alphonsum Gomes. Et ꝙ ista regula habeat locũ in omni infirmitate, siue sit magna, siue leuis, qualis prætẽdit esse paralysis, de qua in d. causa agebatur, facit illud uulgatum: quia regula generaliter loqtur, & sic generaliter debet intelligi. l. i. de le. pst. Secũdò, qua rõ regulę, ut euitenẽ fraudes, militat isto casu.

Pro contraria tamen parte allegatur dictum Philippi Franc. in ca. 2. de renuntia. lib. 6. Vbi dicit, ꝙ appellatione infirmitatis, debet intelligi de graui, per illum tex. Imol.

Imol. se obtinuisse refert, & idē tenet Fel. in c. cum de exceptio. & latius per Pet. de Anchar. in consil. 238. in 2. & fina. colum. & de hoc est text. notabilis in l. sed sciendum. ff. de ædil. edict.

Quid tenendum? Breuiter Rota in præ dicta causa tenuit, regulam de utraque infirmitate intelligi debere. Nam ex quo regula non distinguit, sed in genere loquitur, omnes species infirmitatis cōprehendit. l. si quis eorum. §. interemptū. de leg. Nā infirmus leui infirmitate, infirmus dicitur. Et sufficit, ꝙ in infirmitate resignatio facta fuerit, & ꝙ in illa moriatur. Et licet dispar ratio sit in leui infirmitate & in graui, quo ad iuris effectus, ut in iuribus alleg. tamē text. generaliter loquens debet comprehendere utrunque casum, licet maior ratio sit in uno casu quàm in alio, ut est text. notabilis in l. i. quod dicit. ff. de usu alcę, & aleat. Quia plus & minus differunt specie. l. fin. de fundo instru. Et sufficit, quòd ex leui infirmitate possit sequi effectus regulæ sicut ex magna. argu. text. singula. in cap. tres autem. circa fin. de pœnit. distinct. j.

Nec obstat, ꝙ quartana, nec similes sunt infirmitates periculosæ, quia uerum est. Regulariter tamen aliquando cōtrarium contingit secundū complexiones & ætates infirmorum, ut inquit Cornel. Nam licet in iuuene robusto febris quartana sit purgamentum humoris, ut dicit Francis. de Pisis in suo antidotario: unde emanauit prouerb. Quòd pro quartana non pulsatur campana. Tamē iuuene male cōplexionato & debili, uel in sene, talis febris, quia longa, est mortalis, ut oēs medici in suis practicis concludunt in titulo Quartana.

QVÆSTIO XXIX.

QVero, quid si aliquis bis resignauit in infirmitate, & secunda resignatio fuit admissa, & non prima, & utriusque consensus reperitur apud notarium, sed cōsensus primę posterior, Quęritur à quo cōsensu debent cōputari isti uiginti dies?

SOLVTIO. Videtur dicendum à cōsensu primæ resignationis, licet sit secundo loco præstitus: quia renuntians fecit quod in ipso erat, & cessat fraus, & etiam concurrit uerus modus uacandi: sed in secunda renuntiatione nō datur uerus modus uacandi, sed fictus, ratione istius regulæ. Igitur concurrente uera uacatione cū ficta, attendi debet uera: iuxta leg. final. C. de his qui uen. æta. impe. & quæ not. in capitul. susceptum. de rescrip. lib. 6.

Pro contraria parte facit, quia regula ista loquitur de renuntiatione perfecta, quæ fuit admissa. Quod patet per illa uerba regulę, resignauerit: quę sunt verba præteriti temporis, quæ denotant actū perfectum. Et hoc idem innuūt illa alia uerba regulę, dum dicunt, quòd collatio sit nulla. Ergo text. præsupponit renuntiationē fuisse admissam, nō repudiatam, quia admissam sequitur collatio, non repudiatā. Nam quando nō admittitur renuntiatio, beneficium non uacat. c. cùm in dubiis. & c. admonet. de renuntia. & c. si qui uerò. & c. si quis presbyter. 7. q. 1. Et beneficium non uacans nō confertur, ut in c. cùm nostris. de conceß. præb. Cùm igitur prima renuntiatio in casu nostro non fuerit admissa, certè non habet locum regula, quę in utrunque casum uacationem inducit, uidelicet ut si moriatur resignans infra uiginti dies, per mortē uacare censeatur, & si post uiginti dies, per resignationem.

Præterea, quia regula ista loquitur propriè, quando duo concurrunt, uidelicet quando est facta resignatio, & uigore illius est alteri facta collatio: de cuius iuribus disceptatur, donec constet resignantē mortuū fuisse ante, uel post uiginti dies. Sed in prima resignatione nō acceptata, ista non concurrunt. Igitur regula ad eam non adaptatur, sed ad secundā, iuxta uerborum congruentiam, secundum doctrinam Bar. in d. l. ita autem. §. 1. ff. de administra. tuto. & Ang. in l. 4. §. totiens. ff. de damno infec. Et secundum istam partem consuluit Ioan. Aloisius Tuscanus in causa Cenonauen. præbend. Et illud consiliū incipit, Decisio istius casus.

Quid tenēdum? Mihi uidetur, primam opinionem esse ueriorem, uidelicet ꝙ tēpus uiginti dierū à tempore cōsensus primæ resignationis debeat cōputari, etiā nō admissę, ad quam consensus quando cunque præstitus refertur, ut tenuerunt

Domini

Domini in una Fringen. canonicatus, & Præbendæ coram domino Staphileo, pro cardinali cibo, de mēse Mense Maio. 1521. ut do. Gulie l. in collect. decis. refert. Nam eo ipso q̃ quis in manibus superioris renuntiat, amittit ius & possessionem omnē quam habebat: licet superior renuntiationem non admittat. Nam ad perdendum ius beneficii, admissio superioris nihil facit, ex quo per solam renuntiationem nō admissam titulus beneficii uacet, ut cōcludit Rota in decis. 352. si opponatur. alias est decis. 4. titulo de renuntia. in nouis sequitur Abb. in c. solicitè. col. 5. de rest. spolia. Nec potest talis renuntians uariare, ut not. in c. ex transmissa. &. c. in præsentia. de renunt. & in cle. 1. eod. titu. Nam quantum ad se pertinet, renuntiatio ualet, ut latè concludit Ioan. And. in regula, non firmatur. de reg. iur. in Mercu. & ibi respondet ad contraria. Et ista de plano procedunt, quando renuntiatio non admissa in manibus superioris facta fuit: secus uerò, si in manibus non habentibus potestatem quia tali casu ante admissionem reuocari potest, ut Rota in antiquio. tit. de renuntia. decis. 3. incipien. quidam, primus, in data dicit. Ex quo igitur per primam renuntiationem amisit titulum & possessionem resignans quando secundo cessit, nihil uacabat: & per consequens consensus præstitus super tali renuntiatione, non ualuit: quia annullato principali corruit accessorium. l. fin. de constit. pecu. Nec refert, q̃ iste consensus ad renuntiationem secundam fuerit prius præstitus, quam consensus resignationis primæ. Nam non refert quando præstetur, ut suprà dictum est, dū modo præstetur super resignatione ualida. Si igitur prima resignatio ualida fuit per solum actum resignandi coram superiori factum, à fortiori procedent ista, quā resignans non solum per porrectionem supplicationis, per quā dicitur renuntiās consentire, ut traditur in ea. quidam. de renuntiatio. Sed etiam per expressum consensu & in manibus notarii præstitum firmauit intentionem suam.

QVAESTIO XXX.

QVæro, an uacatio ista per mortē, quæ inducitur per istam regulam, quando resignans infra uiginti dies moritur dicatur uera uacatio per obitum quo ad effectum, ut sub regulis & aliis dispositionib. & concessionibus loquētib. de uacatione per obitū, cōprehēdatur, an uero sit ficta?

SOLVTIO. Prima facie uidetur dicendum, q̃ sit uera uacatio, ex eo, quia fictio quæ inducitur à iure, habetur pro ueritate quo ad iuris dispositionem, ut tradit Bar. in l. si is qui pro empto, ff. de usucap. Sed ista uacatio inducitur per istam regulā, & sic per dispositionē iuris igitur, &c.

Sed contrariam opin. prædictis non obstantibus, arbitror ueriorem, quam ratione & autoritate ostēdendo. Ratione, quia negari non potest per resignationem factam infra uiginti dies beneficiū uerè uacasse per resignationem: alias non tenuisset collatio de beneficio nō uacanti, ut in c. 1. & 2. & c. cum nostris. de concess. præb. Et hoc disponitur in regula, de impetrante benefic. uiuent. Neque si à principio nō ualuisset, collatio ualidari posset ex super existentia uitæ resignātis post uiginti dies iuxta not. in c. si eo tempore, de rescri. in 6. Cùm igitur per renuntiationem infirmi uerè uacauit beneficium, nō potest dici q̃ uerè uacet per obitū eiusdem: cū ista sint diuersa, & ad positionē unius excludatur aliud, ut in c. susceptū. de rescr. lib. 6. Talis igitur uacatio obitus erit ficta & interpretatiua, nō uera. papa. n. nō pōt facere q̃ resignatio quæ uere & realiter facta fuit, nō sit facta. l. in libello. §. fact. ff. de capti. & in c. si Paulus. 32. q. 5. Pōt tū facere q̃ moriēte illo qui resignauit infra uiginti dies censeatur uacare p mortē, & q̃ resignatio habeatur pro non facta, iuxta gl. in cle. 1. de immu. eccl. Dictū igitur Bar. in d. l. si is qui procedit, ubi nō cōcurrit ueritas. Stante igitur ueritate, fictio pro ueritate haberi nō pōt. Ex quibus inferūt q̃ iste modus uacādi inductus per istam reg. cum nō sit uerus, non comprehenditur sub aliis reg. loquentib. simpliciter de uacatione per mortem. Et sic infero, q̃ regula, de impetrantib. per obitū famil. Card. nō habebit locum in uacatione per obitum isto modo inducto, ut ibi latius dicam. Et ita in terminis nostris fuit olim tentum in curia in causa Sagien. Archidiaconatus. Pro qua

qua opin. fuit Io. Aloisius Tuscanus aduocatus consistorialis, ut patet li. 1. allegationum suarum, fol. 6. & tenuit expresse Ro. in consil. 342. quem inferius inducam in alia quæstione, & credo de hoc domi. Guliel. aliquam decisionem scripsisse.

QVAESTIO XXXI.

QVæro, quidam in sanitate beneficium in manibus Papæ resignauit, supplicatione signata, consensum præstitit in infirmitate, ex qua infra uiginti dies decessit, quæritur an sit locus regulæ?

SOLVTIO. Prima facie uidetur dicendum, quod non: quia tempore resignationis factæ, resignans erat sanus, & tamen regula loquitur de infirmo. Ergo uerba eius non adaptantur ad casum. In contrarium faciunt uerba regulæ modernæ, quæ computant illos uiginti dies a die præstiti cōsensus per ipsum resignantem. Et sic uidetur quod tota resignatio referatur ad tempus consensus, tanquam ad causam formalē, quia finis dat esse rei. l. Iulianus. §. si quis rem. ff. ad exhiben. Quo quidem consensus tempore iam infirmus erat resignans & ideo subintrat regula. Quid dicendum. Certe pars negatiua mihi magis placet, ex eo, quia postquam renuntiatio admissa fuit per superiorem, beneficium uacat de iure & de facto, secundum Rotam, decis. 23. in no. Et resignans non poterat pœnitere, neq; repetere bñficiū. c. le. r. e. t. & c. ex transmissa. de renun. etiam si sanus superuixisset. Tempus igitur præstandi consensum non erit in consideratione ad ualiditatē renuntiationis, sed tantum ad effectum numerandi illos 20. dies. Concludo igitur regulam non habere locum isto casu, cùm resignatio facta sit in sanitate, & regula loquatur de facta in infirmitate. Et præstatio consensus non est resignatio sed consummatio, siue declaratio resignationis, quæ nihil noui inducit, sed factum confirmat: sicut uidemus quod concubitus non facit matrimonium, sed factum confirmat. l. nuptias. ff. de reg. iur. cap. licet. de transla. epis. Ita hic dicendum est, quod per porrectionem supplicationis, & admissionem superioris resignatio inducatur: sicut matrimonium spirituale inducitur mutuo consensu, ut in dicto capitulo licet, & in d. c. quidam. de renū. Consensus uero, qui postea præstatur, respicit executionem, non perfectionem actus, ut sæpe tenuit Rota, & hoc in renuntiationibus simplicib. sed in correspectiuis & cōditionalibus ubi reseruatur resignanti aliquid, ut pensio uel regressus, tali casu pro forma consensus requiritur, & ante consensum præstitum partes poterunt pœnitere, cum talis consensus sit formalis, ut tradunt omnes, in c. cum uniuersorum. de rer. perm. Et tenuit Rota præteritis annis in una Plac. Arch. de Trugillo, corā R. P. D. Epo Marsicano: & in alia Toletana de xe tafe, corā R P. D. Petro Epo Aque. quæ adhuc pendet hoc an. 1539. Imò si quis iuraret se non contrauenire etiam per instrumentum in forma Cameræ ante præstitū consensum resignationi, & confirmationē superioris, huiusmodi propositum reuocari posset. Ita tenuit Rota in una Vrgel. & Val. benef. pro Io. Adroueo cōtra Ant. Vich. die 6. Octob. 1535. per ea quæ not. Abb. in c. super eo. de cond. app. & Matth. de Afflict. lib. 3. Const. regni. fol. 7. nu. 45. & ea quæ nota. scribit Hier. Pau. antiquus Cancellariæ correctot, in illo uulgato lib. practicæ Cancellariæ, fol. 50. uers. duo tractauerunt, &c. Requiritur igitur ad effectum istius regulę, cedentem utroque tpe fuisse infirmum, tam tpe resignationis, quam tpe consensus, & 20. dies numerantur a tēpore consensus. Et ratio, quare requiritur infirmitas utroque tempore, est, quia posset sanus resignare, & consensus præstari per annum post obitum eius, iuxta bullā Alex. Papæ 6. quæ hodie est in usu, & in tali reg. non haberet locum. Sed quando infirmus resignat, extrauag. Alex. non procedit, quę loquitur in sano. Alias si contrarium diceremus, de facili ista regu. deludi posset. Quia infirmus resignans constitueret procuratorem ad consentiendum, & ille non pręstaret cōsensum, nisi post obitum renuntiantis, ad effectum, ut 20. dies, qui à tempore pręstanti consensus numerari debent, excludantur, cū iam antea resignans obierit. Et quia etiā ubi requiritur in aliquo actu qualitas, debet illa utroq; tpe concurrere, ut dixi in r. statutū. circa fi. de rescri. lib. 6. Et propterea Clemens Papa 7.

ut has difficultates tolleret, declarauit per quandam extrauag. reg. istam habere locũ etiam si in sanitate aliquis resignaret. Quem in hoc imitatus est sanctissimus D. N. Paulus Papa 3.

QVAESTIO XXXII.

QVæro, quid si facta renuntiatione per infirmum in manibus Papæ, ante præstitum consensum Papa moritur, & infirmus ex eadem infirmitate postea decedat infra uiginti dies, post consensum pręstitum, an habeat locum ista regula?

SOLVTIO. Videtur ꝙ sic, ex quo resignatio fuit facta uiuente regula. Nam tali casu etiã in odiosis initium spectamus, ut dicit Bal. in l. 1. per illum tex. ff. de orig. iur. Nam principium actus eodem modo iudicatur, sicut ipse actus. l. non ideo. C. de hæred. insti. Dec. in l. 2. §. mutui datio. ff. si cer. pet. Et quæ tradit gl. in c. dudum, el 1. de elect. Io. And. in regula, in obscuris, de reg. iu. in merc. Et hoc non uidetur habere dubium, postquam Papa renuntiationem admisit: arg. eorum, quæ dicuntur in decis. tit. de ren. in antiquiorib. & decis. 3. eod. tit. Et pro ista parte facit decisio. Rotæ 181. & 207. in no. & in antiq. decis. 409. 503. & 617. In quibus traditur ista doctrina, quòd beneficia semel reseruata, licet cesset causa reseruans, nihilominus durant reseruata: quia initium attenditur. Et hoc idem concludit Pet. de Anch. in cõsil. 58. circumscriptis regulis, cum concor. ut scribit Belenz. auditor, in tract. de char. subsidio. q. pen. facit quod dicit Rom. consil. 260. Et ista ratione tenet hodie Rota, reseruationem de qua in regula 1. supra eod. non expirasse morte Papæ, rationib. de quibus per D. And. Gammarum auditorem Rotæ, in tract. suo de off. lib. 3. fol. 66. Ita hic a simili uidetur dicendum, quia ex quo semel resignatio facta fuit in manibus Papæ, actus habuit suum esse. Et licet consensus de stylo requiratur, & ille præstitus non fuerit, nisi Papa mortuo, nihil refert: quia ille consensus secundum opinionem Rotæ non est de substantia resignationis, sed requiritur ad declarationem animi, & ad effectum, ut literæ expediantur: gratia tamen de iure dicitur esse perfecta per solam supplicationem, ut dicit decis. 881. In antiquis. Declaratio igitur illa, quæ postea per consensum fit, nihil noui inducit: iuxta l. hæredes. §. sed si notam. ff. de testa.

In contrariũ faciunt, quia tota uis istius reg. stat in dinumeratione 20. dierum, à tempore consensus præstandi connumerandorum, infra quos si moritur resignãs, beneficium uacat per obitum: Alias si postea decedat, uacat per resignationem, ut patet in reg. Tunc sic si consensus resignãtis non est præstitus uiuente Papa, xx. dies regulæ non erũt in consideratione, neque arctabunt resignantem, ex eo, quia ante præstitum consensum morte Papę expirauit eius regula, ut patet in poœm. reg. & latè prosequitur Dominic. in consi 83. Remoto igitur obstaculo regulæ, renuntiatio regulabitur secundum ius commune, & sic beneficium uacabit per resignationem, siue renuntians moriatur infra uiginti dies, siue post, prout in simili notabili casu alterius regulæ consuluit Do. in d. cons. Faciunt quæ dicit Fely. in c. in nostra. in 21. corr. de rescr. Nec obstat, quòd initium attẽdi debet: quia est uerum quo ad resignationem, quia illa ualet & tenet. Licet posset aliter responderi ad motum, uidelicet quòd quando initiũ non habet relationem ad finem, initium non attenditur, sed finis; ut in l. stipulatio. §. opus. ff. de oper. no. nunt. c. maiores. §. sed adhuc. de baptis. c. fraternitatis. de frig. & malef. cum concor. ut scribit Fel. in c. cũ dilectus de accus. Nam finis demonstrat principiũ. l. reprehendenda. C. de insti. & substi. Et mouet agentem, & dicitur causa causarũ, ut dicit Bald. in lege eam. C. de fideicom. Alexand. consil. 52. In 4. uolum. colum. 8. Concludendo igitur dico resignantem ita demum subiici isti regulæ, si regula eo tẽpore uiuit, quo 20. dies numerari debent tempore pręstiti consensus: arg. l. Titius. ff. de testam. milit. & quæ dicit Ias. in lege Gallus. in 2. colum. ff. de lib. & posthum. Cum igitur in casu nostro, quando fuit mortuus resignans, reperiatur mortua regula, per consequens est dicendum beneficium per resignationem uacare, & nõ per mortẽ, quia qualitas adiuncta uerbo, debet adesse tempore uerbi. leg=

ex facto. de uulgar. & pupillar. Nec oo stat, quod per resignationem admissam ante præstationem consensus, renun tians priuatur nō solùm iure suo, sed etiā possessione naturali & ciuili, ut dicit dec. 23. in no. Et quod tempus datæ, in quo ui gebat regula, attendi debet, non consen sus, qui uenit tantum ad executionem re nuntiationis iam factæ, quia fateor ad missionem renuntiationis attendendam, ut sit valida. Sed dico, quod illa resignatio non subiicitur regulæ, ad effectum, ut be neficium resignatum censeatur uacare per obitum, quando resignans morere tur infra uiginti dies. Quia ex quo uoluit hic Papa, quod attenderetur cōnsensus, ad effectum numerandi illos 20. dies, ap paret hoc casu non ipsam renuntiatio nem, sed consensum esse de forma, licet in aliis casibus consensus nihil noui indu cat: vnde consensus fuit præstitus post mortem Papæ, & illi xx. dies regulæ non sunt in consideratione, quia regula iam tempore præstandi consensus, à quo di numerari debebant illi uiginti dies, mor tua & extincta fuit. Nec obstat, quòd regu la semel habuit locum, licet moriatur pa pa: quo casu uidetur durare effectus eius, per ea quæ dicit Petr. de Anch. in cons. 60. incip. motiua. & Aret. cons. 31. & quæ dicit Dec. in c. cum cessante. de appell. Et Ioan. And. in regula, decet, de reg. iur. lib. 6. Bar. in l. 2. §. non solum. de excus. tuto. Ias. in l. 2. §. ueteres, columna penultima. ff. de ac quir. possess. cum concord. ut scribunt no uissimi Corcirenses in repet. cap. quoniam cōtra. de prob. fol. 144. Qui ad hoc respō detur, non esse uerum, regulam hoc casu unquam habuisse effectum, ex quo consen sus a quo 20. dies regulæ incipere debe bāt, non fuit uiuente papa præstitus, sed post obitum, tempore quo iam regula erat extincta. Assumptum igitur procede ret, quando uiuente papa præstitus fuis set consensus. Quibus omnibus resolutis, clara remanet ueritas istius conclusionis.

QVAESTIO XXXIII.

QVæro, quid si resignans extra curiam moriatur infra uiginti dies, quo ca su beneficium censetur uacare per obitū, & non per resignationem, utrum stante tali uacatione per obitum, ex prouisione istius regulę inducta, possint ordinarii, uel expectantes libere conferre, uel acceptare dictū beneficiū, tanq̃ uacās ꝑ obitum: an uerò collatio pertineat ad solum papā?

SOLVTIO. Istam quæstionem ui detur resoluere Rom. cons. 342. ubi dicit tale beneficium esse reseruatum papæ to taliter quòd eius collatio pertineat ad so lum papam. Pro quo facit una ratio, quia sicut uidemus, ꝙ per commēdam factam per papam de beneficio extra curiam ua cante, dicitur beneficium affectum, adeò ꝙ alius, quàm papa de illo disponere non potest, ut ibi superius, quæstione 13. codē modo uidetur dicendum hoc casu, ut per prouisionem istius regulæ uideatur indu cta specialis affectio talis beneficii, adeo ꝙ inferiores non possint de eo prouidere nec expectantes acceptare, ut dicūt Mod. in tract. reser. in 3. præl. & in 4. q. princ. & latius dixi in regula de triennali. in q. 5. Et hæc sit summa, quòd affecta & reseruata, sunt a manibus inferiorum à papa exem pta, ut notat Cald. in cons. 9. tit. de præb. & Rom. in cons. 160. in proposito casu, & consil. 442. Et est regula Cancellariæ super hoc edita. Et tenuit Rota in una Zamorē Archidiaconatus, cotam R. P. D. Marcello, de mense Ianuario 1532.

Prædictis tamen non obstantibus, con traria opinio uidetur probabilior. Et tenē do istam partem ad consil. Rom. responde tur, quando resignatio est facta in curia, li cet ibi non moriatur resignans. Et tali ca su non est dubium, beneficiū esse reserua tum, uel saltem dicitur affectum, ut dicit Archid. in c. 2. in 1. colum. de præben. lib. 6. Sed quando resignatio facta fuit extra curiam, ut in isto dubio proponitur, tunc contrarium dicendum est, uidelicet bene ficium tale non censeri reseruatum: quia nullibi cauetur, & regula ista non inducit reseruationem. Nam mens istius regulæ, solùm fuit, resignationis, & inducens ua cationem per obitum, ne ex tali fraude, seu dolo resignatarii fructum uel commo dum ex dicta resignatione infirmi conse quantur in prçiudicium ordinariorum, & expectantiū, quibus papa fauere per pro uisionem istius regulæ intendi. Quæ qui

dem ratio apertè innuit, & infert potiùs beneficia taliter resignata non esse reser uata: quia si essent reseruata non fuisset uera illa datio communiter hic data uide licet regulam istam fuisse conditam, ne per huiusmodi resignationes præiudicare tur ordinariis in conferendis beneficiis, uel expectantibus in eisdem acceptandis. Et ista ratio quę colligitur ex mente regu læ censetur expressa, iuxta tradita in l. tale pactum, ff. de pact. & in l. quamuis. C. de fi deic. Alias cum reseruata conferre, ne ac ceptari possent, ut in c. t. de concess. præb. lib. 6. ut est iam dictum, frustratoria esset ratio considerans præiudicium ordinarii, uel expectantium, cum idem præiudiciū maneret, si regula induceret reseruatio nē. Ex quo igitur regula concernit fauorē ordinariorum & expectantium, & noluit in fauorem eorundem annullare talem prouisionem & uacationem per obitum inducere, ac si non resignassent, adparet ꝙ de beneficiis sic uacantibus poterunt in mensibus suis ordinarii prouidere, & ex pectantes acceptare.

Dubium tamen facit in hoc unum, q̄a iste modus extraordinarius & fictus uaca tionis per obitum, ab ista regula introdu ctus non est de iure communi, de quo or dinarii prouidere pn̄t, sed de iure particu lari, per prouisionē istius regulæ, & sic ad papam pertinere uidebatur, tanquam quod malum imposuerit, ut in simili dixi mus de commenda.

Nec obstat ratio regulæ superius allega ta, quia infirmi resignantes non dicuntur fraudare ordinarios, uel expectantes, nisi in uero modo uacandi. Nam si non resi gnassent, ordinarii per ueram obitus uaca tionem prouidissent, & expectantes acce ptassent. Et huc ratio regulæ pertinet. Sed quando infirmi resignarunt, iam sunt exclusi ordinarii & expectantes, adeò, ꝙ si papa per dispositionem istius regulę nō occurrisset, resignatio haberet effectum. Sed ne resignantes & resignatarii prædicti ex malitia eorum commodum reportēt, in pœnam eorum papa nouam & fictam uacationem obitus induxit. Nam cum be neficium uerè uacauit per resignationem, tali casu censetur uacare per obitum. Ista tamen ratio non uidetur inducta ad com modum ordinariorum, sed papæ: nisi dica mus papam edidisse istam regulam, ad tol lendum obstaculum, quod per illam frau dulentam resignationem fiebat ordinariis & expectantibus. Ita sublato impedimen to manet libera potestas prouidendi, uel acceptandi. arg. eorum, quæ not. Io. And. & Dom. in c. cum aliquibus de reser. lib. 6. Et quod dicitur de alternatiua episcopi, non adparet ex discursu istius regulæ pa pam beneficium prædictum ex ista uaca tione ficta uoluisse reseruare, cum reserua tio in dubio nō præsumatur, cum sit odio sa, ut tradit Belenzinus in tract. de chari. subsi. fol. 3. & Mod. Perusin. in tract. reser. Nec obstat, quod dictum est de commen da: quia diuersa est ratio, ex quo papa commendando adponit manum, & im pedit alios inferiores disponere, donec ꝑ ipsum aliud de dicto beneficio dispona tur. Hæc enim ratio non militat in casu nostro, in quo papa non adposuit manus. Ideo contrarium in eo dicendum erit. Et ista omnia procedunt, quādo resignatio, ut proponitur, fuit facta extra curiam: ubi uerò in curia, quis per seipsum, uel per procuratorem suum resignasset, licet in ea non moreretur, tali casu collatio be neficii sic uacantis pertineret ad solum pa pam. Et isto casu procedit consilium Ro ma. 342. Ratio est, quia ut dixi, per resigna tionem factam in curia, beneficium dici tur uacare, ut tenet Arch. in c. si electio. & in c. cōmissa. de elect. & electi ptāte. li. 6. cū cōc. positis per Rotā in antiq. de c. 33. incip. nota ꝙ ibi &c. & 182. Sicut et inducitur uacatio, ubi quis priuatur beneficio, ut di cit deci. 86. inc. no. Sequitur Io. Fran. Pau. Rotæ auditor, in tract. de fede uac. fol. 16. 3 4. col. Cū igitur in casu nostro resignatio sit facta extra curiā, cessat oīs difficultas.

QVAESTIO XXXIIII.

QVæro, an per clausulas generales, ui delicet, Quouismodo uacet, &c. posi tas in supplicatione resignationis mortui infra 20. dies, comprehēdatur modus iste uacationis per obitum fictè inductus per istam regulam, attento ꝙ resignatio præ dicta hic annullatur?

SOLVTIO. Videtur prima facie di cendum

tendum, istum fictum uacationis modum comprehendi sub ista clausula, Quouismodo. Quia ista clausula de sui natura cōprehendit omnes modos uacandi, etiam in beneficiis reseruatis, ut dicit decis. 711. in tit. p. nor. ꝙ beneficia, &c. in antiq. & tradit Domi. & alii in c. susceptum, de resc. lib. 6. & est hoc uulgatum. Si igitur prouisio uigore resignationis factæ per infirmum, nō ualuit, & beneficium per dispositionem istius regulę uacat per obitum, dicendum est comprehendi sub prædicta clausula generali. Quouismodo: ita in dicta supplicatione resignationis posita: ꝙ si resignatarius non habet intentum suum per resignationem, per obitum consequetur.

Obstare tamen uidentur isti opinioni duo, quæ uidentur prima facie urgere. Primum est, quia annullato actu principali, annullantur omnes clausulæ contentæ in eo, iuxta gl. Fauianam in l. si patronus. §. patronum. ff. si quid in fraudem patroni & gl. in fi. in c. significantibus. de off. dele. tenet Rom. consi, 246. cum conc. ut scribit Iaf. in l. non dubium. in 4. col. de legib. & dixi in sing. l. fi. de const. pec. ubi est tex. notabilis de hoc. Cùm igitur in 1. præsenti annulletur prouisio per resignationem factam resignatario fortassis in pœnam ipsius inducentis infirmum ad resignandū, uel propter suspicionem, quæ haberi potest de eo, clarum est, ꝙ annullata prouisione eius, omnes clausulæ ibi positæ erūt nullæ. Et sic per illas clausulas generales non comprehendetur uacatio ista per obitum facta. Et quia non uideretur conueniens ex actu, quo quis priuatur, commodum cōnsequi, iuxta c. cum, qui. de præb. lib. 6. & notatur in c. fi. de rescr. Sed tenendo contrariam opinionem, ad istud motiuum posset respōderi, ꝙ procedat in actu de sui natura connexo, & qui habet se tanquam principale & accessorium, prout in exemplis positis per gl. prædictas. Secus uerò, quando in aliquo actu ponuntur clausulæ non dependentes & connexæ, sed significantes de per se aliud diuersum & separatum ab expresso. Nam tali casu illæ clausulæ non censentur accessoriæ, sed principales, & ideo annullato ipso actu, non annullantur aliæ clausulæ. Casus est de hoc fere in terminis, in c. si eo tempore de rescr. lib. 6. Vbi si in ur. o. & eodem rescripto minori facultas de primo uacaturo beneficio cum cura, uel sine cura detur, certè si illud rescriptum, respectu illius clausulæ de curato loquentis, sit nullum, attenta minori ætate impetrantis: non tamen alia clausula de beneficio sine cura annullabitur. Ita est ibi tex. quē doct. omnes dicunt ad hoc singularem, in l. 1. §. sed si mihi. ff. de uer. oblig. Et hoc ulterius cōprobatur ex communi stylo Rotæ, quæ habet, ꝙ quando in una commissione committitur causa appellationis, cum clausula, Necnon quam & quas, &c. si commissio respectu causæ appellationis est nulla, fortè quia de appellatione non constat, iuxta decis. Egid. c. commissio, & auditoris iurisdictio in prædicta clausula, Necnon, quam, & quas, &c. uigore cuius totum negotium principale commissum censetur, sustinetur. ita hic uidebatur dicendum in casu proposito.

Sed defendendo primū motiuū, ad istā solutionē replicari posset. Nā dato ꝙ annullata ꝓuisione clausula illa, Quouismodo, illęsa remaneret: tñ dico, ꝙ talis clausula nō posset capere uacationē contingētem tempore resignationis factæ. Nam in supplicatione ista clausula apponi solet uidelicet, Siue præmisso, siue alias quouismodo uacet, &c. Requiritur ergo, quòd tunc uacet. Vnde si beneficium uacat, postea clausula illa non capit, quia uacatio tempore datæ uerificari debet. c. cam te, cum uulg. de rescr. Et qualitas adiecta uerbo, tempore uerbi adesse debet, uulg. l. ex facto. de vulg. Capiet igitur clausula, Quouismodo uacationem extunc, non autem exnunc. Quia permissum ad tempus, censetur posteà prohibitum. l. Imperator, ff. de postu. late Iason. in l. sed & si quis, In princ. in 2. notabili. ff. de uulg. & pup. Cū igitur uacatio ista obitus, de qua hic agitur, inducta fuerit, non tp̃e resignationis, sed postea per obitū resignantis, de qua a principio cogitatum nō fuerat, neq; uacatio certa erat, cum ab obitu infra uiginti dies contingenti dependeret, merito talis clausula ad obitum istum adaptari non potest, cum papa illud tunc

H 3 concef

concessisse non uideatur, quod in rerum natura non erat, neque cogitabat. Praesertim, quia ex quo resignatarius prouisione priuatur, forte propter suspicionem fraudis non uidetur, quòd idem actus punitiuus & priuilegiatiuus esse debeat, cum contraria sint: arg. l. quod fauore. C. de legi. Nec eadem res diuerso iure censeatur, contra tex. in l. eum qui. ff. de usuc.

Secundum principale contrarium motiuum est, quia illę clausulæ generales in prouisione positæ, in dubio uacationem uetam per mortem cōprehendunt. Quia uerba simpliciter prolata, casum uerum, non fictum comprehendunt, ut est tex. notabilis in l. 1. §. hoc interdictum, & ibi not. Bar. ff. de fonte. facit l. fi. C. de his, qui ve. ætat. impetr. Sed uacatio mortis, quæ per istam regulam inducitur, non uera, sed ficta est: quia uera uacatio per resignationē est: quę quidem resignatio per regulam istam non annullatur, sed tantum prouisio, ut patet in ea, & tenet Rom. in consil. 342. Cum igitur in dubio clausulæ illæ generales, propriè & in casu uero intelligi debeant, ut dictum est, ad casum istum fictum adaptari non debent.

Sed ad hoc etiam responderi potest, ꝙ si clausulæ illę generales per illa uerba expressæ sunt, uel alias quouismodo, ſm stylum hodiernum, rectè comprehendunt istum casum mortis contingentis ex eadē persona. Quia generalitas illius clausulæ est apta omnem modum uacandi per eādem personam comprehendere, ut est lata decis. in no. tit. de rescr. decis. 1. secundū ordinem titulorum, & secundum numerum est decis. 28. inci. si mandetur alicui, & in antiq. est decisio. 273. & 433. & 613. & 743. Et Egid. decis. 610. cū multis alleg. per Mod. in tract. benef. 46. q. 3. partis. Et ponit latius Fel. in c. in nostra, in 37. corr. de rescr. si igitur omnem modum uacandi comprehendit modus iste inductus per istam regulam, includetur, quia qui totū dicit, &c. l. Iulianus, de leg. 3. Et ista opinio satis mihi placeret, nisi obstaret illud, quod dictum est ui delicet, ne idē resignatarius in pœnam, & in odium, cuius dispēsatio emanauit, ex eodem actu puniatur, & præmietur. Nam uerba illa generalia omnes alias comprehendere debent, qui ad incōmodum tendunt, iuxta ea, quæ latè scribit And. Sic. in c. fi. col. 1. de pecu. cler. Et quia, ut dictum est supra in proxima q. ordinarii, nec expectantes beneficia uacatura, per hoc fictum obitum capere non poterunt, quia non est uerus modus uacandi. Ergo eodem modo hic dicendū est. Et ideo res propter præsumptam resignatarii fraudem sine difficultate nō est: qua sublata, præcedens opinio mihi placeret.

Nec obstaret motiuum superius factū, ui delicet quòd dicta clausula, Quouismodo u[ac]et, non comprehendat nisi modum uacandi tunc existentem: quia hoc est falsum, quia secundum omnes in dictis decisionibus omnem modum contingentem ex eadem persona capit. Et tamen non est possibile, ꝙ eodem tempore beneficium per resignationem eiusdem personæ, & per obitum eiusdem uacet. Ergo necessariò debemus dicere, ꝙ obitus posteà contingere debeat.

QVAESTIO XXXV.

QVæro, quia dictum est superius, quòd quando infirmus infra uiginti dies moritur, beneficium per resignationem in manibus papæ uacat, ut dicit Ro. cons. 342. licet eius prouisio in fauorem resignatarii non ualeat, & etiam per obitum uacat, ut disponit ista regula. Modò quæritur, unus impetrat expresse beneficium istud per huiusmodi resignationem uacans, & alius per uacationem fictam obitus inducti, per istam regulam impetrat, & concurrunt in data, & in omnibus qualitatib. pares sunt, quis præferri debeat?

SOLVTIO. Aliquid indecenter superius in alia quæstione tactū fuit, sed quia hic principaliter tractandū occurrit, ideo plenius difficultatem attingam.

Videtur igitur, ꝙ illius impetratio ualet, qui impetrauit per resignationem: quod probo duplici ratione. Prima, quia ista uacatio per resignationem inducta fuit ex facto hominis: illa uerò per obitū, de qua loquitur ista regula, est inducta a lege. Quo casu prouisio hominis prouisionem legis cessare facit. l. fi. C. de pact. conuen. Secunda ratio est, quia ista uacatio

per

per obitum, ab ista regula ad istum effe ctum inducta fuit, ut prouisio resignata rio facta excludatur, quando resignans infra uiginti dies mortuus fuit. Quo casu inducta ad unum finem, ad alium trahi non debent. l. cum, qui. ff. de usuc. c. si eui. de praeb. lib. 6. Sed in proposita quaestione resignatarius nihil petit, sed alius. Igitur contrarium dicendum est.

Istis tamen non obstantibus, contrariũ, iudicio meo, uerius est. Pro quo conside randum est, ꝙ quando resignans infra 20. dies moritur, beneficiũ alio modo, quàm per obitum, & sic per modum ab ista re gula introductum, non autem per resigna tionem uacat: quia isti duo uacandi modi eodem tpe simul concurrere non possunt, ut adparet in d. c. susceptum, & Ro. consi. 342. qui contrarium innuere uidetur. In telligitur, quando per regulam specialis modus uacandi inductus non fuisset, pro ut regula istius temporis, quam ipse alle gat, hoc non habebat. Sed posito, ꝙ isti duo modi uacandi uno tempore concur rere possent, tamen ista uacatio obitus, hic specialiter inducta attendi debet. Et tenendo istam opinionem non obstat il lud, ꝙ dicebatur, prouisionem hominis cessare facere prouisionem legis, quia illa doctrina intelligitur, nisi prouisio legis sit etiam specialiter inducta, quia tali ca su prouisio legis attenditur. Ita declarat gl. Bart. & alii in l. 2. C. de iure emphy. Se quutus Mod. Pap. in l. item quia. in 2. col. ff. de pact. & in §. item Seruiana, num. 67. insti. de actio.

Sed ulterius aduertendum est, ꝙ impe trans per obitum, ita demum obtinebit, si modum, seu speciem uacationis indu ctae per istam regulam expresserit, & papę narrauerit. Alias sola impetratio genera lis obitus, non sufficeret, ex eo, quia uaca tio obitus, de qua ista regula loquitur, est uacatio ficta & qualificata, & in materia ambitiosa & stricta, quales impetrationes sunt, appellatione uacationis per obitum de uacatione uera non ficta & qualifica ta, qualis ista est, intelligimus, arg. tex. in l. quaesitum. §. illud forsasse. de leg. 3. & c. sta tutum. de elect. lib. 6. ubi est bonus tex. De hoc facit tex. in l. si cui. de leg. 2. Hinc uo

luit decis. Thomae Fastoli in dubio Rotae 46. inc. die Mercurii, ꝙ impetratio per ces sum, uel decessum Titii, mortem eiusdem non comprehendit, uidelicet quando be neficium Titii per eius priuationem uaca ret. Et istud dictum sequitur Io. Franc. Pa uinus quondam Rotae auditor, in tract. de off. & po. e. sede uac. in ult. euidentiali, col. 3. ubi more sua plura notabilia ponit.

Istud tamen dictum limitatur procede re, quãdo alius coimpetrans est, prout in quaestione nostra. Secus uerò si unus so lus impetrans esset: quia tali casu modum uacandi non expressum caperet, ut notat Lapus in alleg. 89. in 8. col. sequitur Fel. in c. in nostra. in 37. corr. col. 1. Hinc est, ꝙ impetrans beneficium per mortem Titii, uenit uiolentia, licet mors illa qualificata sit, prout Gemi. & alii in d. c. susceptum di cunt, & latè Io. de Anan. in c. fi. de homic. prosequitur.

QVAESTIO XXXVI.

QVaero, quomodo probetur aliquem in infirmitate resignasse, ad effectũ istius regulae, & per quem debeat huius modi infirmitas & mors infra 20. dies con tingens probari?

SOLVTIO. Debet plene probari, quia agitur de priuando aduersario bene ficio suo per resignationem obtento: & sic de magno praeiudicio. Quo casu plenę probationes requiruntur, maxime, quia sumus in materia quodammodo obiecti ua, in qua opponitur de ista regula ad an nullandam resignationem ueram, quae est odiosa, & strictè interpretanda. Et ideo in tali materia clarissimę probationes requi runtur, sicut in spolio: in quo tenet Rota & est notissimum, ꝙ ad probandum pri mum extremum, probationes de publica uoce & fama non sufficiunt, sed de uisu requiruntur. Et ita etiam in hac materia fuit coram me conclusum de anno 1535. in una Compostellana. Et hodie 19. Febr. 1537. in una Placetina canonicatus, & prae bendę de Hussillos coram do. Marco Ant. Marescoto, fuit per omnes Dominos ten tum, ꝙ ad probandam infirmitatem in ter minis istius regulae non sufficeret, nec de beret admitti unus testis idoneus cum iu ramento, in supplementum probationis.

Per quę autem debeat, infirmitas & mors infra uiginti dies contingens probari? Solutio est clara, quòd per illum, qui per exceptionem istius regulæ quærit resignationem infringere. Nam ex quo agit ad rescissionem, probare debet, quod intendit, uulg. l. qui accusare. C. de eden. & ita communiter tenetur.

QVÆSTIO XXXVII.

QVæro, an dies quo fit resignatio, uel præstatur consensus infirmi, debeat computari in termino uiginti dierũ, de quo hic, ut uidelicet, currant de momẽto ad momentum, an uerò eo non computato incipiat terminus uiginti dierum a sequenti die numerari?

SOLVTIO. Ista difficultas fuit per R.P.D. Marcellum episcopum Marsicanũ proposita in Rota 5. Iulii. 1538. I una I. eo dien. canonicatus: & non fuit tunc resoluta. Et dubitationem facit in hac materia. unum quia uidemus quòd in dubio tẽpus currit de momento ad momentum: nisi in casibus expressis, ut dicit Io. And. & alii in c. super eo. de app. Et dixi in regula de annali, allegando, glo. communiter approbatam in rub. ff. de diue. & temp. pręs. Sic enim uidemus, ꝙ dies termini statuti, uel compromissi in termino computatur ut dicit Bald. in l. 2. §. 1. in fi. C. commu. de leg. Ita uidetur hic dicendum, ꝙ isti uiginti dies hic de momento ad momentum computari debeant, & sic ꝙ dies primus consensus, a quo numerari debent illi uiginti dies, cõputetur in termino 20. dierũ.

Tamen istis non obstantibus, contraria opinio est de iure uerior. Nam nõ e undo permendicata suffragia, ista est communis conclusio doctorum: de qua per Bar. Alex. & Ias. in l. i. ff. si quis cautio. Quòd regulariter dies termini non computatur in termino, per plura iura & rationes quę ibi adducunt, & reassumunt longo sermone Mod. Hispani in rub. inst. de iust. & iur. col. 9. nu. 68. cum seq. Et licet multipliciter ista conclusio soleat limitari, ut in prædictis locis scribunt moderni: tamen omnes in hoc communiter concordat, ꝙ quãdo terminus est præfixus per dictionem, à, dies termini nõ computatur in termino: Quia illa dictio, à, de sui natura denotat separationem diei, in quo datur terminus à termino præfixo, & sic excluditur ille dies termini a die quo fit actus, per plura iura, quæ adducit Ale. in d. l. i. Pro qua opinione est textus clarus, quem ibi notat gl. in uerbo numerandũ, in fi. in c. 3. de præb. lib. 6. ibi, per mensem a die, quo beneficia ipsa uacauerint, &c. Quæ quidem uerba ponuntur etiam in ista regula per omnes modernos pontificesa tempore Iulii, qui Iulius fuit primus, qui ad istam reg. addidit ista uerba (infra xx. dies, à die per ipsũ resignantem præstandi consensus computandos, &c.) Et sic adparet ex textu illius regulæ, ꝙ uirtute istius dictionis, à, quæ exclusionem & separationem significat dies prętandi consensus non debet in termino computari, prout etiam est gl. concordans cum illa. d. c. 3. in cle. sicut, de app. Quas gl. post Car. ibi in prima quæstione. sequitur Alex. in cons. 114. in 1. col. lib. 5. cum plurib. concord. quæ ad hoc cumulat Fel. in c. 1. in 2. col. de præsc. Itaque ista uidetur irrefragabilis conclusio, ꝙ dies præstiti consensus resignationis non computetur in termino. Non obstant modò in contrarium adducta, ꝙ tempus in dubio intelligitur continuum & quòd dies termini statuti & compromissi computetur in termino: quia uidentur ista nõ esse omnino absoluta, aut uera. Tamen præsupposito, ꝙ ita sint, prædicta omnia limitantur, nisi terminus statuti uel compromissi sit assignatus per dictionem, à, quia tali casu non computatur dies in termino. Ita in individuo tenet Alex. in cons. 42. in casu & lite, col. 3. lib. 3. cum conc. ut ibi per eum: Præsertim quia hic sumus in statuto uel in constitutione Apostolica: quæ, ut abundè in procemio diximus, habet uim legis uniuersalis. Itaque manet conclusio firma, ꝙ in regula ista dies præstiti consensus in termino 20. dierum cõputari non debet.

QVÆSTIO XXXVIII.

QVæro, an dies de qua loquitur ista regula, intelligatur de die artificiali 12. horarum, an uerò de naturali 24. horarum?

SOLV

Solvtio. Ut adparet in quibusdã notulis signaturæ gratiæ, quæ per manus pluriũ circunferuntur, quæ, ut refertur ab Alexandrino originem desumpserunt: signatura tenet & obseruat diem istius regulæ pro die 24. horarum interpretari debere: Ita quòd computabitur dies, & nox quæ pro uno die reputantur, ut in l. more Romano. ff. de fer. Et pro ista opinione facit, quia in dubio naturalis causa debet attendi, non accidentalis, seu artificialis, ut est tex. in l. qui habet & ibi notat Bar. ff. de tutel. sequitur Bal. in auth. similiter. C. ad l. Falcid. & illum text. in notab. q. allegat Bart. in l. fi. ff. de offic. proconsu. & Abb. in c. licet. de offic. leg. text. in l. 1. §. hoc interdictum. & ibi notat Bar. ff. de fonte, & tex. in l. fi. C. de his qui uen. ætа. impe.

Sed aduertendum est, ꝙ in regula ista videtur ita dicendum: nam negari non pòt, ꝙ regulæ istæ habent se ad instar statutorum, & ita sicut statuta, stricte & proprie uerba in illis intelliguntur: uulg. l. 3. ff. de nego. gest. Sed in statutis dies in dubio accipitur pro tempore 12. horarum, & sic ab ortu Solis usq; ad occasũ, qa tunc proprie dies dicitur, quando Sol est super terram, ut in c. consuluit. de offi. deleg. & tradit Fede. de Senis, consil. 44. statuto cauetur, &c. Igitur idem dicendum erit hic.

Breuiter, istis non obstan. prima opinio mihi uidetur uerior. Pro qua opinio. est deci. Mod. de syl. in tract. beneficiorum q. 46. tertiæ partis. in fi. ubi tenent expressè regulam istam loquentem de 20. diebus, debere intelligi de diebus naturalibus 24. horarum, ut ibi per eos. Et ista opi. fundari potest efficaci ratione: quia ut sæpe dictum est, in aliis q. regula ista, ex quo est odiosa, & contra ius commune, inquantũ fieri potest, respectũ odii restringi debet: & ampliari, quatenus in fauorẽ resignantis tendit: iuxta ca. odia. de regu. iur. lib. 6. Sed interpretando diem pro die naturali 24. horarum, extenditur magis libertas resignantis, quæ de iure communi sine præfinitione alicuius temporis libera erat, ergo illa interpretatio attendi debet. Et per hoc ad cons. sed respondetur, ꝙ illa interpretatio procedit, ut pœna statuti euitetur, ut dicit Alex. in d. l. more. & Moder. in d. c. cõsuluit. Sicut etiam videmus, ꝙ ut pœna periurii euitetur, qui iurauit soluere die dominico, si media nocte sequenti soluit, periurus non erit: ut not. Archid. in c. quòd a patribus. 75. distin. Bal. in c. ego. n. col. 1. de iureiu. Et ista concordant in materia beneficiali, de qua hic tractaᷓ. nã nõ repugnat, ꝙ actus factus de nocte, de die fieri dicatur, cũ nox sit pars diei. Sic enim collatio beneficii de nocte fieri potest, ut tradit Abb. in c. 1. de clandest. desp. & Domi. post Archid. in c. si tibi absenti, col. 1. de preb. lib. 6. & eo modo resignatio, & ideo nihil repugnat, ut dies hic interpretetur 24. horarum, sicut computat ecclesia, ut in c. 1. & 2. de feriis, & ita hodie seruatur.

Qvaestio XXXIX.

Qværo, nunquid de stylo curiæ soleat huic regulæ passim derogari?

Solvtio. Si loquimur extra Italiã, solet communiter pro absentib. derogari In Italia uerò aliquando solet concedi derogatio, quando locus resignationis distat à curia, beneficia quæ resignantur, nõ sunt reseruata: si uerò sit locus uicinus urbi, cum maiori difficultate conceditur. Hodie tamen rarò accidit iste casus, ex eo, quia pauci resignãt extra curiam propter expectatiuas & multitudinem mandatorum, quæ capiunt omnia beneficia uacatura per cessum uel decessum, & ideo procurant resignare in curia & tunc non solet derogari huic regulę, nisi cum maximis fauoribus. Tamen tempore Leonis papę 10. non cum tanto fauore obtinebatur derogatio. Nam tunc sæpius derogatum isti regulæ fuit pro pluribus personis, quas enumerat R. bon. me. Laurentius Puccius, Cardin. Sanct. quatuor, in quodam suo libro adnotationis derogationum regularum. fol. 58. 72. 73. 77. quæ trahi possent in exemplum occurrentis casus.

Et est considerandum, ꝙ quando infirmus mittebat procuratorem ad resignandum in curia, quia facilè contingebat infirmum interim mori, ideo fuit excogitata in supplicatione ista clausula, uidelicet Itaq; si dictus N. resignans extra Roma. curiam fuerit uita functus, literæ, per eius obi

obitum cum omnibus clausulis, & modis suprascriptis, omissa resignatione expediri possint. Tamē Modernis temporibus ista clausula solet cassari, ut euitetur fraudes, excepto in materiis Alemaniæ & Hyberniæ, quæ sunt nationes de facili scandalosæ, in quibus solet etiā aliquādo clausula limitari secundū casus contingentiā.

QVAESTIO XL.

QVæro, quid si infirmus per procuratorem primò, deinde secundò renunciat etiam per procuratorem, & in hac secunda resignatione derogat papa huic regulæ, nunquid si resignans moriatur infra uiginti dies, sanetur prima resignatio propter derogationem regulæ in secunda resignatione factam?

SOLVTIO. Iste casus contigit tempore Felyni in curia ut ipse hic refert in quadam apostilla, super quo fuerunt uariæ opin. Nam quidam dicebant secundam resignationem capere beneficium, & non primam, ex eo, quia prima renunciatio ꝑ mortē resignātis infra uiginti dies, perdit uires suas, & sic ualuit secunda: & licet secunda renuntiatio non possit ualere stante prima, quæ fuit resoluta per obitū tamen secūda capiet illū modū per obitum resultantem ex prima uigore clausulæ generalis, Vel alio quouis modo in secunda resignatione adponi solita, & sic illa clausula secundo resignatio dabit ius.

Contrarium tamen per solennes uiros conclusum fuit ista ratione, quia tempore quo secundus impetrauit, iam erat tūc à principio quæsitum ius primo resignatario in spe bona, & considerabili, & quanuis postea illa spes propter obitum resignantis, infra uiginti dies euanuerit: tamen ex quo secundus in sua secunda impetratione de illa spe mentionem non fecit, quæ tunc boni initii erat, subreptitiè impetrasse dicitur. Nec obstabat, ꝙ collatio à primo resignatario facta, quodam modo conditionalis uidebatur, & ab euētu uitæ resignantis pendere: ergo nullum ius tribuebat, quominus secūda prouisio non ualeret, arg. tex. in c. si pro te. de resc. lib. 6. quia respondebatur primam resignationem conditionalem non fuisse, sed purā & simplicem, quæ statim ante obitum resignantis integrum ius tribuerat, & dum in eo statu erat, de illo iure in secunda resignatione mētio fieri debebat, nec super ueniencia mortis resignantis ad secunda impetrationem ualidandam, excusat ex eo, quia tempore quo secunda impetratio facta fuit resignans uiuebat, & prima resignatio erat tunc ualida, licet ex euētu mortis resolubilis esset. aliud enim est, ꝙ actus sit conditionalis, uel purus, & resolubilis, ut tradunt Mod. in c. cæterū. de resc.

QVAESTIO XLI.

QVæro, nunquid legatus cum facultate derogandi regulis editis & edendis, isti regulæ derogare possit?

SOLVTIO. Potest capi ex his, quæ in proœmio regularū. q. 5. & 6. dicta sunt, uidelicet, ꝙ isti regulæ & similibus notabilem qualitatem habentibus quæ propter stylum Cancellariæ in se clausulam derogatoriam cōtinent, nunquam illis ꝑ clausulas generales derogatum censetur nec derogatio concedi nisi specialiter & nominatim illi derogetur, ut etiam tenet glossator in reg. 17. col. 1. & ita ex stylo in literis derogatio regulæ in principio narrari solet, & hoc priuilegiū oēs regulæ Cācellariç iudiciales hēt, q̄ oēs notabiles sūt, ut latius in dicto proœmio dixi. Et in casu, de quo hic quæritur. Ita interloquendum dixerūt Domini hoc anno 1539. in una Gerunden. canonicatus, & præbendę coram D. Raynaldo Petrutio. In qua causa per Romam ista duo dubia data fuerūt: Vtrum nuntius resignationem uigore mādati in fauorem certę personę facti admittere possit. Secundum, utrum uigore prædictæ clausulæ isti regulæ derogandi facultatem haberet. Super quibus dubiis D. Hieronymus de Castello aduocatus, latius præter cęteros scripsit. Et super primo Domini satis dubitarūt. Secūdū uero dubiū ab usu patrisfamilias pro expedito habuerunt.

REGVLA DE Idiomate.

ITem uoluit, quod si contingat ipsum alicui personæ de parochiali ecclesia prouidere, seu mandare pro

re prouideri, vel gratiam expectatiuam concedere nisi dicta persona intelligat, & intelligenter loquatur idioma loci, ubi ecclesia huiusmodi consistit, prouisio seu mandatum, & gratia desuper, quo ad parochialem ecclesiam nullius sit roboris uel momēti.

PRAEFATIO.

Plura sunt quæ mihi scribere cogitanti dicenda occurrunt super ista regula quæ usu quotidiano sunt frequentata: & utilia uideri poterunt, ut utar uerbis text. in l. 1. ff. ad exhiben. Verū, quia quædam erunt omnia cum aliis regulis: alia uerò proximè ad regulam istam pertinebunt: ideo illa quæ cōmunia erunt, breuius tractabo. Reliqua uerò plenius attingam.

In primis igitur illud meminisse oportet, istius regulę primum conditorem Gregoriū undecimum fuisse, quòd ex eo ad paret, quia inter regulas prædecessorum Pontificum ista regula non reperitur. Et hæc moderna nihil ad illam Gregorii addit, nisi uerba de gratia expectatiua, quæ addidit prius ad regulam Gregorii Eugenius Papa Quartus, ut patet in eius regula. In cuius quidem discussione solum eas quæstiones attingā, quas putabo necessaria, ad materiam regulæ.

QVAESTIO PRIMA.

IGitur quęro ꝓ fundamento dicendorū, nunquid regula ista habeat symbolum, affinitatem, aut similitudinem aliquā cū diuino aut humano iure, an uerò discrepet à iure communi?

SOLVTIO. Videtur reg. ista cū utroque iure, tam etiam diuino, quàm naturali similitudinem maximam habere, quin potius ab illis originē trahere. Quod ita demonstrari potest: quia certum est de iure communi eum nos debere rectorē curatū eligere, qui probè intelligat parochianorū uoces, & mutua uoce intelligatur: Nam rector ecclesiæ, officium prædicandi in ecclesia sua habere dignoscitur. cap. ecce. 95. distinctio. not. in cap. inter cætera. de offic. ordin. quia prædicatio officium est curati, ut notat glo. in clem. 2. de sepul. & in c. cum ex iniuncto. de hęre. & glos. in cap addicimus. 16. q. 2. cum sexcentis concor. quæ tradunt Moder. in apostillis ad Abb. in d. ca. inter cętera. Debet etiam audire confessiones, & reliqua sacramenta ministrare, ut in c. omnis. de pœni. & re. Item debet uisitare, & uultum regis sui agnoscere: ut legitur Prouerb. 27. cap. & Eccle. 32. Et est de hoc text. notabilis in extrauag. sedes apostolica. Ioan. 22. posita in titulo, de prębendis. Nā omnes rectores & prælati ecclesiarum dicuntur pastores. c. quamuis. de re iudic. c. quicquid. 1. q. 1. Sed ista præstare non potest rector, aut curatus alienigena, qui non intelligit, nec loquitur idioma, ut de se patet, ut notatur in c. quoniam. de offi. ordi. Igitur meritò ius commune ad regimen animarum non admittit tales: quia, ut inquit diuus Paulus Primæ ad Corinthios 14. c. Data est nobis lingua ad impetrandum & distinguendum ea quæ loquimur. Nam si nesciero uirtutē uocis, ero ei cui loquor, barbarus: & qui loquitur mihi, barbarus, ut ibi latius. Cùm igitur ista regula idē requirere uideatur, dicendū est eam habere similitudinem cum iure communi.

Ex quibus infertur unum, ꝙ sicut ex iure communi lata interpretatio fieri debet; quia fauorabiles, ut notat gl. in ca. 1. de re. permut. li. 6. & ibi per Gemin. & in glo. 3. c. statutum. de præb. lib. 6. Ita pari ratione interpretanda erit ista regula. quod erit bene notandum ad ea, quæ inferiùs dicentur. Sic etiam uidemus, priuilegiū, quod continet idem, ꝙ ius commune, uel insertum in eo, latè, ut fauorabile interpretari, secundum glo. in c. cùm de diuersis de priuileg. li. 6. Et adeò hoc uerū est, quòd propter hanc rationem in literis apostolicis expressio nationis requiritur, ut sic papa unicuique prouideat in patria ipsius: ubi meliùs originarius, & cum maiore animi charitate inter notos eiusdem linguæ ministrabit sacramenta, quā exterius, ut patet in capitulo quoniam. de offic. ordi. & tradunt docto. in cap. si proponente. de rescript. Et est etiam de hoc edita regula Cancellariæ ordine 15. Cum quibus etiā concor. tex. in ca. nullus inuitis 61. distinct. & in l. in ecclesiis. C. de episc. & cleric. Et diuus Augustinus in sermone ad populum, hoc idem suadet ut patet in ca. hortamur. 71. distin. cum aliis de quibus Moder. in c. bonæ. 2. de

po

postul.prǽla. Hinc non † abs re leges Romanę grauissimè tulerunt originarios à ciuitate & patria propria decedere, cum ipsi melius negotia eius procurare scirent, quàm exteri, ut in l.1.C.si curial. relict. ciui.lib.10. Et hæc est ratio secundum diuũ Bernard. in lib. de consideratione ad Eugenium, quare cardinales debent eligi de omni natione, ut unusquisque genti suæ, cuius mores & aditus notiores habet, facilius & certius ualeat iustitiam ministrare. Quis enim negabit originarios melius cõditiones hominum suæ patriæ cognoscere, quàm quiuis alius? Iudicat enim quis facile de his, quæ nouit, ut dicitur primo Ethico. Et diuum Bernard. sequitur Antonius in tertia parte summæ tit.21. cap. 21 §.2. quo loco idem Anton. unũ aliud notandum scribit, uidelicet, quòd quamuis de omni natione debeant cardinales eligi, non tamen consueuit ecclesia de Alemania cardinales assumere, ne secreta ecclesiæ imperatoribus pandantur: quod dictum sequitur cardinalis Iacobatius in tract. concilii. lib. 1. pag. 40. in 2. colum. qđ tamen hodie malè seruatur, quia attenta difficultate idiomatis, magis necessarii sunt ex illa natione, quàm alia. Et ideo dicebat Hugo antiquus doctor, ut refert Card. in capitulo significasti. de iurepatr. ꝙ patronus necesse habet præsentare Episcopo clericum eiusdem diœcesis, qui intelligat, & intelligatur. Et ob eam causam dicit Abbas in c. ad decorem. de instit. ualde esse honestum & fructuosum, ut quisque in patria sua beneficietur: quia sic nõ depauperantur beneficia, & homines inducuntur facilius ad residendum in eis, q̃ extranei: qui cùm lingua differant disparitate quoque morum distare uidentur, ac propterea nõ gerunt affectionem. Adeo ꝙ facilius propter huiusmodi linguæ disparitatem, homines sibi animalia muta, quàm alterius linguæ hominem sortiantur. Nam, ut inquit Augustinus, melius quis cum cane suo, quàm cum homine diuersi idiomatis conuersatur. ita dicit August. lib. 19. de Ciuitate Dei, ca.7. Nã hoc uno præstamus, uel maximè feris, ut inquit Cicer. lib.1. de Oratore, ꝙ colloquimur inter nos, & exprimere dicendo sensa possumus. Cum quibus cõcordat Andreas Sicul. in consil.57. in princip. in primo uolum. Nam inter homines eiusdem idiomatis est à natura insitus quidam charitatis ac amicitiæ intrinsecus amor, quo ubique se inuicem diligunt, & contra quoscunque alios tuentur & protegunt. Hinc est, quòd iudex eiusdẽ nationis quo est actor, à reo conuento recusari potest: ut in c. accedẽs. 2. ibi, de terra uxoris suæ oriundus, ut lit. non contest. Quia eadem natio inducit suspicionem, ut dicit Abbas in ca. postremo. col. fin. de appel. Hinc uoluit Franc. Patritius, li.3. de insti. reip. tit.2. magistratus populis peregrinos, & non ciues dari debere, quia non solent peregrini in administranda iustitia esse clementes sicut ciues, qui si non facile indulgent conciuibus, odia & capitales inimicitiæ oriuntur, quæ plerunque maxima scandala in republica pariũt. Quamobrem præclarè actũ arbitror apud Hispanos regni Castellę, qui ad regendas prouincias lege antiqua mittunt alienigenas, siue alterius ciuitatis ciues, quod idẽ apud Francos fieri debere Philippus Pulcher ac Carolus 5. Francorum reges statuerunt ut latius prosequitur egregius Mod. Guliel. Benedicti in repet. c. Raynutius. in uerbo, uxorem nomine Adelasiam, num. 1050. cum sequent. de test. Quod institutũ pleriq; Italiæ populi etiam hodie seruant aliunde magistratus perquirẽtes. pro quibus facit l. fi. C. de cri. sacri. & l. tertia. C. de diuer. offi. & appari. iudi. lib.12. Quas quidem sanctissimas obseruationes si regna Valentiæ Hispaniarum seruare curassent, nõ tantis intestinis ciuiũ discordiis, & crassandi licentia respublica abundaret. Nam cum inter conciues eiusdem linguæ sit à natura data quędã morũ similitudo, facile vnus alteri indulget, & in malefactis con

ANNOT. IOAN. MIL.

† Patriæ siquidem est dulcissimus amor ut l. qui habebat. ibi: dulcissimæ patriæ meæ uolo ad partes suas dari &c. ff. de leg.3.

conniuet,cum speret easdem sibi uices red di, & ita Valentiæ iustitia ad complacen tiam ministratur. Bona est igitur hoc casu exterorum iudicum promotio,qui nō dul ci amore patriæ,non spe, ut sibi paria red dantur,sed ex debita iuris seueritate iusti tiam prosequuntur. Sed in rectoribus & curatis parochialium bene conuenit ille patrius amor, & similitudo linguæ: nam facilius quis suadetur,& à malo auertitur ab eo quem diligit,q̃ ab extero. Nam satis compertum est ex disparitate linguę, & dissonātia uocum nasci quasdam inter ho mines differētias,ac animi simultates,quæ licet in iudicibus temporalibus necessarię uideantur,per ea quæ diximus: in rectori bus tamen animarum maximè sunt euitā dæ:ubi enim de moribus corrigendis agi tur,non libenter Italus Vltramontanum audit,nec Vltramōtanus Italū:& sic de sin gulis,rarò in ꝑsuasione morū alterius idio ma delectat,quāuis nō desunt uiri egregii qui et cōstāter affirmēt, nō ita rectè popu los per externos magistratus: sicut ꝓ pro prios ciues gubernari,quorum rationes la tè refert Barthol. Cassaneus in Catalogo glorię mūdi,in 21.par.I 12.cōsideratione. Hæc tñ sit summa uarietatū rei, relictis cō tēctionib.in pœnā homini hāc linguarū cō fusionē à Deo datā fuisse: qd̄ ex eo appa ret,quia post diluuiū usq; ad ędificationē turris Babel, oēs hoīes vna lingua loque bātur,ut dr̄ Gene.c. 11. quæ primos homi nes vno,& eodē loco stare cogebat. Dispa ritas igitur & differētia linguæ fecit,ꝙ ho mines seinuicē nō intelligerēt,rędiq capti, uarias sibi orbis regiones perquirerēt.quo factum fuit,ut ueteri lege ꝓximos reputa bāt eos,qui eiusdē trib. erāt,quorū eadem erat uiuēdi cōsuetudo:extraneos uerò, q diuersæ linguæ. Vñ sicut disparitas habi tus inter simul uiuentes quādā animorū differētiā inducit,ut in cle.1.de elect.& in c.in noua.16.q.7.ita & fortius dissonātia linguę discrepantē uoluntatē signat. Inde meritò Albinū derisum à Catone legimus qui cū esset Latinus, historiā inter Latinos Græcè scribere maluit, ut Plutarch. & plu res alii meminerunt. In quo genere Albu tius prętor reprehēdi meruit, qui cū à Scę uola,ꝓprio idiomate salutatus esset Athe nis,Gręcè respōdit,ut elegāter refert Mar. Tul.lib.j.de finib.bonorū & malorū.Eo.n. sermone uti debemus,ut inquit idē Cic.in offi.q notus est nobis ne,quidā Græca uer ba inculcātes iure optimo rideamur. Hæc .n.loquendi diuersitas facit, ut externus alieno nō sit hominis uice, ut inquit Pli. li.6.c.j.Ex quib.infertur, ꝙ sacramenta & prædicationes ministrata,& gesta ꝓ homi nes eiusdē idiomatis gratia magis fore, & accepta originariis eiusdē linguæ,q̃ si per aliū nō natiū habētē idioma, licet intelli gibile,ministrarētur.Et hoc non solū iure positiuo, sed et à iure diuino introductū uidetur.Vt quid.n.spiritus sanctus in Apo stolos ueniens, illis uariis linguis loquen di facultatē daret, nisi putaret necessariū fuisse ad officium prædicandi, & ministe riis sacramentorum idiomatis intelligen tiam?Quilibet enim eos in lingua sua lo quentes intelligebant,mirabantur,ut dici tur Actuum ca.2. Et si Erasmo credimus in eo uolumine,quem de ratione Concio nādi composuit, lib. 3. propter imperitiā idiomatis innumerabilia sacræ scripturæ loca perperam interpretata leguntur,quę studiosos facilè à sacrarum literarum stu diis auerterunt, cuius quidem idioma si interpretes assequuti rectè fuissent, mul tos facilè in suam sententiam traherent, ut latius Hispanus noster Valentinus Lu douicus Viues lib.3. de tradendis discipli nis ꝓsequi. Nemini.n.dubiū est,ob hanc causam dictū fuisse Ecclesiast.c. 8. corā ex traneo cōsiliū nō inīedū, quia propior est colligatio,interiorq; societas, cū ciuib; cū quib.est eiusdē linguæ cōmerciū, q̃ cū ex teris.Et ideo videmus,quia eiusdē idioma tis prædicatio sensum mētis aperit, & ani mū ipsum exprimit,qui & diuinus est, & maxima atq; optima pars hominis esse ꝓ hibet,quib. adstipulat illud Socratis, q cū tacēti adolescēti diceret,Loquere,ut te ui deā.nō ex corporis facie,sed ex loquela ip sa tanq̃ ex animi habitu hoīem intuendū esse cēsuit.Et hæc in causa sunt,ut oriūdis magis,q̃ cęteris et his ꝓlātionib.faueamus vt dicit Luc.de Pen.in l.qsquis.C.de omni agro deser.li. 11.alleg.tex. i l.fi.de ele ꝑeg. & alia de qb.ibi ꝓ eū, & h.d. Phil.3.polit. Qđ Græcorū exēplo cōprobatū legimus.

Nam

Nam cum Alemenes Atheniensis, & Agoraticus in sculpendo marmore clarissimi, Phidieq; discipuli inter se ambo de signo Veneris faciendo certarunt: ex eo Alemeni suffragiis Atheniensium uictoriæ palma data est, quia contra peregrinum ciui suo suffragari, urbanum esse putarunt, cōtinentes illud prouerbium: Tunicam pallio propiorem ac chariorem esse. Meminit de his Beroaldus senior, in quadam oratione prouerbiali. Et istum amoris naturalis stimulum, cum ex multis sacræ scripturę, & literarum humanarum locis, tum maximè ex ædificio turris Babel, Episcopus Abulen. colligit super Genes. cap. 11. Apparet igitur manifeste ex diuersitate linguę ex dissimilitudine corporum, diuersitatē quoque animorum induci, ut inquit Augustinus li. 2. de doct. Christia. cap. 4. facit text. in cap. quia diuersitatem. de concess. pręb end. Sicut econtrà ex identitate idiomatis, affectionem gigni manifestum est. Et nō solum linguæ identitatis, sed quod magis est, identitas quoque & similitudo solius nominis affectionem inducit, ut patet in l. cum filius. §. pater. ff. de legat. 2. Nam propter affectionem linguę seu idiomatis, affectio & charitas patriæ animo retinetur, quòd Alexandri regis exemplo manifestum fit: illum enim ob id milites odisse patriam contendebant, authore Quinto Curtio, quia peregrino sermone Persarum loqueretur. Nec aliam ob causam putandum est, coniugia exterorum apud ueteres non probari: quia sciebant disparitate idiomatis facile simultates gigni. Et hoc est, quod dicitur in sacris literis, Esdram linguarum confusionem, quæ ex matrimoniis aduenarū nascebatur, ad linguam Hebraicam reduxisse, ut patet secundo Esdræ cap. 13. Naturale igitur est, ut unicuique idioma suum sit præcipuū, & charum. Et ideo est, ꝙ afferenti se esse talis linguæ, seu nationis, creditur: & dicēti cōtrarium, incumbit onus probandi: quia non præsumitur quem malle alieno, q̃ proprio idiomate loqui, ut dicit Angel. in consil. 294. Hinc est, ꝙ in sacris literis ad punitionem populi referunt, Deum ꝑ Hieremiam cap. 5. dixisse, Adducam super uos gentem, cuius ignorabitis linguā, nec intelligetis quid loquamur. Et Deuteronom. cap. 28. Adducet Dominus super te gentem de longinquo, cuius linguam in ducit alienationem animorum. Vbi uerò datur communio, & eiusdem linguæ commercium, ibi est quidam domesticus & familiaris amor. Vnde necesse est, ibi spiritualia maiori animorū cōsolatione ministrari ac recipi, ubi maior animorum conformitas & similitudo esse comprobatur. Propterea multis uerbis uoluit ille Modernus Hispanus li. 3. de tradendis disciplin. de quo proxime mentionem feci, plurimum conducere ad dilatandum Christi nomen, ut nos & Agareni communem linguam haberemus: nam speraret futurum breui, ut multi se se illorum ad nos reciperent, quod non putat aliam ob causam Deum Maximum Apostolis suis donum linguarum cōtulisset. Nam, ut inquit Paulus, Fides enim per auditum, cui lingua inseruit: ac proinde cuperet: ut in plerisque ciuitatib. gymnasia linguarum instituerētur, nō solum illarum trium, de quibus in clemen. de magist. sed earum etiam quę essent Mahometicis populis uernaculæ, quas addiscerent non otiosi homines ad gloriam inde captandam, sed ardentissimi zelo pietatis parati, uitam pro Christo impendere, ut eis linguis instructi, Christum illis gentibus annuntiarent, quæ paucissima, ac nihil penè de illo audierunt. Hæc ille. Et hoc linguarum documentum prędicatoribus, qui multum populo Christiano prodesse possunt, necessarium esse. Nam prædicatio requirit hominem non solum in rebus diuinis expertum, ac uariis disciplinis refertum, sed etiam in lingua eorum quos auertere à malo, & meliores fieri prædicatione sua cupit nō mediocriter eruditum, ut patet exemplo Hieremiæ, se excusantis à prædicatione, quia loqui nesciebat. ut in cap. in scripturis. §. quies igitur. 8. quæst. prima. Sciebat enim magnus ille Propheta oportet eos, qui animos rudes prędicando instruunt, se aptare debere pro ingenio discentium. & uerborū ordinem pro audientium capacitate dirigere, ut dicit tex. notabilis in cap. oportet. 8. q. 1. Hæc enim fieri nō possunt, nisi ab his q intelligūt, & loquunt idioma

populi:

populi: aliàs si ab auditorib. sacrorum ministri non intelliguntur, non audientium utilitatem, pro quibus missi sunt, sed suã ostentationem quærerent, ut inquit tex. in c. dispensatio. 43. distin. Nam quãdo prædicatio boni rectoris sub natiuo sermone discentium aptè exprimitur, deuotio crescit, ac fides dictorum magis animo insidet, & continuatione roboratur. Qui quidem sermo dum per aures recipitur, deuotio ac fides in mente generantur, ut dicit tex. in can. si quis rector. uersic. in mente. 43. dist. Sicut uidemus in Physicis. Nã imperitus medicus, ut inquit Auic. 6. natur. pp fidem & deuotionem ægri facilius sanabit ægrum, quã peritus, & doctus. Hoc enim facilius fiet commercio linguæ. Ad quid etenim putamus, Mithridatem Ponti Regem tantum laboris in perdiscendis duabus & uiginti linguis desumpsisse, nisi ut tot populis, quibus imperitabat, in sua propria lingua responderet, ut sic acceptior uideretur? Quam loquendi rationẽ Themistocles Atheniensis est imitatus, ut de utroque Plinius, Valerius, & Quintilianus meminerunt, & recenset Ias. in §. ex maleficiis instit. de actio. Quæ omnia ad usum & intellectum huius regulæ pertinere uidentur. In qua de parochiali ecclesia fit mentio, quæ rectorem requirit uocalẽ confessiones audientem, prædicationi ac commodũ, uerbis intelligibilibus ecclesiastica sacramenta fidelibus ministrantem: qui si non intelligitur, quia diuersum habet idioma, frustrà rectoris partes adsumpsit. Nam qui ędificari uerbo Dei debent & cupiunt, talem eos magistrum habere oportet, cuius sermone, & monitis eruditiores fiant: ne fortè cum his præponitur eis, qui non intelligitur, animus fastidijus ad deteriora prouocetur. argu text. in capitulo in grauibus. 3. quæstio. 7. Et ob eam causam ueteres uoluerunt, leges quę dabantur populis, sub illo eiusdem populi idiomate publicare, ut magis placerent omnibus, & obseruarentur. ut est text. in §. alienationis. in authent. de non alienan. Quod ad hoc Roma. ponderat in l. 1. §. fi. col. 3. ff. de uerbo. obligat. cum pluribus aliis concord. congestis per Fely. in rubr. de constit. in 4. colũ. ueriis ulterius. & facit text. in §. illud quoque. in authen. ut prępo. no. imp. Per quẽ text. dicunt Moderni Valentini in l. prima. §. finali de uerbor. oblig. quòd ideo titulus Crucis fuit tribus illis linguis, tunc magis usitatis scriptus, ut ab omnibus intelligeretur. Propterea dici glo. in lege decreta. ff. de re iudicata. quòd decreta inter Latinos debebant Latine proferri, & inter Gręcos, Græcè. Et eadem ratione dicunt Moderni de Monteferrato in lege prima. §. fin. ff. de uerbo. obligat. quòd licet stipulatio inter homines diuersi idiomatis per interpretem contrahi possit: ut in d. §. finali. hoc ideo statutũ fuit propter nècessitatem. Sed ubi duo haberent idem idioma, & stipularentur unus Gręcè, alter Latinè, non ualeret stipulatio, cum ibi nulla subest necessitas, nec uoluntas, eũm possunt eadem lingua stipulari. Nam quilibet debet facere actum lingua sua. Et ideo ubi ad aliquem scribimus, illi scribendum est lingua quę ille utitur, & non alia qua ille ad quem scribimus, non utitur. capit. in nomine patris. ad fin. 73. distinct. Nam, ut inquit Cic. de Orat. lib. 3. uerba neminẽ mouent, nisi eum qui eiusdem linguæ societate coniunctus est. Quoniam ut ipse idem Cicero Tuscul. 5. ait, in iis linguis quas non intelligimus, surdi profectò sumus, quod uidetur innuere diuus Paulus. 1. ad Corinthios 14. ca. Et hac de causa uidemus, leges uoluisse, proclamationes, quæ inter uulgares fieri cõsueuerunt, uerbis uulgaribus fieri debere, ut ab illis intelligerentur. l. sed & si pupillus. §. præscribere. ff. de instit. Quo loco dicit Paul. de Castr. Parisiis curiam Regis consuetudinẽ ideo habuisse, quòd acta in uulgari scribantur: & idem in Burgundia consuetum fuisse Iacobus de Puteo in l. acta. ff. de re iudi. attestatur. Nam ut præclarè inquit Tullius offic. lib. 2. Popularibus enim uerbis est agendum, & usitatis, cũ loquimur de opinione populari. Et idem lib. 1. de legibus. Sed quoniam, inquit, in populari ratione omnis nostra uersatur oratio, populariter interdũ loqui necesse erit. Hic dicit gl. in c. odi. 24. quęst. 1. quòd clericus quando agit contra laicum, uulgariter loqui debet, ut facta sua intelligat. Propter

collegia actiuè sunt incapaces sacramentorum, neque in eis cadunt claues fori pœnitentialis, cum etiam de facto fœmina accipiens ordines, characterem non recipiat, ut tradit Archi. & alii in can. presbyr. 32. dist. Nec per hoc consequens possit fœmina, aut uniuersitas confessiones audire, uel alia sacramenta ministrare, ut est text. & ibi notat Abb. & omnes in c. noua, de pœni. & remiss. & tenet diuus Thomas in 4. sent. dist. 25. q. 2. Sequitur, quod hæc regula tales non comprehendit. Sunt enim huiusmodi personæ corpora inhabilia tum respectu sexus, tum etiam respectu corporis imaginati. Quia cum capitulum & collegium non sit persona animalis uera, sed repręsentata, & ista sacramentorum administratio ueram personam animatam, & uirilem requirant, meritò dispositio ista loquens de persona non habebit locum in istis: quia in eis cessat ratio istius regulæ. Imò non solum in hac regula, in qua materia subiecta repugnat, sed neque in quacunque alia dispositione, in qua uerba debēt proprie capi appellatione personę, capitulum, uel aliud collegiū nō comprehenditur, ut est not. dictum Roman. sæpe practicatum in conf. 436. Vbi per istam rationem tenet, quod priuilegia derogātia quibuscunque personis, nō derogat collegio: præsertim dominorum Rotę. quia non uenit appellatione personæ. Et per istam rationem concluserunt domini mei in una causa pendente coram R. D. Io. Mohedano. 13. Ian. 1536. quod procurator constitutus contra omnem personam, non potest agere contra uniuersitatem, uel capitulum, per dictum Bal. in rub. C. ad Treb. & in auth. item quicunque. C. de epis. & cle. Sequitur Fel. in c. eam te. in 2. col. de resc. & in c. dilectus, el 2. col. pen. de simo. Et Pau. de Cast. in d. auth. item quicunque & Rom. in l. si quis mihi bona. §. seruus. ff. de acq. hær. & Iacob. de S. Georgio in l. collegium. C. de hær. insti. cum quibus nouissimè concordat Bart. Cass. in conf. 1. in 5. dubio, ubi limitat in procuratore rei. Et istā opinionem uidetur tenere Dec. in d. l. si familia. Et licet idem Bald. uideatur tenere cōtrarium in c. 1. de noua for. fidel. quem sequi uidetur Barb. in c. cum non ab homine. in 1. not. de iud. & in conf. 47. col. pen. in 4. uol. Tamen possent eorum dicta concordari, ut procedant in procuratore rei ad defendendum, quod est fauorabile, ut dicebat Cassaneus in d. conf. & sentit Alex. in apost. ad Bar. in l. mortuo. ff. de fideius. Licet possit attentari, quod etiam mandatum actoris ad agendum sit fauorabile, ut dicit decis. dominorum 32. de procur. in no. cit. ca fi. Sed amoris ambagibus, ista est communis opin. quod in procuratore actoris, dictum Bal. in d. rub. C. ad Treb. est uerior. Et ita iudicauit Rota.

Redeundo ad propositum istius regulę concludo, quod ex quo ratio istius tex. ac proprietas huius uerbi, Persona, nō congruit fœminæ, neque collegio, uel capitulo, sub dispositione istius regulæ tales non comprehendentur: sed illæ tantum, quę sunt habiles, & capaces clauium fori pœnitentialis, quæ possint & ualeant curam animarum exercere, & omnia sacramenta ministrare.

QVAESTIO TERTIA.

QVæro, nunquid sub illo uerbo personæ, uel etiam ex mente istius regulę comprehendantur cardinales?

SOLVTIO. Licet ista quęstio latissimè in proœmio istarum regularum discussa fuerit tamen quia quę hic dicentur, specialiter istam regulam tangunt, quę ibi scripta non fuerunt, ideo inconueniens non erit, pluries eandem quæstionem repetere, quia ut dicit tex. in l. unica. §. supradictis, C. de emenda. Cod. Iusti. sępius repetita placebunt. Et, ut inquit Plato, quē Plinius sapientiæ antistitem uocat, non nocet bis dicere, quod bene dicitur. quia, authore Seneca, nunquam nimis, quod nunquam satis. Vnde illud prouerbium emanauit, Bis terque pulchra. Quamobrē, cùm quęstio ista necessaria sit, frequens & utilis, eam sæpius in pluribus regulis, diuersis tamen motiuis repetere duxi. Et proprius ad rem ipsam ueniendo, istam quęstionem, de qua loquimur, in terminis decisam esse reperio per dominum Bartholomęum Belenz. uirum doctrinę singularis, & quondam Rotę auditorem, in suo tract. de char. subsi. quęst. 66. in 5. col. ubi resolute tenet hanc regulam in cardi

cardinalibus locum habere, ex eo, quia tẽpore suo, & eo præsente, ita Rota iudicauit. Quam opinionem ipse hac ratione fundat: quia clarum est, dispositionem istius regulæ fauorem animæ concernere. Quæ ratio facit, ꝙ ista regula fauorabilis indicetur, iuxta doctrinam gloss. Bar. & doct. in auth. sacramenta puberum. C. si ad uer. uend. Sed in constitutione sic fauorabili cardinales comprehenduntur, ut dicũt Moderni per illum tex. in c. omnis de pœ. & remis. Igitur regula ligabit eos. Hæc Belenzinus. Pro ista opinione facit tex. in c. nemo, & quod ibi notat Domi. & Phil. in princ. de elect. lib. 6.

Sed prædictis non obstantibus, potest contrarium tentari. Nam in primis negari potest, ꝙ ista constitutio in fauorem animæ edita sit, ut dicebat Belenzinus. Iura enim hoc exprimere solent, quando id agere intendunt, ut patet in c. fin. de consue. & in c. fi. de præsc. & in c. 2. de const. li. 6. & alibi sæpe. Nam ꝙ sit rector eiusdem linguæ, potius quàm peregrinæ, hoc non concernit immediatè animam: quia si hoc modo utilitatem animæ metiremur, nulla esset constitutio, nulla regula istius uolu minis, in qua eodem modo idem animæ fauor considerari non posset: præsertim in regulis mistis, quæ ad euitandum fraudes conditæ uidentur. Et sic esset dicendũ omnes tales regulas esse fauorabiles, ac latissime interpretandas, & comprehendere cardinales. Quod inconueniens & absurdum uidetur, ut inferius per exempla patebit. Nam sicut non omne, quod publicè interest, principaliter ad utilitatem publicam pertinere dicitur, ut illud fauorabile dicamus, ut tradit Bar. & alii in l. 1. ff. solu. ma. Ita neque omne illud quod ad fauorẽ animæ referri potest, illicò dispositionem principaliter fauorabilem facit, cum constitutio forte alia ratione moueri possit, quæ dispositionem restringat, ut patet in c. auaritiæ. de elect. lib. 6. Cuius dispositio respicit utilitatem animæ, & tamen illa constitutio tanquam fauorabilis extensionem non recipit, ut not. Old. cons. 246. & Gem. cons. 106. in 6. col. Et idem uidemus in extrauag. ambitiose posita in ti. de reb. eccle. non alien. Quæ etiam utilitatem animæ considerat, & ita fauorabilis non est, ut omnes casus non expressos comprehẽdat, ut declarat do. Gund. Villad. quondã nostri ordinis insignis auditor, in tract. de leg. in 11. q. 5. partis, col. 6. & Rochus Cur. in rep. c. fi. in 82. col. de consuetud. Illud igitur, quod dicitur constitutiones obuiãtes fraudibus, utilitatem animę respicere, uerum est, quando illa constitutio principaliter animam, seu piam causam immediatè respicit. Secus autem quando constitutio non principaliter, sed secundariò incidenter, aut mediatè animam concernit. Quod ex subiecta materia, uel modo loquendi facilè deprehendetur. Hoc probatur in c. ut animarum, de constit. lib. 6. & in c. quanquam. de usur. cum similib. & ita declarant Mod. in c. cum cõtingat, post gl. in uerbo debent. de iureiu. & recensumũt Mod. Hispani in tract. de ultimo fi. iuris; 89. & 117. colum. & latius dixi in d. ca. ut animarum. Cum igitur regula ista neque ex uerbis, neque ex subiecta materia principaliter animę utilitatem concernat, concludendum erit, illam non esse principaliter fauorabilem, & extendendam, & per consequens Cardinales non comprehendere.

Sed posito ꝙ regula ista principaliter fauorem animarum concerneret: dico tamen, ꝙ ille fauor animæ qui propter imperitiam idiomatis hic considerari potest per uicarium idoneum, linguæ peritum, positum in ecclesia parochiali per Cardinalem conseruari posset, iuxta not. in c. super eo. de præb. lib. 6. & in c. dudum, el 2. de elect. Nam ipsi Cardinales habentes parochiales, licet intelligibiliter loquerentur, & intelligerent idioma, non tamen honeste possent, nec eorum dignitati conueniret, neque etiam coguntur ecclesiis parochialibus per se ipsos deseruire, cum sint regimini uniuersalis ecclesiæ præpositi, quod præferri debet priuato commodo unius ecclesię parochialis, ut dicit tex. in proposito nostro notabilis in c. bonę. j. de postu. prælat. Et isto modo per uicariũ satisfactum erit regulæ. Licet iidem Card. non intelligant, nec loquantur idioma. Et quia papa dispensando cum eis, ut tenere ualeant parochialem in commendã, per

per hoc uidetur cum illis tacitè dispensas se, ut non teneantur per seipsos deserui re, iuxta gl. in c. quia in tantum, de præb. cum aliis concord. ut scribunt Mod. rep. rub. de rescr. lib. 6. in 2. col. & tenet Abb. in c. cum in cunctis de elec. & latius per Fel. in c. postulasti. in 12. col. de rescr. Præterea quia in ista regula nulla fit mentio de Cardinalibus, ideo non comprehenduntur. Nam Cardinales nunquam sub regulis Cancellariæ censentur includi, nisi illi spe cificè nominentur, ut tradit Fel. post Pet. de Anch. in c. in eos, in fi. de hær. Ad hoc fa cit ratio gl. in uerbo, dignitatum, in c. 2. de præb. lib. 6. Et hoc generaliter uerum est, q cardinales in dispositione quacunque pœnali non comprehenduntur etiam, quod fortius est, si in illa dispositione sint uerba uniuersalia, ut est tex. in c. 1. de schis ma. li. 6. & ibi notant Io. And. & Domi. cũ multis aliis conc. quę scribit idem Belenz. in eo. tract. col. 6. Vbi ex hoc infert unum aliud, uidelicet, idem esse in regula de ua lore exprimendo, ut nõ habeat locum in cardinalibus per eandem rationem: quia de illis ibi non facta est mentio specialis. Et idem Belenz. hoc generaliter dicit de quibuscunque regulis, in c. quod super his, de fide instrumẽtorum, quem ibi Fel. refert in 3. col. uers. 2. q. Et quo ad regulã de ualore, hoc late dixit Pet. de Anchar. in consil. 288. pro clariori euidentia. Et Ro ma. in consil. 498. cum sexcentis concor dan. de quibus per And. Sicul. in tracta. car dinalium. in 7. q. & dicitur latius ibi.

Præterea ratio domini Bartholomei e x alio impugnatur: quia si illa esset uera, idẽ deberemus dicere in regula de ualore ex primendo, quæ potest eodem modo con cernere fauorem ecclesiarum & animę. Nam ratio illius regulæ fuit, ne tacendo ualorem unus caperet stipendia plurimo rum, quæ clericis pauperibus ministrare uolentib. possent subsidio esse, ut habetur in cap. quia in tantum. cum c. sequenti. & cap. cum secundum. de præben. & in can. 1. 21. quæst. 1. & bonus tex. in cap. quia nõ nulli. de cleri. non resi. Et quia papa per ex pressionem ualoris, consultius ecclesiis, & earũ indemnitatibus, ac cultui diuino, & personis bene merentibus iuxta cõdignũ prouidet. Et ita fit, q docti uiri qui eccle siam Dei, uelut stellæ positæ in firmamẽ to illustrant, ut dicitur in cap. super. de ma gistr. & per quos magis cultus diuinus de coratur, defenditur, & augetur, c. super spe cula. ne cle. uel mon. & ea quæ dicuntur in c. cum M. & c. cum accessisset, iuncto c. ex parte, de constit. recipiunt mercedem & retributionem sanctorum laborum suo rum. Quæ omnia proculdubio per expres sionem ueri ualoris iustificantur: tollun tur etiam multæ fraudes quæ fierent si ua lor taceretur. Nam posset fraudari papa in perceptione iurium ad se pertinentiũ, ac Cameræ & Cancellariæ officiales, qui bona fide sub prætextu distributionum ta xæ & annatæ, quæ ex fructuum expressio ne proueniunt a papa sua officia emunt. Super quibus quidem taxis maior offi ciorum curiæ pars fundata existit. Vnde si uerus ualor taceretur, fieret magnum præ iudicium illis qui officia pro sua sustenta tione propriis pecuniis quæsierunt. Hoc enim fieri non posset sine conscientiæ pe riculo, & animæ offensione, & scandalo plurimorum, ut latè probat Hiero. Paulus Hispanus in pract. Cancella. apost. fol. 48. ut dicam in regula de ualore. Igitur con cludẽdum est, dictam regulam animarum etiam utilitatem concernere. Et tamen il lis rationibus nõ obstantibus, Rota tenuit regulam illam non habere locum in Car dinalibus, ut ipse idem Belenzinus memi nit in d. tract. & dicit suo tempore ita Ro tam iudicasse. Ergo pari ratione tenendũ est, istam regulam eos etiam non ligare.

Super his tamen bene cogitandum est, ex eo, quia multum me mouet attestatio D. Belenzini dicentis, Rotam contrarium eo præsente iudicasse. A qua opinione in du bio ego non recederem: quia iustum præ sumitur iudicium fuisse, quod plurimo rum oculis est comprobatum, ut dicitur in c. prudentiam, de off. deleg.

QVAESTIO QVARTA.

QVæro ibi, prouidere, seu mandare pro uideri, &c. quid significent, & impor tent ista uerba?

SOLVTIO. Attenta proprietate uer

borum, ista uerba prouidere, seu prouideri mandare, denotant liberam dispositionē factam a superiore sine facto alterius. Itaque sub tali uerbo non cōprehenderetur electio, neque præsentatio quæ requirunt factum aliorum, ut dicit Domi. in c. cum illis. §. i. de præb. lib. 6.

Tamen ex quo dispositio istius regulæ est fauorabilis, fundata in salute animarū propter rationes assignatas in prima quæstione: ideo erit concludendum ista uerba prouidere & mādare prouideri, largo modo capi debere, ut quācunque dispositionem & ordinationem, per quas prouideretur alicui de parochiali, comprehendant: quia illa uerba largo modo sumpta ad omnes modos dispositionis & collationis adaptantur, ut refert Fel. in c. in nostra, in 32. corr. de rescrip. Et licet omnes modi disponendi de beneficiis, largo modo loquēdo comprehendantur sub uerbo prouisionis, tam ex parte conferētium, quàm prouisi, quia quocunque modo prouideant, personam quæ intelligat, & loquatur idioma loci, eligere debent. Tamen quo ad alium effectum, multum interest, per quē modum quis prouideatur an per electionem, præsentationem, uel collationem: quia per unum modum acquirit ius in re, & per alium ad rem. Et hoc est multum utile scire propter derogationes. De quo tamen uidenda sunt, quæ scripsi in regula, de non tollendo ius quæsitum, in 1. q. quæ hic non repetam.

Quid autem significent, & quid differant inter se ista uerba posita in textu, prouidere, seu mandare prouideri, &c. Et dicendum, ꝙ secundum stylum curiæ Rom. multum differunt. Pro quo est aduertendum, ꝙ quatuor sunt termini, quibus utitur papa in prouisionibus suis, uidelicet, prouidemus, mandamus prouideri, prouisum fuit, & concessimus prouideri. Et ista omnia secundum stylum Cancellariæ differunt. Nam prouisio dicitur, quando papa effectualiter & pure facit gratiam, de qua literæ sunt expeditę. Illa enim dicitur prouisio: & per talem prouisionem expirat reseruatio papæ, ut dicit Fel. in rub. de consti. col. 4. ut late dixi in regula de triennali. Mandamus prouideri, dicitur, quando literæ sunt expeditæ, & alteri mandatur, ut prouideat, & de istis duobus terminis loquitur Egid. in quadam decis. relata per D. Gul. in decis. incip. & quia. in tit. ut lit. pend. Prouisum fuit, dicitur, quando authoritate papæ, uel alterius fuit facta prouisio literis expeditis & executis. Concessimus prouideri dicitur, quando est signata supplicatio, & literæ non sunt expeditæ. Et ita expresse tenuit bis Rota in una Valentina parochialis de mense Nouembr. & Decemb. 1536. coram D. Io. Clerici. Et hanc etiam uerborum differentiā, quam hodie in gratiis Apostolicis seruari uidemus, duo antiqui doctores practici approbant, uidelicet Hie. Pau. Barch. Cancellariæ Apostolicæ Vicecorrector, & Ant. de Cortesiis olim abbreuiator, in quibusdam suis memorialibus concernentibus gratias expectatiuas, & alias literas gratiæ fol. 85. Ex quibus excerptus est iste liber, quem uulgò Practicam seu stylum Cancellariæ appellant, sæpius per Fel. allegatum, & a sede Apostolica approbatum, ut in proœmio dixi. Et quia ista consistunt magis in stylo, & usu curiæ, quàm in iure, ideo non insisto. De quibus tamen aliqua dicam in fine huiusce commentarii, post Spec. in tit. de act. & petitionib. §. 4.

QVAESTIO QVINTA.

QVæro, an ista regula habeat locum in parochiali ecclesia commendata?

SOLVTIO. D. Gul. Cassiod. nostri ordinis uir diligens & curiosus ac Episcopus Algaren. in discursu cuiusdam q. quā scribit in collectaneis suis decis. Rotæ, fol. 101. simpliciter tenuit reg. istam in commenda locum habere: quia ita in Rota iudicatum fuit, & nihil aliud dicit.

Reperio tamen quendam doct. Modernum (illi nomen est Aeneas de Falconib.) uirū certe, quantum colligi potest ex quibusdā apostillis, quas fecit ad Abb. Pau. & ex quodam tractatu suo reseruationum & commendatum, apprimè eruditum & practicum, in quadam breuissima additione, quam hic reliquit, ponere istam qōnem in terminis, & referre tpe suo, Rotam super hoc puncto uariasse, & diuersis temporibus

poribus pro utraque parte iudicasse, nullam tamen rationem alicuius decisionis scribit. Itaque satis apparet quæstionem esse dubiam, & in utranque partem disputabilem.

Quid dicendum? Certè negari non potest, punctum esse difficilem, ex eo, quia tempore meo uidi hanc eandem difficultatem in Rota sæpe à diuersis auditoribus propositam, & minimè diffinitam. Nam R.P. D. Petrus Vorrius de mense Iulio, 1539. inter dominos de ea uerbum fecerat. Et tunc propter uarietatem uotorum nihil penitus conclusum fuit. Secundò loco coram R.P.D. Marcello de Crescentiis, de mense Aprilis, 1531. in una Grassen. fuerat etiam super hoc dubitatum, & uota diuersa fuerunt. Tertio loco idem D. Pet. iterum quæstionem proposuit, & post longam disputationem, Domini eam terminarunt, in qua plura argumenta & rationes facta fuerant: quorum præcipua narrabo, ne fastidio sim curialibus occupatis: & quia istam quæstio. latissimè in regula de triennali possessore attingo, ex quo loco plura, dum casus iste occurret, mutari poterunt. In primis igitur pro parte negatiua, uidelicet ꝙ regula ista in commenda locum non habeat, quidam ex Dominis ponderabant tex. regulæ non facere mentionem de commenda. Ergo neque nos supplere debemus. l. si seruum. §. prætor ait. ff. de acq. hær. Addebant fortius, quia commendatarius per substitutum oriundum ex loco deseruire potest, ex quo habere potest aliam ecclesiam in titulum, cui personaliter tenetur deseruire, ut tradunt doct. in c. dudum. 2. per illum tex. de elect. Et talis substitutus pôt. reg. satisfacere, & supplere defectū commendatarii, qđ non est in titulari, qui tenetur deseruire per seipsum. Vnde si non intelligit, nec loquitur idioma, non poterit sacramenta ministrare, quæ uerborum intellectum & loquelam requirunt. Et ideo in titulari duntaxat regula locum habebit. Ista ratio quorundam Dominorum satis dubiam materiam reddidit.

Sed in cōtrarium allegata fuit per alios Dominos prędicta decisio D. Gul. attestātis Rotam contrarium iudicasse: quæ dubios reddidit Dominos, & negotium distulit ad Cal. Octob. Tunc enim in primis audientiis causa iterum fuit posita. In qua pro opinione illorum Dominorum ponderabantur uerba istius regulæ, ibi, ꝓ uidere, & prouideri mandare, &c. Quę adaptari posse non uidentur ad commendam. Quia commenda non est prouisio, ut dicit expresse Collectarius in c. si constiterit. in 2. col. de acc. Facit quod dicit Car. in cle. causam. in 4. q. de elect.

Istis tamen non obstantib. maior pars Dominorum tenuit cōtrarium, uidelicet, regulam habere locum in commenda. Quorum opinio istis motiuis defenditur. Primò, considerando rationem finalem istius regulæ, quæ secundum communem opin. in fauore & utilitate animarum fundatur, ut tenet expresse Bart. Belenz. auditor Rotę in d. trac. de char. subsi. q. 66. col. 5. & dixi superius in 1. & 3. q. Sed salus animarum in hoc consistit, ut pastor uultum pecorum suorum inspiciat, uisitet ecclesias, confessiones audiat, populo prędicet, & alia ad curam animarum pertinentia sacramenta ministret, ut superius in dictis quęst. 1. & 3. dictum est: quæ omnia in cōmendatario militant, postquam capit fructus ecclesię, qui sibi propter dictū onus dantur. Ergo in illo dispositio istius regulę locum habebit. l. i. ff. ad municip. & l. a Titio. ff. de fur. Frustra enim in commendatario contemporanea ętas, & ordo sacerdotalis requireretur, ut dicit Domi. in c. nemo. in primo notab. de elect. libr. 6. per illum text. nisi ad ea teneretur, ad quæ rector ipse tenetur, uidelicet, administranda sacramenta fidelibus parochianis, qui sine commercio linguę & intelligentia idiomatis ministrari non possunt. Et ob eam causam in commenda necessitas & utilitas ecclesię consideratur, ut ibi dicit Domin. in 3. not. Et tamen regul. istam ad alium effectum edita non fuit, quàm propter utilitatem ecclesiarum. Ergo uidetur in ea includi commenda: cum eadem ratio sit in commendatario quæ est in titulari. Ergo regula utrunque comprehendere debet; maximè, quia ista regula generaliter loquitur. Ergo omnes casus comprehendere

dere debet: etiam si maior ratio sit in uno casu, quam in alio iuxta tex. not. qui de pœna loquitur, in l.1.§.quod autem.ff.de alear. Et qui se exceptum dicit a regula, illud probare debet: quia lex indistinctè omnes quos non excipit, ligat.c.1.de const. c.omnis anima, de sensib.c.solitæ, de maior. & obed. Cùm igitur commendatarius à regula non excipiatur, debet sub illa comprehendi. Confirmatur ulterius ista opinio, quia uidemus regulam istam habere locũ in gratia expectatiua, quæ est quædam cõcessio temporalis, iuxta c.fi.de concess.præbend. Ergo eadem ratione habebit locũ ẽt in commenda, quæ etiam concessio tẽporalis est. Præterea, quia ista regula initium considerat, & sic tempus prouisionis beneficii. Quo tempore nisi peritia idiomatis in regula requisita concurrat, collatio siue prouisio beneficii est nulla ipso iure, ut patet in textu: quia qualitas adiuncta uerbo, debet adesse tempore uerbi, c.statutum, de rescr.lib.6.l.miles, ff.de test. mil. Et ista ratio æquè militat in commendatario, sicut in titulari. Ergo, &c. Et per hoc illa ratio illius Domini resoluitur, uidelicet, quod commendatarius per substitutũ deseruire poterat: quia est uerum, postquàm commenda ualidè præcessit.i. quando concessa est habenti peritiam idiomatis, uel quando a principio in ipsa prouisione isti regulæ derogatum est, tunc enim ualidè substitutũ ponet. Vbi uerò a principio tempore prouisionis ista non concurrunt, prouisio est nulla, & ideo de tali casu de constitutione substituti disputare nõ attinet, qui postea sequitur, & sic tempore quo iam prouisio commendæ tacta personæ ignoranti idioma non ualuit.

Non obstat etiam, quod text. iste commendam comprehendere non uidetur, ex quo loquitur de prouisione. Et prouisio non est commenda: quia hoc est falsum. Quia imò sub tali uerbo comprehenditur, ut in specie tenet Domi. de S.Gemi. in c.nemo, in 2.col.uers.item facit, de elect.lib.6. Vbi ex hoc infert, quod si papa reseruat prouisionem suæ beneficium, si illud dat in commendam, reseruatio expirat, secus si collationi suæ reseruat. Rationem ibi ponit: quia cõmendari, est prouidere. Et ita ibi Dom. sequitur Phil. Franc. in 3. col. & Nic. Milis summus practicus, & auditor Rotæ in suo Indice, in uerbo, beneficium uacans reseruat um, &c. Et latius cæteris Ioan. Aloisius Tuscanus aduocatus consistorialis, antiquus & summus practicus, in quodam cõsilio suo incipien. Nunquid regula prohibens. Vbi non solum tenet commendam sub ista regula comprehendi, sed etiã sub quibuscunq; regulis de prouisione loquẽtib. Cum quibus concordat egregius Pater D Ib. Franc. Pauinus Rotæ auditor, in eleganti suo tract. de sede uac. in 3. q. principali & Mod. in trac. reseruationum, fol.7. & in effectu 38. & fol. 32. Quicquid de hoc dubitet Rom. in cons. 350. col. 4. cum quo unico uerbo Fely. transire, uidetur in c. in nostra. in 32. corr. in 2. col. uers. scias etiam, de resc. Reliqua quæ circa istam quæstionem desiderari poterunt, repetenda erunt ab illa quæstione notatu digna, & multum per me discussa in regula de triẽnali. q.5.

QVAESTIO SEXTA.

QVæro, nunquid ista regula obseruari debeat, & liget extra curiam?

SOLVTIO. Glossator hic tenet, quod nõ; rationib. de quib. hic per eum, quem uide, sed ueritas est in oppositum. Nam ex quo ratio istius regulæ, quæ utilitatem animarum respicit, ita generaliter militat extra curiam, sicut in curia generaliter interpretari debet, atq. eorum, quæ dicit Fel. in c. 2. col. pen. de rescr. Et ratio Glossatoris, quod ordinarius magis personas suæ diœcesis, quàm alias cognoscat, nõ facit ad propositum, quia illud concernit mores, & probitatem uitæ, non autem rationem idiomatis, quia cognitio ordinarii non tollit defectum personæ non intelligentis, uel loquentis idioma. Nam quando clarè illum esse incapacem, & expertem linguæ constat, illa ratio nihil ualet. Et ita regulam de infirmis resignantibus, quæ pariformiter generaliter loquitur, extra curiam locum habere uidemus, ut Rota sæpius conclusit & iudicauit, ut ibi latè diximus. Pariformiter igitur in ista regula idem dicendum est. Reliqua circa istam quæstionem dixi superius in proœmio, ubi plenius uidendum erit, q.2.

QVAE

QVAESTIO SEPTIMA.

QVaero, ponamus Britonem Gallum impetrasse gratiam expectatiuam in dioecesi Britonum Britonizantiũ, quorum idioma est diuersum, & inter eosdẽ minimè intelligibile, de quo in expectatiua mentionem non fecit. Propter quod impetrat gratiam, ꝙ perinde ualeret dicta expectatiua, ac si in ea facta fuisset mentio de tali defectu: quam gratiam expectãs non expediuit ante uacationem. Postea uacat beneficium, idem Brito Gallus acceptat: alius Brito de Britonizantibus etiã acceptat, & conatur excludere Britonem Gallum primum acceptantem, exceptione istius regulae, quae annullat expectatiuã non intelligentis idioma, &c. Brito Gallus replicat gratiam suam expectatiuam ualidari uirtute gratiae, perinde ualere. Triplicat alter Brito Britonizãs, gratiam perinde ualere, nec ei suffragari, quia literae non fuerunt expeditae. Et dat de regula, ꝙ commissiones non ualeant, literis non expeditis. Dubitatur, an sola supplicatio sufficiat, quo ad derogationem, istius regulae, & supplendum eius defectum.

SOLVTIO. In ista quaestione conclusum fuit, solam supplicationem gratiae, Perinde ualere, non sufficere ad supplendum defectum idiomatis, de quo loquitur ista regula, ut etiam dixi in regula 25. de non iudicando iuxta formam supplicationis, nisi literis expeditis. Tamen per Dominos in praesenti quaestione duo capita considerata fuerunt. Primum, quando expectatiua, & Perinde ualere, sunt eiusdem datae. Et isto casu gratia. Perinde ualere, supplet defectum istius regulae & acceptatio illius uigore ualeret. Ita Rota tempore Leonis papę II. in causa Giennẽ. canonicatus, & praebendae coram D. Vanulio pro quodam Valentino expectante, contra Castellanum etiam expectantem sententiauit. Nam Castellanus expectans excipiebat de ista regula contra Valentinum etiam expectantem, qui tamen sub eadem data expectatiuae suae gratiam. Perinde ualere, impetrauerat. Rota pro Valentino tenuit. Secundum caput est, quando gratia, Perinde ualere, sub diuersa data concessa fuit. Et isto casu Rota de anno 1519. tenuit illam non supplere defectum istius regulae, nisi literis expeditis ante uacationẽ. Et ita pronuntiauit D. Camillus de Balionibus in fauorem Vulgalei de Vezeardo Britonis Galli, contra Martinũ Collant, Britonem Britonizantem in causa Cotosopiten. ad quã dioecesim uterq; gratiam suam expectatiuam habuerat, cuius sententia confirmata fuit per bonae memoriae D. Guli. Cassiodorum de anno 1520. de mense Ianuario, ut ipse idem refert in suis collect. decis. Rotę. fol. 204. & seq. Quibus autem rationibus moti fuerũt Domini, ponit ibi latiùs D. Guliel. referẽdo motiua Gemin. in consil. 128. & Bellame. decis. 746. quae breuitatis causa nõ refero, cùm ibi uideri possint. Nam illae decisiones iam ferè per manus omnium curialium circunferuntur, ideo omitto: quia de ista quęstione latiùs in regula 25. dicã.

QVAESTIO OCTAVA.

QVaero, quid si aliquis pro parte intelligit, & pro parte nõ, an uideatur satisfactum regulae?

SOLVTIO. Tenerem ꝙ non, per istam rationẽ: quia hic ponitur clausula annullatiua, quae formã inducit, ſm Bal. in l. i. ff. de lib. & posth. tradunt Mod. in l. pacta quae contra. C. de pact. Sed in formalibus nihil dicitur actum quando aliquid deficit, ut in c. i. de bapt. facit. c. defleat. de reg. iur. Nam forma ita transgredi dicitur in minimo defectu, sicut in magno, ut tradit Fel. in c. cum dilecta, de rescr. Et est tex. not. in c. quaeritur. §. episcopus. 22. q. i. Nã qui malè intelligit, non bene referrę potest, ut dicit Spec. in tit. de aduoc. §. 61. post medium. Et hoc ulterius suadetur, quia in tex. duo copulatiuè requiruntur, uidelicet ꝙ intelligat, & intelligibiliter loquatur: quorum alterum non sufficit. l. si ita stipulatus, de uerb. obl. Et uerba simpliciter prolata, intelliguntur in perfecto significatu. l. fi. C. de his, qui ue. aeta. im p. Ille igitur qui pro parte loquitur & intelligit, non perfectè dicitur habere idioma, ut uerba regulae adaptentur.

QVAESTIO NONA.

QVæro, ponamus ꝙ in aliquo regno sint duo idiomata siue linguæ: una naturalis, altera accidentalis, ut in Lusitania, quæ habet propriam linguam Portugalensium, quæ est eorum naturalis, & linguam Castellanam, quæ est eis accidentalis: prout etiam Cantabri duplicem linguam habent, & Sardi etiam qui habent duplicem idioma, uidelicet Sardum & Catallanum, quod est eis accidentale ex commercio, & uicinitate Catellanorum acquisitum. Quid ergo si Castellanus impetrat gratiam in regno Cantabrorum, uel Portugaliæ, ubi Castellanas non intelligit, neque loquitur eorum idioma, sed bene illorum accidentale uidelicet: idioma Castellanum, per quod intelligibiliter loquitur, & intelligitur, an huic obstet regula?

SOLVTIO. Videtur prima facie dicẽdum ꝙ non, ex eo, quia in tali impetrante finis & mens regulæ seruatur, quæ attendi debent: arg. l. scire debes. ff. de legi. Nam habito fine constitutionis modus non curatur, ut notat Abb. & alii in c. quoniam contra, per illum tex. de proba.

Contrarium fuit decisum tempore D. Ioan. Vanulii quondam auditoris. De ratione decisionis non constat, sed putarẽ istam esse, quia in regula, quæ interpretanda strictè est, maximè in beneficialibus, uerba naturaliter non accidentaliter intelligi debẽt. l. 1. §. hoc interdictum, ubi Bar. ff. de fonte. Nam in tali casu natura præualet accidenti, ut notat Bart. in l. qui habet per illum tex. ff. de tut. & tradit no. Ang. in conf. 397. ludus pilæ. in 1. col. unde ex quo mens istius regulæ fuit, ut commodius rector parochialis saluti animarum in confessionibus & sacramentis, & prædicationibus populo exhibẽdis, consulere posset, per quæ simplicibus & ignaris hominib. quales sunt mulieres, & populares artifices, magis subuenitur: ideo isto casu regula obstabit, quia uerum est dicere, huiusmodi impetrantem Castellanum non callere idioma proprium & naturale Cantabrorum, sed accidentale. Nec obstat, quòd in illis partibus lingua Castellana, ut plurimum a nobilibus, & ab aliis negotiatoribus intelligitur, & eam sufficienter loquuntur, quia hoc non sufficit, nisi communiter mulieres, & aliæ simplices personæ illud idioma peregrinum, sicut naturale & proprium intelligant: alias regula generaliter omnibus non prouideret, maxime in casibus istis necessariis sacramentorum per rectorem parochianis exhibendorum, in quibus rudes personę magis instrui debent: quod sine commercio linguę fieri nequibit. Concludendum igitur est, regulam hoc casu habere locum.

Limitant aliqui hoc non procedere in impetrante multum qualificato moribus & scientia, qui illi patriæ multum esset accepus: quia tali casu putant sufficere, illum intelligere, etsi loqueretur peregrinũ idioma, quod cõmuniter ibi intelligitur. Quia tunc ex sufficientia uiri, utilitas animarum compensari posset. In quo casu illa regula iuris, uidelicet, quòd naturale præualeat accidentali, de qua in dicta lege qui habet non procederet, ut notabiliter dicit And. Siculus in capitulo in præsentia. in 33. colum. de probationibus.

Sed ista limitatio tuta nõ uidetur: quia ubi agitur de præiudicio animarum, qualitas personæ nihil operatur, ut dicit Bal. in capitulo iurauit. de probat. & in capitulo primo, in fine, ut lite pendente. Sequitur Felyn. in capitulo quod super his, in 4. columna, de fide instrument. Nam hic non tam quærimus rectorem moribus sufficientem, quam loquentem, & populo rudi necessaria sacramenta ministrare scientem.

QVAESTIO DECIMA.

QVæro, nunquid regula ista obstet Normandis habentibus parochiales in Gallia, Picardia, Burgundia, & Britannia?

SOLVTIO. Videtur quòd non, per ea quæ dicit Egid. in cap. dudum, in princ. de præben. lib. 6. qui dicit, quòd Normandus impetrare potest iudicem contra aliquem de aliqua parte Franciæ, & extra terram Normandiæ, puta in Picardia, Burgundia, & Britannia, & non poterit, ut suspectus recusari. Et ita per istud dictum, quidam Moderni tenuerũt istam partem in quibusdam apostillis.

Tamen

Tamen iudicio meo istud dictum Egidii ad propositum istius regulæ nõ facit, quæ in loquela fundatur. Itaque quo ad hoc, ut prædictus sub regula non comprehendatur, requiritur ꝙ Normandus idioma loci, ubi parochialis est sita, loquatur intelligibiliter, & intelligatur: alias non bene sacramenta ministraret. Quia cęcus nõ bene cæcum duceret, ut dicit tex. in proposito notabilis, in c. pen. de æta. & qualita.

QVAESTIO XI.

QVęro, an ista regula habeat locum in uicaria perpetua, & in omnibus aliis beneficiis curatis?

SOLVTIO. Omissis multis, dicẽdum est, regulam in uicaria perpetua locum habere istis rationib. Prima, quia clarum est regulam esse in iure communi fundatam, ut latè in prima quæst. diximus, Sed de iure communi inductum est, dispositionem parochiali loquentem, habere locum in uicaria perpetua, ut dicit text. in clemen. 1. de offic. uica. Ergo eodem modo ista regula in illa locum habebit. Fortificatur hoc, quia uicarius perpetuus ecclesia, ubi non est rector, in omnibus rectoris uice fungitur, ut tenet Rota in decis. 341. in antiq. Et hoc vult alia decis. 374. incip. fuit dubitatum, & in consiliis positum. Quod igitur de uno dictum est, de alio dicendum erit. Accedit, quia uidemus, quòd sicut episcopus cum rectore super ætate non dispensat: ut in capitul. 1. de æta. & qualita. ita neque cum uicario perpetuo, ut notatur in dicta clemen. prima. Faciunt, quæ dicit Lapus in add. ad Fed. in tract. permu. quæst. 14. Hinc est, quòd tales uicarii perpetui dispositionem cap. licet. de elect. lib. 6. seruare arctantur, licet in parochiali loquatur, ut est gl. & ibi omnes in d. clemen. 1. Et eodem modo dispositionem cap. ex eo. de elect. eo. libr. seruare tenetur. Et ista omnia magis in casu nostro quadrate uidentur: quia ista regula de parochiali indifferenter loquitur: neq; distinguit, an illa parochialis regatur per rectorem, uel per uicarium perpetuũ. Ergo generaliter est intelligenda. Nam cũ tex. non distinguat, neq; nos distinguere debemus. cap. ad audientiam. cum similib. de decimis. Prætereà, quia est eadem ratio in uicario, quę in rectore, cum uterq; prædicandi officium habeat, & confitendi. Vnde propter eandem rationem dispositio etiam pœnalis in uno casu loquens, ad aliam extendi debet, ut dicit gl. in cle. 1. de electio. & est text. cap. si postquam. §. 1. in eod. tit. lib. 6. Eò maximè, quia ista regula non est exorbitans à iure communi, sed cõformis, Et ita pro ista parte reperio consuluisse Ioachimum de Narina, olim famosum aduocatum consistorialem in quadam causa Tercoren. uicaria, seu parochialis ecclesiæ de Launien. cuius initium est, Posito ꝙ prohibetur, &c. Et hęc quantum ad uicariam dicta sufficiant.

Sed maior est difficultas scire, nunquid ista regula indifferẽter in omni beneficio curato locum habeat? & prima facie uidetur dicendum, locum habere, cum sit eadem ratio in aliis curatis beneficiis propter administrationem sacramentorum. Tamen hoc non est uerum, quia ista regula non sine mysterio tantum de ecclesia parochiali loquitur.

Et ideo pro uero intellectu istius materiæ aduertendum est, ꝙ cura potest dupliciter considerari uidelicet, largè & strictè, ut ponit Innocen in cap. cum satis. de offic. archi. Largo mõ cura, dicitur potestas fori contentiosi, prout est suspendere, excommunicare, absoluere, uisitare, & alia huiusmodi quæ ad correctionem morum tendunt. c. dudum ecclesia. de electio. & ibi gl. bona. Hanc curam archidiaconi, & alii inferiores prælati habere possunt. cap. 1. de offic. archi. & notaut docto. in ca. cùm contingat. de foro compet. Et in talibus non putarem regulam locum habere. Cura uerò, strictè & propriè sumẽdo, dicitur potestas ligandi & soluendi in foro pœnitentiali: & hoc non cadit nisi in sacerdote cap. in nouo 21. distin. & ca. omnis de pœnitent. & remis. Dicitur ergo beneficium curatum quo ad propositum istius regulę illud, quod habet potestatem fori pœnitẽtialis, ad quod exercẽdũ requiritur mutua & reciproca intelligentia sermonum, siue idiomatis illius loci. Qđ quidẽ in uicario perpetuo habere locũ nemo inficiari poterit: si i aliis curatis eadẽ rõ cõcurrit, uidelicet, ꝙ rõne bñficii curati tenetur sacramẽ

ta mini

ta ministrare,& ea omnia exercere, quæ rectores solent, siue hoc illis de iure, siue de consuetudine, uel fundatione cōpetat, nulli dubium erit in illis locum habere regulā propter identiatem rationis. Et hoc quod de cura dictum est, procedit etiam si rector, uel curatus actu non exerceret curam propter recessum parochianorum, dūmodo habitu sit aptus exercere, ut tradit Card. consi. 48. quidam nobis. &c. Et licet in hoc contrarium teneat Feder. consil. 135. Casus talis est. Tamen illud, alium si nem seu effectum respicit, nec facit ad ꝓpositum, de quo loquimur, ut distinguunt Abb. & alii in c. de multa. de præbend. & dixi latius ibi in repet. mea subrepta Patauii. Hoc tamen intelligas, quandu alias ipsum beneficium de sui natura est curatū. Secus si per uiam adhærentiæ, ut quando beneficium de sui natura simplex, haberet annexam curam, uel ex constitutione ecclesiæ aliquis uices curati gereret. Quia ꝓ hoc talis beneficium curatum non dicitur propriè loquendo, ut dicit Old. in consil. 203. factum tale. & sequitur Fely. in c. nostra. in 10. corr. de rescri. Quod est notandum pro intellectu istius regulæ. & plurū iurium: tamen si talis ex constitutione ecclesiæ populo sacramenta administrare teneretur, in eis locum haberet ista regula. Ex quibus etiam unum aliud infertur, ꝙ sola potestas fori pœnitentialis beneficiū curatum non facit, nisi cum hoc beneficiatus habuerit, seu certam parochiā teneat, ut sentit gl. in elem. dudum. in uerb. impediant. de sepul. dices, ꝙ licet fratres Prædicatores, & Minores ex priuilegio dictæ cōstitutionis, & clem. exiui. exercere possint ea, quæ sunt fori pœnitentialis, non tamē per hoc cēsentur curati. Ratio est secundum gl. quia neq; ipsi curati ad exercendum astricti sunt. neq; parochiani in foro pœnitētiali ad eos recurrere tenentur. Ad idem bona gl. in cle. i. in uerbo. presbyteri. de priuile. quam singularem dicit Abb. Panor. in c. significasti. de foro comp. & in c. omnis. de pœnit. & remis. Sic itaque quo ad regulam istam talis cura in cōsideratione non esset. Requiritur etiam aliud, ultra parochiam & parochianos, ut quis dicatur curatus ad effectum istius regulæ, & aliorū iurium de cura loquētium, uidelicet ꝙ curā nomine suo, & non alieno exerceat, ut ponit Pet. de Anch. & Imol. in ele. unica, de os. uica. & latius Doct. in c. extirpandæ. §. quia uerò. de præb. Item etiā requiritur ꝙ talis assumatur suo nomine, & singulariter suscipiat regimē parochialis ecclesiæ & populi, non pariter cum alio, ut notabiliter consuluit Oldra. in consil. 67. quæstio talis &c. Ex quo infert, ꝙ si duo in ecclesia parochiali instituātur, ita ꝙ quilibet eorū confessiones audire consueuit, & alia facere quæ ad curam animarum spectant, neuter eorum curatu. esset, neq; in eis dispositio locum habet: c. licet. de elect. neq; ca. de multa. de præb. neq; cōsequēs dispositio istius regulæ, ut ibi ꝓ multas rationes probat. Pro quo facit text. in ca. sicut una. 21. q. 2. ibi, sed unum tantummodo habeat sacerdotem, &c. Prędicta igitur copulatiuè quo ad curam animarum requiruntur, de qua hic loquimur.

Ex quo infertur, ꝙ actus solus sepeliendi non facit, ut ecclesia curata dici possit. Nam sine cura cœmeterium ex consuetudine, vel episcopi concessione haberi pōt, ut dicit Feder. in consil. 135. Allegat Arch. in c. 1. de sepul. & Hosti. in c. quia nonnulli. de cleric. non resid. Nec etiā solus actus baptizandi sufficit, si aliquis certam parochiam non habet, ut tenet Pau. & Card. in cle. 1. de baptis. in 4. q. Quia actus baptizādi licite qñq; per laicum exercetur: ut in §. uetum. 32. dist. Et tamen laicus curæ capax non est. Et talia iura, licet non per laicum, tamen per alios præscribi possunt etiam si cura fori pœnitentialis sit, ut tradit Card. in clemen. 2. §. fi. de relig. do. & in c. cūm satis. de Archi. Requiritur igitur omnia ista simul concurrere, quo ad hoc, ut parochialis ecclesia dicatur: prout Rota in una Virdunen. parochialis sancti Victoris conclusit, de mense Octob. M D X X X I X. cōram me. In qua causa unum aliud uoluerunt, quòd ad probandum ecclesiam Vvici parochialem esse, ad effectum consumendi gratiam expectatiuam aduersarii, testes de publica uoce & fama nō sufficerēt, q̄ in d. ecclesia sacramēta ministrarentur, nisi hoc de uisu deponerēt, & si inter illos unus esset, qui diceret se ui disse

dixisse unum ibi sepeliri. Ratio fuit, quia ex quo consumptionis exceptio, obiectiua materia est, ut decis. si de excep. in nouis, debet talis materia clarè, concludenter, & indistinctè probari, iuxta 5. decis. cod. titu. in antiquis. Quæ omnia ad istius regulæ, & aliarum declarationem de curatis beneficiis loquentium, notāda sunt. Nam in locis cōmunibus non traduntur.

QVAESTIO XII.

QVæro, An regula ista in gratia, Motu proprio, & ex certa sciētia, ꝓcedat?

SOLVTIO. Glos. hinc tenet quòd sic, cùm uerba istius regulę non aduersentur imò potiùs cum tali gratia concurrant. Adde tamen, ꝙ imò tex. regulę in illis uerbis, uel gratiam expectatiuam concedere, &c. hoc innuere uidetur. Nam clarum est, expectatiuas, secundum curiæ stylum motu proprio concedi solere, ut notat Ioan. And. in c. si motu proprio. de præbend. li. 6. & Io. Cald. in c. mandatum. de rescript. quos refert Abb. in c. 1. in 8. col. de iudi. ut dixi in tractatiuarum. Et tamē regula ista in expectatiua locum habet, quæ motu proprio conceditur: ergo eodem modo in quacunque alia gratia, motu proprio: quia una pars alternatiuę per aliam declaratur, ut dicit Bar. in l. 1. per illum text. ff. de reb. dub.

Præterea, quia dicere regulam istā nō procedere in gratia facta motu proprio, & ex certa scientia, ex alio esse nō potest nisi quia Papa notitiam istius regulę habere prçsumitur. Et ubi principis scientia datur, derogatio non requiritur, ut tradunt Doct. in l. quidam cōsulebant. ff. de re iud. Nam si Papa ex certa scientia infanti parochialem cōferret, secum dispēsare uidetur, ut traditur in l. idem Vlpianus. ff. de excus. tut. Et reassumit Fely. in c. nonnulli. in 24. col. de rescri. & latiùs Mod. Bono. in repe. c. 1. de consti. col. 4. Et tamen nec motus proprius, nec sola certa sciētia sufficit ad derogandum isti reg. nisi ei specialiter derogetur, ut superiùs in proœ. reg. q. 5. & 6. dictum fuit: præsertim quia nec motus proprius, nec certa sciētia Papæ, defectū idiomatis purgare potest, & facere, ꝙ loqui nesciens loquatur.

Prçtereà, quia cùm regula ista ecclesiarum fauorabilis sit, & iuris communis concursum habeat, & expectatiuam comprehendat, quæ motu proprio conceditur, non uideo quare quamlibet aliam gratiā similem non comprehendat. Nec obst. ꝙ Papa in gratia motu proprio censeatur habere notitiam istius regulæ, per ea, quæ dicta sunt: quia hoc non sufficit: quia sciētia Papæ derogationem non inducit. Et posito ꝙ illa certa scientia in his, quę sunt de iure communi, derogationem quo ad ius commune posset importare, per not. per Doct. in c. 1. in uerb. nascantur. de cōstit. lib. 6. ut ibi latè dixi: non tamen quo ad regulas, quæ licet habeant uim & ligent omnes, sicut ius uniuersale, per ea, quæ dicta sunt in proœmio, tamē quo ad derogationem, ius particulare, sicut alia statuta terrarum censentur. Tenendū igitur est, regulam istam in gratia motu proprio, & ex certa scientia procedere.

QVAESTIO XIII.

QVæro, an prouisus de parochiali in ecclesia Valentina, natus in Italia ex patre Valentino, & matre Neapolitana, & nutritus pariter cum matre & auia sorore patris, præsumatur tempore prouisionis intellexisse, & loqui idioma Valentinum loci, ubi erat parochialis, attento, quòd decem annis post prouisionem, & sic de præsenti loquitur illud idioma intelligibiliter?

SOLVTIO. Ista quæstio proposita fuit in una Valent. parochialis, per R. D. Io. Mohedano, de mense Ianuario 1537. pendente inter D. Ioan. Baptistam de Baldasinis aduocatū, & Martinū Calaphorra. In qua post plures rationes & propositiones causæ, die 14. Martii. 1537. per omnes Dños, duobus exceptis, conclusum fuit regulam locum non habere, ex eo, qa qui de præsenti loquitur, in prçteritum loqui sciuisse præsumitur: per ea quæ dicit Bal. in l. si qui adulteri. C. de adult. & Fely. in c. scribam. de præsumpt.

Alii duo Domini contrarium tenebāt, ex eo quia sermo appellatur maternus, quia ut plurimum ex matre capitur, propter frequentiorem filii conuersationē: ut de Corneliæ matri Gracchorū filiis M. Tullius

Tullius libro de claris Orato. meminit, ibi, Non tam in gremio quàm in sermone matris educatos, &c. Vnde non abs re Britanni mulieribus exteris linguam praeciderunt, ne filios suos peregrinum idioma docerēt, qđ citiùs & faciliùs à matrib. q̃ à patrib. discere existimabāt, ut in eorū historia legimus. Et quia uidemus, ꝙ qualitas de praesenti non praesumitur ꝙ anteà fuerit, nisi probetur, ut in l. 4. ff. de proba. ubi dicitur, ꝙ qui nunc fugitiuus est, de prǽterito non praesumitur. Ad idem facit dictum Bal. in l. non ignorabit nu. 4. C. ad exhib. ubi dicit ꝙ qualitas accidētalis, quę de prǽsenti adest, in praeterito adfuisse nō praesumitur. Ita Bald. ibi, & alibi saepe ut scribit Ang. & Ias. in §. sic itaque. col. 5. Insti. de act. Cùm igitur dictus Ioan. Bapt. de parochiali prouisus à matre Neapolitana nutritus fuerat, prǽsumēdum erat potius illius linguam, quàm paternam Valentinam didicisse.

Breuiter primam opinionem tenēdo, ista non obstant, quia stant ista simul, ꝙ filii faciliùs in pueritia, durante tempore lactentis aetatis propter frequentiorē eius conuersationem idioma matris capiant: tamen hoc non impedit, quominus idioma patris etiam addiscere possint, cū quo pariter conuersantur. Imò filius ephoebus factus, magis cū patre, quàm cum matre conuersationem habere censetur. Hoc ex eo apparet, quia de praesenti bene loqui idioma patris Valentini scit, ergo praesumitur per prius ab eo longa consuetudine didicisse, quia in instanti idioma non addiscitur, & per hoc tollitur illud, quod dicebatur de lingua materna. Nam iste est unus casus in quo de praesenti praesumimus in praeteritum, iuxta glo. ordinariam in l. ex persona. C. de proba. & text. in l. necesse. & in l. circa. ff. eod. tit. quae ponunt regulam, ꝙ quando agitur de inducenda aliqua qualitate de praesenti, regulariter ī praeteritum praesumitur, prǽsertim quando subest iusta causa praesumendi, ut in casu nostro: nam tunc theorica prǽdicta sine dubio procedit, ut tradit Bald. in l. si qui adulteri. C. de adulte. & dicenti contrariū incumbit onus probandi, ut dicit Barr. in l. si prius. col. 11. ff. de oper. no. nunt. Et ꝑ illam doctrinam Bald. patet responsio ad allegata in cōtrarium, quia procedunt, ubi causa praesumendi non subest, uel quādo agitur de praesumendo delicto de praesenti in praeteritum, ut in d. l. 4. de proba. uel quando qualitas de prǽsenti repugnat primaeuo statui personae, ut dicebat Bar. in d. l. si prius. Sed hic omnia ista impedimenta cessant, propter rationem dictam, quia ista qualitas loquelae de prǽsenti non potest stare absque eo, ꝙ habeat tractum in praeteritum, quia non potest in instanti addisci. Imò hoc non solum procedit in uno idiomate, de quo hic agitur, sed etiam in plurib. quia non inconuenit quem de praesenti plurib. linguis loqui posse. Nam Xerxem & Croesum Persarum Reges, tot linguarum genera perdidisse legimus, quot populos sub ditione sua tenebant: ut M. Tul. & recentiores omnes historici attestātur. Et idem Mithridate Ponti Rege meminit Iason in §. ex maleficiis col. 10. Institu. de actio. Et plures hac aetate inueniuntur, qui idem praestant. Nam & ego omnium hominum postremus, non solùm linguam maternorum auorū Castellanam, sed etiā paternorum; Valentinam aequa conditione percalleo, linguae etiam Italae & Latinę non ignarus: quę quidem linguarum disciplina de praesenti apparens, de necessitate praesumi debet tractum à praeterito habuisse, ex eo, quia, ut addiscantur, tempotis cursum requirunt: & ista praesumptio, est probatio probata, quę quodam modo quandam impossibilitatem probādi contrariū infert. Non ualet igit. argumētū, q̃ facilius à matre linguā accipit, igit. linguam patris ignorat. Hęc consequentia fallax est, & non concludens. Tenenda igitur est Rotae conclusio, quae uerisimilis, rationabilis, & iuridica existit.

QVAESTIO XIIII.

QVęro, qua forma debeat & soleat huic regulae derogari?

SOLVTIO. apparet ex his, quae in prooemio istarum regularum quaes. 5. & 6. dixi, ideo non repeto. Forma autem derogationis istius regulae ita in literis narrari solet, uidelicet, ꝙ, ut asseris, idioma, quod gens illarum partium communiter loqui-

tur,

tur, non bene intelligis, nec intelligibiliter loqui scis. Nos enim tecum, ut ecclesiam prædictam, &c. dispensamus, præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, necnon prædictis statutis, & consuetudinibus, & aliis contrariis nequaquam obstantibus autoritate apostolica, per præsentes concedimus, prouisa, &c.

Tamen circa hoc aduertendum est, ꝙ plures regulæ Cancellariæ in hoc uolu. reperiuntur, quæ ad eundem finem tendunt, & cum ista concordant, ut regul. de oriundis, & regul. expectatiuarum, quæ specialiter disponit, nullum extra suam nationem gratiam expectatiuarum obtinere posse: quæ regulæ omnes in istius ratione fundantur, uidelicet, quia non intelliguntur, neque idioma loquuntur. Et propterea non impertinenter hic per glossatorē quæritur, nunquid si Papa in expectatiua alicuius derogaret specialiter huic reg. etiam derogare censeatur prædictis aliis ad eundem finem tendentibus? & Glossator hic in fi. tenet ꝙ nō, ex eo, quia ubi duo uincula sunt, uno sublato, aliud non tollitur. c. ex tuarum. de autori. & usu pal. §. affinitatis. instit. de nuptiis.

Breuiter ergo contrarium tenerem, per ea, quæ not: gl. in uerb. facti. in ca. ti de consti. lib. 6. cum ibi per me dictis: ubi habetur, quòd sicut mentio de iure communi non requiritur, ita neque de statuto in effectu continente idem, quòd ius commune. Cùm igitur prædictæ regulæ ad istum effectum non oriundum, expectatiuam in aliena diœcesi habere prohibeant, quia idioma, & exterorum mores ignorat, ut latius hoc super. in 1. quæst. exposui. Regula igitur ista idem, dispo nens, eadem cum illis censetur. Papa ergo derogans isti, in effectu, & in necessariam consequentiam illis aliis derogare censetur, & dispositio d. cap. ex tuarum, cum si mi. isto casu non procedit, ut latius dicā in regula de familiaribus cardinaliū. quā etiam pluribus modis Moder. in c. cùm cessante. de appella limitant: & latissimè Moder. Asten. in tracta. syluæ, fol. 25. Tamen super hoc cogitandum est, quia articulus sine dubio non est, & de facili utraque pars sustineri potest.

QUAESTIO XV.

QVero, utrum rector parochialis ultra naturale populi idioma, cuius cū ram gerit, etiam Latinam linguam scire teneatur?

SOLVTIO. Colligitur ex his quæ Abb. & alii docto. in c. cùm in cunctis. in prin. de elect. scribunt, uidelicet, quòd ex quo animarum cura est ars artium, ut dicit tex. in c. cùm sit. de ęta. & quali. requiritur quo ad effectū, ut rector uim & naturam sacramentorum intelligat, quòd Latinam linguam saltem pro necessitate officij sui sciat: rector enim sufficientem scientiam habere debet, ut ibi dicitur, quæ sine Latina lingua haberi nō potest. Hinc est, ꝙ penitus illiterati non solum a parochiali habenda prohibentur, ut in dicto capitulo cum in cunctis. §. inferiore, de electio. sed etiam a promotione ordinum, ut in capitulo secundo, 36. distinctio. & in capitulo fin. de tempor. ordin. libro sexto. Concludendum igitur est, in rectore duplicem linguam necessariam esse: unam uernaculam, seu popularem, quam ista regula requirit: aliam Latinam, ut quid populo loqui debeat, intelligat.

REGVLA DE IMPETRANTIBUS beneficia uiuentium.

ITem, si quis supplicauerit sibi de beneficio quocunque, tanquam per obitum alicuius licet tunc uiuentis, uacante, prouideri, & postea per obitum eius uacet, prouisio, dicto supplicandi per obitum huiusmodi, de nouo facienda, nullius sit roboris uel momenti.

PRAEFATIO.

REgula ista magnum æquitatis, & iustitiæ fundamentum, & etiam concursum iuris communis habet, de quo in capit. 1. cùm sequen. de concess. præben.

Et ideo ut fauorabilis erit ampliāda iuxta ea, quæ dicit gloss. magna in cap. statutum. de præbend. lib. 6. Et tradit Fely. qui de ista regula in c. in nostra. in 37. corr. de rescrip. meminit. & Mod. in tracta. benefi. in 13. q. tertiæ partis. Primus eius autor fuit Benedictus 13. ut patet in Quinterno regular. antiquorum Pōtificum, quorum aliqua exemplaria penes me sunt. Verum est, quòd illa regula Benedicti copiosior ista est, & plures casus comprehendens. Sic etiam regula Calixti & Sixti ab ista Innocentii differunt, ut etiam Glossator hic aduertit. Nec est mirandum, quòd secundùm uarietatem negotiorum, temporum, & personarum, etiam regulæ mutationem recipiant. ut dicit Felynus in ca. Rodulphus. colum. 15. uersi. ubi autem dicitur, &c. de rescript. quæ omnia iustificantur per rationem text. in c. non debet. cū vulg. de consangui. & affini. In cuius quidem interpretatione breuis ero: quia ista regula est de se clara, & parum antiqui, & Moderni super ea, propter dependentiā, quam habet à iure communi, dubitarūt: & quia eius materia ordinariè per Doctores in locis communibus discutitur & tractatur, ideo parum de ea curarunt.

QVAESTIO PRIMA.

Igitur quæro, utrum ista regula in gratia facta motu proprio, procedat?

SOLVTIO. Textus hic innuere uidetur quòd non, ex quo loquitur per uerba, Impetrauerit, quæ uerba motui proprio non conueniunt, ut in capitulo, si motu proprio. & capitulo, si pluribus. de præb. lib. 6. Et istam opinionem sequi uidetur Gloss. hic. Pro qua opinione facit regula Benedicti primi huius regulę conditoris, quæ expresse dicit, dispositionem istius text. non habere locum in gratia motus ꝓprii. Et ratio esse pōt ſm Fel. hic, q̄a papa ex certa scientia potest dare ius ad uacatura, etiam certæ personæ, ut habetur in cap. ne captandæ cum uulg. de cōcess. præbend. quam facultatem non est uerisimile sibi per istam regulam ademisse.

Pro contraria tamen parte plura adduci possunt, pro quibus ante omnia præsupponendum est, quòd contra impetrātem beneficium uiuentis omnes leges diuinę & humanæ, & conciliares insurgūt, ut patet in cap. 2. & in cap. ne captandæ. cum uulg. de conce. præbend. l. stipulatio hoc modo. ff. de uerb. oblig. l. fi. C. de pac. quia per talem impetrationem occasio captandæ mortis, & insidiandi, beneficiatis datur, ut dicit Bald. in l. 1. ff. ubi pupil. educ. debe. Vnde super eo quod continet peccatum, Papa dispensare non potest. c. & si Christus. in fin. de iureiuran. cap. super eo. de usur. c. sunt quidam. 2. Sed omnes istæ rationes in gratia motu proprio militant. In qua potest dari defectus intētionis, ut latissimè tradunt Moder. in ca. cæterum. in 6. colum. & in c. causam. el secundo. de testib. & in dubio talis præsumitur intentio papæ, qualis de iure esse debet. ut in cap. causam. & in c. si quando. de rescrip. talis igitur collatio, maximè obstante regula, non ualebit, ut etiam notat Ioan. Andr. in cap. 1. §. dicebat. in uerbo cō tulisset. de concess. præbend. lib. 6.

Nec obstat, quòd papa motu proprio, & ex certa scientia concessit: quia per hoc non derogatur concilio generali, quod requirit specificam mentionem, propter clausulam derogatoriam quam habet: ut dicit Archi. in c. 1. de constit. lib. 6. & Bald. in l. humanum. C. de legib. & uidetur uoluisse Hostien. in summa. de rescrip. §. quas uires. & Oldr. cōsil. 290. facit cap. ex parte, de capell. monac. cum uulg. & licet certa scientia papæ multum operetur, ut latè tradunt Moder. in tract. clausularum. in uerbo, clausula ex certa scientia. Tamē talis clausula derogationem illius regulæ non operatur, quæ expressam & specificā derogationem requirit, ut dixi in proœmio regularum. quæst. fin. quia certa sciētia, neque motus proprius supplent exprimenda, ut dicit Fely. in cap. cum ecclesiasticæ. de except.

Nec obst. ꝙ ista reg. loquitur per uerbū impetrauerit, &c. Quia etiam motus proprii impetrantur maximè secundum stylum hodiernū ut dicit Card. in cons. 142. in fi. & Fel. in cap. si quando. & Deci. in cap. 2. in 2. colum. de rescript. Et secundū istam opinionem reperio olim cōsuluisse quendam excellentem aduocatum consistorialem (cui nomen fuit Octauianus de Cessa.)

Cessa.) in quadã causa Placentina: Archipresbyteratus. Et ista opinio uidetur ęquior. Prima tamen opinio de iure firmior uidetur, quando in gratia motu proprio, mẽtio regulæ facta non fuisset. Cui quidem opinioni uerba istius regulæ uidentur conuenire, quæ solum de impetratione loquuntur.

Nec obstat, quòd motus proprius impetretur: quia hoc contingere potest. Sed in dubio motus proprius per impetrationẽ concedi non pręsumitur, ut dicit Dec. consil. 341. nume. 4.

Nec obstat, ꝙ concilium generale, ex quo censetur habere clausulam derogatoriam, expressam mentionẽ requirat: quia hoc in gratia motu proprio, & ex certa scientia non procedit, quę plenitudini potestatis æquipollent. ut notatur in cap. ad hæc. de rescript. quæ sufficit. Nam papa memoriam iuris habere præsumitur: cap. 1. de constitu. in .6. Et certa scientia, & motus proprius derogationem inducunt, ut tradit Decius in l. certum. colum. 2. si certum pet. Et licet attenta ista ratione, uideretur etiam derogatum isti regulæ de stricto iure, tamen ex illo stylo receptum est, quòd regulis non censetur derogatum, nisi fiat mentio de eis. Et ita per istam rationem ponderando uerbum, Impetrauerit, tenuerunt domini regulam de annali in motu proprio locum non habere: de quo ibi latius dicetur. Ex prædictis igitur patet utrãque opinionem posse in disputationis congressu sustineri.

QVAESTIO SECVNDA.

QVęro, an regula ista procedat in impetratione facta à legato, uel ordinario extra curiam?

SOLVTIO. Quia ista quæstio posset decidi plenius ex his quæ dixi in proœmio regularum, in secunda quæstione, & eam particularius examinaui in regula de infirmis resignantibus, & in regula de annali, & in pluribus aliis locis: ideo breuis hic procedam.

Concludendo igitur dico, istam regulã locum habere in impetrationib. legatorũ & ordinariorum: quia negari non potest eandem esse rationem, quo ad ipsos. Nam si in papa habet locum regula, multò fortius in legato & ordinario procedet: præsertim cum regula ista fauorabilis sit, & extendenda, ut in terminis cõcludit Decius in consi. 398. in fin. Reliqua uero uidenda sunt latius in dictis locis.

QVAESTIO TERTIA.

QVæro, an obtinens prouideri de beneficio uiuentis ignoranter, ultra hoc quod incidit in regulam, si postmodum sequuta morte, illud de nouo impetrauerit à papa, non facta mentione de pręterita impetratione vel occupatione, impetratio ualeat, ut sit stabilis?

SOLVTIO. Videtur dicendum, ꝙ impetratio ualeat, & inhabilis nõ reddatur: quia ex quo erat ignorans, quælibet causa etiam iniusta à dolo excusat, ut terminis uidetur tenere glo. 2. c. de concess. præb. & gl. in uerbo repellatur. in c. in primis. 2. q. 3. facit pro hoc illa communis regula tradita in l. igitur. ff. de libe. cau. & in l. plagii. la. 1. C. de plagiar.

Tamen istis non obstantib. cõtrarium concludendum uidetur. Nam licet impetrans ignoranter excusetur ab aliis pęnis, quę imponuntur impetranti beneficium uiuentis, uidelicet priuationis communis ecclesiasticæ, ac incursus infamię, & c. quibus pœnis puniuntur scienter impetrantes, ut dicunt docto. in cap. 1. Quo ad ualiditatem tamen impetrationis & nouæ prouisionis non excusatur ignorans. Nã si non facit mẽtionem de tali defectu, ultra hoc, ꝙ possit ista regula repelli, efficitur inhabilis: & ita concludit Decius in l. si in 5. col. C. de pact. Quia allegat Abb. & docto. in cap. 1. de concess. pręb. end. Ponderando uerbum maximè, adpositum per eum, & Oldr. consil. 304. & dicit Decius ita fuisse iudicatum se pręsente, in concilio Delphinatus Francię. Et hoc idem, in terminis istius regulę latius reassumit idem Decius in consil. 398. & text. istius regulæ hoc uidetur innuere, qui de impetratione facta uiuentis nihil disponit, sed relinquit dispositioni iuris cõmunis, quę annullat ius impetrationes tanquam illicitas

titas, ut de beneficiis non uacantibus. Sed tantum ista regula emanauit ad annullandum prouisionem de nouo faciendam post obitum illius, cuius beneficium, dum ille uiuebat, impetrauit, quo casu cōstat text. regulæ indistinctè talem nouam impetrationem annullare. Requiritur igitur, ꝙ per expressionem illius defectus restauretur: nam ubi exprimitur defectus, Papa concedendo uidetur dispensare, & uitium purgare. l. idem Vlpianus. ff. de excusa.tut.

Sed circa hoc adhuc aduertendum est, ꝙ ista difficultas habet duo capita. Primū respectu impetrationis uiuentis, & de ista non loquitur regula, sed illa subiicitur iuri communi. Secundum caput est de prouisione facta post obitum, per illum qui prius impetrauerat beneficium uiuentis, & istum casum capit ista regula. Sed circa primum caput tota concertatio Decii vertitur, quę ita simpliciter intellecta, non est uera, ex eo, quia in d. ca. 1. malitia & dolus impetrantis punitur: non ignorantia quæ dolo caret: nec Abb. in d. cap. 1. apertè de ignorante, sed dubitatiuè loquitur. Et ideò declarandum est, hoc procedere in ignorātia supina, quæ dolo æquiparatur, ut dicitur in c. 2. de constit. lib. 6. Nam taliter ignorans est inhabilis, quo ad illud beneficium uiuentis, quod impetrauit. Et ita expresse declarat seipsum Abb. in ca. post electionem. in quarto notabili de concess. præbend. Alias opinio contraria non procederet, propter regulam text. in d. cap. 2. qui disponit non ligari ignorantes aliqua dispositione, nisi fuerit culposi. Et pro hoc facit tex. in l. si quis mihi. §. planè. de acquiren. hæred. Vbi ualet mādatum factum de adeunda hæreditate uiuentis, qui communi opinione reputabatur mortuus: ut tradit etiam Socinus in consi. 32. in 7. colum. uersi. item tenet, &c. lib. 1. Hoc enim non est propter aliud, nisi propter ignorātiam istam. Est bene uerum, ꝙ in istis spiritualibus culpa in dubio timeri debet, etiā si fortè non sit. Et tali casu ista ignorantia non excusat, ex quo potest d. lui dispēsatione superioris, ut est text. notabilis in cap. 1. de ordinat. ab episcop. qui episcopatui renunt. Et secundum hoc posset saluari opinio Decii in d. lege finali.

Nec obstat, quòd quælibet causa excusat à pœna. dicta l. si plagii. cum concordantiis traditis per And. Sicul. in consi. 67. col. penul. in fi. lib. 2. Quia ad hoc respondetur, istud dictum non procedere, quando ea quæ quis facit, expresse sunt contra bonos mores, & utroque iure prohibita: quæ quis inuestigare tenetur, prout in casu nostro fieri debuit. Nam tali casu, causa iniusta aliquem non excusat, sed illum in dolo fuisse præsumitur, ut notabiliter Bar. Veron. in consil. 24. col. penul. declarat. Et Curtius senior in consil. 55. in 5. & 6. col. Et ita illa communis theorica. d. l. si plagii. limitatur. Et per ista hoc anno. 1539. per aduocatos in vna Oscen. canonicatus, & præbend. coram R. D. Io. Paulo Ptolomæo dicebatur, ꝙ licet Antonius Calasans prouisionem suam de beneficio uiuentis iustificare niteretur, & sub prætextu excusare, ꝙ habuerat literas de partibus, de grauissima ægritudine mortali, ex qua uerisimiliter beneficii possessorem iam mortuū fuisse opinatus fuerat. Tamē quia hoc clarius inuestigare tenebatur, & saltem per publicam famā mortis probare ista regula obstāte, excusatus, nō fuerat, nisi melius obitus famam, quæ sufficeret, probaret: iuxta text. in d. §. planè. Circa secundum caput, uidelicet de prouisione post obitum facta impetranti beneficium uiuentis, dubitandum non est, isti regulæ subiici, quia eius uerba clara sunt. Et quod de prouisione dictū est, idē de institutione dicēdū erit ut uidelicet huic reg. subiiciat, iuxta ea, q̄ dicit Abb. in d. c. post electionē. Et idē in acceptione: quia de beneficio uiuentis nōva lęt, ut Guido papa in cōs. 107. dicit. Et idē de prouisione executoris uigore gratię expectatiuæ, dicendum est, ut concludit Ro. in cons. 335. quia ad hoc ꝓ singulari pōderat tex. in c. captandæ. in fi. de cōcess. præb. lib. 6. Et ista procedunt, nisi cōsuetudo in contrarium esset, per ea, quæ dicit Egidius decisio. 587. & sequitur Antonius de Burgos, Hispanus, uir certè eminētis doctrinæ in c. detestāda. de concessio. præb. lib. 6. in quibusdam scholiis suis. De quo tn̄ ualde dubito, quia esset cōtra bonos mores, per dictum Imol. in c. 2. de concess. præbend.

QVAE

QVAESTIO QVARTA.

QVæro, nunquid expectatiuæ de certo beneficio viuentis obstet regula?

SOLVTIO. Dicendum est, quod non, quia regula tantum concernit prouisionem factam post obitum illi, qui prius beneficium viuentis impetrauit, & expectatiua non est prouisio, sed dispositio ad prouisionem. Hoc apparet, quia per prouisionem acquiritur ius in re, vt in cap. si tibi absenti, de præbend. lib. 6. sed per expectatiuam non conceditur neque ius in re, neque ad rem, vt tradit Egid. decisio CLXVII. incip. auditor. Ratio est, quia est gratia conditionalis, per quam spes tantum conceditur, vt tradit idem Egid. decisio. 558. Et idẽ est in mandato de prouidendo, quod non tribuit ius in re, quia est titulus ad acquirendum de futuro, vt dicit idem Egid. decisi. 564. Secus tamen esset in reseruatione, quę habet vim nouæ prouisionis, propter clausulam, Exnunc, prout extunc prouidemus, &c. Expectatiua igitur non subijcitur isti regulæ, licet subiaceat dispositioni iuris communis, quæ annullat expectatiuam ad certum beneficium tanquam illicitam, propter votum captandæ mortis, vt in notabili casu in terminis probat Socinus in consil. 53. in 3. vol. Ex quo infertur, quòd prouisioni factæ per executorem vigore dictæ gratiæ expectatiuæ, quia illa tribuit ius de præsenti, bene obstaret regula, vt dictum est in proxima quæstione, non obstante quod expectatiuæ cõcedi soleant motu proprio, vt dicit Ioan. Andr. in c. si motu proprio. de preben. lib. 6. & Ioan. Cald. in c. mandatum. de rescript. quos refert Abb. in cap. 1. in 8. col. de iudicijs. vt dixi in tractatu meo expectatiuarum.

QVAESTIO QVINTA.

QVæro, vtrum ad probandum aliquem impetrasse beneficium viuentis ad effectum istius regulæ sufficiat supplicatio, quàm fecit?

SOLVTIO. Glossator in regula 28. infra eodem, tenet quòd non, quia per supplicationem non iudicatur, sed per literas, vt dicitur in regula 25. Et quia impetrans negare posset se talem gratiam impetrasse. Ita concludit Gloss. in d. regula 28. quam sequitur Felynus hic.

Tamen aduertendum est, quòd in casu nostro super impetratione de beneficio viuentis facta non agitur, sed super prouisione eidem impetranti post obitum facta, quæ regulæ subijcitur, & ista est, quæ canonizari vel infringi petitur: quo casu ea, quę in reg. 20. dicuntur, non procedũt. Supplicatio igitur primę impetrationis beneficij viuentis, est illa, quæ solùm ad probandum illum esse inhabilem producitur & talis supplicatio de iure fidem facit: quia in iudicio non producitur ad effectum, vt canonizetur, vel vigore eius, beneficium adiudicetur: & ideo reg. 25. in ista supplicatione locum non habet, quia illa regula de principali gratia, quæ canonizari debet, non de adminiculatiua loquitur, vt Domini in multis causis per D. Gul. Cassiodorum relatis, in collect. decis. tit. de rest. spol. decis. 8. & in tit. de sent. & re iud. decis. 2. iudicarunt. Ad probationem igitur dicta supplicatio valebit. Nec obstat, quod impetrans, se impetrasse negare potest, quia in hoc cura agẽti incumbet. nam partes suæ erunt, verificare hoc, quod ille impetrauerit. Quamuis Oldr. in cons. 136. in 2. col. dicat, quod supplicatio in dubio impetrata, præsumitur ad instantiam illius, cuius fauorem concernit. Et hoc idem tenet Spec. in tit. de appellatione. §. nunc breuiter. vers. quid si appareat. & Domini mei me præsente, in multis causis secuti sunt. Quidquid dixerit Card. in cons. 25. in 2. col. & Fulg. cons. 24. in 2. col. & Egid. decis. 584. & Gem. cons. 23. & Aret. in c. 1. de iud. præsertim, quando actus reperitur factus cum impensa cõnsiderabili, vt tradit Bar. & ibi Alex. in l. cum seruus. ff. de verb. oblig. vel ex aliquibus coniecturis oratorem supplicationem impetrasse apparet, vt quia illam scripsit, vel signari mandauit: tunc enim onus probandi contrarium, nominato in supplicatione incumbet. Ex prædictis igitur Glossatorem malè dixisse constat.

QVAESTIO SEXTA.

QVæro, nunquid regula ista cardinales impetrantes comprehendat?

SOLVTIO. Omissis verbosis disputationibus, concludendum est quod sic, ex eo quia ista regula iuris communis concursum habet, & sic fauorabilis est, & ideo extendenda, vt dicit gl. in c. 3. de præbend. in 6. Maximè, quia fauorem animę concernit. Et vbi de anima agitur, magis cardinales,

quàm alij comprehendi debent, cum sanctiores esse debeant, vt notatur in cap. cum quidam. de iureiur. Et latè Moder. in c. ad aures. de rescrip. tradunt: & latissimè Belenzinus in tract. de chari. subsi. q. 66. & latè superius in prooemio regularum, & in regula de infirmis resignantibus, & in regula de idiomate, & in multis alijs locis dictum fuit. Ideo iam dicta non repeto.

QVAESTIO SEPTIMA.

QVæro, quid si eadem die, qua quis moritur, beneficium impetratur, an præsumetur eo viuente, an mortuo impetrasse?

SOLVTIO. Vt breuiter hoc dubium restringam, iste casus videtur decidi ex his, quæ dicam in regula de verisimili notitia obitus. in 6. q. & per ea quæ scribit Fel. in c. pastoralis. in 4. col. de rescrip. videlicet ꝙ pro validitate actus, & vt delictum excludatur, ille actus præcedere præsumitur, qui ad validandum actum præcedere debuisset, ex qua eodem modo theorica hic inferri potest, ꝙ quis in dubio post obitum impetrasse præsumitur.

Tamen diligenter aduertendũ est, ꝙ Bonifacius VIII. super hoc quandam extrauagantem ad perpetuam rei memoriam edidit, quæ in lib. bullarum Rotæ, cooperto serico viridi, c. 152. scripta est, quæ incipit, Romani pontificis prouidentia, &c. & illa istam quæstionem decidit. Nam ibi Bonifac. voluit, ꝙ omnes impetrationes factæ, & in posterum faciendæ, etiam motu proprio, de data eiusdem diei obitus, nullius momenti sint, omnes effectus inde sequutos annullans. Hoc tamen ibi Bonif. limitat in beneficijs extra curiam vacantibus locum habere. Secus verò in beneficijs, quæ in Romana curia, vel locis vltra duas legales dietas à dicta curia, non obstantibus vacat erint. In quibus impetrationes valere voluit, vt ibi latius prosequitur. Itaque ex textu prædictæ extrauagantis casus non fler (quòd est perpetuò notandum) deciditur. & limitatur.

REGVLA DE NON IVDIcando iuxta formam supplicationis, sed literarum expeditarum.

ITem, Cum ante confectionem literarum gratia Apostolica sit informis: voluit, statuit, & ordinauit idem dominus noster, quòd iudices in Rom. curia, & extra eam pro tempore: etiam si sint Sanctæ Rom. Ecclesiæ cardinales, causarum Palatij Apostolici auditores, vel quicunque alij) non iuxta supplicationum signaturam, super quibusuis impetrationibus vel concessionibus, nisi in dicta curia duntaxat sint, commissiones iustitiam continentes per placet vel per Sanctæ Romanæ ecclesiæ Vicecancellarium, iuxta facultatem super hoc sibi concessam sibi signatæ, sed iuxta literarum super eisdem impetrationibus & concessionibus confectarum tenores & formas iudicare debeant: decernens irritum, &c. etsi literæ ipsæ per praeoccupationem, vel aliàs minus benè expeditæ reperiantur, ad illorum quorum interest, instantiam, ad Apostolicam Cancellariam remitti poterunt per eius officiales, quibus huiusmodi tenores & formas restringere conuenit, ad formas debitas reducendæ.

PRÆFATIO.

PRimus istius regulæ auctor Nicolaus Quintus fuit, qui primus omnium regulas iudiciarias, & eas omnes, paucis exceptis, quas hodie habemus, digessit: cùm ante ipsum nemo prędecessorum pontificum id egerit: sed vt plurimùm quibusdam formulis literarum expeditionẽ, ac expectatiuas ꝯcernentibus contenti fuerant, vt ex eisdem literis apparet: & hæc regula q̃ in supplicationibus gratiosis expediẽdis loquitur, plures alias regulas suffraganeas habet. Nã primi omnium Vrbanus Quintus & Martinus Quintus expeditionem literarum, ẽt in expectatiuis necessariam esse statuerũt, volentes, acceptationes ante literarum expeditionem factas, nullius esse momenti, vt in eorũ regulis patet, cùm antè acceptatio & prouisio cũ sola supplicatione valebat. literis nõ expeditis. vt ex decis. B. sign. 4. in tit. de concess. præben. apparet. Et hoc idem ad cõmissiones, ꝙ iurisdictionem non tribuerent, literis super gratijs non expeditis, Nicolaus Quintus

Quintus extendit. Quę in hoc sequuti sunt omnes posteriores pontifices, vt in eorum regulis cauetur. Et quod hic gñaliter de literis beneficialibus expediendis statutum est, idem in dispēsationibus inferius in reg. 53. determinatum reperitur. Et eodem modo sequestra & executoriales literarum expeditionem requirunt, vt in reg. 69. apparet. De quibus omnibus regulis simul hic tractabo, ex quo, eandem materiam cōtinent. Et licet ista regula per omnes ferè pontifices fuerit, prout iacet, innouata: Hadrianus tamen VI. quædam in ea, prout etiam in alijs dubitationis tollendæ causa, addidit. In primis in proœmio ista verba addidit (Cùm ante confectionem literarum gratia Apostolica sit informis, per hoc designans finalem rationem regulæ. Hoc enim in alijs regulis non erat tamen à decis. Rotæ 19. tit. de concess. præben. in nouis, accepit. Secundò addidit ista verba (Nisi in curia duntaxat sint cōmissiones iustitiam continentes.) Quasi velit ꝙ in curia Romana iudicetur secundùm commissiones, et sine literarum expeditione, dum contineant commissionem iustitiæ & signentur per Placet, vel per Vicecancellarium. Tertiò addidit, (decretum irritans) quod in alijs regulis non erat. Tamen Rota semper tenuit sententiam latam contra regulam productam, esse nullā, etiam si in ea non fuerit clausula annullatiua decreti: quia satis est legem prohibere, ne aliquid fiat, Nam omnis lex præceptiua decretum irritans habere dicitur, vt notant Mod. in l. non dubium. C. de legib. & in l. nemo potest. de leg. 1. Sed de his satis. Ad quæstionem veniamus.

QVAESTIO PRIMA.

QVæro, an regula ista concursum, similitudinem, vel consonantiam cum iure communi habeat, vel sit contra ius cōe?

SOLVTIO. Ista quæstio multum necessaria est, quia ex decisione ipsius, in decursu materię plures difficultates decidi poterūt. Nam si regula ista cum iure cōi concordat, fauorabilis, & extendenda erit. Si verò contra ius commune, strictam interpretationē recipiet. Et ideo vt veritas appareat, omissis ambagibus, concludendum videtur regulam istam in aliquibus iuris communis concursum habere. De quo etiam aliquid inferius dicam in illa quæstione, an habeat locum in motu proprio.

Tamen nunc pro ista opinione in primis faciunt ea, quæ tradit Bald. in l. humanum. circa fi. C. de leg. Quem sequitur Fel. in c. eā te. in 3. col. de rescr. Vbi volunt, gratiam papæ literarum expeditionem requirere, vt de illa constare possit. Nam de iure cōi gratia sub quadam tacita conditione, si literę expediantur concedi vř, vt dicit Egid. in cons. 24. in 3. col. vers. & puto, &c. Nam per expeditionem forma & perfectio gratię datur, vt dicit decis. Rotæ. 27. tit. de rescr. in nouis. repetita per Egid. decis. 746. Et licet quo ad esse ipsius gratiæ scriptura non requiratur, tamen quo ad probationem necessaria est, vt dicunt communiter doct. in rubr. de constit. Et vltra ipsos ratio illius opinionis redditur per Egid. decis. 609. incip. impetrans, &c. Quia sola supplicatio, ex eo concludenter non probat ius alicui competere: quia fortè quando literæ expediri debent, Cancellariæ officiales clausulas supplicationis aliter extendent, vel restringent, & fortè super tali supplicatione literas non dabunt: quia, vt experientia docet, plures supplicationes expediri non possunt: quia forte in eis aliquæ clausulæ, quæ contra stylum sunt, ponuntur: Et ideo antequam hoc expediamus, supplicatio non vř certitudinem continere: & propterea gratia per solam supplicationem informis per Rotam appellari solet, vt patet decis. 19. de cōcess. præben. in nouis. Sic etiam videmus, ꝙ intrans possessionem beneficij, literis non expeditis, licet habeat supplicationem, omne ius perdit, vt dicit Fel. in c. veniens. in 2. col. de accus. & est tex. in extrauag. iniunctæ. Alias frustra papa in cancellaria tot officia les poneret, dans illis formam per suas regulas expediendi, si sola supplicatio sine expeditione valeret, vt dicit Egid. in cons. 34. Requiritur igitur expeditio literaꝶ, quia per illas omne dubium tollitur, & gratia digesta, & hře totaliter perfectionem suam dř, vt tradit Oldr. in cons. 324. incip. factum tale est. Dominus noster, &c. in 2. col. vers. quartò, circa renunciationem, &c. Nā sola supplicatio adhuc in vtero existere dř, donec per expeditionem literarum in mundū producatur, vt dicebat Bal. per. l. cōtractus. C. de fide instr. & reassumunt Mod. Bonon. rep. rubr. C. de prob. in 13 col. fecit dictum

dere debet:etiam si maior ratio sit in uno casu, quam in alio iuxta tex. not. qui de poena loquitur, in l.1.§.quod autem.ff.de alea. Et qui se exceptum dicit a regula, illud probare debet: quia lex indistinctè omnes quos non excipit, ligat. c.1.de const. c.omnis anima, de sensib. c.solitae, de maior. & obed. Cùm igitur commendatarius à regula non excipiatur, debet sub illa comprehendi. Confirmatur ulterius ista opinio, quia uidemus regulam istam habere locũ in gratia expectatiua, quae est quaedam cõcessio temporalis, iuxta c.fi.de concess. praebend. Ergo eadem ratione habebit locũ & in commenda, quae etiam concessio tẽporalis est. Praetereà, quia ista regula initium considerat, & sic tempus prouisionis beneficii. Quo tempore nisi peritia idiomatis in regula requisita concurrat, collatio siue prouisio beneficii est nulla ipso iure, ut patet in textu: quia qualitas adiuncta uerbo, debet adesse tempore verbi, c.statutum, de rescr. lib.6. l.miles, ff.de test. mil. Et ista ratio aequè militat in commendatario, sicut in titulari. Ergo, &c. Et per hoc illa ratio illius Domini resoluitur, uidelicet, quod commendatarius per substitutũ deseruire poterat: quia est uerum, postquàm commenda ualidè praecessit .i. quando concessa est habenti peritiam idiomatis, uel quando a principio in ipsa prouisione isti regulae derogatum est, tunc enim ualidè substitutũ ponet. Vbi uerò a principio tempore prouisionis ista non concurrunt, prouisio est nulla, & ideo de tali casu de constitutione substituti disputare nõ attinet, qui postea sequitur, & sic tempore quo iam prouisio commendae tacta personae ignoranti idioma non ualuit.

Non obstat etiam, quod text. iste commendam comprehendere non uidetur, ex quo loquitur de prouisione. Et prouisio non est commenda: quia hoc est falsum. Quia imò sub tali uerbo comprehenditur, ut in specie tenet Domi. de S.Gemi. in c.nemo, in 2.col.uers.item facit, de elect.lib.6. Vbi ex hoc infert, quod si papa reseruat prouisionẽ suae beneficium, si illud dat in commendam, reseruatio expirat, secus si collationi suae reseruat. Rationem ibi ponit: quia cõmendari, est prouidere. Et ita ibi Dom. sequitur Phil. Franc. in 3. col. & Nic. Milis summus practicus, & auditor Rotae in suo Indice, in uerbo, beneficium uacans reseruatum, &c. Et latius caeteris Ioan. Aloisius Tuscanus aduocatus consistorialis, antiquus & summus practicus, in quodam cõsilio suo incipien. Nunquid regula probibens. Vbi non solum tenet commendatarium sub ista regula comprehendi, sed etiã sub quibuscunq; regulis de prouisione loquẽtib. Cum quibus concordat egregius Pater D Io. Franc. Pauinus Rotae auditor, in eleganti suo tract. de sede uac. in 3. q. principali & Mod. in trac. reseruationum, fol.7. & in effectu 38. & fol. 32. Quicquid de hoc dubitet Rom. in cons. 350. col. 4. cum quo unico uerbo Fely. transire, uidetur in c.in nostra, in 32. corr. In 2. col. uers. scias etiam, de resc. Reliqua quę circa istam quęstionem desiderari poterunt, repetenda erunt ab illa quaestione notatu digna, & multum per me discussa in regula de triẽnali. q.5.

QVAESTIO SEXTA.

QVaero, nunquid ista regula obseruari debeat, & liget extra curiam?

SOLVTIO. Glossator hic tenet, quod nõ; rationib. de quib. hic per eum, quem uide, sed ueritas est In oppositum. Nam ex quo ratio istius regulę, quae utilitatem animarum respicit, ita generaliter militat extra curiam, sicut In curia generaliter interpretari debet, arg. eorum, quae dicit Fel. in c. 2. col. pen. de rescr. Et ratio Glossatoris, quod ordinarius magis personas suae dioecesis, quàm alias cognoscat, nõ facit ad propositum, quia illud concernit mores, & probitatem uitae, non autem rationem idiomatis, quia cognitio ordinarii non tollit defectum personae non intelligentis, uel loquentis idioma. Nam quando clarè illum esse incapacem, & expertem linguae constat, illa ratio nihil ualet. Et ita regulam de infirmis resignantibus, quae pariformiter generaliter loquitur, extra curiam locum habere uidemus, ut Rota saepius conclusit & iudicauit, ut ibi latè diximus. Pariformiter igitur in ista regula idem dicendum est. Reliqua circa istam quaestionem dixi superius in prooemio, ubi plenius uidendum erit, q.2.

QVAE

QVAESTIO SEPTIMA.

QVaero, ponamus Britonem Gallum impetrasse gratiam expectatiuam in dioecesi Britonum Britonizantiũ, quorum idioma est diuersum, & inter eosdē minimè intelligibile, de quo in expectatiua mentionem non fecit. Propter quod impetrat gratiam, ꝙ perinde ualeret dicta expectatiua, ac si in ea facta fuisset mentio de tali defectu: quam gratiam expectās non expediuit ante uacationem. Posteà uacat beneficium, idem Brito Gallus acceptat: alius Brito de Britonizantibus etiā acceptat, & conatur excludere Britonem Gallum primum acceptantem, exceptione istius regulae, quae annullat expectatiuā non intelligentis idioma, &c. Brito Gallus replicat gratiam suam expectatiuam ualidari uirtute gratiae, perinde ualere. Triplicat alter Brito Britonizās, gratiam perinde ualere, nec ei suffragari, quia literae non fuerunt expeditae. Et dat de regula, ꝙ commissiones non ualeant, literis non expeditis. Dubitatur, an sola supplicatio sufficiat, quo ad derogationem, istius regulae, & supplendum eius defectum.

SOLVTIO. In ista quaestione conclusum fuit, solam supplicationem gratiae, Perinde ualere, non sufficere ad supplendum defectum idiomatis, de quo loquitur ista regula, ut etiam dixi in regula 25. de non iudicando iuxta formam supplicationis, nisi literis expeditis. Tamen per Dominos in praesenti quaestione duo capita considerata fuerunt. Primum, quando expectatiua, &, Perinde ualere, sunt eiusdem datae. Et isto casu gratia. Perinde ualere, supplet defectum istius regulae & acceptatio illius uigore ualeret. Ita Rota tempore Leonis papę II. in causa Giennē. canonicatus, & praebendae coram D. Vanulio pro quodam Valentino expectante, contra Castellanum etiam expectantem sententiauit. Nam Castellanus expectans excipiebat de ista regula contra Valentinum etiam expectantem, qui tamen sub eadem data expectatiuae suae gratiam. Perinde ualere, impetrauerat. Rota pro Valentino tenuit. Secundum caput est, quando gratia, Perinde ualere, sub diuersa data concessa fuit. Et isto casu Rota de anno 1519. tenuit illam non supplere defectum istius regulae, nisi literis expeditis ante uacationē. Et ita pronuntiauit D. Camillus de Balionibus in fauorem Vulgalci de Vezeardo Britonis Galli, contra Martinū Collant, Britonem Britonizantem in causa Cotosopiten. ad quā dioecesim utreq; gratiam suam expectatiuam habuerat, cuius sententia confirmata fuit per bonae memoriae D. Guli. Cassiodorum de anno 1520. de mense Ianuario, ut ipse idem refert in suis collect. decis. Rotę. fol. 204. & seq. Quibus autem rationibus moti fuerūt Domini, ponit ibi latiùs D. Guliel. referēdo motiua Gemin. in consil. 128. & Bellame. decis. 746. quae breuitatis causa nō refero, cùm ibi uideri possint. Nam illae decisiones iam ferè per manus omnium curialium circunferuntur, ideo omitto: quia de ista quęstione latiùs in regula 25. dicā.

QVAESTIO OCTAVA.

QVaero, quid si aliquis pro parte intelligit, & pro parte nō, an uideatur satisfactum regulae?

SOLVTIO. Tenerem ꝙ non, per istam rationē: quia hic ponitur clausula annullatiua, quae formā inducit, ſm Bal. in l. 1. ff. de lib. & posth. tradunt Mod. in l. pacta quae contra. C. de pact. Sed in formalibus nihil dicitur actum quando aliquid deficit, ut in c. 1. de bapt. facit. c. deflcat. de reg. iur. Nam forma ita transgredi dicitur in minimo defectu, sicut in magno, ut tradit Fel. in c. cum dilecta, de rescr. Et est tex. not. in c. quaeritur. §. episcopus. 22. q. 1. Nā qui malè intelligit, non bene referrę potest, ut dicit Spec. in tit. de aduoc. §. 61. post medium. Et hoc ulterius suadetur, quia in tex. duo copulatiuè requiruntur, uidelicet ꝙ intelligat, & intelligibiliter loquatur: quorum alterum non sufficit. l. si ita stipulatus, de uerb. obl. Et uerba simpliciter prolata, intelliguntur in perfecto significatu. l. fi. C. de his, qui ue. aeta. im p. Ille igitur qui pro parte loquitur & intelligit, non perfecte dicitur habere idioma, ut uerba regulae adaptentur.

QVAESTIO NONA.

QVæro, ponamus ꝙ in aliquo regno sint duo idiomata siue linguæ:una naturalis,altera accidentalis, ut in Lusitania,quæ habet propriam linguam Portugalensium,quæ est eorum naturalis, & linguam Castellanam, quæ est eis accidentalis: prout etiam Cantabri duplicem linguam habent, & Sardi etiam qui habent duplicem idioma,uidelicet Sardum & Catallanum,quod est eis accidentale ex commercio,& uicinitate Catellanorum acquisitum. Quid ergo si Castellanus impetrat gratiam in regno Cantabrorum, uel Portugaliæ,ubi Castellanus non intelligit,neque loquitur eorum idioma, sed bene illorum accidentale uidelicet: idioma Castellanum, per quod intelligibiliter loquitur, & intelligitur, an huic obstet regula?

SOLVTIO. Videtur prima facie dicēdum ꝙ non,ex eo,quia in tali impetrante finis & mens regulæ seruatur,quæ attendi debent:arg.l.scire debes. ff. de legib. Nam habito fine constitutionis modus non curatur,ut notat Abb. & alii in c. quoniam contra,per illum tex.de proba.

Contrarium fuit decisum tempore D. Ioan.Vanulii quondam auditoris. De ratione decisionis non constat, sed putarē istam esse,quia in regula,quæ interpretanda strictè est, maximè in beneficialibus, uerba naturaliter non accidentaliter intelligi debēt.l.1.§.hoc interdictum, ubi Bar. ff.de fonte.Nam in tali casu natura præualet accidenti,ut notat Bart. in l. qui habet per illum tex.ff.de tut.& tradit no. Ang.in cons.397.ludus pilæ.in 1.col.unde ex quo mens istius regulæ fuit, ut commodius rector parochialis saluti animarum in confessionibus & sacramentis, & prædicationibus populo exhibēdis,consulere posset, per quæ simplicibus & ignaris hominib. quales sunt mulieres, & populares artifices,magis subuenitur: ideo isto casu regula obstabit, quia uerum est dicere, huiusmodi impetrantem Castellanum non callere idioma proprium & naturale Cantabrorum, sed accidentale. Nec obstat, quòd in illis partibus lingua Castellana, ut plurimum a nobilibus, & ab aliis negotiatoribus intelligitur,& eam sufficienter loquuntur,quia hoc non sufficit,nisi communiter mulieres,& aliæ simplices personæ illud idioma peregrinum,sicut naturale & proprium intelligant:alias regula generaliter omnibus non prouideret, maximè in casibus istis necessariis sacramentorum per rectorem parochianis exhibendorum,in quibus rudes personę magis instrui debent:quod sine commercio linguę fieri nequibit. Concludendum igitur est, regulam hoc casu habere locum.

Limitant aliqui hoc non procedere in impetrante multum qualificato moribus & scientia,qui illi patriæ multum esset acceptus:quia tali casu putant sufficere, illum intelligere,etsi loqueretur peregrinū idioma,quod cōmuniter ibi intelligitur. Quia tunc ex sufficientia uiri, utilitas animarum compensari posset. In quo casu illa regula iuris, uidelicet, quòd naturale præualeat accidentali, de qua in dicta lege qui habet non procederet, ut notabiliter dicit And.Siculus in capitulo in præsentia.in 33. colum. de probationibus.

Sed ista limitatio tuta nō uidetur:quia ubi agitur de præiudicio animarum, qualitas personæ nihil operatur,ut dicit Bal. in capitulo iurauit.de probat.& in capitulo primo,in fine,ut lite pendente. Sequitur Felyn. in capitulo quod super his, in 4.columna, de fide instrument. Nam hic non tam quærimus rectorem moribus sufficientem, quam loquentem, & populo rudi necessaria sacramenta ministrare scientem.

QVAESTIO DECIMA.

QVæro,nunquid regula ista obstet Normandis habentibus parochiales in Gallia, Picardia, Burgundia, & Britannia?

SOLVTIO. Videtur quòd non, per ea quæ dicit Egid.in cap.dudum,in princ. de præben.lib.6.qui dicit, quòd Normandus impetrare potest iudicem contra aliquem de aliqua parte Franciæ, & extra terram Normandiæ,puta in Picardia,Burgundia,& Britannia,& non poterit, ut suspectus recusari. Et ita per istud dictum, quidam Moderni tenuerūt istam partem in quibusdam apostillis.

Tamen

Tamen iudicio meo istud dictum Egidii ad propositum istius regulæ nō facit, quæ in loquela fundatur. Itaque quo ad hoc, ut prædictus sub regula non comprehendatur, requiritur ꝙ Normandus idioma loci, ubi parochialis est sita, loquatur intelligibiliter, & intelligatur: alias non bene sacramenta ministraret. Quia cęcus nō bene cæcum duceret, ut dicit tex. in proposito notabilis, in c. pen. de æta. & qualita.

QVAESTIO XI.

QVęro, an ista regula habeat locum in uicaria perpetua, & in omnibus aliis beneficiis curatis?

SOLVTIO. Omissis multis, dicēdum est, regulam in uicaria perpetua locum habere istis rationib. Prima, quia clarum est regulam esse in iure communi fundatam, ut latè in prima quæst. diximus, Sed de iure communi inductum est, dispositionem parochiali loquentem, habere locum in uicaria perpetua, ut dicit text. in clemen. 1. de offic. uica. Ergo eodem modo ista regula in illa locum habebit. Fortificatur hoc, quia uicarius perpetuus ecclesia, ubi non est rector, in omnibus rectoris uice fungitur, ut tenet Rota in decis. 341. in antiq. Et hoc vult alia decis. 374. incip. fuit dubitatum, & in consiliis positum. Quod igitur de uno dictum est, de alio dicendum erit. Accedit, quia uidemus, quòd sicut episcopus cum rectore super ætate non dispensat: ut in capitul. 1. de æta. & qualita. ita neque cum uicario perpetuo, ut notatur in dicta clemen. prima. Faciunt, quæ dicit Lapus in add. ad Fed. in tract. permu. quæst. 14. Hinc est, quòd tales uicarii perpetui dispositionem cap. licet. de elect. lib. 6. seruare arctantur, licet in parochiali loquatur, ut est gl. & ibi omnes in d. clemen. 1. Et eodem modo dispositionem cap. ex eo. de elect. eo. libr. seruare tenetur. Et ista omnia magis in casu nostro quadrare uidentur: quia ista regula de parochiali indifferenter loquitur: neq; distinguit, an illa parochialis regatur per rectorem, uel per uicarium perpetuū. Ergo generaliter est intelligenda. Nam cū tex. non distinguat, neq; nos distinguere debemus. cap. ad audientiam. cum similib. de decimis. Prætereà, quia est eadem ratio in uicario, quę in rectore, cum uterq; prædicandi officium habeat, & confitendi. Vnde propter eandem rationem dispositio etiam pœnalis in uno casu loquens, ad aliam extendi debet, ut dicit gl. in cle. 1. de electio. & est text. cap. si postquam. §. 1. in eod. tit. lib. 6. Eò maximè, quia ista regula non est exorbitans à iure communi, sed cōformis, Et ita pro ista parte reperio consuluisse Ioachimum de Natina, olim famosum aduocatum consistorialem in quadam causa Tercoren. uicaria, seu parochialis ecclesiæ de Launien. cuius initium est, Posito ꝙ prohibetur, &c. Et hęc quantum ad uicariam dicta sufficiant.

Sed maior est difficultas scire, nunquid ista regula indifferēter in omni beneficio curato locum habeat? & prima facie uidetur dicendum, locum habere, cum sit eadem ratio in aliis curatis beneficiis propter administrationem sacramentorum. Tamen hoc non est uerum, quia ista regula non sine mysterio tantum de ecclesia parochiali loquitur.

Et ideo pro uero intellectu istius materiæ aduertendum est, ꝙ cura potest dupliciter considerari uidelicet, largè & strictè, ut ponit Innocen in cap. cum satis. de offic. archi. Largo mō cura, dicitur potestas fori contentiosi, prout est suspendere, excommunicare, absoluere, uisitare, & alia huiusmodi quæ ad correctionem morum tendunt. c. dudum ecclesia. de electio. & ibi gl. bona. Hanc curam archidiaconi, & alii inferiores prælati habere possunt. cap. 1. de offic. archi. & notaut docto. in ca. cùm contingat. de foro compet. Et in talibus non putarem regulam locum habere. Cura uerò, strictè & propriè sumēdo, dicitur potestas ligandi & soluendi in foro pœnitentiali: & hoc non cadit nisi in sacerdote cap. in nouo 21. distin. & ca. omnis de pœnitent. & remis. Dicitur ergo beneficium curatum quo ad propositum istius regulę illud, quod habet potestatem fori pœnitētialis, ad quod exercēdū requiritur mutua & reciproca intelligentia sermonum, siue idiomatis illius loci. Qđ quidē in uicario perpetuo habere locū nemo inficiari poterit: si ī aliis curatis eadē rō cōcurrit, uidelicet, ꝙ rōne bñficii curati tenētur sacramē

ta mini

ta ministrate,& ea omnia exercere, quæ rectores solent,siue hoc illis de iure, siue de consuetudine,uel fundatione cõpetat, nulli dubium erit in illis locum habere regulã propter identiatem rationis. Et hoc quod de cura dictum est,procedit etiam si rector, uel curatus actu non exerceret curam propter recessum parochianorum,dũ modo habitu sit aptus exercere, ut tradit Card.consi.48.quidam nobis, &c. Et licet in hoc contrarium teneat Feder. consil. 135.Casus talis est. Tamen illud, alium finem seu effectum respicit,nec facit ad ꝓpositum.de quo loquimur,ut distinguunt Abb.& alii in c. de multa. de præbend. & dixi latius ibi in repet.mea subrepta Patauii.Hoc tamen intelligas, quando alias ipsum beneficium de sui natura est curatũ. Secus si per uiam adhærentiæ,ut quando beneficium de sui natura simplex,haberet annexam curam, uel ex constitutione ecclesiæ aliquis uices curati gereret. Quia ꝓ hoc talis beneficium curatum non dicitur propriè loquendo,ut dicit Old. in consil. 203.factum tale.& sequitur Fely. in c. nostra.in 10. corr. de rescri. Quod est notandum pro intellectu istius regulæ.& plurũ iurium:tamen si talis ex constitutione ecclesiæ populo sacramenta administrare teneretur,in eis locum haberet ista regula. Ex quibus etiam unum aliud infertur, ꝙ sola potestas fori pœnitentialis beneficiũ curatum non facit,nisi cum hoc beneficiatus habuerit,seu certam parochiã teneat, ut sentit gl. in clem. dudum.in uerb.impediant.de sepul.dicens,ꝙ licet fratres Prædicatores,& Minores ex priuilegio dictæ cõstitutionis,& clem. exiui.exercere possint ea,quæ sunt fori pœnitentialis,non tamẽ per hoc cẽsentur curati. Ratio est secundum gl.quia neq; ipsi curati ad exercendum astricti sunt.neq; parochiani in foro pœnitẽtiali ad eos recurrere tenentur. Ad idem bona gl.in cle.i.in uerbo.presbyteri. de priuile.quam singularem dicit Abb.Panor.in c.significasti. de foro comp.& in c. omnis.de pœnit.& remis. Sic itaque quo ad regulam istam talis cura in cõsideratione non esset.Requiritur etiam aliud,ultra parochiam & parochianos.ut quis dicatur curatus ad effectum istius regulæ,& aliorũ iurium de cura loquẽtium, uidelicet ꝙ curã nomine suo,& non alieno exerceat, ut ponit Pet.de Anch. & Imol. in cle. unica, de of.uica.& latius Doct.in c.extirpandæ. §.quia uerò. de præb. Item etiã requiritur ꝙ talis assumatur suo nomine, & singulariter suscipiat regimẽ parochialis ecclesiæ & populi,non pariter cum alio,ut notabiliter consuluit Oldra.in consil.67.quæstio talis &c.Ex quo infert,ꝙ si duo in ecclesia parochiali instituãtur,ita ꝙ quilibet eorũ confessiones audire consueuit,& alia facere quæ ad curam animarum spectant,neuter eorum curatus esset,neq; in eis dispositio locum habet:c.licet.de elect. neq; ca. de multa.de præb.neq; cõsequẽs dispositio istius regulæ, ut ibi ꝓ multas rationes probat.Pro quo facit text.in ca. sicut una. 21.q.2.ibi,sed unum tantummodo habeat sacerdotem,&c.Prędicta igitur copulatiuè quo ad curam animarum requiruntur, de qua hic loquimur.

Ex quo infertur,ꝙ actus solus sepeliendi non facit,ut ecclesia curata dici possit. Nam sine cura cœmeterium ex consuetudine,vel episcopi concessione haberi põt, ut dicit Feder.in consil.135.Allegat Arch. in c.1.de sepul.& Hosti.in c. quia nonnulli.de cleric.non resid. Nec etiã solus actus baptizandi sufficit, si aliquis certam parochiam non habet,ut tenet Pau.& Card.in cle.1.de baptis.in 4.q.Quia actus baptizãdi licite qñq; per laicum exercetur: ut in §.nerum.32.dist. Et tamen laicus curæ capax non est. Et talia iura, licet non per laicum,tamen per alios præscribi possunt etiam si cura fori pœnitentialis sit, ut tradit Card.in clemen.2.§.fi.de relig. do. & in c.cum satis.de Archi.Requirũtur igitur omnia ista simul concurrere, quo ad hoc, ut parochialis ecclesia dicatur: prout Rota in una Virdunen. parochialis sancti Victoris conclusit, de mense Octob. M D X X X I X.coram me. In qua causa unum aliud noluerunt, quòd ad probandum ecclesiam Vvici parochialem esse, ad effectum consumendi gratiam expectatiuam aduersarii, testes de publica uoce & fama nõ sufficerẽt,q̃ in d. ecclesia sacramẽta ministrarentur,nisi hoc de uisu deponerẽt,ẽt si inter illos unus esset, qui diceret se ui disse

dixisse unum ibi sepeliri. Ratio fuit, quia ex quo consumptionis exceptio, obiectiua materia est, ut decis. si de excep. in nouis, debet talis materia clarè, concludenter, & indistinctè probari. iuxta 5. decis. eod. titu. in antiquis. Quæ omnia ad istius regulæ, & aliarum declarationem de curatis beneficiis loquentium, notãda sunt. Nam in locis cõmunibus non traduntur.

QVAESTIO XII.

QVæro, An regula ista in gratia, Motu proprio, & ex certa sciẽtia, ꝓcedat?

SOLVTIO. Glos. hinc tenet quòd sic, cùm uerba istius regulę non aduersentur imò potiùs cum tali gratia concutiant. Adde tamen, ꝙ imò tex. regulę in illis uerbis, uel gratiam expectatiuam concedere, &c. hoc innuere uidetur. Nam clarum est, expectatiuas, secundum curiæ stylum motu proprio concedi solere, ut notat Ioan. And. in c. si motu proprio. de præbend. li. 6. & Io. Cald. in c. mandatum. de rescript. quos refert Abb. in c. 1. in 8. col. de iudi. ut dixi in tractatiuarum. Et tamẽ regula ista in expectatiua locum habet, quæ motu proprio conceditur: ergo eodem modo in quacunque alia gratia, motu proprio: quia una pars alternatiuę per aliam declaratur, ut dicit Bar. in l. 1. per illum text. ff. de reb. dub.

Præterea, quia dicere regulam istã nõ procedere in gratia facta motu proprio, & ex certa scientia, ex alio esse nõ potest nisi quia Papa notitiam istius regulę habere præsumitur. Et ubi principis scientia datur, derogatio non requiritur, ut tradunt Doct. in l. quidam cõsulebant. ff. de re iud. Nam si Papa ex certa scientia infanti parochialem cõferret, secum dispẽsare uidetur, ut traditur in l. idem Vlpianus. ff. de excus. tut. Et reassumit Fely. in c. nonnulli. in 24. col. de rescri. & latiùs Mod. Bono. in repe. c. 1. de consti. col. 4. Et tamen nec motus proprius, nec sola certa sciẽtia sufficit ad derogandum isti reg. nisi ei specialiter derogetur. ut superiùs in proœ. reg. q. 5. & 6. dictum fuit: præsertim quia nec motus proprius, nec certa sciẽtia Papæ, defectũ idiomatis purgare potest, & facere, ꝙ loqui nesciens loquatur.

Præterea, quia cùm regula ista ecclesiarum fauorabilis sit, & iuris communis concursum habeat, & expectatiuam comprehendat, quæ motu proprio conceditur, non uideo quare quamlibet aliam gratiã similem non comprehendat. Nec obst. ꝙ Papa in gratia motu proprio censeatur habere notitiam istius regulæ, per ea, quæ dicta sunt: quia hoc non sufficit: quia sciẽtia Papæ derogationem non inducit. Et posito ꝙ illa certa scientia in his, quę sunt de iure communi, derogationem quo ad ius commune posset importare, per nor. per Doct. in c. 1. in uerb. nascantur. de cõstit. lib. 6. ut ibi latè dixi: non tamen quo ad regulas, quæ licet habeant uim & ligent omnes, sicut ius uniuersale, per ea, quæ dicta sunt in proœmio, tamẽ quo ad derogationem, ius particulare, sicut alia statuta terrarum censentur. Tenendũ igitur est, regulam istam in gratia motu proprio, & ex certa scientia procedere.

QVAESTIO XIII.

QVæro, an prouisus de parochiali in ecclesia Valentina, natus in Italia ex patre Valentino, & matre Neapolitana, & nutritus pariter cum matre & auia sorore patris, præsumatur tempore prouisionis intellexisse, & loqui idioma Valentinum loci, ubi erat parochialis, attento, quòd decem annis post prouisionem, & sic de præsenti loquitur illud idioma intelligibiliter?

SOLVTIO. Ista quæstio proposita fuit in una Valent. parochialis, per R. D. Io. Mohedano, de mense Ianuario 1537. pendente inter D. Ioan. Baptistam de Baldasinis aduocatũ, & Martinũ Calaphorra. In qua post plures rationes & propositiones causæ, die 14. Martii. 1537. per omnes Dños, duobus exceptis, conclusum fuit regulam locum non habere, ex eo, q̃a qui de præsenti loquitur, in præteritum loqui sciuisse præsumitur: per ea quæ dicit Bal. in l. si qui adulteri. C. de adult. & Fely. in c. scribam. de præsumpt.

Alii duo Domini contrarium tenebãt, ex eo, quia sermo appellatur maternus, quia ut plurimum ex matre capitur, propter frequentiorem filii conuersationẽ: ut de Corneliæ matri Gracchorũ filiis M. Tullius

Tullius libro de claris Orato. meminit, ibi, Non tam in gremio quàm in sermo ne matris educatos, &c. Vnde non abs re Britanni mulieribus exteris linguam præ ciderunt, ne filios suos peregrinum idio ma docerēt, qđ citiùs & faciliùs à matrib. q̄ à patrib. discere existimabāt, ut in eorū historia legimus. Et quia uidemus, ꝙ qua litas de præsenti non præsumitur ꝙ anteà fuerit, nisi probetur, ut in l. 4. ff. de proba. ubi dicitur, ꝙ qui nunc fugitiuus est, de prętcrito non præsumitur. Ad idem facit dictum Bal. in l. non ignorabit nu. 4. C. ad exhib. ubi dicit ꝙ qualitas accidētalis, quę de pręsenti adest, in præterito adfuisse nō præsumitur. Ita Bald. ibi, & alibi sæpe ut scribit Ang. & Ias. in §. sic itaque. col. 5. In sti. de act. Cùm igitur dictus Ioan. Bapt. de parochiali prouisus à matre Neapolitana nutritus fuerat, pręsumēdum erat potius illius linguam, quàm paternam Valenti nam didicisse.

Breuiter primam opinionem tenēdo, ista non obstant, quia stant ista simul, ꝙ filii facilius in pueritia, durante tempore lactentis ætatis propter frequentiorē eius conuersationem idioma matris capiant: tamen hoc non impedit, quominus idio ma patris etiam addiscere possint, cū quo pariter conuersantur. Imò filius ephœbus factus, magis cū patre, quàm cum matre conuersationem habere censetur. Hoc ex eo apparet, quia de præsenti bene loqui idioma patris Valentini scit, ergo præsu mitur per prius ab eo longa consuetudi ne didicisse, quia in instanti idioma non addiscitur, & per hoc tollitur illud, quod dicebatur de lingua materna. Nam iste est unus casus in quo de præsenti præsumi mus in præteritum, iuxta glo. ordinariam in l. ex persona. C. de proba. & text. in l. ne cesse. & in l. circa. ff. eod. tit. quæ ponunt regulam, ꝙ quando agitur de inducenda aliqua qualitate de præsenti, regulariter ī præteritum præsumitur, pręsertim quan do subest iusta causa præsumendi, ut in ca su nostro: nam tunc theorica prędicta sine dubio procedit, ut tradit Bald. in l. si qui adulteri. C. de adulte. & dicenti contrariū incumbit onus probandi, ut dicit Bart. in l. si prius. col. 11. ff. de oper. no. nunt. Et ꝑ illam doctrinam Bald. patet responsio ad allegata in cōtrarium, quia procedunt, ubi causa præsumendi non subest, uel quādo agitur de præsumendo delicto de præsen ti in præteritum, ut in d. l. 4. de proba. uel quando qualitas de pręsenti repugnat pri mæuo statui personæ, ut dicebat Bar. in d. l. si prius. Sed hic omnia ista impedimenta cessant, propter rationem dictam, quia ista qualitas loquelæ de pręsenti non potest stare absque eo, ꝙ habeat tractum in præ teritum, quia non potest in instanti addi sci. Imò hoc non solum procędit in úno idiomate, de quo hic agitur, sed etiam in plurib. quia non inconuenit quem de præ senti plurib. linguis loqui posse. Nam Xer xem & Crœsum Persarum Reges, tot lin guarum genera perdidisse legimus, quot populos sub ditione sua tenebant; ut M. Tul. & recentiores omnes historici attestā tur. Et idem Mithridate Ponti Rege memi nit Iason in §. ex maleficiis col. 10. Institu. de actio. Et plures hac ætate inueniuntur, qui idem præstant. Nam & ego omnium hominum postremus, nōn solum linguam maternorum auorū Castellanam, sed etiā paternorum; Valentinam æqua conditio ne percalleo, linguæ etiam Italæ & Latinę non ignarus: quę quidem linguarum di sciplina de præsenti apparens, de necessi tate præsumi debet tractum à præterito habuisse, ex eo, quia, ut addiscantur, tem poris cursum requirunt: & ista præsum ptio, est probatio probata, quę quodam modo quandam impossibilitatem probā di contrariū infert. Non ualet igitur argumē tū, q̄ facilius à matre linguā accipit, igitur lin guam patris ignorat. Hęc consequentia fal lax est, & non concludens. Tenenda igitur est Rotæ conclusio, quæ uerisimilis, ratio nabilis, & iuridica existit.

QVAESTIO XIIII.

QVęro, qua forma debeat & soleat huic regulæ derogari?

SOLVTIO. apparet ex his, quæ in proœmio istarum regularum quæst. 5. & 6. dixi, ideo non repeto. Forma autem dero gationis istius regulæ ita in literis narrari solet, uidelicet, ꝙ, ut asseris, idioma, quod gens illarum partium communiter loqui tur.

tur, non bene intelligis, nec intelligibili ter loqui scis. Nos enim tecum, ut eccle siam prædictam, &c. dispensamus, præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, necnon prædictis statutis, & consuetudinibus, & aliis contrariis nequaquam obstantibus autoritate apostolica, per præsentes concedimus, prouisa, &c.

Tamen circa hoc aduertendum est, quod plures regulæ Cancellariæ in hoc uolu. reperiuntur, quæ ad eundem finem tendunt, & cum ista concordant, ut regul. de oriundis, & regul. expectatiuarum, quæ specialiter disponit, nullum extra suam nationem gratiam expectatiuarum obtinere posse: quæ regulæ omnes in istius ratione fundantur, uidelicet, quia non intelliguntur, neque idioma loquuntur. Et propterea non impertinenter hic per glossatorem quæritur, nunquid si Papa in expectatiua alicuius derogaret specialiter huic reg. etiam derogare censeatur prædictis aliis ad eundem finem tendentibus? & Glossator hic in fi. tenet quod nō, ex eo, quia ubi duo uincula sunt, uno sublato, aliud non tollitur. c. ex tuarum. de autori. & usu pal. §. affinitatis. instit. de nuptiis.

Breuiter ergo contrarium tenerem per ea, quæ not. gl. in uerb. facti. in ca. ti de consti. lib. 6. cum ibi per me dictis: ubi habetur, quòd sicut mentio de iure communi non requiritur, ita neque de statuto in effectu continente idem, quod ius commune. Cùm igitur prædictæ regulæ ad istum effectum non oriundum, expectatiuam in aliena diœcesi habere prohibeant, quia idioma, & exterorum mores ignorat, ut latius hoc superius in 1. quæst. exposui: Regula igitur ista idem dispo nens, eadem cum illis censetur. Papa ergo derogans isti, in effectu, & in necessariam consequentiam illis aliis derogare censetur, & dispositio d. cap. ex tuarum, cum simi. isto casu non procedit, ut latius dicā in regula de familiaribus cardinaliū. quā etiam pluribus modis Moder. in c. cùm cessante. de appella. limitant: & latissimè Moder. Asten. in tracta. syluæ, fol. 25. Tamen super hoc cogitandum est, quia articulus sine dubio non est, & de facili utraque pars sustineri potest.

QVAESTIO XV.

QVæro, utrum rector parochialis ultra naturale populi idioma, cuius curam gerit, etiam Latinam linguam scire teneatur?

SOLVTIO. Colligitur ex his quæ Abb. & alii docto. in c. cùm in cunctis. in prin. de elect. scribunt, uidelicet, quòd ex quo animarum cura est ars artium, ut dicit tex. in c. cùm sit. de ęta. & quali. requiritur quo ad effectū, ut rector uim & naturam sacramentorum intelligat, quòd Latinam linguam saltem pro necessitate officij sui sciat: rector enim sufficientem scientiam habere debet, ut ibi dicitur, quæ sine Latina lingua haberi nō potest. Hinc est, quod penitus illiterati non solum a parochiali habenda prohibentur, ut in dicto capitulo cum in cunctis. §. inferiore, de electio. sed etiam a promotione ordinum, ut in capitulo secundo, 36. distinctio. & in capitulo fin. de tempor. ordin. libro sexto. Concludendum igitur est, in rectore duplicem linguam necessariam esse: unam uernaculam, seu popularem, quam ista regula requirit: aliam Latinam, ut quid populo loqui debeat, intelligat.

REGVLA DE IMPETRANTIBUS beneficia uiuentium.

ITem, si quis supplicauerit sibi de beneficio quocunque, tanquam per obitum alicuius licet tunc uiuentis, uacante, prouideri, & postea per obitum eius uacet, prouisio, dicto supplicanti per obitum huiusmodi, de nouo facienda, nullius sit roboris vel momenti.

PRAEFATIO.

REgula ista magnum æquitatis, & iustitiæ fundamentum, & etiam concursum iuris communis habet, de quo in capit. 1. cùm sequen. de concess. præben. Et

Et ideo ut fauorabilis erit ampliāda iuxta ea, quæ dicit gloss. magna in cap. statutum. de præbend. lib. 6. Et tradit Fely. qui de ista regula in c. in nostra. in 37. corr. de rescrip. meminit. & Mod. in tracta. benefi. in 12. q. tertiæ partis. Primus eius autor fuit Benedictus 13. ut patet in Quinterno regular. antiquorum Pōtificum, quorum aliqua exemplaria penes me sunt. Verum est, quòd illa regula Benedicti copiosior ista est, & plures casus comprehendens. Sic etiam regula Calixti & Sixti ab ista Innocentii differunt, ut etiam Glossator hic aduertit. Nec est mirandum, quòd secundùm uarietatem negotiorum, temporum, & personarum, etiam regulæ mutationem recipiant. ut dicit Felynus in ca. Rodulphus. colum. 15. uersi. ubi autem di dici, &c. de rescript. quæ omnia iustificantur per rationem text. in c. non debet. cū vulg. de consangui. & affini. In cuius quidem interpretatione breuis ero: quia ista regula est de se clara, & parum antiqui, & Moderni super ea, propter dependentiā, quam habet à iure communi, dubitarūt: & quia eius materia ordinariè per Doctores in locis communibus discuritur & tractatur, ideo parum de ea curarunt.

QVAESTIO PRIMA.

IGitur quęro, utrum ista regula in gratia facta motu proprio, procedat?

SOLVTIO. Textus hic innuere uidetur quòd non, ex quo loquitur per uerba, Impetrauerit, quæ uerba motui proprio non conueniunt, ut in capitulo, si motu proprio. & capitulo, si pluribus. de præb. lib. 6. Et istam opinionem sequi uidetur Gloss. hic. Pro qua opinione facit regula Benedicti primi huius regulę conditoris, quæ expresse dicit, dispositionem istius text. non habere locum in gratia motus proprii. Et ratio esse pōt ſm Fel. hic, q̄a papa ex certa scientia potest dare ius ad uacatura, etiam certæ personæ, ut habetur in cap. ne captandæ cum uulg. de cōcess. præbend. quam facultatem non est uerisimile sibi per istam regulam ademisse.

Pro contraria tamen parte plura adduci possunt, pro quibus ante omnia præsupponendum est, quòd contra impetrātem beneficium uiuentis omnes leges diuinę & humanæ, & conciliares insurgūt, ut patet in cap. 2. & in cap. ne. captandæ. cum uulg. de conce. præbend. l. stipulatio hoc modo. ff. de uerb. oblig. l. fi. C. de pac. quia per talem impetrationem occasio captandæ mortis, & insidiandi, beneficiatis datur, ut dicit Bald. in l. 1. ff. ubi pupil. educ. debe. Vnde super eo quod continet peccatum, Papa dispensare non potest. c. & si Christus. in fin. de iureiuran. cap. super eo. de usur. c. sunt quidam. 25. Sed omnes istæ rationes in gratia motu proprio militant. In qua potest dari defectus intētionis, ut latissimè tradunt Moder. in ca. cæterum. in 6. colum. & in c. causam. el secundo. de testib. & in dubio talis præsumitur intentio papæ, qualis de iure esse debet. ut in cap. causam. & in c. si quando. de rescrip. talis igitur collatio, maximè obstante regula, non ualebit, ut etiam notat Ioan. Andr. in cap. 1. §. dicebat. in uerbo cōtulisset, de concess. præbend. lib. 6.

Nec obstat, quòd papa motu proprio, & ex certa scientia concessit: quia per hoc non derogatur concilio generali, quod requirit specificam mentionem, propter clausulam derogatoriam quam habet: ut dicit Archi. in c. 1. de constit. lib. 6. & Bald. in l. humanum. C. de legib. & uidetur uoluisse Hostien. in summa. de rescrip. §. quas uires. & Oldr. cōsil. 290. facit cap. ex parte, de capell. monac. cum uulg. & licet certa scientia papæ multum operetur, ut latè tradunt Moder. in tract. clausularum. in uerbo, clausula ex certa scientia. Tamē talis clausula derogationem illius regulæ non operatur, quæ expressam & specificā derogationem requirit. ut dixi in proœmio regularum. quæst. fin. quia certa sciētia, neque motus proprius supplent exprimenda, ut dicit Fely. in cap. cum ecclesiasticæ. de except.

Nec obst. q̄ ista reg. loquitur per uerbū impetrauerit, &c. Quia etiam motus proprii impetrantur maximè secundum stylum hodiernū ut dicit Card. in consi. 142. in fi. & Fel. in cap. si quando, & Deci. in cap. 2. in 2. colum. de rescript. Et secundū istam opinionem reperio olim cōsuluisse quendam excellentem aduocatum consistorialem (cui nomen fuit Octauianus de

Cessa.) in quadã causa Placentina Archi presbyteratus. Et ista opinio uidetur ęquior. Prima tamen opinio de iure firmior uidetur, quando in gratia motu proprio, mẽtio regulae facta non fuisset. Cui quidem opinioni uerba istius regulae uidentur conuenire, quae solum de impetratione loquuntur.

Nec obstat, quòd motus proprius impetretur: quia hoc contingere potest: Sed in dubio motus proprius per impetrationẽ concedi non pręsumitur, ut dicit Dec. con sil. 541. nume. 4.

Nec obstat, ꝙ concilium generale, ex quo censetur habere clausulam derogatoriam, expressam mentionẽ requirat: quia hoc in gratia motu proprio, & ex certa scientia non procedit, quę plenitudini potestatis aequipollent, ut notatur in cap. ad haec. de rescript. quae sufficit. Nam papa memoriam iuris habere praesumitur: cap. 1. de constitu. in 6. Et certa scientia, & motus proprius derogationem inducunt, ut tradit Decius in l. certum. colum. 2. si certi pet. Et licet attenta illa ratione, uideretur etiam derogatum isti regulae de stricto iure, tamen ex illo stylo receptum est, quòd regulis non censetur derogatum, nisi fiat mentio de eis. Et ita per istam rationem ponderando uerbum, Impetrauerit, tenuerunt domini regulam de annali in motu proprio locum non habere: de quo ibi latius dicetur. Ex praedictis igitur patet utrãque opinionem posse in disputationis congressu sustineri.

QVAESTIO SECVNDA.

QVęro, an regula ista procedat in impetratione facta à legato, uel ordinario extra curiam?

SOLVTIO. Quia ista quaestio posset decidi plenius ex his quae dixi in prooemio regularum, in secunda quaestione, & eam particularius examinaui in regula de infirmis resignantibus, & in regula de annali, & in pluribus aliis locis: ideo breuis hic procedam.

Concludendo igitur dico, istam regulã locum habere in impetrationib. legatorũ & ordinariorum: quia negari non potest eandem esse rationem, quo ad ipsos. Nam si in papa habet locum regula, multò fortius in legato & ordinario procedet: praesertim cum regula ista fauorabilis sit, & extendenda, ut in terminis cõcludit Decius in consi. 398. in fin. Reliqua uero uidenda sunt latius in dictis locis.

QVAESTIO TERTIA.

QVaero, an obtinens prouideri de beneficio uiuentis ignoranter, ultra hoc quod incidit in regulam, si postmodum sequuta morte, illud de nouo impetrauerit à papa, non facta mentione de pręterita impetratione vel occupatione, impetratio ualeat, ut sit stabilis?

SOLVTIO. Videtur dicendum, ꝙ impetratio ualeat, & inhabilis nõ reddatur: quia ex quo erat ignorans, quaelibet causa etiam iniusta à dolo excusat, ut terminis uidetur tenere glo. 2. c. de concess. praeb. & gl. in uerbo repellatur. in c. in primis 2. q. 3. facit pro hoc illa communis regula tradita in l. igitur. ff. de libe. cau. & in l. plagii. la. 1. C. de plagiar.

Tamen istis non obstantib. cõtrarium concludendum uidetur. Nam licet impetrans ignoranter excusetur ab aliis pęnis, quę imponuntur impetranti beneficium uiuentis, uidelicet priuationis communis ecclesiasticae, ac incursus infamię, & e. quibus poenis puniuntur scienter impetrantes, ut dicunt docto. in cap. 1. Quo ad ualiditatem tamen impetrationis & nouae prouisionis non excusatur ignorans. Nã si non facit mẽtionem de tali defectu, ultra hoc, ꝙ possit ista regula repelli, efficitur inhabilis: & ita concludit Decius in l. si in 5. col. C. de pact. Quia allegat Abb. & docto. in cap. 1. de concess. pręb. Ponderando uerbum maximè, adpositum per eum, & Oldr. consil. 304. & dicit Decius ita fuisse iudicatum se pręsente, in concilio Delphinatus Francię. Et hoc idem, in terminis istius regulę latius reassumit idem Decius in consil. 398. & text. istius regulae hoc uidetur innuere, qui de impetratione facta uiuentis nihil disponit, sed relinquit dispositioni iuris cõmunis, quę annullat ius impetrationes tanquam illicitas

titás, ut de beneficiis non uacantibus. Sed tantum ista regula emanauit ad annullandum prouisionem de nouo faciendam post obitum illius, cuius beneficium, dum ille uiuebat, impetrauit, quo casu cõstat text. regulæ indistinctè talem nouam impetrationem annullare. Requiritur igitur, quod per expressionem illius defectus restauretur: nam ubi exprimitur defectus, Papa concedendo uidetur dispensare, & uitium purgare. l. idem Vlpianus. ff. de excusa.tut.

Sed circa hoc adhuc aduertendum est, quod ista difficultas habet duo capita. Primũ respectu impetrationis uiuentis, & de ista non loquitur regula, sed subiicitur iuri communi. Secundum caput est de prouisione facta post obitum, per illum qui prius impetrauerat beneficium uiuentis, & istum casum capit ista regula. Sed circa primum caput tota concertatio Decii uertitur, quę ita simpliciter intellecta, non est uera, ex eo, quia in d. ca. 1. malitia & dolus impetrantis punitur: non ignorantia quæ dolo caret: nec Abb. in d. cap. 1. apertè de ignorante, sed dubitatiuè loquitur. Et ideò declarandum est, hoc procedere in ignorãtia supina, quæ dolo æquiparatur, ut dicitur in c. 2. de constit. lib. 6. Nam taliter ignorans est inhabilis, quo ad illud beneficium uiuentis, quod impetrauit. Et ita expressè declarat seipsum Abb. in ca. post electionem. in quarto notabili de concess. præbend. Alias opinio contraria non procederet, propter regulam text. in d. cap. 2. qui disponit non ligari ignorantes aliqua dispositione, nisi fuerit culposi. Et pro hoc facit tex. in l. si quis mihi. §. planè. de acquiren. hæred. Vbi ualet mãdatum factum de adeunda hæreditate uiuentis, qui communi opinione reputabatur mortuus: ut tradit etiam Socinus in consi. 32. in 7. colum. uersi. item tenet, &c. lib. 1. Hoc enim non est propter aliud, nisi propter ignorãtiam istam. Est bene uerum, quod in istis spiritualibus culpa in dubio timeri debet, etiã si fortè non sit. Et tali casu ista ignorantia non excusat, ex quo potest d. lui dispẽsatione superioris, ut est text. notabilis in cap. 1. de ordinat. ab episcop. qui episcopatui renunt. Et secundum hoc posset saluari opinio Decii in d. lege finali.

Nec obstat, quòd qualibet causa excusat à pœna. dicta l. si plagii. cum concordantiis traditis per And. Sicul. in consi. 67. col. penul. in fi. lib. 2. Quia ad hoc respondetur, istud dictum non procedere, quando ea quæ quis facit, expressè sunt contra bonos mores, & utroque iure prohibita: quæ quis inuestigare tenetur, prout in casu nostro fieri debuit. Nam tali casu, causa iniusta aliquem non excusat, sed illum in dolo fuisse præsumitur, ut notabiliter Bar. Veron. in consil. 24. col. penul. declarat. Et Curtius senior in consil. 55. in 5. & 6. col. Et ita illa communis theorica. d. l. si plagii. limitatur. Et per ista hoc anno. 1539. per a duocatos in vna Oscen. canonicatus, & pręb end. coram R. D. Io. Paulo Ptolomæo dicebatur, quod licet Antonius Calasans prouisionem suam de beneficio uiuentis iustificare niteretur, & sub prætextu excusare, quod habuerat literas de partibus, de grauissima ægritudine mortali, ex qua uerisimiliter beneficii possessorem iam mortuũ fuisse opinatus fuerat. Tamẽ quia hoc clarius inuestigare tenebatur, & saltem per publicam famã mortis probare ista regula obstãte, excusatus, nõ fuerat, nisi melius obitus famam, quæ sufficeret, probaret: iuxta text. in d. §. planè. Circa secundum caput, uidelicet de prouisione post obitum facta impetranti beneficium uiuentis, dubitandum non est, isti regulæ subiici, quia eius uerba clara sunt. Et quod de prouisione dictũ est, idẽ de institutione dicẽdũ erit ut uidelicet huic reg. subiiciat, iuxta ea, quæ dicit Abb. in d. c. post electionẽ. Et idẽ in acceptione: quia de beneficio uiuentis nõ ualet, ut Guido papa in cõs. 107. dicit. Et idẽ de prouisione executoris uigore gratię expectatiuæ, dicendum est, ut concludit Ro. in cons. 335. quia ad hoc pro singulari põderat tex. in c. captandæ. in fi. de cõcess. præb. lib. 6. Et ista procedunt, nisi cõsuetudo in contrarium esset, per ea, quæ dicit Egidius decisio. 587. & sequitur Antonius de Burgos, Hispanus, uir certè eminẽtis doctrinæ in c. detestãda. de concessio. præb. lib. 6. in quibusdam scholiis suis. De quo tñ ualde dubito, quia esset cõtra bonos mores, per dictum Imol. in c. 2. de concess. præbend.

QVAESTIO QVARTA.

QVæro, nunquid expectatiuæ de certo beneficio viuentis obstet regula? SOLVTIO. Dicendum est, quod non, quia regula tantum concernit prouisionem factam post obitum illi, qui prius beneficium viuentis impetrauit, & expectatiua non est prouisio, sed dispositio ad prouisionem. Hoc apparet, quia per prouisionem acquiritur ius in re, vt in cap. si tibi ab senti, de præbend. lib. 6. sed per expectatiuam non conceditur neque ius in re, neque ad rem, vt tradit Egid. decis. CLXVII. incip. auditor. Ratio est, quia est gratia conditionalis, per quam spes tantum conceditur, vt tradit idem Egid. decisio. 558. Et idē est in mandato de prouidendo, quod non tribuit ius in re, quia est titulus ad acquirendum de futuro, vt dicit idem Egid. decisi. 564. Secus tamen esset in reseruatione, quę habet vim nouæ prouisionis, propter clausulam, Exnunc, prout extunc prouidemus, &c. Expectatiua igitur non subijcitur isti regulæ, licet subiaceat dispositioni iuris communis, quæ annullat expectatiuam ad certum beneficium tanquam illicitam, propter votum captandæ mortis, vt in notabili casu in terminis probat Socinus in consil. 53. in 3. vol. Ex quo infertur, quòd prouisioni factæ per executorem vigore dictæ gratiæ expectatiuæ, quia illa tribuit ius de presenti, bene obstaret regula, vt dictum est in proxima quæstione, non obstante quod expectatiuæ cōcedi soleant motu proprio, vt dicit Ioan. Andr. in c. si motu proprio. de preben. lib. 6. & Ioan. Cald. in c. mandatum. de rescript. quos refert Abb. in cap. 1. in 8. col. de iudicijs. vt dixi in tractatu meo expectatiuarum.

QVAESTIO QVINTA.

QVæro, vtrum ad probandum aliquem impetrasse beneficium viuentis ad effectum istius regulæ sufficiat supplicatio, quàm fecit?

SOLVTIO. Glossator in regula 28. infra eodem, tenet quòd non, quia per supplicationem non iudicatur, sed per literas, vt dicitur in regula 25. Et quia impetrans negare posset se talem gratiam impetrasse. Ita concludit Gloss. in d. regula 28. quam sequitur Felynus hic.

Tamen aduertendum est, quòd in casu nostro super impetratione de beneficio viuentis facta non agitur, sed super prouisione eidem impetranti post obitum facta, quę regulæ subijcitur, & ista est, quæ canonizari vel infringi petitur: quo casu ea, quę in reg. 20. dicuntur, non procedūt. Supplicatio igitur primę impetrationis beneficij viuentis, est illa, quæ solùm ad probandum illum esse inhabilem producitur & talis supplicatio de iure fidem facit: quia in iudicio non producitur ad effectum, vt canonizetur, vel vigore eius, beneficium adiudicetur: & ideo reg. 25. in ista supplicatione locum non habet, quia illa regula de principali gratia, quę canonizari debet, non de adminiculatiua loquitur, vt Domini in multis causis per D. Gul. Cassiodorum relatis, in collect. decis. tit. de rest. spol. decis. 8. & in tit. de sent. & re iud. decis. 2. iudicarunt. Ad probationem igitur dicta supplicatio valebit. Nec obstat, quod impetrans, se impetrasse negare potest, quia in hoc cura ageti incumbet. nam partes suæ erunt, verificare hoc, quod ille impetrauerit. Quamuis Oldr. in cons. 36. in 2. col. dicat, quod supplicatio in dubio impetrata, præsumitur ad instantiam illius, cuius fauorem concernit. Et hoc idem tenet Spec. in tit. de appellatione. §. nunc breuiter. vers. quid si appareat. & Domini mei me præsente, in multis causis secuti sunt. Quidquid dixerit Card. in cons. 25. in 2. col. & Fulg. cons. 24. in 2. col. & Egid. decis. 584. & Gem. cons. 23. & Aret. in c. 1. de iud. præsertim, quando actus reperitur factus eum impensa considerabili, vt tradit Bar. & ibi Alex. in l. cum seruus. ff. de verb. oblig. vel ex aliquibus coniecturis oratorem supplicationem impetrasse apparet, vt quia illam scripsit, vel signari mandauit: tunc enim onus probandi contrarium, nominato in supplicatione incumbet. Ex prædictis igitur Glossatorem malè dixisse constat.

QVAESTIO SEXTA.

QVæro, nunquid regula ista cardinales impetrantes comprehendat?

SOLVTIO. Omissis verbosis disputationibus, concludendum est quod sic, ex eo quia ista regula iuris communis concursum habet, & sic fauorabilis est, & ideo extendenda, vt dicit gl. in c. 3. de præbend. in 6. Maximè, quia fauorem animę concernit. Et vbi de anima agitur, magis cardinales,

quàm alij comprehendi debent, cum sanctiores esse debeant, vt notatur in cap. cum quidam. de iureiur. Et latè Moder. in c. ad aures. de rescrip. tradunt: & latissimè Belenzinus in tract. de chari. subsi. q. 66. & latè superius in proœmio regularum, & in regula de infirmis resignantibus, & in regula de idiomate, & in multis alijs locis dictum fuit. Ideo iam dicta non repeto.

QVAESTIO SEPTIMA.

QVæro, quid si eadem die, qua quis moritur, beneficium impetratur, an præsumetur eo viuente, an mortuo impetrasse?

SOLVTIO. Vt breuiter hoc dubium restringam, iste casus videtur decidi ex his, quæ dicam in regula de verisimili notitia obitus. in 6. q. & per ea quæ scribit Fel. in c. pastoralis. in 4. col. de rescrip. videlicet q pro validitate actus, & vt delictum excludatur, ille actus precedere præsumitur, qui ad validandum actum precedere debuisset, ex qua eodem modo theorica hic inferri potest, q quis in dubio post obitum impetrasse præsumitur.

Tamen diligenter aduertendũ est, q Bonifacius VIII. super hoc quandam extrauagantem ad perpetuam rei memoriam edidit, quæ in lib. bullarum Rotæ, cooperto serico viridi, c. 152. scripta est, quæ incipit, Romani pontificis prouidentia, &c. & illa istam quæstionem decidit. Nam ibi Bonifac. voluit, q omnes impetrationes factæ, & in posterum faciendæ, etiam motu proprio, de data eiusdem diei obitus, nullius momenti sint, omnes effectus inde sequutos annullans. Hoc tamen ibi Bonif. limitat in beneficijs extra curiam vacantibus locũm habere. Secus verò in beneficijs, quæ in Romana curia, vel locis vltra duas legales dietas à dicta curia, non obstantibus vacauerint. In quibus impetrationes valere voluit, vt ibi latius prosequitur. Itaque ex textu prædictæ extrauagantis casus noster (quòd est perpetuò notandum) deciditur, & limitatur.

REGVLA DE NON IVDIcando iuxta formam supplicationis, sed literarum expeditarum.

ITem, Cum ante confectionem literarum gratia Apostolica sit informis: voluit, statuit, & ordinauit idem dominus noster, quòd iudices in Rom. curia, & extra eam pro tempore: etiam si sint Sanctæ Rom. Ecclesiæ cardinales, causarum Palatij Apostolici auditores, vel quicunque alij) non iuxta supplicationum signatarum, super quibusuis impetrationibus vel concessionibus, nisi in dicta curia duntaxat sint, commissiones iustitiam continentes per placet vel per sanctæ Romanæ ecclesiæ Vicecancellarium, iuxta facultatem super hoc sibi concessam sibi signata, sed iuxta literarum super eisdem impetrationibus & concessionibus confectarum tenores & formas iudicare debeant: decernens irritum, & c. etsi literæ ipsæ per præoccupationem, vel aliàs minus bene expeditæ reperiantur, ad illorum quorum interest, instantiam, ad Apostolicam Cancellariam remitti poterunt per eius officiales, quibus huiusmodi tenores & formas restringere conuenit, ad formas debitas reducendæ.

PRÆFATIO.

PRimus istius regulæ auctor Nicolaus Quintus fuit, qui primus omnium regulas iudiciarias, & eas omnes, paucis exceptis, quas hodie habemus, digessit: cùm ante ipsum nemo predecessorum pontificum id egerit: sed vt plurimùm quibusdam formulis literarum expeditionẽ, ac expectatiuas ɔcernentibus contenti fuerant, vt ex eisdem literis apparet: & hæc regula q̃ in supplicationibus gratiosis expediẽdis loquitur, plures alias regulas suffraganeas habet. Nã primi omnium Vrbanus Quintus & Martinus Quintus expeditionem literarum, ẽt in expectatiuis necessariam esse statuerũt, volentes, acceptationes ante literarum expeditionem factas, nullius esse momenti, vt in eorũ regulis patet, cùm antè acceptatio & prouisio cũ sola supplicatione valebat, literis nõ expeditis, vt ex decis. Bisign. 4. in tit. de concess. præben. apparet. Et hoc idem ad cõmissiones, q iurisdictionem non tribuerent, literis super gratijs non expeditis, Nicolaus Quintus

Quintus extendit. Quę in hoc sequuti sunt omnes posteriores pontifices, vt in eorum regulis cauetur. Et quod hic gnaliter de literis beneficialibus expediendis statutum est, idem in dispēsationibus inferius in reg. 53. determinatum reperitur. Et eodem modo sequestra & executoriales literarum expeditionem requirunt, vt in reg. 69. apparet. De quibus omnibus regulis simul hic tractabo, ex quo, eandem materiam cōtinent. Et licet ista regula per omnes ferè pontifices fuerit, prout iacet, innouata: Hadrianus tamen vi. quædam in ea, prout etiam in alijs dubitationis tollendæ causa, addidit. In primis in proemio ista verba addidit (Cùm ante confectionem literarum gratia Apostolica sit informis, per hoc designans finalem rationem regulæ. Hoc enim in alijs regulis non erat tamen à decis. Rotæ 19. tit. de concess. præben. in nouis, accepit. Secundò addidit ista verba (Nisi in curia duntaxat sint cōmissiones iustitiam continentes.) Quasi velit ꝙ in curia Romana iudicetur secundùm commissiones, et sine literarum expeditione, dum contineant commissionem iustitiæ, & signentur per Placet, vel per Vicecancellarium. Tertiò addidit, (decretum irritans) quod in alijs regulis non erat. Tamen Rota semper tenuit sententiam latam contra regulam productam, esse nullā, etiam si in ea non fuerit clausula annullatiua decreti: quia satis est legem prohibere, ne aliquid fiat, Nam omnis lex præceptiua decretum irritans habere dicitur, vt notant Mod. in l. non dubium. C. de legib. & in l. nemo potest. de leg. 1. Sed de his satis. Ad quæstionem veniamus.

QVAESTIO PRIMA.

QVæro, an regula ista concursum, similitudinem, vel consonantiam cum iure communi habeat, vel sit contra ius cōe?

SOLVTIO. Ista quæstio multum necessaria est, quia ex decisione ipsius, in decursu materię plures difficultates decidi poterūt. Nam si regula ista cum iure cōi concordat, fauorabilis, & extendenda erit. Si verò contra ius commune, strictam interpretationē recipiet. Et ideo vt veritas appareat, omissis ambagibus, concludendum videtur regulam istam in aliquibus iuris communis concursum habere. De quo etiam aliquid inferius dicam in illa quæstione, an habeat locum in motu proprio.

Tamen nunc pro ista opinione in primis faciunt ea, quæ tradit Bald. in l. humanum. circa fi. C. de leg. Quem sequitur Fel. in c. eā te. in 3. col. de rescr. Vbi volunt, gratiam papæ literarum expeditionem requirere, vt de illa constare possit. Nam de iure cōi gratia sub quadam tacita conditione, si literę expediantur concedi vř, vt dicit Egid. in cons. 24. in 3. col. vers. & puto, &c. Nam per expeditionem forma & perfectio gratię datur, vt dicit decis. Rotæ. 27. tit. de rescr. in nouis. repetita per Egid. decis. 746. Et licet quo ad esse ipsius gratiæ scriptura non requiratur, tamen quo ad probationem necessaria est, vt dicunt communiter doct. in rubr. de constit. Et vltra ipsos ratio illius opinionis redditur per Egid. decis. 609. incip. impetrans, &c. Quia sola supplicatio, ex eo concludenter non probat ius alicui competere: quia fortè quando literæ expediri debent, Cancellariæ officiales clausulas supplicationis aliter extendent, vel restringent, & fortè super tali supplicatione literas non dabunt: quia, vt experientia docet, plures supplicationes expediri non possunt: quia forte in eis aliquæ clausulæ, quæ contra stylum sunt, ponuntur: Et ideo antequam hoc expediamus, supplicatio non vř certitudinem continere: & propterea gratia per solam supplicationem informis per Rotam appellari solet, vt patet decis. 19. de cōcess. præben. in nouis. Sic etiam videmus, ꝙ intrans possessionem beneficij, literis non expeditis, licet habeat supplicationem, omne ius perdit, vt dicit Fel. in c. veniens. in 2. col. de accus. & est tex. in extrauag. iniūctæ. Aliàs frustrà papa in cancellaria tot officiales poneret, dans illis formam per suas regulas expediendi, si sola supplicatio sine expeditione valeret, vt dicit Egid. in cons. 34. Requiritur igitur expeditio literarū, quia per illas omne dubium tollitur, & gratia digesta, & sīre totaliter perfectionem suam dř, vt tradit Oldr. in cons. 324. incip. factum tale est. Dominus noster, &c. in 2. col. vers. quartò, circa renunciationem, &c. Nā sola supplicatio adhuc in vtero existere dř, donec per expeditionem literarum in mundū producatur, vt dicebat Bal. per. l. cōtractus. C. de fide instr. & reassumunt Mod. Bonon. rep. rubr. C. de prob. in 13 col. facit dictum

Ang.in l.bene à Zenone.C.de quadri.præscrip. de quo mentionem feci in tract. breuium,nu.4. Inde euenit,q Rota sæpissime, temporibus meis,in pluribus causis voluit, excipientem, seu dantem de iure tertij per solam supplicationem ius clarum,neque liquidum producere, donec literæ expeditæ sint: quia in expeditione veritas concessorũ discutitur. Nam aliquando videmus,q supplicatio expediri non potest. Meritò igitur Rota iudicauit, illud ius informe & confusum esse,adeo q ante literarum expeditionem plerique Doctores voluerunt non dari canonicum titulum,saltem in suo esse pfecto,vt dicit Egid.decis.110.in 4.col. & decis.664.& tenet etiã Nicol.Milis quondam auditor Rotæ,in v.g.Apostolica. cum quibus concordat decis.458.incip.circa secundum,in nouis. Hinc est,q sumptum de registro supplicatorum signatarum,in iudicio fidem nõ facit,vt dicit Egid.decis.252. Secus autem si sumptum literarum bullatarum extrahatur,vt dicitur decis.621.in antiq. repetita in decis.681. aliàs secundùm titulos est decis.28.tit.de prob. Quam decis. sequitur Barthol. Belenzinus Rotæ auditor in tract. de chari. subsid. q. 113.

Et ista omnia,quæ de iure cõi procedũt, cum dispositione istius regulæ concordant, quæ literarum expeditionem etiam requirit. Quod vlterius suadetur:quia regula ista & reg.29.quæ disponit commissiones non valere,literis non expeditis,& reg.53. quæ vult dispensationes etiam nõ valere, literis non expeditis, omnes istæ tres regulæ concordant in vno fine, & eandem mentis intentionem habent,vt de se patet. Et tamen Old.probat in cons.326. incip. q articuli. in 2.& 3.col.vers.præsertim,& vers. item qs dubitat,&c.dictas regulas expeditionem literarum in dispensationibus requirentes, cum iure communi concordare, imò idem quod ius commune continere idem dicit Egid.cons.34.in 5.col.in fi.vers.& puto qđ non,&c.Igitur & in ista regula idem dicendum erit. Pro quo optimè faciunt motiua eiusdem Old.in cons.324.incipien. factum tale est,&c.in 2.col. vers. quarto renunciationem,&c.cons.seq. incip. thema quæstionis.& latius in cons.328.incip.ad idem.col. 2. Ex quibus manifestè colligitur dispositionem istius regulæ quandam conformitatem, & dependentiam à iure communi habere.

Et tamen vlterius circa præmissa aduertendum, q literæ tunc expeditæ dicuntur, qñ in plumbo sunt,iuxta c.licet,de cri. falsi. facit quod dicit Domin. ex mente Lapi in c.sicut.de præben.lib.6.Et ita in practica seruatur,vt refert Fel.in c.ex diligenti.in fi.de simo. Et tenuit Rota in vna Salamantina parochialis, de mense Nou. 1539. coram R.P.D.Marcello Crescentio,pro magistro Hieronymo Arze. Et licet illa literarum expeditio,ad probationem propter prædictas causas requiratur, quæ in casu istius regulæ militant: tamen Mod.Vincentini in repet. rubr.de const.in 13.col.hanc regulam factã fuisse dicunt,propter alias causas, quæ secũdum ipsos duæ esse possunt, propter quas papa ad faciendam istam reg.motus fuerit. Prima,vt falsitates quæ in supplicationibus facilius committuntur,quàm in bullis,propter appositionem manuum plurimorum officialium,vt dicit tex.in l.si.C.de codicil. Secunda ratio, ne si sola supplicatio absque literarũ expeditione sufficeret, officialibus Romanæ curiæ præiudicium inferatur, qui ob eam causam bona fide officia sua à sede apostolica emerunt, vt inde emolumentũ aliquod ex appositione manuum eorundẽ capiant.Et secundùm istas rationes aliæ regulæ cancellariæ, expeditionem literarum requirentes, regulãtur.Et iustificatur decis. Egid.644.incip.si papa,&c. qui voluit gratiam per solam supplicationem factam ante literarum expeditionem ius effectuale in personam prouisi non inducere, adeò q si prouisus ante literas cõfectas cum sola supplicatione moreretur, aut matrimonium contraheret, vel religionem profiteretur, nihil per eius obitum, matrimonium, vel professionem vacaret, vt ibi per eum. Et hoc sentit Egid.decis.69.

Tamẽ considerandum est,q licet pdictę rationes veræ sint,habito respectu ad istam reg.q probationem requirit,q certitudinaliter per solam supplicationẽ fieri non põt, donec videatur si illa expediri possit,vt superius dixi:nõ tñ militant,quo ad essentiã gratiæ,quę in sola supplicatione consistit,quia eo ipso,q papa dicit, Fiat gratia absq; alio adminiculo literarũ facta est, vt dicit Cald. in c. quisquis. de elect.cum multis concor. quæ

quæ more suo congerit And. Sicul. in c. in nostra. in 5. col. nu. 19. de rescrip. iuxta illud Lucæ c. 1. Fiat mihi secundum verbum tuũ, & inferius dicam, dum declarabo signaturã gratiæ factam per verbum, Fiat. Et secundũ hoc illa decis. Egidij 644. vera non erit, nec hodie in practica tenetur, sed seruatur quædam decis. 882. in antiq. incip. Nota, q̄ vbi gratia est facta, &c. quæ disponit beneficiũ per obitum illius vacare, qui mortuus fuit, cum sola supplicatione ante confectas literas. De quo latè loquitur Io. And. post Archid. in procemio lib. 6. & Barb. in d. c. in nostra. Redeundo igitur ad propositum, dico, q̄ reg. ista in hoc cum iure cõi concordat: quia de iure cõi sola supplicatio indubitatam probationem iuris non inducit, pp in terpretationem clausularum, quæ in expeditione literarũ per abbreuiatores & alios officiales fieri solet. Et ppeà hic papa iudicibus mandat nõ debere iudicare iuxta formam supplicationum. Et secundùm hoc decis. Egidij, & aliorum rectè procedunt, & rationes militant superius factæ per Modernos Vincentinos.

Tamen quo ad essentiam gratiæ, ista regula secundùm interpretationem cõem à iure cõi discordat, vt etiam dicit Glos. hic, & superius in reg. 8. Et reassumit notabiliter Soc. in cõs. 41. in 2. & 3. col. lib. 3. Et iuxta istam interpretationem saluatur prædicta decis. 882. quę considerat ius tñ in supplicatione consistere: quia literæ non dant ius in re, nec ad rẽ, sed sola gratia. Et licet talis gratia secundùm aliquos informis dicatur, cùm per literas forma detur illi gratiæ: tñ illa forma formalis, seu essentialis non est, sed probatoria, vt dicit Gemin. in cons. 106. 2. col. vers. in contrarium. Requiruntur igitur literæ quo ad probationem, & quo ad executionem gratiæ & prouisionem, respectu executorũ, & fulminationum processuum, vt in expectatiuis, & similibus apparet, quæ cum sola supplicatione fieri non possent. Licet ẽt, q̄ his casibus sola supplicatio sufficiat, teneat decis. Rot. 4. tit. de concess. præb. in antiquiori quam dicit mirabilem Fel. in c. eam te. col. pen. de rescr. Et hoc modo procedit ẽt, quod dñs Mod. in tract. pensionum, q. 11. videlicet, q̄ pensio imposita de consensu per solam supplicationem debetur, & transit ad successorẽ, etiam literis non expeditis. Imò põt agi ad censuras positas in supplicatione cum ea sola, licet quando ageretur ad priuationẽ, ob non solutionem, literæ ad probationem requirantur, vt dicit ista regula. Et ita iudicauit Rota, & signatura in casu contingenti, vt refert D. Guliel. in collecta. decis. Quamuis ẽt circa illud dictum de exactione pensionis, literis non expeditis, q̄ salua consciẽtia fieri non possit, aliqui ex antiquis doctoribus Cancellariæ dubitauerint, vt refert Hieron. Paulus antiquus Cancellariæ apostolicę corrector, eo. lib. q vulgò pract. Cancell. appellatur, vt referã in alia q. Sufficit igr̃ ex prædictis oñdisse reg. istam, depẽdentiam & similitudinẽ, siue quandã consonãtiã cũ iure cõi hr̃e. Pro quo plura scribunt Mod. Pap. repetẽtes tit. de cõst. in ch. fi. Et vlterius, qđ expeditio literarũ operetur, dicã in vna quæst. super regula de subrogandis.

QVAESTIO SECVNDA.

QVæro, nunquid ista regula extra curiam locum habeat?

Solvtio. Videtur dicendũ, q̄ non, quia tex. iste de iudicibus in Roma. curia deputatis loquitur. † Ergo contrariũ in

ADNOT. IOAN. MILAVS.

† Quod enim in vno conceditur, in aliis negatur: vt etiam procurator id solùm exequi debeat, quod procuratio emissa præscripserit. l. maritus. C. de proc. Itidem si cui petitioni specialiter destinata est compensatio in cæteris non obijcitur. l. quod Labeo. ff. de compensa, & l. cùm ita. ff. de cond. & demonst. Quæ igitur propter necessitatem recepta sunt, non debent in argumenta trahi: vt l. quæ propter. ff. de reg. iur. vt in captiuis redimendis, ex necessitate rei sacræ alienatio permittitur: vt C. de sacrosf. eccl. l. pe. hoc non trahitur, vt indistinctè alienatio permittatur: vt gl. d. l. quæ propter. Nam quod contra rationem iuris receptum est non est producendum ad consequentias. l. quod contra. ff. de reg. iur. nisi eadem aut maior ratio esset. tunc cum in aliquo casu sententia manifesta est, is, qui iurisdictioni præest, ad similia procedere, atque ita ius dicere debet. l. non possunt. ff. de leg. b. & senatusc.

in alijs dicendum est:quia positio vnius, alterius exclusio est.l.cum prætor. cum similibus.ff.de iud. Et isto modo argumentandi vtitur Angelus in repet.l.si vacantia. col.6. C.de bo.vac. & Dec.in l.1.col.14. de offic. eius.& alibi sæpe. Et pro ista opin.facit,qa reg.53.quę est isti similis,& dispensationes nō valere disponit,nisi literis expeditis,extra curiam non procedit,vt alias tenuit Rota. Secundum qđ refert D.Gul. Cassiodorus in quadam sua decis.super reg.de infirmis resignan.&c. quæ incipit,sæpius fuit disputatum.Et Soc.in cons.41.vol.3.Et idem tenuit Rota die prima Iulij M.D.XXXVIII. & iterum die 8.Ianuarij M.D.XXXIX. in vna Illerden.canonicatus coram R.D. Ioanne Paulo,vbi bis tenuerunt,&cōcluserunt omnes Dñi dictam reg. 52. locum non hr̃e in dispensatione facta à legato extra curiam. Contrarium tñ tenet Gloss.hic in 2. col.& ad istum tex.respondet, videlicet, ꝙ ista verba,in Romana curia, exempli causa ponuntur,quod regulam nō restringit.arg.c.1.ne cle.vel mona.Et pro ista opinione Glossatoris facit procemium regulæ antiquę per Nicolaum.v.conditæ,vbi Nicolaus hoc modo exorditur: Quia plerique litiū strepitus dispendium amplectentes,frequenter illas ꝑ signaturam,super quibus apostolicæ literæ conficiendæ forent,supplicationum exhibitiones protrahere non expauescunt, vt dispendijs obuietur,& litibus huiusmodi finis quāto citius imponatur.Statuit,&c.Ista sunt verba formalia procmij illius regulę primò conditæ,quæ generalia sunt, & militant ita extra curiam,sicut in curia, & ita etiam in simili quæstione ponderatum fuit procemiū reg.de ann.vt ibi dixi.Cū igitur ratio procemij sit generalis, conueniens est, ꝙ regula generalis esse debeat.

Quid dicendum? Puto primam opinionem veriorem esse:quia ista regula non loquitur nisi de iudicibus deputatis in Romana curia, etiā si cardinales vel auditores fuerint. Ergo intentionis papæ fuit,nolle regulam ligare extra curiā,aliàs si voluisset, hoc dixisset.arg.c.ad audientiam.Et quia si contrarium diceremus,magna seruitus & longum dispendium gētibus Vltramontanis in longinquis regionibus habitantibus imponeretur, gratias sola supplicatione ab eorū ordinarijs factas, ad curiam ꝑ expeditione bullarum mittere drent,cum tamen quotidie videamus in Rota dictas gratias sine cō fectione literarum,nisi cum solo instrumēto notarij & sigillo Episcopi approbari &canonizari. Et idem inconueniens resultat,si gratia facta per papam non probaret corā ordinarijs,facta recognitione per testes, nisi literis expeditis. Esset.n.valde absurdum, ꝙ iudicia & tribunalia ordinariorum, ſm istam regulam regulentur,& ꝙ iudicia eorū suspendantur,vsquequo literę in curia expediantur,cum tamen ordinarij secundum ius cōe procedere debeant,quod literarum expeditionem non requirit, sed solam nudā & simplicē signaturam,vt notatur in cle.dudum.§.nos enim,de sepul.& in c.inst.25.q.2.cum alijs conc. vt superius in 1. q. dixi,& ita in practica seruari videmus. Et qđ dictū est de ista regula, idem dicēdum est de reg. 53.infrà eo.vt dictum fuit superius.Sic ēt & de alia regula dici potest,quæ in executorialibus literarum expeditionem reqrit,vt videlicet in executorialibus legatorum & ordinariorum non procedat.Et nunc de mēse Nou.M.D.XXXVIII.coram eodem R.D. Ioan.Paulo in vna Lucana attentatorū parochialis filiorum Corui,hoc idem dubium propositum fuit.Nam papa cōmiserat causam in partibus supplicatione introclusa.& iudex in partibus protulit sentētiam literis non expeditis:fuit dubitatum,vtrum regula ista hr̃et locum. & Gloss.in reg.29. tenet ꝙ non,quia regula ista loquitur de supplicatione. & breue non est simpliciter supplicatio,sed est quid mistum,& ideò sub simplicibus mistum non comprehēditur,vt in c. statutum. de elect. lib.6. nescio tñ quid Rota tunc concluserit, quia decisioni ꝑꝑ aduersam valetudinem non interfui,sed ista opinio mihi placet, in qua tunc fuerūt egregij plures doctores,&secundum eam Rota paulò antea vnam causam similem deciderat coram D. Paulo Capisucco, de qua in tract. breuium.in 8.& 9.num. mentionem facio.

QVAESTIO TERTIA.

QVæro, an regula ista procedat quando ordinarius prouidit in curia de beneficijs vacant.in sua diœcesi,videlicet, vt prouisus tunc teneatur literas expedire?

SOLVTIO. Dicendum est ꝙ non,quia prouisio ordinarij sufficit beneficiaro quo ad hoc,vt dicatur habere titulum vigore cuius

ius possit cum bona ꝯscia beneficium possidere vt superius in q̄stione ꝓxima dictū est.

Sed maius dubium est, nunquid Episcopus in curia posset prouidere? Videtur ꝙ non, quia præsente papa, nullus potest iurisdictionem ordinariā exercere, vt dicit Archid. in c. experientiæ. 11. q. 1. & dicam inferius. q. vlt. pro quo facit tex. in l. 2. ff. de off. proc. Sed tenendo contrarium rn̄detur ad hoc, ꝙ dictum Archid. in iurisdictione contentiosa propter rationes positas in d. vlt. q. procedit, sed secus in voluntaria, prout est conferre beneficia, quia talis iurisdictio extra diœcesim exerceri potest, vt dicit Ioan. Andr. post Ioan. Mona. in c. si beneficia. de præbend. lib. 6. & hoc tenet Inn. in c. quia diuersitatem. in fi. de concess. præbend. sequit. Præpos. in c. qui aliquo. col. fi. 51. dist. & eodem modo legatus in curia beneficia suæ prouinciæ reseruare, vel conferre poterit, vt tenent Mod. in tract. reseruatio. in 10. q. 4. q. princ. & propterea non requiritur, ꝙ prouisus ab eo literas expediat.

Sed hoc de stylo solet modificari, secundum quod dicit Hieron. Paulus, antiquus Cancellariæ vicecorrector, in illo libro, qui Practica Cancellariæ appellatur. fol. 82. vbi dicit, ꝙ communiter Episcopi vadunt extra vrbem ad conferendum, ad hoc, vt dicātur esse in aliena diœcesi. Sed Moder. in d. tract. referunt D. Auinionem hoc obseruasse, quādo papa in curia præsens erat: vbi verò erat absens, tunc in curia conferebat, & adiunctis istis verbis, videlicet, absente S.D.N. ab vrbe. Itaque siue vno modo, siue alio, quæstioni satisfactum est.

QVAESTIO QVARTA.

Quæro, an ista regula habeat locum in accessu, vel regressu, ex causa onerosa & per viam contractus?

SOLVTIO. Hodie, quę numeratur. 14. Martij M. D. XXXVII. in vna Hispalen. canonicatus, coram R.P.D. Marcello Episcopo Marsicano, per omnes Dominos, exceptis duobus, conclusum fuit, regulam istā, & aliam, de qua tūc principaliter agebatur, videlicet, ꝙ acceptationes super gratijs, nisi literis expeditis, non valeant, habere locum etiam in regressu.

Tamen prædictis obstat, quia regressus ex causa onerosa propriè gratia non dr̄: ex quo potius in quandam compensationem exhibiti beneficij concedi videtur, quàm sponte & liberè, iuxta ea quæ scribit Ias. de donatione remuneratoria in l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iur. & quæ latius scribam in regula de publicandis resig. in illa quæst. an regula habeat locum in permutatione. Ad idē facit, quia videmus regulam Cancellariæ de non vtendo duabus gratijs, non habere locum, quando gratię concessę fuerunt ex causa onerosa, vt refert D. Guliel. Algaren. Rotam ita iudicasse.

Et ideo, vt hæc omnia elucescant, pro resolutione istorum contrariorum considerādum est, ꝙ aut in iudicio petitur canonizari gratia accessus, vel regressus, vel vigore dictæ gratiæ beneficium adiudicari petitur. Et isto casu sola supplicatio non sufficit, sed literæ expeditæ requiruntur, aliàs tam regula ista quàm regula 29. locum habebūt. Aut vero ad canonizatoriam, vel ad iudicatoriam sententiam non agitur, sed ad absolutoriam. Et isto casu sola supplicatio accessus, vel regressus sufficit. Ita in vna Redonen. parochialis sancti Hilarij, coram D. Triuultio, & in duabus alijs causis tenuit, & iudicauit Rota, prout refert D. Guliel. in collectaneis decis. tit. de re iud. Et sic etiam tempore meo, vidi in pluribus causis iudicari. Et hoc procedit etiam si actor haberet sententias pro se, quia possent reuocari, const to de iure possessoris per solam supplicationem, etiam si illa supplicatio ius tertij concernat: quia tali casu sola supplicatio quo ad absolutoriam sufficeret, vt in dicta causa Redonen. contigit. Quia absolutoria pro quodam Iacobo possessore data fuit, qui de iure tertij per supplicationem solam dederat. Et sic sententia Triuultij canonizatoria gratiæ, si neutri, ipsius actoris reuocata fuit. Et illam D. Ant. de Monte, qui postea cardinalis fuit, reuocauit. Et ita etiam tempore meo Rota iudicauit in vna Burgen. beneficiorum, coram D. Camillo de Balionibus de mense Maio. M. D. XXXII. in fauorem Francisci Pesquera, qui de supplicatione iuris tertij, quo ad absolutoriam dedit. Et ista omnia in ratione iuris consistunt: quia si actore non probante, reus, etiam si nihil producat, absolui debet. l. fi. C. de rei vend. & c. fi. de iur. iur. & decis. 1. 3. & 4. de re iud. in nouis. Tanto fortius reus absolui debet, quando aliquid producit. Nec obstat, ꝙ iurisdictio

ctio auditori non datur, nisi literis expeditis, vt in d. regula 29. Quia procedit hoc in canonizatoria, secus in absolutoria in odiū molestantis, quod fieri potest. Nam quo ad hoc iurisdictio datur, sicut pro condemnatione expensarum, & damnorum iudici ex rescripto nullo iurisdictio tribuitur, vt tradit Abb. in c. dilectus. el 3. de præbend. & Mod. in cap. fin. de rescript. & in cap. dispendia. eod. tit. lib. 6.

QVAESTIO QVINTA.

QVero, an regula ista habeat locum quādo agitur possessorio?

SOLVTIO. Generalitas verborū eius innuit ꝙ sic, tamen contrarium sæpe in Rota fuit tentum: quia agenti spoliato colorem tituli per solam supplicationem probare sufficit. Imò sola prouisio subexecutoris pro colore sufficit. Imò sola prouisio subexecutoris pro colore sufficit, vt dicit Egid. decis. 573. incipien. spoliatus. Vel etiam sola prouisio, siue collatio vicarij Episcopi, vt dicit idem Egid. decis. 50. incipien. si petens. A fortiori igitur gratia signata per papam sufficiat, de cuius potestate nemo dubitat. Imò confessio tituli aduersarij expoliato ꝓ colore sufficit, vt tenet Fel. in cap. olim. col. 6. vers. limita secundo. de rescript. & Philip. Franc. in c. ad decimas. col. 9. de restit. spol. & in cap. 1. col. 4. de eo, qui mit. in pos. lib. 6. Prepos. in cap. 1. & col. 13. q. 1. & in cap. porrò. col. 4. de diuor. Et hanc opinionem tenet & seruat Rota, vt patet in decis. 19. de rest. spol. in no. Ratio est, quia possessio canonicè per solam supplicationem signatam & dotatam capi potest. Nec reperitur, nisi in cōsistorialibus requiri literas, per extrauag. iniunctæ. tit. de elect. cum aliàs de iure communi, etiam sine illis sola supplicatio sufficiebat. Et ita intelligi debent, quæ scribit Fel. in cap. veniens. col. 1. de accusat. Nam vt superius in 1. q. dictum fuit, gratia principis per solam signaturam recipit esse. Et literæ solum in ista regula ad probationem, prout de iure communi, requiruntur vt tradit Abb. col. fi. & alij in c. in nostra. de rescript. Hinc videmus, ꝙ dispensatio ad duo incompatibilia per solam supplicationem sortitur effectum, non obstante regula 53. quæ disponit dispensationem non suffragari, nisi literis expeditis, vt dicit Glossator in reg. 13. col. fin. Et tenuit Rota in vna Illerden. Archidiaconatus coram D. Staphileo, de mense Ianuario M. D. XXVI. in qua fuit conclusum in fauorem Ioan. Beltrandi, dispensationem ad duo incompatibilia sustineri posse per solam supplicationem, cuius vigore d. Ioannes obtinuit, & dicta beneficia possedit. Et hoc quando non agitur super dictis beneficijs incompatibilibus iam obtentis, sed super alio beneficio postea acquirendo. Nam in casu prædicto dictus Ioānes postquam vigore dispensationis obtinuerat, & possederat plura incompatibilia, acquisiuit postea dictum Archidiaconatum Illerden. alius illum impetrauit sub prætextu, ꝙ dictus Ioannes possederat plura incōpatibilia cum sola supplicatione literis non expeditis. Et sic quòd erat effectus inhabilis, quo ad obtinendum, Rota conclusit, vt dixi, hoc casu regulam non obstare, quia sola supplicatio sufficiebat ad excusandam inhabilitatem beneficiorum acquirēdorum, secus si ageretur super acquisitis & possessis, cum sola supplicatione. Et eo etiam casu sufficeret secundum Rotam, ante sententiam dispensationem expedire, non obstante, ꝙ tempore litis motæ literæ expeditæ non fuissent, quia sic illi regulæ 5?. satisfactum esset. Ita latè refert tenuisse Rotā Dominus Guliel. in collectaneis decisio. Vbi longo verborum ambitu hoc discutit, vt ibi videri potest. Si igitur quæ in proxima decisione dicta sunt, quando agitur petitorio procedunt, à fortiori hic, vbi possessorio agitur. Et ista dubitatio quo ad istam regulam satis resoluta videtur.

Sed magis huic difficultati obstat regula 29. quæ commissionem causæ non valere, nisi literis expeditis disponit. Vnde ex quo absolutè regula illa loquitur de commissione causæ intelligi potest, siue sit causa possessorij, siue petitorij. Quia verba indistinctè prolata omnem casum comprehendunt, nisi excipiatur. c. 1. de coniung. lepro. & c. 1. de const. Tamē quia in causa possessorij de canonizatoria, neque de adiudicatoria non non agitur, sed de tollenda molestia illata. Per quod quidem remedium, nihil expoliato de nouo tribuitur, sed tantum in eo statu, in quo prius erat, cōseruatur. Voluit Rota in odium spoliantium vtranque regulam locum non habere, quando ageretur spolio, & sic possessorio. Et ita D. Guliel. super illa

illa reg. 19. Rotam in pluribus causis ita tenuisse & iudicasse refert. Nam si rei sæpissime in Rota cum sola supplicatione pro cōseruanda eorum possessione absoluuntur, à fortiori expoliati ad prius habita, cum sola supplicatione restitui debent. Quia sufficit illa supplicatio sola pro colore tituli. Sicut etiam sufficit supplicatio nouæ prouisionis ad supplendum defectum publicationis per regulam requisitæ, vt iudicauit Rota coram Domino Cassiodoro in vna Caurien. canonicatus & præbendæ, vt ipse idem refert in quadam decisione. Et sic semper Rota omnes regulas requirentes literarum expeditionem in petitorio, non autem in possessorio procedere intellexit, vbi gratia canonizari non petitur, seu supplicatio quę tn̄ pro colore tituli producitur. Hinc est, ꝙ quando de titulo beneficij non agitur, sed de possessione, leuiores & summariæ sufficiunt, vt dicit Egid. decis. 50. & 99. Et defectus proprietatis non attenditur. Hinc voluit Rota, ꝙ agenti spolio non obstaret notorius defectus iuris, contra dictum Inn. in c. const. de fil. presbyte. Et ita dę mense Ianuario M. D. X I X. refert se in prædictis pronunciasse in vna Lausanen. D. Guliel. Cassiodorus in quadam decisione, quam sententiam cōfirmauit. R.P.D. Paulus, vt ibi latius refert.

QVAESTIO SEXTA.

QVæro, quæ differentia est inter istam regulam, & illam positam, num. 53. quæ disponit, dispensationes non suffragari, nisi literis expeditis?

SOLVTIO. Ista regula iudicem respicit, adeò, ꝙ si tempore commissionis literæ expeditę non sunt gratia non valet, nec sententia, quia respicit initium iurisdictionis, quæ per istam regulam tollitur, nisi forma in eo contenta seruetur. Sed in regula 53. respectus ad possessionem, & ad actum extraiudicialem habetur. Ideo sufficit, ꝙ ante sententiam literæ dispensationis expediantur, quia regula illa ad iudicem non dirigitur. Et ita iudicauit Rota in illa Illerden. Archidiaconatus, de qua supra in proxima quæstione mentionem feci.

Pro quorum intelligentia est vlterius aduertendum, ꝙ plures sunt regulæ cancellariæ requirentes literarum expeditionem. Prima est ista quæ iudicibus legem imponit, ne secundùm tenorem supplicationum iudicare debeāt, nisi literis expeditis. Et ista regula, vt dixi, concernit iudicem. Alia regula est inferius posita. nu. 29. quæ omnes commissiones factas super concessionibus beneficioꝝ, nisi super illis prius literæ sint confectæ annullat. Et illa regula etiam ad iudicem dirigitur, adeò, ꝙ in vtraq; iurisdictio sub modo datur. Et ad euitandum pęnam istarum regularum, aliquæ cautelæ per practicos curiales inuentæ sunt quas latissimè inferius in 16. q. referam, dum exceptionem istius regulæ examinabo, vbi sumpta occasione aliquid de signatura gratiæ & iustitiæ ponam. & istæ duæ regulæ iudiciales sunt & ideo sunt de dādis. Tertia regula est, quæ est ordine 37. etiam literarum expeditionem requirens, videlicet, qn̄ religiosi aliquod beneficium ad nutum irreuocabile petunt, & ista regula potius literarum expeditores quàm iudicem concernit, ideo de dādis non est, quia circa modum expediendi versatur. Quarta regula est, nu. 69. quę in sequestris & remissorijs literarum expeditionem requirit, & ista regula propter continuas derogationes non est alicuius momēti, quia nunquam vidi remissorias mitti per literas plumbatas, quamuis longo tempore fuerim in Rota. Sola igitur commissione illi regulæ per Vicecancellarium derogatur, & certè deleri deberet, ne membranas occuparet, quia etiam pro tam modica re, prout est sequestrum, & similia, non est honestum requiri literarum expeditionē, cum iam superq. satis litigantes in litibus prosequēdis exponunt. Quinta regula est, ꝙ nullę pensiones soluantur, nisi literis expeditis: de qua mentionem facit vulgatus liber Prouinciale ecclesiarū, fol. 45. & Glossator hic col. fi. Sed istam regulam hodie non habemus, q a partes vt plurimum supplicationi consentiunt, & se obligant, etiam literis non expeditis, pensionem soluere. Sexta regula est q̄ fuit antiqua, & per Moder. pontifices reseruata, ꝙ acceptationes super gratijs expectatiuis nō valeant, nisi literis confectis. Et isti regulæ aliqn̄ derogatur, presertim in reseruationibus & mandatis cōcessis qualificatis personis: sed in expectatiuis rarissimè conceditur, & tunc ad partem. Et ista regula ex quo concernit gratiam, licet principaliter ad iudicem nō dirigatur, tamen in quandā consequentiam impeditur eius iurisdictio,

ne

ne possit canonizare talem gratiam, nisi expeditis literis. Quamuis posset dici, hoc iã videri prouisum per istã reg. & 29. Ex quarum verbis iste casus comprehẽdi videtur. Itaque regula illa frustratoria est.

QVAESTIO SEPTIMA.

QVæro, an regula ista procedat in gratia reualidatoria, seu, perinde valere, vt videlicet in eis expeditio requiratur, sicut in principali gratia?

SOLVTIO. Videtur ꝙ non, per ea quę in illa quæstione de accessu & regressu dicta fuerunt. Et quia regula loquens de expeditione literaꝝ, de literis primæ gratiæ: non reualidatoriæ & secundariæ intelligi debet. arg. l. boues. §. hoc sermone. ff. de ver. sign. Et ita in simili Rota tenuit, regulam de publicandis resignationibus hr̃e locum in prima tm̃ resignatione, non in secunda, vt ibi dixi. Præterea, quia ista gratia perinde valere, differt à prima gratia nomine & effectu. Nomine, quia ista dr̃ perinde valere. Prima verò prouisio dr̃: Et sic ex diuersitate nominum diuersitas quoque effectuum arguitur. vulg. l. si idem. C. de codicil. Et hoc etiam apparet, quia ista gratia accessoria est, prima verò princ. Et sic apparent in effectu diuersæ. Dispositio igitur loquens in vno casu, non debet hr̃e locum in diuerso. c. susceptum. de rescr. lib. 6. cum similibus.

Tamen istis non obstan. br̃ concludendum est contrarium, videlicet, regulam hr̃e locũ in similibus gratijs reualidatorijs, seu perinde valere, vt tenet expresse Fel. hic in apostillis, nullam rõnem assignans. Et rõ esse põt: Quia qñ quis vti vult gratia reualidatoria, seu perinde valere, signum est ꝙ sine illa principalis gratia sustineri nõ põt, nec virtute illius põt agi, nec beneficium acceptari. Tota igitur virtus infunditur in dictã gratiam reualidatoriam. Ergo debet iudicari ista gratia principalis, quia subintrat locum illius in virtute & effectu. Ideo subrogatus sortitur naturam illius, in cuius locũ subrogatur cum omnibus qualitatibus suis, vt in c. eccl. vt lit. pend. cum vulg. De quibus per Rom. in cons. 56. qua ergo ratione dicimus in primis literis expeditionẽ requiri, ita & in istis secundis reualidatorijs. Et ita tenebant quidam doct. tempore Sixti, vt inuenio adnotatum in memorialibus Octauiani de Cessa, aduocati curiosissimi. Et ita ẽt pro ista parte consuluit Io. Aloisius Tuscanus doct. Mediolanẽsis aduocatus, & postea auditor cameræ in causa Naneten. parochialis S. Michaelis, tunc pendente, vt apparet in 2. vol. suorũ cõsil. f. 142. Vbi tenuit, ꝙ qñ gratia expectatiua est nulla, non põt acceptare vigore gratiæ, perinde valere, nisi sit bulla dictæ gratiæ reualidatoriæ expedita. pro quo faciũt ea quæ in simili quæst. dicam in reg. de annali. q. 28. Præterea, quia istæ similes gratiæ reualidatoriæ, seu perinde valere vñr productæ ad similitudinem quarundam contignationũ, siue pessuloꝝ. quæ in ædificijs infirmis iã ruinam minantib. apponuntur sustentationis gratia. Quo casu idem iudicamus de tali additamento, qđ de ipsa re cui additur. c. si. §. si aũt. de cõcess. præb. lib. 6. & c. qa circa. de priuilegijs. Nã per tales gratias ius amissum restauraꝛ, & per eas aliquid de nouo inducitur. Et ob eam causam reualidatio vim nouę prouisionis censetur hr̃e, vt dicit Egid. decis. 635. Ergo omnes qualitates quæ requiruntur in prima gratia, debent necessario obseruari in ista, vt tradit Rom. in cons. 383. incip. in proposito, &c. col. 1. & ideo voluit Bart. in l. iurisgentium. §. adeò. ff. de pact. ꝙ eadem solennitas requiritur in actu reformãdo, quæ in actu constituendo requiritur. Et br̃ pro ista opin. est decis. in terminis proprij Gemin. in cons. 128. incip. factum tale est. in 2. col. & decis. Egidij. 746. Secundum quas in secunda instãtia iudicauit Rota in vna Corosopiten. cogam D. Gul. Cassiodoro Episcopo Algaren. de mense Ian. M. D. XX. confirmando sniam Dñj Camilli latam de mẽse Iulio. M. D. XIX. vt ipse idem in quadam decis. posita in reportatis regulæ de idiomate, latius refert. Et secundùm illud cons. Gemin. ita etiam fuit iudicatũ tp̃e meo in vna Lunen. Sarsanen. parochialium, corãm D. Nicolao Piccolomineo de mense Aprili M. D. XXXIII. Et ista omnia procedunt, qñ prima gratia quæ absque ista reualidatoria redderetur inefficax, vel nulla non petitur canonizari, sed gratia perinde valere. Secus verò qñ prima gratia validata peteretur tm̃ cononizari. Itaq; perinde valere productus fuit in causa solummodo ad adiuuandum aliquam qualitatem primæ gratiæ, quæ qualitas non petitur canonizari: quia tali casu sufficit supplicatio, vt fuit tantũ in vna Legionen.

gionen. parochialis de Villapicinin. coram me in fauorẽ D. Io. de Angiano contra Ferdinandum. Et nouissimè die 27. Nouemb. M. D. XXXVII. idem cõclusit Rota in vna Gienen. parochialis sancti Micha. coram R. P. D. Petro Vortio Epo Aquẽ. Dum ibi petitum fuerat canonizari gratiam Papæ cõtra statutum quo cauebatur nulli prouideri debere de beneficio curato, nisi sacerdoti qui per annum celebrasset. Nam fuit pro parte prouisi allegatum statutum, prædictum papam non ligare, & dum ex aduerso replicaretur, papam illud confirmasse, & producta fuit supplicatio confirmationis, fuit datum de ista reg. & quia non petitum fuerat illam supplicationem canonizari, dixit Rota regulæ non esse locum. Et ẽm istam distinctionem reducendi sunt illi tres casus, quos in hac materia gratię reualidatorię distinguit Fel. in cap. in nostra. in 17. corr. de rescript.

Secundò limitatur prædictam conclusionem procedere, qñ gratia perinde valere facit corpus de per se: & post primam gratiã impetrata fuit. Secus si simul cũ gratia principali nota fuit, quia tali casu regulæ expeditionem literarum requirentes, non hñent locum in tali gratia, sed sufficeret expedire principalem gratiam, vt conclusit Rota in vna Gienen. canonicatus, & præben. corã. D. Io. Vanulio, vt latissimè idem Do. Gul. refert in d. decis. vt ibi videri potest, postquam illæ decisiones iam per manus omniũ versantur. Et hoc idem iudicatum fuisse refert idem D. Guliel. in vna alia decisione posita sub reg. 53. incip. vtrum prouisio. vbi dicit Do. Hugonem de Spina ita pronũciasse de anno M. D. XIIII. Nam omnes Domini, vno excepto, tenuerunt regulam nõ procedere qñ simul cum prouisione esset dispẽsatio: secus si separatè per rationes & motiua, de quibus ibi latè per eum. Et ita pro ista parte reperio tẽpore Sixti. Ioan. Aliof. Tuscanum Mediolanen. aduocatum consuluisse, qui postea propter eius doctrinam factus est auditor cameræ, in cons. incip. Constat, quod Dominicus, &c. reddito in causa Tullen. posito in 1. vol. suorum cõs. fol. 17.

QVAESTIO OCTAVA.

QVæro, an regula ista de iudicibus loquens in arbitris locum habeat?

SOLVTIO. Verba regulæ innuunt ꝙ non, quia de iudicibus in Rom. cur. à papa deputatis loquitur. Sed arbitri vel arbitratores non sunt huiusmodi, quia à partibus deputantur. Igitur, &c.

Pro parte contraria facit, quia arbitri ad instar iudicum sunt vt in l. 1. ff. de arb. Hinc videmus, quod dispositio c. statutum. de rescrip. lib. 6. quæ loquitur de iudicibus, in arbitris procedit, vt not. Domi. in c. legitima. in 3 col. ver. in fi. gl. de appel. lib 6. Præterea, quia huiusmodi arbitri in potestate eorum procuratorib. assimilari vñr, vel executoribus meri facti. Sed constat tales nõ posse actus, ad quos deputati sunt, exeq; sine literis, dummodo in veritate sint tales, vt probant plures decisiones cumulatæ per Fel. in c. sciscitatus, in ver. oportet. de rescr. igitur nec isti poterunt.

Breuiter concludẽdo, distinguo sic, ꝙ aut arbitri dantur à papa, vel ab eo qui potestatem habet, cum facultate cognoscendi, decidendi & beneficiũ adiudicandi, & tali casu, quia isti de tit. beneficij cognoscere, & titulum canonizare & adiudicare possunt, ideo in eis dispositio istius regulæ ꝓcedet. Quia in effectu tales erunt sicut arbitri iuris, q iudices delegati appellãtur, in l. iudices. C. de iud. & in c. ab arbitro. de off. deleg. Aut verò à partibus dantur, & quia priuati iurisdictionem tribuere non possunt, vulg. l. priuatorum. C. de iuris. omn. iud. tum ẽt quia causa beneficialis in arbitros respectu adiudicationis tituli compromitti non põt, vt tradit Collecta. in c. forus. in 4. col. vers. sed qđ antiquo. de verb. signif. Ideo in istis regula nõ ꝓcedet. Nec obstat, ꝙ arbitri sunt ad instar iudicum, quia ad illud dictum. d. l. 1. rñdet latissimè Lanfranc. in tract. arbitro. q. 35. & Soc. infinitas differentias cumulat in tract. fallẽtia. reg. 27. & d. l. 1. potius vr̃ procedere in arbitris iuris, iuxta ea q̃ dicit Soc. in reg. 17. eo. tract. dixi. & in §. oium. inst. de actio.

QVAESTIO NONA.

QVæro, an ista regula procedat quando agitur super Episcopatibus?

SOLVTIO. Rom. in consi. 340. incip. circa primum, &c. in secundo dubio, tenet, regulam istam, vel similes de expeditione literarũ loquentes in episcopatibus locũ nõ hñe, quia sub verbis gñalibus non comprehenduntur ecclesiæ cathedrales, vt in c. dilectus. de ꝑceſ. ꝑben. quia ꝑ excellentiã earũ requiritur, ꝙ de illis in ꝯstitutione specialis mentio

mentio fiat, vt patet per gl. in cap. 2. de præbend. lib. 6. cum similibus, vt ibi per eum.

Sed prædictis non obstantibus contrariũ firmius esse vr. Nam verba regulæ gñalia sunt, & omnes quos non excipit, comprehendit. c. 1. de const. & in c. 1. de censi. Præsertim qñ constitutio in cõmodo animæ fundatur, prout ista quæ ad tollendas fraudes processit, & concursum iuris cõis habet, vt superius in 1. q. dixi, quam in præiudicium animæ seruare non intendit, adeò, q antiqui illi Cancellariæ doct. in illo vulgato lib. qui inscribitur Practica Cancell. f. 48. voluerunt, q vteris effectu gratiæ, literis non expeditis, non tutus esset in foro cõscientiæ. arg. eorum, quæ not. Innoc. in ea. quia plerique. de immu. eccl. Ratio est, q ex quo gratia à mente papæ dependet, & ille non vult, q gratiatus gratia vtatur, nisi in literis expeditis. Contrauenire voluntati superioris mortale peccatum est. c. si qs. de ma. & obe. Quia papa sub illa tacita cõditione gratiam concedere vr, q. tũs literæ expediantur. Cum igitur hoc animam concernat: cõcludendum est, Episcopus & Cardinales comprehendi, & sic per consequẽs eccl. cathedrales: quia à constitutione concernent animam nulla persona excluditur, vt latissimè dixi in reg. de infir. resig. q. 1. Et ista opin. manifestè probatur per extrau. iniunctæ. positam in tit. de elect. quæ expresse de eccl. cathedr. disponit, quarum promotiones non valere voluit, nisi literæ expedirentur. De qua Abb. & cæteri Mod. latius in c. in nostra. de rescr. loquuntur, & idẽ Abb. in c. qualiter. in prin. de elect. & Fel. in c. eã te. col. 3. de rescr. vt latius dixi in rub. eo. ti. lib. 6. Ex qbus omnibus apparet opi. Rom. in d. cõs. 340. non esse veram. Et ista magis ex consuetudine & stylo hodierno corroborantur, quo videmus Episcopatus nõ cõcedi per supplicationem, nisi per literas expeditas, præcedente promotione consistoriali, & hoc pp annatam quæ ex literis soluitur. Et ista opi. clarè probatur in d. extrau. g. iniunctæ quæ prohibet Epis. vel superiores, aut alios quoscunq; Abbates, priores, &c. recipi ad possessionem ecclesiarũ, vel monasteriorum, absq; literis expeditis, de qua extrau. g. mentionem facit Abb. in c. qualiter. de elect. Et Clem. 7. etiam per regulam suam statuit, fidem supplicationibus in beneficijs consistorialibus non dari, nec per eas alicui prouisum censeri, nisi cedula consistorialis iuxta il ius datam fieret, de quo regula ego mentionem facio in tract. breuium. num. 9. Sic itaq; opi. Rom. non vr vera. Nec obstat, q in generali dispositione non comprehenduntur Epis. quia illud est verum nisi prius in constitutione antiqua de illis mentio fieret, prout in d. extrau. g. iniunctæ. Nam regula ista simpliciter loquens, ab illa impetrationem capere debet, iuxta l. nam & posteriores ff. de legib.

QVAESTIO DECIMA.

QVæro, nunquid satisfactum sit isti regulæ, si literæ expeditæ reperiãtur, cum aliquibus defectibus subreptionis?

SOLVTIO. Videtur dicendum, q expeditio literarum valida requiritur, ex eo, q regula de expeditione loqtur. Ergo in dubio de valida intelligi debet, per ea quę tradit Abb. in c. Cuman. per illum tex. de elec. & Mod. in l. 4. §. cõdemnatum. ff. de re iud. quia verba cum affectu sunt intelligenda. cap. relatum. de cle. non resid.

Breuiter istis non obstantibus, Rota cõtrarium determinauit in vna Corospien. parochialis, coram D. Gulie. Algar. de mẽse Iulio M. D. X I X. vt ipse refert in quadam decisione, quam posuit super reg. de idiomate, vbi dicit, q etiam si literæ fuit expeditæ cum mille defectibus, satisfactum erit regulæ, quia cum sit pœnalis & bursalis quõcunq; satisfactũ fuerit, sufficit. Tamen ista rõ mihi non placet, quia ex quo regula, vt dixi, simpliciter expeditionem requirit, de valida intelligi debet: quia expeditio nulla & inefficax perinde est, ac si non sit in rerũ natura. cap. inter. de transl. epis. & tradunt Mod. in auth. sed nouo iui c. C. de seru. fug. Nam vt dicit Alex. in cons. 215. incip. visis probationibus in 1. col. 2. lib. bu la imperfecta. & vitiosa non dicitur propriè bulla, al leg. inter cætera. l. Polla. C. de his quib. vt indig. cum alijs, vt ibi per eum. Et quia videmus, q iudex non recipit iurisdictionem, nisi literis expeditis, vt est decis. 17 tit. de concess. præb. in 10. Et est de hoc regula clara infrà. num. 29. Vnde sicut per rescrip. nullũ vr iurisdictio non datur vt notat. in c. ex tenore. & in c. si. de rescr. ita neq; p literas defectuosas & subreptitias regulæ satisfactũ vr. Non obstat decisio facta in illa Corospi

rospiten. quia decisio illa loquitur quando post bullam defectuose expeditam produceretur aliqua gratia, si neutri vel perinde valere, sanans eam, secus si nihil horum intervenisset. Et ita tentum fuit.

QVAESTIO VNDECIMA.

QVæro, an ista regula procedat in gratijs motu proprio?

SOLVTIO. Verba regulæ ibi supplicationum signatarum. & ibi, quibusuis impetrationibus, innuunt regulam non hře locum in gratijs motu proprio, quæ propriè dici supplicationes, nec impetrationes non pñt. Quia supplicatio propriè dr̃ illa, quæ ad instantiam partis fit, vt not. Innoc. in ca. ex literis. in verbo supplicauit. de rest. in integr. & ex text. in l. 1. C. de pet. bon. sub. lib. 10. tradũt doct. in l. 1. ff. quod quisq; iuris. & in §. Gregoriana supplicauit. in auth. de nõ elig. secũ. nub. & in c. si. de rescr. cũ vulgarib.

Tamen concludendo br̃ veritatem, contrarium est de iure verius, quia in primis illud meminisse oportet regulam istam depẽdentiam, concursum & similitudinem eum iure cõi hře, vt latius superius in 1. q. dixi. & per ɔ̃ns fauorabilis censenda est, & ideò latissimè extendi debet. Præterea cõmodum animæ concernit, vt superius in illa q̃one, nunquid comprehendat Episcopatus & ecclesias cathedrales, dixi. & sic isto etiam respectu regula ista fauorabilis & extendenda est, iuxta tradita per Bar. & alios in auth. sacramenta puberum. C. si aduer. vend. & dixi in 1. q. regulæ de infirmis resignantibus.

Ex quibus infertur, ꝙ cum in gratijs motu proprio eadem rõ regulæ militet, dispositio ad illam extendi debet, quinimò si ponderentur verba regulæ, casum istum comprehendunt, vt ex illis verbis regulæ, concessionibus, &c. apparet, quod verbum ad motum proprium de necessitate referri debet, vt singula singulis referantur. Nam superius loquitur regula de supplicationibus & impetrationibus, & deinde de concessionibus, vt ex hoc manifestè deprehedamus, regulam omnia comprehendere velle. Sed est, ꝙ illud verbum concessionibus in regula positum non esset, ex alijs ista opinio sustineri põt, quia certum est, ꝙ q̃n mens & ratio regulæ, casui de quo quæritur conueniunt, & adaptantur dicendum est, constitutionem illum casum comprehendere. l. si ancilla. ff. de leg. 1. cum similibus. Et ratio quæ in regula considaratur, finalis censet. l. milites. ff. de re milit. l. ijs solis. C. de reuo. don. Sed vltra alias rõnes superius in alijs quæstionibus dictas, quæ optimè quadrant in isto casu, alia ratio quæ in regula consideratur omnino istum casum includit. Ratio igitur quæ hic in regula considerari potest, est, ne per varias disceptationes, quæ super extensionibus & coarctationibus verborum gratiæ in sola supplicatione consistentibus, lites longius propagentur. Ista ratio quæ ex dictis Egidij. decis. 609. incip. impetrans, &c. colligitur, in gratijs motu ꝓprio militat. Igitur dicendum est regulam illam comprehendere.

Non obstat, ꝙ supplicationes non dñr gratiæ motu proprio: quia respondetur, verum esse, propriè loquendo. Sed secundũm cõem vsum loquendi, omnes gratiæ tam ad instantiam partium impetratæ, q̃ motu proprio concessæ, supplicationes appellantur. Et iste cõis vsus loquẽdi attendi debet, qui præfertur proprio significatui. leg. L. b. §. idem Tubero. ff. de suppel. leg. l. librorum. §. q᷑ tñ Cassius. ff. de leg. 3. l. eum de lanionis. §. asinam. ff. de fun. instr. cum concor. de quibus Alex. & cæteri scribunt in rub. ff. de ope. no. nun. Præsertim q̃n cum cõi vsũ rõ & mens regulæ concurrunt, quæ regulam vltra vim verborum extendere vñr. l. licet orationis. C. de excus. tut. l. credendum. §. 1. ff. qui pet. tut. l. se re. §. oportet. ff. de exc. tut. Maximè ẽt, ꝙ antequam ista regula condita esset. hæc opin. de iure cõi approbata vr̃, videlicet, ꝙ supplicationibus de registro sumptis fides non detur, nisi literæ expediantur, vt tenet Egi. decis. 252. incip. sumptum de registro. Et est decis. in antiq. 621. incip. nota sumptũ. repetita decis. 681. quã sequitur Bart. de Belẽzi. quondam celebris Rotæ auditor, in tract. de chari. subsi. q. 113. quæ quidem decisiones dñam non faciunt inter gratias motu proprio, vel ad petitionem concessas. Nam ad probandum gratiã principis requiruntur literæ, & probatio cũ bulla. l. sacri affatus. C. de diuer. rescr. l. probatorias. C. de diuer. off. lib. 12. tenet Archi. & Ioan. And. in procœ. lib. 6. idem Innoc. & Ioan. And. in c. 1. de lit. contest. eo. lib. Ang. in l. bene à Zenone. C. de quad. præscr. cum concord. vt dixi superius q. 1. Et ita in indiuiduo

uiduo reperio consuluisse Paul. Pontanū, quondam egregium aduocatum, in causa Salamantina parochialis de Amatas, incip. primum dubium, &c. per alias rationes, quas non curo referre.

QVAESTIO DVODECIMA.

QVæro, an regula ista locum habeat in nominato a patrono, qui nouam ꝓuisionem obtinuit, & committit causam literis non expeditis?

SOLVTIO. Iste casus propositus fuit per R.P.D. Ioan. Clerici episcopum Macceraten. de mēse Iunio, 1538. in vna Aurien. parochialis de Archos, in qua nihil decisum fuit, sed mihi vr̄ dicendum, regulam ita demum locum hr̄e, si talis nominatus est actor, & nouam prouisionem canonizari petit, quæ expeditionem requirit, & in hoc dubium non est. Sed qn̄ noua prouisio ad maiorem cautelam, & non ex necessitate impetrata fuit, & nominatus non petit eā canonizari, sed solam nominationem, tunc putarem regulę isti locum non esse: tum qa ratio regulæ cessat, tum ēt quia verba eiusdem regulæ huic casui non conueniunt: quæ de impetrationibus & concessionibus in signatura Papæ factis loquuntur. Et hoc etiam clarius ostendit reg. 29. infrà eo. Plura hic pro & contra dici possent, sed quia causa pendet, subsisto.

QVAESTIO DECIMATERTIA.

QVæro, nunquid in casu, in quo gratia Papæ deperdita est, & eius tenor probatur, iuxta cap. cùm olim. de priuileg. sit locus isti regulæ?

SOLVTIO. Fel. & alij Mod. repetentes tit. de constit. dn̄t, hoc casu gratiam Papę ꝑ testes probari posse, licet vbi posset probari per literas, cōis opin. sit, non testium probationem admitti. Itaque vr̄, ꝙ isto casu necessitas & difficultas ꝓbationis literarum licitum faciat, quod alias non esset, iuxta tex. in cap. quod non est licitum. de reg. iur. Et ideo non immerito dubitatur: nunqd ista probatio sufficeret iudici ad effectū istius regulæ? Putarem, ꝙ non, nisi in cōmissione Papæ hoc narretur: quia auditor hoc casu non posset certam gratiā canonizare, ex quo illam in registro ꝓductam non vidit. Et ideo narratio casus, seu amissionis gratię facta Papæ sufficeret, cū derogatione istius regulæ, cui per solam scientiam Papæ non derogatur sine speciali clausula derogationis, vt tenet Rota, & latissimè in proœm. regularum quæst. 5. dixi. Et isto modo huic necessitati subuenietur.

QVAESTIO DECIMAQVARTA.

QVæro, nunquid reg. 53. quæ de dispensationibus loquitur, locum habeat, qn̄ quis vult vti gratia absque literis expeditis in foro conscientiæ tantum?

SOLVTIO. Abb. in clem. dudum in fin. de sepul. dicit quòd sic: quia communis opinio, quæ habet gratiam Papæ non suffragari, literis non expeditis, nō habet locum in foro conscientiæ. & ita Abb. sequuntur omnes Mod. in rub. de constit.

Sed aduertendum est; ꝙ contra hoc est decisio in terminis cuiusdam antiqui doctoris & practici, videlicet, Hieronymi Pauli, literarū apostolicarum vicecorrectoris, in illo libro, qui Praxis Cancellariæ inscribitur. fol. 48. ver. vbi Papa concedit, &c. Vbi expresse tenet, ꝙ vtentes gratia Papæ, literis non expeditis, tuti non sunt secundū Theologos in foro conscientiæ. Et rōnem satis concludentem assignat: quia Papa qn̄ concedit gratiam, illam, sub tacita conditione concedere vr̄, quatenus literæ inde expediantur, & mens sua & intentio talis præsumitur, ne gratia, nisi fuerit expedita, suffragetur. Ex qua conclusione infert, ꝙ salua conscientia quis soluere non posset, aut pēsionem recipere, literis non expeditis, etiā si partes hoc vellent, ex quo regula hoc disponit, quia consensus partium vltra mentem Papa operari non potest. Qui quidem Papa in hoc casu vult, ꝙ ad effectum pensionis, gratiæ literæ expediantur. Nam per signaturam Papa gratiam facere censetur, iuxta stylum per Cancellariam limitādum seu declarandum, vt dicit quędā deci. Egid. 618. qui stylus habet gratiam Papæ esse informem, & non claram, nisi literæ expediātur: quia aliàs gratia suum esse non habet. Et idem dicit prædictus doctor in omni casu, in quo esset de voluntate Papę tacita, vel expressa, ꝙ literæ expedirentur: quia ante expeditionem gratia sine peccato vti non posset, vt est in omnibus commissionibus gratiosis hn̄tibus clausulam vocatis, &c. & in dispensationibus super irregularitate, & alijs similibus. In quibus vtentes dictis gratijs, sine literis in conscientia tuti non sunt, & ad

& ad fructuum restitutionem cameræ tenẽtur. Et ibi plures Theologos, & rationes, p & contra allegat, vt ibi allegat, vt ibi latius per eum. Ex quibus omnibus colligitur conclusio, ꝙ ista regula etiam in foro conscientiæ locum habebit: quia factũ contra mentem papæ, imò contra expressam prohibitionem, de qua hic, ædificat ad gehennam, vt dicit text. cap. si quis. de maior. & obed. cum vulg.

Breuiter prædictis non obstantibus, prima opinio mihi verior videtur. Pro qua aduertendum est, ꝙ forus conscientiæ nõ est alligatus apicibus iuris, nec strepitui iudiciorum, vt dicit Arch. in c. scriptum. 6. q. 3. commendat Decius in cap. cũm dilecta. ad fi. gl. in ver. procuratricem. de confir. vtil. ad idem facit tex. in l. 2. ibi, sed ex conscientia, quem ad hoc ibi not. Bal. C. de fideicomm. In quo foro nihil adiudicari à iudice, nihil canonizari petitur, tantùm anima rectificatur: & ad hoc literæ non requiruntur, quæ forum fori concernunt, & ad probationem producuntur, quæ in foro conscientiæ non requiritur, sed dicto afferentis statur, vt in c. significasti. de homic. & tradit Alex. in l. si sic legatum. in 2. col. ff. de leg. 1. Hinc est, ꝙ in sacra penitentiaria, qñ gratia in foro cõscientiæ petitur, absolutio confessori committitur, literis laniatis, & nullis testibus adhibitis, vt antiquus & inueteratus stylus à tẽpore Benedicti quod duodecim introductus habet. Et de talibus gratijs, quæ petuntur in foro conscientiæ tantùm, quæ aliàs in foro aperto componerentur, datario cõpositio nõ soluitur, & ita hodie practicatur. Secus est, quando quis vellet vti gratia in foro fori: quia tunc gratia cum datario papæ componenda est. Ille enim conscientiæ forus à contentioso, sicut cœlum à terra differt. Nam videmus, ꝙ in foro contentioso pœna damnificanti ex negligentia, vel leui culpa non imponitur. Secus tamen est in foro conscientiæ, vt tradit Fel. in cap. sicut dignum. in 4. col. de homi. Nam conscientia nemini parcit: & ideo in eius foro locus misericordiæ non est, cũm sit idem conscientia, quod iustitia, vt dicit Bal. & Præpo. in c. 1. col. 1. quæ sint reg. facit illud Satyr. Iuuenalis: Prima est hæc vltio, ꝙ se iudice nemo nocens absoluitur, vt tradunt latè Moderni Auenionen. in rubr. de iud. col. 18. & aliquid Iason. in §. sed iste. col. 19. instit. de actio. Quibus adde alia exempla, quæ ponit Fel. in c. audiuimus. de simo. Ex quibus omnibus infertur, ꝙ cum regula ista loquitur in foro contentioso, non habebit locum in foro conscientiæ, tanquam casus inter se diuersi sint.

Postremò istam opi. probo vno alio modo satis efficaci, quia clarũ est, hanc rĩam in sui rõne mentali fundatam esse in quadam præsumptione: quia præsumitur, illum qui solam gratiam per supplicationem habet, nolle expedire bullas, rõne cupiditatis & lucri, videlicet, vt fraudet cameram in annatam, & officiales, quibus acquiritur certum emolumentum ex literarum expeditione. Sed qñ lex in præsumptione fundatur, in foro ꝯsciæ locum non habet: quia in tali foro nec fictiones, nec præsumptiones attendũtur, vt dicit Bal. in l. cum quis. C. de iur. & fa. ign. qui refert ita fuisse Bononiæ disputando conclusum, & reassumit Ias. in rubr. ff. de acq. hær. & in l. & si inutiliter. col. 2. C. de fideicom. & hoc tenent plures alij doctores, quos accuratè Felyn. cumulat in cap. sicut dignum. in fin. de homicid.

Nõ obest dictum illius practici vicecorrectoris, de quo superius mentionem fecimus, quia licet ille fuerit vir multæ doctrinæ & experientiæ, vt ex eius operibus editis licet inspicere, prout etiam eum laudat Io. Bapt. de S. Seuerino in tract. pensionũ. q. 30. col. pen. nihilominus dictum eius per prædicta verũ non vr̃. Quia licet dicat, ꝙ vtens gratia, literis non expeditis, non sit tutus in foro conscientiæ, intelligitur, qñ illa gratia quis in foro fori vtitur: quia rõ istius regulę hic militat, quia hoc facere præsumitur, vt officiales fraudet: & sic, vt ipse ex illa fraude commodum sentiat, secus, qñ non vult vti in foro fori, sed conscientiæ vti. Quia tunc ista ratio propter dictum Innoc. in ca. quia plerique. de immu. eccles. non procedit. Vbi voluit, ꝙ vbicunque est tradita aliqua solennitas per ius positiuum: si tamen actus aliàs legitimè factus sit, faciens est tutus in foro conscientiæ.

Magis tñ obstaret mihi reg. 53. infrà eodem, quæ dispensationes nõ suffragari, nisi literis expeditis, disponit: & tñ dispensationes concernunt etiam forum conscientiæ. Sed respondetur, illam reg. de dispensationibus,

nibus in foro fori intelligi debere, quæ in iudicio debent produci, puta super incompatibilitate, vel similibus. Secus autem si di spensationibus in foro conscientiæ tantùm vti vellet: quia tali casu posset hoc facere, ex quo à nullo inquinatur. Nam propterea papa in d.reg.53. cum ministerio dixit, dispẽsationes, literis non confectis, non suffragari, ad verbum contentiosum trahitur, & propriè aliquid repulsiuum & controuersale significat, solennitatem scripturæ requirens: vt est text.& ibi not.gl.in c.perpetuo. de elect.lib.6.& in l.illud. ff. quod cuiusque vniuer.no. Faciunt, quę notant.per Spec.de adult.in fin.& per doct.in rub.C.de suffrag. Cum quibus concordat gl. iuncto text.in l. de qbus.circa fi.ff.de leg.& in l.si quæ sunt. in verbo, suffrag. o.ff.fami.erc. Et etiam ista regula non dicit, ꝙ non valeat gratia. Quæ verba in ista reg. Soc.in cons.41.lib.2. ponderat. Et ita istam Mod.de Ripa.l.b.2.respõsorum, sub tit.de rescr.c.11.interpretantur: vbi indistinctè solam signaturam in gratijs dispensationum sufficere probant. Et ꝓ ista opin.vr̃ esse consil.um elegans Domi.de S. Gem.in cons.106.incip.super dicto dubio. in 3. col. vers. in contrarium. & vr̃ sentire Glossator in fi.d.reg.53.qui dicit se intellexisse, ita fuisse iudicatum in Rota. Res tamẽ non est sine difficultate propter motiua dicti doctoris in d.l.b.practicæ, qui latius super hoc diuagatur.

QVAESTIO DECIMAQVINTA.

QVæro, quia reg.29. infrà eodem, disponit, commissiones non valere, nisi literis expeditis, an literæ in dubio post commissionem productę, de quarum expeditione dcs non apparet, in tempore expeditæ præsumantur, & cui incumbat onus probandi?

SOLVTIO. Iste casus sæpe, tam temporibus antiquis quàm nostris contigit, vt in memorialibus tempore Sixti reperio adnotatum. Et istam eandem difficultatem scribit D. Guliel. in collectaneis decisionum. Et nouissimè in causa Lucana parochialis filiorum Corui, de hoc anno 1539. coram R.D.Io. Paulo ventilatur. Et in summa ista conclusio videtur, & resolutio antiqua sæpius per Rotam innouata, ꝙ literę in dubio in tempore expeditæ præsumantur: & ꝙ dicenti eas expeditas post commissionem causæ, onus probandi incumbat. Quia opponens in exceptione sua est actor. & sicut actor petitionem suam probare debet, ita & exceptionem: vulgata l.1.ff.de excep. Et hoc præsertim dicendum est, vt actus in dubio potius valeat quàm pereat, per ea quæ longo discursu cumulat Fel.in cap.pastoralis.de rescriptis.& Moder.in l.quotiens. ff. de verb.obl. Et quia sic interpretando nullitas tollitur, iuxta ea quæ Bart. not.in l.nõ solum. §. sed & reprobari. ff. de oper. no. nunt.cum simil. Et quia ista iam in curia omnibus practicis tritissima sunt amplius non insisto.

COMPENDIVM PERquam breue vtriusque signaturæ.

POstremo, quia regula ista de signatura iustitiæ loquitur, operæprecium erit (cum fuerim, non præcedentibus meritis à sanctissimo D.N. Papa Paulo III. statim post eius promotionem vtriusque signaturæ gratiæ & iustitiæ, creatus referendarius) quædam hic breuiter, quæ alias successiuo studio cumulaueram, ad dictam signaturam iustitiæ pertinentia, pro intellectu regulæ adnotare. Quæ licet pro certo habeam eas viris consummatissimis leuia videri posse, non tamen omnino inutilia erunt. Quia licitum videtur post multa seriò dicta, labore fessis, media itineris factione ridere, ac leuia loq. quod in pictoribus experimur, qui postquam operi arduo mẽtem & (vt ita dicam) cogitationem totam, & phantasiam affixerunt: si quando tædio affecti, ab eo opere animi causa diuertant, non ad ardua ilico, sed ad depingendas potius aues, vel alias res leues decurrunt, quibus animus tanta laboris intentione defatigatus paulum leuetur. Erunt igitur hæc (si viris consummatis nõ placebunt) pro tyronibus, Referendarij officium gerentibus quibus aliquando prodesse volui scripta. Nam vt dicit Hostien. in cap.1. versic. pro futura.per illum text.vt ecclesi.benefic.multa scribentes excusabiles sunt. Qui licet pro uectis non in omnibus satisfaciant, nouitijs tamen prodesse possunt. Melius enim est teste Galeno, doctos onerare scitis, quã iuniores

iuniores fraudare docendis. Quanquam & spero summis viris docta, ac toti e meliori lectione grauatis, hæc leuia aliquando iucundiora fore. Nam stomachus lautioribus cibis fastiditus, sæpe olufcula & pisciculos appetit. Fateor tamen ingenue, vt ab istis ce merarijs iudicijs me liberarem, sæpe calamum continuisse, ne aliquid in hac materia signaturæ scriberem, cùm propter materiæ difficultatem, tum etiam propter styli eiusdem signaturæ frequentem mutationem & varietatem, quæ adeò magna est, vt quotidie nouas formas depromere videatur. Adeò q propter noua iura quæ in dies signatura depluit, dici potest, q licet procurator vel aduocatus ex debito conscientiæ iniustas repudiare teneantur: hoc tamen fallit in materia beneficiali, in qua, licet prima facie causa iniusta appareat nihilominus propter varia iura, quæ quotidie ex signatura emanant, propter quæ causa iniusta iustificatur & vincitur, & quæ à principio iusta videbatur, iniusta redditur, excusantur, vt quotidie experimur: ideo aduocati tales causas acceptare non peccarent, quas certitudinaliter iniustas esse, nisi ab euentu iudicare nō possunt. Secus in profanis, in qbus ius semper certum est, nec p signaturam mutabile. Et ideo de signatura prouerbium illud dici potest, Semper noui aliquid affert Aphrica. Et quamuis in hoc proposito animus meus diu fixus extiterit: videlicet ne aliquid ederem; tamen mihi scribendi fiduciam dederunt scripta quædam nuda quæ in hac materia signaturæ (iam multis annis per manus plurium referendariorum, & curialium versantur) in multis non solùm mutila, sed etiam manca, & sine aliqua iuris ratione vel auctoritate roborata, quæ me iam per varias occupationes publicas fessum, nec talia cogitantem, veluti Entellum illum Virgilianum (si licet in paruis exemplis grandibus vti) ad animi robur impulerunt & reuocarunt. Quamobrem reprehendi non debeo, si quæ ab alijs sic inuenta sunt, cultiora reddam blandiora, auctoritate iuris firmiora, longa, ac noua accumulatione vberiora. Igitur ad rem ipsam accedamus.

QVAESTIO DECIMASEXTA.

IGitur quæro, quid præ se ferunt ista verba regulæ, videlicet, nisi sint commissiones iustitiam continentes, per placet, vel per S. R. E. Vicecancellarium, &c.

SOLVTIO. Pro intellectu istorum verborum totus vtriusque signaturæ stylus reuoluendus est, videlicet, gratiæ, & iustitiæ, de qua Glossator aliqua hic scribit. Sed quia nimis onerosum & prolixum fortassis videretur hic omnia scribere, quæ dici aut excogitari possent, potiora tantum deligam, quę ab alijs tradita non fuerunt: reliqua in illo opusculo, quod alias super stylo sacræ pœnitentiariæ fabricaui scribam. Nūc verò ea duntaxat tractabo, quæ ad declarationem istius regulæ, & aliarum de signatura loquētium expedire arbitrabor. Quæ, vt magis distincta, & suo ordine clariora appareant, istud opusculum in tres particulas diuidā. Nam vt Bal. in proœ. Digestorum dicit, Scire quid facias, & nescire quo ordine facias, perfectæ cognitionis non est. Prima pars aliqua de antiquo & moderno signaturæ gratiæ & iustitiæ stylo enarrabit, differētias istarum ponens, ac distinguens personas, quibus hoc signaturæ negotium commissum est. Secunda pars circa referendariorum originem & officium versabitur. Tertia pars casus & effectus plures ad huiusmodi signaturam iustitiæ, de qua ista regula loquitur, pertinentes, enarrabit, per quos etiam reg. 19. quæ ad istam, veluti quoddam necessarium antecedens & præambulum se habet, latissimè declarabitur.

Circa primum, illud ante omnia meminisse oportet, olim varias vtriusque signaturæ obseruationes fuisse, quæ ex regularum antiquarum & iurium diuersitate, super hac materia loquentium, colliguntur, de quibus antiqui & Moderni doct. pauca admodum scripserunt. Et hæc signandi varietas fecit, q signatura gratię & iustitiæ eisdem plerunque verbis olim conficerentur. Nam antiqs temporibus, supplicationes gratię, put hodie, tunc etiam per fiat, signabantur. Et eodem modo commissiones iustitiæ papa per verbum fiat, signabat. Verùm, quia hæc omnia sine aliquo certo ordine procedebant, non modicam confusionem generabant. Quamobrem modernis tp bus signaturæ gradus distincti fuerunt: & incipiendo à signatura gratiæ, quæ vberior, & fortasse antiquior signatura iustitiæ videtur licet non dignior rōne iustitiæ, quæ fm Philosophū inter cæteras virtutes principatum obtinet.

Tullius libro de claris Orato. meminit, ibi, Non tam in gremio quàm in sermone matris educatos, &c. Vnde non abs re Britanni mulieribus exteris linguam praeciderunt, ne filios suos peregrinum idioma docerēt, qđ citiùs & faciliùs à matrib. q̄ à patrib. discere existimabāt, ut in eorū historia legimus. Et quia uidemus, ꝙ qualitas de praesenti non praesumitur ꝙ anteà fuerit, nisi probetur, ut in l. 4. ff. de proba. ubi dicitur, ꝙ qui nunc fugitiuus est, de preterito non praesumitur. Ad idem facit dictum Bal. in l. non ignorabit nu. 4. C. ad exhib. ubi dicit ꝙ qualitas accidētalis, quę de pręsenti adest, in praeterito adfuisse nō praesumitur. Ita Bald. ibi, & alibi saepe ut scribit Ang. & Ias. in §. sic itaque. col. 5. Inst. de act. Cùm igitur dictus Ioan. Bapt. de parochiali prouisus à matre Neapolitana nutritus fuerat, pręsumēdum erat potius illius linguam, quàm paternam Valentinam didicisse.

Breuiter primam opinionem tenēdo, ista non obstant, quia stant ista simul, ꝙ filii facilius in pueritia, durante tempore lactentis aetatis propter frequentiorē eius conuersationem idioma matris capiant: tamen hoc non impedit, quominus idioma patris etiam addiscere possint, cū quo pariter conuersantur. Imò filius ephoebus factus, magis cū patre, quàm cum matre conuersationem habere censetur. Hoc ex eo apparet, quia de praesenti bene loqui idioma patris Valentini scit, ergo praesumitur per prius ab eo longa consuetudine didicisse, quia in instanti idioma non addiscitur, & per hoc tollitur illud, quod dicebatur de lingua materna. Nam iste est unus casus in quo de praesenti praesumimus in praeteritum, iuxta glo. ordinariam in l. ex persona. C. de proba. & text. in l. necesse. & in l. circa. ff. eod. tit. quae ponunt regulam, ꝙ quando agitur de inducenda aliqua qualitate de praesenti, regulariter ī praeteritum praesumitur, pręsertim quando subest iusta causa praesumendi, ut in casu nostro: nam tunc theorica pręducta sine dubio procedit, ut tradit Bald. in l. si qui adulteri. C. de adulte. & dicenti contrariū incumbit onus probandi, ut dicit Bart. in l. si prius. col. 11. ff. de oper. no. nunt. Et ꝑ illam doctrinam Bald. patet responsio ad allegata in cōtrarium, quia procedunt, ubi causa praesumendi non subest, uel quādo agitur de praesumendo delicto de praesenti in praeteritum, ut in d. l. 4. de proba. uel quando qualitas de pręsenti repugnat primaeuo statui personae, ut dicebat Bar. in d. l. si prius. Sed hic omnia ista impedimenta cessant, propter rationem dictam, quia ista qualitas loquelae de pręsenti non potest stare absque eo, ꝙ habeat tractum in praeteritum, quia non potest in instanti addisci. Imò hoc non solum procedit in uno idiomate, de quo hic agitur, sed etiam in plurib. quia non inconuenit quem de praesenti plurib. linguis loqui posse. Nam Xerxem & Croesum Persarum Reges, tot linguarum genera perdidisse legimus, quot populos sub ditione sua tenebant; ut M. Tul. & recentiores omnes historici attestātur. Et idem Mithridate Ponti Rege meminit Iason in §. ex maleficiis col. 10. Institu. de actio. Et plures hac aetate inueniuntur, qui idem praestant. Nam & ego omnium hominum postremus, non solum linguam maternorum auorū Castellanam, sed etiā paternorum Valentinam aequa conditione percalleo, linguae etiam Italae & Latinae non ignarus: quę quidem linguarum disciplina de praesenti apparens, de necessitate praesumi debet tractum à praeterito habuisse, ex eo, quia, ut addiscantur, temporis cursum requirunt: & ista praesumptio, est probatio probata, quę quodam modo quandam impossibilitatem probā di contrariū infert. Non ualet igitur argumentū, q facilius à matre linguā accipit, igit̄ linguam patris ignorat. Hęc consequentia fallax est, & non concludens. Tenenda igitur est Rotae conclusio, quae uerisimilis, rationabilis, & iuridica existit.

QVAESTIO XIIII.

QVęro, qua forma debeat & soleat huic regulae derogari?

SOLVTIO. apparet ex his, quae in prooemio istarum regularum quaes. 5. & 6. dixi, ideo non repeto. Forma autem derogationis istius regulae ita in literis narrari solet, uidelicet, ꝙ, ut asseris, idioma, quod gens illarum partium communiter loquitur,

tur, non bene intelligis, nec intelligibiliter loqui scis. Nos enim tecum, ut eeclesiam prædictam, &c. dispensamus, præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, necnon prædictis statutis, & consuetudinibus, & aliis contrariis nequaquam obstantibus autoritate apostolica, per præsentes concedimus, prouisa, &c.

Tamen circa hoc aduertendum est, quod plures regulæ Cancellariæ in hoc uolu. reperiuntur, quæ ad eundem finem tendunt, & cum ista concordant, ut regul. de oriundis, & regul. expectatiuarum, quæ specialiter disponit, nullum extra suam nationem, gratiam expectatiuarum obtinere posse. quæ regulæ omnes in istius ratione fundantur, uidelicet, quia non intelliguntur, neque idioma loquuntur. Et propterea non impertinenter hic per glossatorē quæritur, nunquid si Papa in expectatiua alicuius derogaret specialiter huic reg. etiam derogate censeatur prædictis aliis ad eundem finem tendentibus? & Glossator hic in fi. tenet quod nō, ex eo, quia ubi duo uincula sunt, uno sublato, aliud non tollitur. e. ex tuarum. de autori. & usu pal. §. affinitatis. instit. de nuptiis.

Breuiter ergo contrarium tenerem, per ea, quæ not. gl. in uerb. facti. in ca. 1. de consti. lib. 6. cum ibi per me dictis: ubi habetur, quòd sicut mentio de iure communi non requiritur, ita neque de statuto in effectu continente idem, quod ius commune. Cùm igitur prædictæ regulæ ad istum effectum non oriundum, expectatiuam in aliena diœcesi habere prohibeant, quia idioma, & exterorum mores ignorat, ut latius hoc superius in 1. quæst. exposui: Regula igitur ista idem dispo nens, eadem cum illis censetur. Papa ergo derogans isti, in effectu, & in necessariam consequentiam illis aliis derogare censetur, & dispositio d. cap. ex tuarum, cum si mi. isto casu non procedit, ut latius dicā in regula de familiaribus cardinaliū. quā etiam pluribus modis Moder. in c. cùm cessante. de appella limitant: & latissimè Moder. Asten. in tracta. syluæ, fol. 25. Tamen super hoc cogitandum est, quia articulus sine dubio non est, & de facili utraque pars sustineri potest.

QVAESTIO XV.

QVęro, utrum rector parochialis ultra naturale populi idioma, cuius curam gerit, etiam Latinam linguam scire teneatur?

SOLVTIO. Colligitur ex his quæ Abb. & alii docto. in c. cùm in cunctis. in prin. de elect. scribunt, uidelicet, quòd ex quo animarum cura est ars artium, ut dicit tex. in c. cùm sit. de ęta. & quali. requiritur quo ad effectū, ut rector uim & naturam sacramentorum intelligat, quòd Latinam linguam saltem pro necessitate officij sui sciat: rector enim sufficientem scientiam habere debet, ut ibi dicitur, quæ sine Latina lingua haberi nō potest. Hinc est, quod penitus illiterati non solum a parochiali habenda prohibentur, ut in dicto capitulo cum in cunctis. §. inferiore, de electio. sed etiam a promotione ordinum, ut in capitulo secundo, 36. distinctio. & in capitulo fin. de tempor. ordin. libro sexto. Concludendum igitur est, in rectore duplicem linguam necessariam esse: unam uernaculam, seu popularem, quam ista regula requirit: aliam Latinam, ut quid populo loqui debeat, intelligat.

REGVLA DE IMPETRANtibus beneficia uiuentium.

ITem, si quis supplicauerit sibi de beneficio quocumque, tanquam per obitum alicuius licet tunc uiuentis, uacante, prouideri, & postea per obitum eius uacet, prouisio, dicto supplicandi per obitum huiusmodi, de nouo facienda, nullius sit roboris vel momenti.

PRAEFATIO.

REgula ista magnum æquitatis, & iustitiæ fundamentum, & etiam concursum iuris communis habet, de quo in capit. 1. cùm sequen. de concess. præben.

Et

Et ideo ut fauorabilis erit ampliãda iuxta ea, quæ dicit gloss. magna in cap. statutum. de præbend. lib. 6. Et tradit Fely. qui de ista regula in c. in nostra. in 37. corr. de rescrip. meminit. & Mod. in tracta. benefi. in 12. q. tertiæ partis. Primus eius autor fuit Benedictus 13. ut patet in Quinterno regular. antiquorum Pôtificum, quorum aliqua exemplaria penes me sunt. Verum est, quòd illa regula Benedicti copiosior ista est, & plures casus comprehendens. Sic etiam regula Calixti & Sixti ab ista Innocentii differunt, ut etiam Glossator hic aduertit. Nec est mirandum, quòd secundùm uarietatem negotiorum, temporum, & personarum, etiam regulæ mutationem recipiant. ut dicit Felynus in ca. Rodulphus. colum. 15. uersi. ubi autem di dici, &c. de rescript. quæ omnia iustificantur per rationem text. in c. non debet. cũ vulg. de consangui & affini. In cuius quidem interpretatione breuis ero: quia ista regula est de se clara, & parum antiqui, & Moderni super ea, propter dependentiã, quam habet à iure communi, dubitarũt: & quia eius materia ordinariè per Doctores in locis communibus discutitur & tractatur, ideo parum de ea curarunt.

QVAESTIO PRIMA.

IGitur quæro, utrum ista regula in gratia facta motu proprio, procedat?

SOLVTIO. Textus hic innuere uidetur quòd non, ex quo loquitur per uerba, Impetrauerit, quæ uerba motui proprio non conueniunt, ut in capitulo, si motu proprio. & capitulo, si pluribus. de præb. lib. 6. Et istam opinionem sequi uidetur Gloss. hic. Pro qua opinione facit regula Benedicti primi huius regulæ conditoris, quæ expresse dicit, dispositionem istius text. non habere locum in gratia motus ꝓprii. Et ratio esse pôt ſm Fel. hic, q̃a papa ex certa scientia potest dare ius ad uacatura, etiam certæ personæ, ut habetur in cap. ne captandæ cum uulg. de cõcess. præbend. quam facultatem non est uerisimile sibi per istam regulam ademisse.

Pro contraria tamen parte plura adduci possunt, pro quibus ante omnia præsupponendum est, quòd contra impetrantem beneficium uiuentis omnes leges diuinę & humanæ, & conciliares insurgũt, ut patet in cap. 2. & in cap. ne captandæ. cum uulg. de conce. præbend. l. stipulatio hoc modo. ff. de uerb. oblig. l. fi. C. de pac. quia per talem impetrationem occasio captandæ mortis, & insidiandi beneficiatis datur, ut dicit Bald. in l. 1. ff. ubi pupil. educ. debe. Vnde super eo quod continet peccatum, Papa dispensare non potest. c. & si Christus. in fin. de iureiuran. cap. super eo. de usur. c. sunt quidam. 25. Sed omnes istæ rationes in gratia motu proprio militant. In qua potest dari defectus intẽtionis, ut latissimè tradunt Moder. in ca. cæterum. in 6. colum. & in c. causam. el secundo. de testib. & in dubio talis præsumitur intentio papæ, qualis de iure esse debet. ut in cap. causam. & in c. si quando. de rescrip. talis igitur collatio, maximè obstante regula, non ualebit, ut etiam notat Ioan. Andr. in cap. 1. § dicebat. in uerbo cõtulisset, de concess. præbend. lib. 6.

Nec obstat, quòd papa motu proprio, & ex certa scientia concessit: quia per hoc non derogatur concilio generali, quod requirit specificam mentionem, propter clausulam derogatoriam quam habet: ut dicit Archi. in c. 1. de constit. lib. 6. & Bald. in l. humanum. C. de legib. & uidetur uoluisse Hostien. in summa, de rescrip. §. quas uires. & Oldr. cõsil. 290. facit cap. ex parte, de capell. monac. cum uulg. & licet certa scientia papæ multum operetur, ut latè tradunt Moder. in tract. clausularum. in uerbo, clausula ex certa scientia. Tamẽ talis clausula derogationem illius regulæ non operatur, quæ expressam & specificã derogationem requirit. ut dixi in proœmio regularum. quæst. fin. quia certa sciẽtia, neque motus proprius supplent exprimenda, ut dicit Fely. in cap. cum ecclesiasticæ. de except.

Nec obst. ꝙ ista reg. loquitur per uerbũ impetrauerit, &c. Quia etiam motus proprii impetrantur maximè secundum stylum hodiernũ ut dicit Card. in consi. 142. in fi. & Fel. in cap. si quando. & Deci. in cap. 2. in 2. colum. de rescript. Et secundũ istam opinionem reperio olim cõsuluisse quendam excellentem aduocatum consistorialem (cui nomen fuit Octauianus de Cessa.)

Cessa.) in quadã causa. Placentina. Archipresbyteratus. Et ista opinio uidetur eqor. Prima tamen opinio de iure firmior uidetur, quando in gratia motu proprio, mẽtio regulæ facta non fuisset. Cui quidem opinioni uerba istius regulæ uidentur conuenire, quæ solum de impetratione loquuntur.

6 Nec obstat, quòd motus proprius impetretur: quia hoc contingere potest. Sed in dubio motus proprius per impetrationẽ concedi non præsumitur, ut dicit Dec. consil. 341. nume. 4.

Nec obstat, ꝙ concilium generale, ex quo censetur habere clausulam derogatoriam, expressam mentionẽ requirat: quia hoc in gratia motu proprio, & ex certa scientia non procedit, quę plenitudini potestatis æquipollent. ut notatur in cap. ad hæc. de rescript. quæ sufficit. Nam papa memoriam iuris habere præsumitur: cap. 1. de constitu. in 6. Et certa scientia, & motus proprius derogationem inducunt, ut tradit Decius in l. certum. colum. 2. si cert. pet. Et licet attenta illa ratione, uideretur etiam derogatum isti regulæ de stricto iure, tamen ex illo stylo receptum est, quòd reguli non censetur derogatum, nisi fiat mentio de eis. Et ita per istam rationem ponderando uerbum, Impetrauerit, tenuerunt domini regulam de annali in motu proprio locum non habere: de quo ibi latius dicetur. Ex prædictis igitur patet utrãque opinionem posse in disputationis congressu sustineri.

QVAESTIO SECVNDA.

QVæro, an regula ista procedat in impetratione facta à legato, uel ordinario extra curiam?

SOLVTIO. Quia ista quæstio posset decidi plenius ex his quæ dixi in proœmio regularum, in secunda quæstione, & eam particularius examinaui in regula de infirmis resignantibus, & in regula de annali, & in pluribus aliis locis: ideo breuis hic procedam.

Concludendo igitur dico, istam regulã locum habere in impetrationib. legatorũ & ordinariorum: quia negari non potest eandem esse rationem, quo ad ipsos. Nam si in papa habet locum regula, multò fortius in legato & ordinario procedet: præsertim cum regula ista fauorabilis sit, & extendenda, ut in terminis cõcludit Decius in consi. 398. in fin. Reliqua uero uidenda sunt latius in dictis locis.

QVAESTIO TERTIA.

QVæro, an obtinens prouideri de beneficio uiuentis ignoranter, ultra hoc quod incidit in regulam, si postmodum sequuta morte, illud de nouo impetrauerit à papa, non facta mentione de prçterita impetratione vel occupatione, impetratio ualeat, ut sit stabilis?

11 SOLVTIO. Videtur dicendum, ꝙ impetratio ualeat, & inhabilis nõ reddatur: quia ex quo erat ignorans, quælibet causa etiam iniusta à dolo excusat, ut terminis uidetur tenere glo. 2. c. de conces. præb. & gl. in uerbo repellatur. in c. in primis 2. q. 3. facit pro hoc illa communis regula tradita in l. igitur. ff. de libe. cau. & in l. plagii. la. 1. C. de plagiar.

Tamen istis non obstantib. cõtrarium concludendum uidetur. Nam licet impetrans ignoranter excusetur ab aliis pœnis, quę imponuntur impetranti beneficium uiuentis, uidelicet priuationis communis ecclesiasticæ, ac incursus infamię, & c. quibus pœnis puniuntur scienter impetrantes, ut dicunt docto. in cap. 1. Quo ad ualiditatem tamen impetrationis & nouæ prouisionis non excusatur ignorans. Nã si non facit mẽtionem de tali defectu, ultra hoc, ꝙ possit ista regula repelli, efficitur inhabilis: & ita concludit Decius in l. si in 5. col. C. de pact. Quia allegat Abb. & docto. in cap. 1. de conces. prębend. Ponderando uerbum maximè, adpositum per eum, & Oldr. consil. 304. & dicit Decius ita fuisse iudicatum se pręsente, in concilio Delphinatus Francię. Et hoc idem in terminis istius regulę latius reassumit idem Decius in consil. 398. & text. istius regulæ hoc uidetur innuere, qui de impetratione facta uiuentis nihil disponit, sed relinquit dispositioni iuris cõmunis, quę annullat ius impetrationes tanquam illicitas

citas, ut de beneficiis non uacantibus. Sed tantum ista regula emanauit ad annullandum prouisionem de nouo faciendam post obitum illius, cuius beneficium, dum ille uiuebat, impetrauit, quo casu cōstat text. regulæ indistinctè talem nouam impetrationem annullare. Requiritur igitur, ꝙ per expressionem illius defectus restauretur: nam ubi exprimitur defectus, Papa concedendo uidetur dispensare, & uitium purgare. l. idem Vlpianus. ff. de excusa. tut.

Sed circa hoc adhuc aduertendum est, ꝙ ista difficultas habet duo capita. Primū respectu impetrationis uiuentis, & de ista non loquitur regula, sed illa subiicitur iuri communi. Secundum caput est de prouisione facta post obitum, per illum qui prius impetrauerat beneficium uiuentis, & istum casum capit ista regula. Sed circa primum caput tota concertatio Decii uertitur, quę ita simpliciter intellecta, non est uera, ex eo, quia in d. ca. 1. malitia, & dolus impetrantis punitur: non ignorantia quæ dolo caret: nec Abb. in d. cap. 1. apertè de ignorante, sed dubitatiuè loquitur. Et ideò declarandum est, hoc procedere in ignorātia supina, quæ dolo æquiparatur, ut dicitur in c. 2. de constit. lib. 6. Nam taliter ignorans est inhabilis, quo ad illud beneficium uiuentis, quod impetrauit. Et ita expressè declarat seipsum Abb. in ca. post electionem, in quarto notabili de concess. præbend. Alias opinio contraria non procederet, propter regulam text. in d. cap. 2. qui disponit non ligari ignorantes aliqua dispositione, nisi fuerit culposi. Et pro hoc facit tex. in l. si quis mihi. §. planè. de acquiren. hæred. Vbi ualet mādatum factum de adeunda hæreditate uiuentis, qui communi opinione reputabatur mortuus: ut tradit etiam Socinus in consi. 32. in 7. colum. uersi. item tenet, &c. lib. 1. Hoc enim non est propter aliud, nisi propter ignorātiam istam. Est bene uerum, ꝙ in istis spiritualibus culpa in dubio timeri debet, etiā si fortè non sit. Et tali casu ista ignorantia non excusat, ex quo potest dolui dispēsatione superioris, ut est text. notabilis in cap. 1. de ordinat. ab episcop. qui episcopatui renunt. Et secundum hoc posset saluari opinio Decii in d. lege finali.

Nec obstat, quòd quælibet causa excusat à pœna. dicta l. si plagii. cum concordantiis traditis per And. Sicul. in consi. 67. col. penul. in fi. lib. 2. Quia ad hoc respondetur, istud dictum non procedere, quando ea quæ quis facit, expressè sunt contra bonos mores, & utroque iure prohibita: quæ quis inuestigare tenetur, prout in casu nostro fieri debuit. Nam tali casu, causa iniusta aliquem non excusat, sed illum in dolo fuisse præsumitur, ut notabiliter Bar. Veron. in consil. 24. col. penul. declarat. Et Curtius senior in consil. 55. in 5. & 6. col. Et ita illa communis theorica. d. l. si plagii. limitatur. Et per ista hoc anno. 1539. per aduocatos in vna Oscen. canonicatus, & prębend. coram R. D. Io. Paulo Ptolomæo dicebatur, ꝙ licet Antonius Calasans prouisionem suam de beneficio uiuentis iustificare niteretur, & sub prætextu excusare, ꝙ habuerat literas de partibus, de grauissima ægritudine mortali, ex qua uerisimiliter beneficii possessorem iam mortuū fuisse opinatus fuerat. Tamē quia hoc clarius inuestigare tenebatur, & saltem per publicam famā mortis probare ista regula obstāte, excusatus, nō fuerat, nisi melius obitus famam, quæ sufficeret, probaret: iuxta text. in d. §. planè. Circa secundum caput, uidelicet de prouisione post obitum facta impetranti beneficium uiuentis, dubitandum non est, isti regulæ subiici, quia eius uerba clara sunt. Et quod de prouisione dictū est, idē de institutione dicēdū erit ut uidelicet huic reg. subiiciat, iuxta ea, q̄ dicit Abb. in d. c. post electionē. Et idē in acceptione: quia de beneficio uiuentis nōva lęt, ut Guido papa in cōs. 107. dicit. Et idē de prouisione executoris uigore gratię expectatiuæ, dicendum est, ut concludit Ro. in cons. 335. quia ad hoc ꝓ singulari pōderat tex. in c. captandæ. in fi. de cōcess. præb. lib. 6. Et ista procedunt, nisi cōsuetudo in contrarium esset, per ea, quæ dicit Egidius decisio. 587. & sequitur Antonius de Burgos, Hispanus, uir certè eminētis doctrinæ in c. detestāda. de concessio. præb. lib. 6. in quibusdam scholiis suis. De quo tn̄ ualde dubito, quia esset cōtra bonos mores, per dictum Imol. in c. 2. de concess. præbend.

QVAESTIO QVARTA.

Quæro, nunquid expectatiuæ de certo beneficio viuentis obstet regula?

SOLVTIO. Dicendum est, quod non, quia regula tantum concernit prouisionem factam post obitum illi, qui prius beneficium viuentis impetrauit, & expectatiua non est prouisio, sed dispositio ad prouisionem. Hoc apparet, quia per prouisionem acquiritur ius in re, vt in cap. si tibi absenti, de præbend. lib. 6. sed per expectatiuam non conceditur neque ius in re, neque ad rem, vt tradit Egid. decis. DCLXVII. incip. auditor. Ratio est, quia est gratia conditionalis, per quam spes tantum conceditur, vt tradit idem Egid. decisio. 558. Et idē est in mandato de prouidendo, quod non tribuit ius in re, quia est titulus ad acquirendum de futuro, vt dicit idem Egid. decis. 564. Secus tamen esset in reseruatione, quę habet vim nouæ prouisionis, propter clausulam, Exnunc, prout extunc prouidemus, &c. Expectatiua igitur non subijcitur isti regulæ, licet subiaceat dispositioni iuris communis, quæ annullat expectatiuam ad certum beneficium tanquam illicitam, propter votum captandæ mortis, vt in notabili casu in terminis probat Socinus in consil. 53. in 3. vol. Ex quo infertur, quòd prouisioni factæ per executorem vigore dictæ gratiæ expectatiuæ, quia illa tribuit ius de presenti, bene obstaret regula, vt dictum est in proxima quæstione, non obstante quod expectatiuæ cōcedi soleant motu proprio, vt dicit Ioan. Andr. in c. si motu proprio. de prebend. lib. 6. & Ioan. Cald. in c. mandatum. de rescript. quos refert Abb. in cap. 1. in 8. col. de iudicijs. vt dixi in tractatu meo expectatiuarum.

QVAESTIO QVINTA.

Quæro, vtrum ad probandum aliquem impetrasse beneficium viuentis ad effectum istius regulæ sufficiat supplicatio, quàm fecit?

SOLVTIO. Glossator in regula 18. infra eodem, tenet quòd non, quia per supplicationem non iudicatur, sed per literas, vt dicitur in regula 25. Et quia impetrans negare posset se talem gratiam impetrasse. Ita concludit Gloss. in d. regula 18. quam sequitur Felynus hic.

Tamen aduertendum est, quòd in casu nostro super impetratione de beneficio viuentis facta non agitur, sed super prouisione eidem impetranti post obitum facta, quę regulæ subijcitur, & ista est, quæ canonizari vel infringi petitur: quo casu ea, quę in reg. 20. dicuntur, non procedūt. Supplicatio igitur primę impetrationis beneficij viuentis, est illa, quæ solùm ad probandum illum esse inhabilem producitur & talis supplicatio de iure fidem facit: quia in iudicio non producitur ad effectum, vt canonizetur, vel vigore eius, beneficium adiudicetur: & ideo reg. 25. in ista supplicatione locum non habet, quia illa regula de principali gratia, quę canonizari debet, non de adminiculatiua loquitur, vt Domini in multis causis per D. Gul. Cassiodorum relatis, in collect. decis. tit. de rest. spol. decis. 8. & in tit. de sent. & re iud. decis. 2. iudicarunt. Ad probationem igitur dicta supplicatio valebit. Nec obstat, quod impetrans, se impetrasse negare potest, qa in hoc cura agēti incumbet. nam partes suæ erunt, verificare hoc, quod ille impetrauerit. Quamuis Oldr. in cons. 136. in 2. col. dicat, quod supplicatio in dubio impetrata, præsumitur ad instantiam illius, cuius fauorem concernit. Et hoc idem tenet Spec. in tit. de appellatione. §. nunc breuiter. vers. quid si appareat. & Domini mei me præsente, in multis causis secuti sunt. Quidquid dixerit Card. in cons. 25. in 2. col. & Fulg. cons. 24. in 2. col. & Egid. decis. 584. & Gem. cons. 23. & Aret. in c. 1. de iud. presertim, quando actus reperitur factus eum impensa considerabili, vt tradit Bar. & ibi Alex. in l. cum seruus. ff. de verb. oblig. vel ex aliquibus coniecturis oratorem supplicationem impetrasse apparet, vt quia illam scripsit, vel signari mandauit: tunc enim onus probandi contrarium, nominato in supplicatione incumbet. Ex prædictis igitur Glossatorem malè dixisse constat.

QVAESTIO SEXTA.

Quæro, nunquid regula ista cardinales impetrantes comprehendat?

SOLVTIO. Omissis verbosis disputationibus, concludendum est quod sic, ex eo quia ista regula iuris communis concursum habet, & sic fauorabilis est, & ideo extendenda, vt dicit gl. in c. 3. de præbend. in 6. Maximè, quia fauorem animę concernit. Et vbi de anima agitur, magis cardinales,

quàm alij comprehendi debent, cum sanctiores esse debeant, vt notatur in cap. cum quidam. de iureiur. Et latè Moder. in c. ad aures. de rescrip. tradunt: & latissimè Belenzinus in tract. de chari. subsi. q. 66. & latè superius in procemio regularum, & in regula de infirmis resignantibus, & in regula de idiomate, & in multis alijs locis dictum fuit. Ideo iam dicta non repeto.

QVAESTIO SEPTIMA.

QVæro, quid si eadem die, qua quis moritur, beneficium impetratur, an præsumetur eo viuente, an mortuo impetrasse?

SOLVTIO. Vt breuiter hoc dubium restringam, iste casus videtur decidi ex his, quæ dicam in regula de verisimili notitia obitus. in 6. q. & per ea quæ scribit Fel. in c. pastoralis. in 4. col. de rescrip. videlicet ꝙ pro validitate actus, & vt delictum excludatur, ille actus præcedere præsumitur, qui ad validandum actum præcedere debuisset, ex qua eodem modo theorica hic inferri potest, ꝙ quis in dubio post obitum impetrasse præsumitur.

Tamen diligenter aduertendũ est, ꝙ Bonifacius VIII. super hoc quandam extrauagantem ad perpetuam rei memoriam edidit, quæ in lib. bullarum Rotæ, cooperto serico viridi, c. 152. scripta est, quæ incipit, Romani pontificis prouidentia, &c. & illa istam quæstionem decidit. Nam ibi Bonifac. voluit, ꝙ omnes impetrationes factæ, & in posterum faciendæ, etiam motu proprio, de data eiusdem diei obitus, nullius momenti sint, omnes effectus inde sequutos annullans. Hoc tamen ibi Bonif. limitat in beneficijs extra curiam vacantibus locum habere. Secus verò in beneficijs, quæ in Romana curia, vel locis vltra duas legales dietas à dicta curia, non obstantibus vacat erint. In quibus impetrationes valere voluit, vt ibi latius prosequitur. Itaque ex textu prædictæ extrauagantis casus noster (quòd est perpetuò notandum) deciditur, & limitatur.

REGVLA DE NON IVDICANDO IUXTA FORMAM SUPPLICATIONIS, SED LITERARUM EXPEDITARUM.

ITem, Cum ante confectionem literarum gratia Apostolica sit informis: voluit, statuit, & ordinauit idem dominus noster, quòd iudices in Rom. curia, & extra eam pro tempore: etiam si sint Sancta Rom. Ecclesiæ cardinales, causarum Palatij Apostolici auditores, vel quicunque alij non iuxta supplicationum signatarum, super quibusuis impetrationibus vel concessionibus, nisi in dicta curia duntaxat sint, commissiones iustitiam continentes perplacet vel per sancta Romana ecclesia Vicecancellarium, iuxta facultatem super hoc sibi concessam sibi signatæ, sed iuxta literarum super eisdem impetrationibus & concessionibus confectarum tenores & formas iudicare debeant: decernens irritum, &c. etsi literæ ipsa per praeoccupationem, vel aliàs minus bene expeditæ reperiantur, ad illorum quorum interest, instantiam, ad Apostolicam Cancellariam remitti poterunt per eius officiales, quibus huiusmodi tenores & formas restringere conuenit, ad formas debitas reducendæ.

PRÆFATIO.

PRimus istius regulæ auctor Nicolaus Quintus fuit, qui primus omnium regulas iudiciarias, & eas omnes, paucis exceptis, quas hodie habemus, digessit: cùm ante ipsum nemo predecessorum pontificum id egerit: sed vt plurimùm quibusdam formulis literarum expeditionẽ, ac expectatiuas concernentibus contenti fuerant, vt ex eisdem literis apparet: & hæc regula q̃ in supplicationibus gratiosis expediẽdis loquitur, plures alias regulas suffraganeas habet. Nã primi omnium Vrbanus Quintus & Martinus Quintus expeditionem literarum, ét in expectatiuis necessariam esse statuerũt, volentes, acceptationes ante literarum expeditionem factas, nullius esse momenti, vt in eor. regulis patet, cũm antè acceptatio & prouisio cũ sola supplicatione valebat, literis nõ expeditis, vt ex decis. B. sign. 4. in tit. de conces. præben. apparet. Et hoc idem ad cõmissiones, ꝙ iurisdictionem non tribuerent, literis super gratijs non expeditis, Nicolaus Quintus

Quintus extendit. Quē in hoc sequuti sunt omnes posteriores pontifices, vt in eorum regulis cauetur. Et quod hic gnaliter de literis beneficialibus expediendis statutum est, idem in dispēsationibus inferius in reg.53. determinatum reperitur. Et eodem modo sequestra & executoriales literarum expeditionem requirunt, vt in reg.69. apparet. De quibus omnibus regulis simul hic tractabo, ex quo, eandem materiam cōtinent. Et licet ista regula per omnes ferè pontifices fuerit, prout iacet, innouata: Hadrianus tamen vi. quædam in ea, prout etiam in alijs dubitationis tollendæ causa, addidit. In primis in proœmio ista verba addidit (Cùm ante confectionem literarum gratia Apostolica sit informis, per hoc designans finalem rationem regulæ. Hoc enim in alijs regulis non erat: tamen à decis. Rotæ 19. tit. de concess. præben. in nouis, accepit. Secundò addidit ista verba (Nisi in curia duntaxat sint cōmissiones iustitiam continentes.) Quasi velit ꝙ in curia Romana iudicetur secundùm commissiones, ēt sine literarum expeditione, dum contineant commissionem iustitiæ, & signentur per Placet, vel per Vicecancellarium. Tertiò addidit, (decretum irritans) quod in alijs regulis non erat. Tamen Rota semper tenuit sententiam latam contra regulam productam, esse nullā, etiam si in ea non fuerit clausula annullatiua decreti: quia satis est legem prohibere, ne aliquid fiat, Nam omnis lex præceptiua decretum irritans habere dicitur, vt notant Mod. in l. non dubium. C. de legib. & in l. nemo potest. de leg. 1. Sed de his satis. Ad quæstionem veniamus.

QVAESTIO PRIMA.

QVæro, an regula ista concursum, similitudinem, vel consonantiam cum iure communi habeat, vel sit contra ius cōe?

SOLVTIO. Ista quæstio multum necessaria est, quia ex decisione ipsius, in decursu materię plures difficultates decidi poterūt. Nam si regula ista cum iure cōi concordat, fauorabilis, & extendenda erit. Si verò contra ius commune, strictam interpretationē recipiet. Et ideo vt veritas appareat, omissis ambagibus, concludendum videtur regulam istam in aliquibus iuris communis concursum habere. De quo etiam aliquid inferius dicam in illa quæstione, an habeat locum in motu proprio.

Tamen nunc pro ista opinione in primis faciunt ea, quæ tradit Bald. in l. humanum. circa fi. C. de leg. Quem sequitur Fel. in c. eā te. in 3. col. de rescr. Vbi volunt, gratiam papæ literarum expeditionem requirere, vt de illa constare possit. Nam de iure cōi gratia sub quadam tacita conditione, si literę expediantur concedi vr̄, vt dicit Egid. in cons. 24. in 3. col. vers. & pum, &c. Nam per expeditionem forma & perfectio gratię datur, vt dicit decis. Rotæ. 27. tit. de rescr. in nouis. repetita per Egid. decis. 746. Et licet quo ad esse ipsius gratiæ scriptura non requiratur, tamen quo ad probationem necessaria est, vt dicunt communiter doct. in rubr. de constit. Et vltra ipsos ratio illius opinionis redditur per Egid. decis. 609. incip. impetrans, &c. Quia sola supplicatio, ex eo concludenter non probat ius alicui competere: quia fortè quando literæ expediri debent, Cancellariæ officiales clausulas supplicationis aliter extendent, vel restringent, & fortè super tali supplicatione literas non dabunt: quia, vt experientia docet, plures supplicationes expediri non possunt: quia forte in eis aliquæ clausulæ, quæ contra stylum sunt, ponuntur: Et ideo antequam hoc expediamus, supplicatio non vr̄ certitudinem continere: & propterea gratia per solam supplicationem informis per Rotam appellari solet, vt patet decis. 19. de cōcess. præben. in nouis. Sic etiam videmus, ꝙ intrans possessionem beneficij, literis non expeditis, licet habeat supplicationem, omnie ius perdit, vt dicit Fel. in c. veniens. in 2. col. de accus. & est tex. in extrau. ig. iniūctæ. Alias frustrà papa in cancellaria tot officia les poneret, dans illis formam per suas regulas expediendi, si sola supplicatio sine expeditione valeret, vt dicit Egid. in cons. 34. Requiritur igitur expeditio literaꝝ, quia per illas omne dubium tollitur, & gratia di gesta, & hr̄e totaliter perfectionem suam dr̄, vt tradit Oldr. in cons. 324. incip. factum tale est. Dominus noster, &c. in 2. col. vers. quartò, circa renunciationem, &c. Nā sola supplicatio adhuc in vtero existere dr̄, donec per expeditionem literarum in mundū producatur, vt dicebat Bal. per. l. cōtractus. C. de fide instr. & reassumunt Mod. Bonon. rep. rubr. C. de prob. in 13 col. facit dictum

Ang.in l.bene à Zenone.C.de quadri.præscrip. de quo mentionem feci in tract. breuium,nu.4. Inde euenit,q̄ Rota sæpissime, temporibus meis,in pluribus causis voluit, excipientem, seu dantem de iure tertij per solam supplicationem ius clarum,neque liquidum producere, donec literæ expeditæ sint: quia in expeditione veritas concessorū discutitur. Nam aliquando videmus,q̄ supplicatio expediri non potest.Merito igitur Rota iudicauit, illud ius informe & confusum esse,adeo q̄ ante literarum expeditionem plerique Doctores voluerunt non dari canonicum titulum,saltem in suo esse perfecto,vt dicit Egid.decis.110.in 4.col. & decis.664.& tenet etiā Nicol.Milis quondam auditor Rotæ,in v.g.Apostolica. cum quibus concordat decis.458.incip.circa secundum,in nouis. Hinc est,q̄ sumptum de registro supplicatorum signatarum,in iudicio fidem nō facit,vt dicit Egid.decis.252. Secus autem si sumptum literarum bullatarum extrahatur,vt dicitur decis.621.in antiq. repetita in decis.681. aliàs secundùm titulos est decis.28.tit.de prob. Quam decis. sequitur Barthol. Belenzinus Rotæ auditor in tract. de chari. subsid. q. 113.

Et ista omnia,quæ de iure cōi procedūt, cum dispositione istius regulę concordant, quæ literarum expeditionem etiam requirit. Quod vlterius suadetur:quia regula ista & reg.29.quæ disponit commissiones non valere,literis non expeditis,& reg.53. quæ vult dispensationes etiam nō valere, literis non expeditis, omnes istæ tres regulæ concordant in vno fine, & eandem mentis intentionem habent,vt de se patet. Et tamen Old.probat in cons.326. incip. q̄ articuli. in 2.& 3.col.vers.pręsertim,& vers. item qs dubitat,&c.dictas regulas expeditionem literarum in dispensationibus requirentes, cum iure communi concordare, imò idem quod ius commune continere idem dicit Egid.cons.34.in 5.col.in fi.vers.& puto qđ non,&c.Igitur & in ista regula idem dicendum erit. Pro quo optimè faciunt motiua eiusdem Old.in cons.324.incipien. factum tale est,&c.in 2.col. vers. quarto renunciationem,&c.cons.seq. incip.thema quæstionis.&latius in cons.328.incip.ad idem.col. 2.Ex quibus manifestè colligitur dispositionem istius regulæ quandam conformitatem, & dependentiam à iure communi habere.

Et tamen vlterius circa præmissa aduertendum, q̄ literæ tunc expeditæ dicuntur, qñ in plumbo sunt,iuxta c.licet,de cri. falsi. facit quod dicit Domin. ex mente Lapi in c.sicut.de præben.lib.6.Et ita in practica seruatur,vt refert Fel.in c.ex diligenti.in fi.de simo. Et tenuit Rota in vna Salamantina parochialis, de mense Nou. 1539. coram R.P.D.Marcello Crescentio,pro magistro Hieronymo Arze. Et licet ista literarum expeditio,ad probationem propter prędictas causas requiratur, quæ in casu istius regulæ militant: tamen Mod.Vincentini in repet. rubr.de const.in 13.col.hanc regulam factā fuisse dicunt,propter alias causas, quæ secū dum ipsos duæ esse possunt, propter quas papa ad faciendam istam reg.motus fuerit. Prima,vt falsitates quæ in supplicationibus facilius committuntur,quàm in bullis,propter appositionem manuum plurimorum officialium,vt dicit tex.in l.si.C.de codicil. Secunda ratio, ne si sola supplicatio absque literarū expeditione sufficeret, officialibus Romanæ curiæ præiudicium inferatur, qui ob eam causam bona fide officia sua à sede apostolica emerunt, vt inde emolumentū aliquod ex appositione manuum eorundē capiant.Et secundùm istas rationes aliæ regulæ cancellariæ, expeditionem literarum requirentes,regulātur.Et iustificatur decis. Egid.644.incip.si papa,&c. qui voluit gratiam per solam supplicationem factam ante literarum expeditionem ius effectuale in personam prouisi non inducere, adeò q̄ si prouisus ante literas cōfectas cum sola supplicatione moreretur, aut matrimonium contraheret, vel religionem profiteretur, nihil per eius obitum, matrimonium, vel professionem vacaret, vt ibi per eum. Et hoc sentit Egid.decis.69.

Tamē considerandum est,q̄ licet pdictę rationes veræ sint,habito respectu ad istam reg.q̄ probationem requirit,q̄ certitudinaliter per solam supplicationē fieri non pōt, donec videatur si illa expediri possit,vt supe rius dixi:nō tñ militant,quo ad essentiā gratiæ,quę in sola supplicatione consistit,quia eo ipso,q̄ papa dicit, Fiat gratia absq; alio adminiculo literarū facta est, vt dicit Cald. in c. quisquis. de elect.cum multis concor. quæ

quæ more suo congerit And. Sicul. in c. in nostra. in 5. col. nu. 19. de rescrip. iuxta illud Lucæ c. 1. Fiat mihi secundum verbum tuũ, & inferius dicam, dum declarabo signaturã gratiæ factam per verbum, Fiat. Et secundũ hoc illa decis. Egidij 644. vera non erit, nec hodie in practica tenetur, sed seruatur quædam decis. 882. in antiq. incip. Nota, ꝙ vbi gratia est facta, &c. quæ disponit beneficiũ per obitum illius vacare, qui mortuus fuit, cum sola supplicatione ante confectas literas. De quo latè loquitur Io. And. post Archid. in proœmio lib. 6. & Barb. in d. c. in nostra. Redeundo igitur ad propositum, dico, ꝙ reg. ista in hoc cum iure cõi concordat: quia de iure cõi sola supplicatio indubitatam probationem iuris non inducit, ꝑꝑ interpretationem clausularum, quæ in expeditione literaꝝ per abbreuiatores & alios officiales fieri solet. Et ꝑpeà hic papa iudicibus mandat nõ debere iudicare iuxta formam supplicationum. Et secundùm hoc decis. Egidij, & aliorum rectè procedunt, & rationes militant superius factæ per Modernos Vincentinos.

Tamen quo ad essentiam gratiæ, ista regula secundùm interpretationem cõem à iure cõi discordat, vt etiam dicit Glos. hic, & superius in reg. 8. Et reassumit notabiliter Soc. in cõs. 41. in 2. & 3. col. lib. 3. Et iuxta istam interpretationem saluatur prædicta decis. 882. quæ considerat ius tm̃ in supplicatione consistere: quia literæ non dant ius in re, nec ad rẽ, sed sola gratia. Et licet talis gratia secundùm aliquos informis dicatur, cùm per literas forma detur illi gratiæ: tñ illa forma formalis, seu essentialis non est, sed probatoria, vt dicit Gemin. in cons. 106. 2. col. vers. in contrarium. Requiruntur igitur literæ quo ad probationem, & quo ad executionem gratiæ & prouisionem, respectu executoꝝ, & fulminationum processuum, vt in expectatiuis, & similibus apparet, quæ cum sola supplicatione fieri non possent. Licet ẽt, ꝙ his casibus sola supplicatio sufficiat, teneat decis. Rot. 4. tit. de concess. præb. in antiquiori quam dicit mirabilem Fel. in c. eam te. col. pen. de rescr. Et hoc modo procedit ẽt, quod dñt Mod. in tract. pensionum, q. 11. videlicet, ꝙ pensio imposita de consensu per solam supplicationem debetur, & transit ad successorẽ, etiam literis non expeditis. Imò põt agi ad censuras positas in supplicatione cum ea sola, licet quando ageretur ad priuationẽ, ob non solutionem, literæ ad probationem requirantur, vt dicit ista regula. Et ita iudicauit Rota, & signatura in casu contingenti, vt refert D. Guliel. in collecta, decis. Quamuis ẽt circa illud dictum de exactione pensionis, literis non expeditis, ꝙ salua consciẽtia fieri non possit, aliqui ex antiquis doctoribus Cancellariæ dubitauerint, vt refert Hieron. Paulus antiquus Cancellariæ apostolicæ corrector, eo. lib. q. vulgò pract. Cancell. appellatur, vt referã in alia q. Sufficit igr̃ ex prædictis õndisse reg. istam, depẽdentiam & similitudinẽ, siue quandã consonãtiã cũ iure cõi hr̃e. Pro quo plura scribunt Mod. Pap. repetẽtes tit. de ꝯst. in ch. fi. Et vlterius, qd expeditio literaꝝ operetur, dicã in vna quæst. super regula de subrogandis.

QVAESTIO SECVNDA.

Qværo, nunquid ista regula extra curiam locum habeat?

Solvtio. Videtur dicendũ, ꝙ non, quia tex. iste de iudicibus in Roma. curia deputatis loquitur. † Ergo contrariũ in

ADNOT. IOAN. MILAVS.

† Quod enim in vno conceditur, in alijs negatur: vt etiam procurator id solùm exequi debeat, quod procuratio emissa præscripserit. l. maritus. C. de proc. Itidem si cui petitioni specialiter destinata est compensatio in cæteris non obijcitur. l. quod Labeo. ff. de compensa, & l. cùm ita. ff. de cond. & demonst. Quæ igitur propter necessitatem recepta sunt, non debent in argumenta trahi: vt l. quæ propter. ff. de reg. iur. vt in captiuis redimendis, ex necessitate rei sacræ alienatio permittitur: vt C. de sacrosf. eccl. l. pe. hoc non trahitur, vt indistinctè alienatio permittatur: vt gl. d. l. quæ propter. Nam quod contra rationem iuris receptum est non est producendum ad consequentias. l. quod contra. ff. de reg. iur. nisi eadem aut maior ratio esset. tunc cum in aliquo casu sententia manifesta est, is, qui iurisdictioni præest, ad similia procedere, atque ita ius dicere debet. l. non possunt. ff. de leg. b. & senatusc.

in alijs dicendum est: quia positio vnius, alterius exclusio est. l. cum prætor. cum similibus. ff. de iud. Et isto modo argumentandi vtitur Angelus in repet. l. si vacantia. col. 6. C. de bo. vac. & Dec. in l. 1. col. 14. de offic. eius. & alibi sæpe. Et pro ista opin. facit, quia reg. 53. quæ est isti similis, & dispensationes nō valere disponit, nisi literis expeditis, extra curiam non procedit, vt alias tenuit Rota. Secundum quod refert D. Gul. Cassiodorus in quadam sua decis. super reg. de infirmis resignan. &c. quæ incipit, sæpius fuit disputatum. Et Soc. in cons. 41. vol. 3. Et idem tenuit Rota die prima Iulij M. D. XXXVIII. & iterum die 8. Ianuarij M. D. XXXIX. in vna Illerden. canonicatus coram R. D Ioanne Paulo, vbi bis tenuerunt, & cōcluserunt omnes Dñi dictam reg. 52. locum non h̄re in dispensatione facta à legato extra curiam. Contrarium tñ tenet Gloss. hic in 2. col. & ad istum tex. respondet, videlicet, quod ista verba, in Romana curia, exempli causa ponuntur, quod regulam nō restringit. arg. c. 1. ne cle. vel mona. Et pro ista opinione Glossatoris facit proœmium regulæ antiquę per Nicolaum. v. conditæ, vbi Nicolaus hoc modo exorditur: Quia plerique litiū strepitus dispendium amplectentes, frequenter illas per signaturam, super quibus apostolicæ literæ conficiendæ forent, supplicationum exhibitiones protrahere non expauescunt, vt dispendijs obuietur, & litibus huiusmodi finis quātò citius imponatur. Statuit, &c. Ista sunt verba formalia proęmij illius regulę primò conditæ, quæ generalia sunt, & militant ita extra curiam, sicut in curia, & ita etiam in simili quæstione ponderatum fuit proœmiū reg. de ann. vt ibi dixi. Cū igitur ratio proœmij sit generalis, conueniens est, quod regula generalis esse debeat.

Quid dicendum? Puto primam opinionem veriorem esse: quia ista regula non loquitur nisi de iudicibus deputatis in Romana curia, etiā si cardinales vel auditores fuerint. Ergo intentionis papæ fuit, nolle regulam ligare extra curiā, alias si voluisset, hoc dixisset. arg. c. ad audientiam. Et quia si contrarium diceremus, magna seruitus & longum dispendium gētibus Vltramontanis in longinquis regionibus habitantibus imponeretur, gratias sola supplicatione ab eorū ordinarijs factas, ad curiam pro expeditione bullarum mittere dēnt, cum tamen quotidie videamus in Rota dictas gratias sine cōfectione literarum, nisi cum solo instrumēto notarij & sigillo Episcopi approbari & canonizari. Et idem inconueniens resultat, si gratia facta per papam non probaret corā ordinarijs, facta recognitione per testes, nisi literis expeditis. Esset. n. valde absurdum, quod iudicia & tribunalia ordinariorum, secundum istam regulam regulentur, & quod iudicia eorū suspendantur, vsquequo literę in curia expediantur, cum tamen ordinarij secundum ius cōe procedere debeant, quod literarum expeditionem non requirit, sed solam nudā & simplicē signaturam, vt notatur in cle. dudum. §. nos enim, de sepul. & in c. inst. 25. q. 2. cum alijs conc. vt superius in 1. q. dixi, & ita in practica seruari videmus. Et quod dictū est de ista regula, idem dicēdum est de reg. 53. infrà eo. vt dictum fuit superius. Sic ēt & de alia regula dici potest, quæ in executorialibus literarum expeditionem req̄rit, vt videlicet in executorialibus legatorum & ordinariorum non procedat. Et nunc de mēse Nou. M. D. XXXVIII. coram eodem R. D. Ioan. Paulo in vna Lucana attentatorū parochialis filiorum Corui, hoc idem dubium propositum fuit. Nam papa cōmiserat causam in partibus supplicatione introclusa. & iudex in partibus protulit sentētiam literis non expeditis: fuit dubitatum, vtrum regula ista h̄ret locum. & Gloss. in reg. 29. tenet quod non, quia regula ista loquitur de supplicatione. & breue non est simpliciter supplicatio, sed est quid mistum, & ideò sub simplicibus mistum non comprehēditur, vt in c. statutum. de elect. lib. 6. nescio tñ quid Rota tunc concluserit, quia decisioni propter aduersam valetudinem non interfui, sed ista opinio mihi placet, in qua tunc fuerūt egregij plures doctores, & secundum eam Rota paulò antea vnam causam similem deciderat coram D. Paulo Capisucco, de qua in tract. breuium. in 8. & 9. num. mentionem facio.

QVAESTIO TERTIA.

QVæro, an regula ista procedat quando ordinarius prouidit in curia de beneficijs vacant. in sua diœcesi, videlicet, vt prouisus tunc teneatur literas expedire?

SOLVTIO. Dicendum est quod non, quia prouisio ordinarij sufficit beneficiato quo ad hoc, vt dicatur habere titulum vigore cu-

ius possit cum bona cõscia beneficium possidere vt superius in q̃stione pxima dictũ est.

Sed maius dubium est, nunquid Episcopus in curia posset prouidere? Videtur q̃ non, quia præsente papa, nullus potest iurisdictionem ordinariã exercere, vt dicit Archid. in c. experientiæ. 11. q. 1. & dicam inferius. q. vlt. pro quo facit tex. in l. 2. ff. de off. proc. Sed tenendo contrarium r̃ndetur ad hoc, q̃ dictum Archid. in iurisdictione contentiosa propter rationes positas in d. vlt. q. procedit, sed secus in voluntaria, prout est conferre beneficia, quia talis iurisdictio extra diœcesim exerceri potest, vt dicit Ioan. Andr. post Ioan. Mona. in c. si beneficia. de præbend. lib. 6. & hoc tenet Inn. in c. quia diuersitatem. in fi. de conceff. præbend. sequit. Præpos. in c. qui aliquo. col. fi. 51. dist. & eodem modo legatus in curia beneficia suæ prouinciæ reseruare, vel conferre poterit, vt tenent Mod. in tract. reseruatio. in 10. q. 4. q. princ. & propterea non requiritur, q̃ prouisus ab eo literas expediat.

Sed hoc de stylo solet modificari, secundum quod dicit Hieron. Paulus, antiquus Cancellariæ vicecorrector, in illo libro, qui Practica Cancellariæ appellatur. fol. 82. vbi dicit, q̃ communiter Episcopi vadunt extra vrbem ad conferendum, ad hoc, vt dicatur esse in aliena diœcesi. Sed Moder. in d. tract. referunt D. Auinionem hoc obseruasse, quãdo papa in curia præsens erat: vbi verò erat absens, tunc in curia conferebat, & adiunctis istis verbis, videlicet, absente S. D. N. ab vrbe. Itaque siue vno modo, siue alio, quæstioni satisfactum est.

QVAESTIO QVARTA.

QVæro, an ista regula habeat locum in accessu, vel regressu, ex causa onerosa & per viam contractus?

SOLVTIO. Hodie, quę numeratur. 14. Martij M. D. XXXVII. in vna Hispalen. canonicatus, coram R. P. D. Marcello Episcopo Marsicano, per omnes Dominos, exceptis duobus, conclusum fuit, regulam istã, & aliam, de qua tũc principaliter agebatur, videlicet, q̃ acceptationes super gratijs, nisi literis expeditis, non valeant, habere locum etiam in regressu.

Tamen prædictis obstat, quia regressus ex causa onerosa propriè gratia non dĩ: ex quo potius in quandam compensationem exhibiti beneficij concedi videtur, quàm sponte & liberè, iuxta ea quæ scribit Ias. de donatione remuneratoria in l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iur. & quæ latius scribam in regula de publicandis resig. in illa quæst. an regula habeat locum in permutatione. Ad idẽ facit, quia videmus regulam Cancellariæ de non vtendo duabus gratijs, non habere locum, quando gratiæ concessæ fuerunt ex causa onerosa, vt refert D. Guliel. Algaren. Rotam ita iudicasse.

Et ideo, vt hæc omnia elucescant, pro resolutione istorum contrariorum considerãdum est, q̃ aut in iudicio petitur canonizari gratia accessus, vel regressus, vel vigore dictæ gratiæ beneficium adiudicari petitur. Et isto casu sola supplicatio non sufficit, sed literæ expeditæ requiruntur, aliàs tam regula ista quàm regula 29. locum habebũt. Aut vero ad canonizatoriam, vel ad iudicatoriam sententiam non agitur, sed ad absolutoriam. Et isto casu sola supplicatio accessus, vel regressus sufficit. Ita in vna Redonen. parochialis sancti Hilarij, coram D. Triuultio, & in duabus alijs causis tenuit, & iudicauit Rota, prout refert D. Guliel. in collectaneis decis. tit. de re iud. Et sic etiam tempore meo, vidi in pluribus causis iudicari. Et hoc procedit etiam si actor haberet sententias pro se, quia possent reuocari, const 10 de iure possessoris per solam supplicationem, etiam si illa supplicatio ius tertij concernat: quia tali casu sola supplicatio quo ad absolutoriam sufficeret, vt in dicta causa Redonen. contigit. Quia absolutoria pro quodam Iacobo possessore data fuit, qui de iure tertij per supplicationem solam dederat. Et sic sententia Triuultij canonizatoria gratiæ, si neutri, ipsius actoris reuocata fuit. Et illam D. Ant. de Monte, qui postea cardinalis fuit, reuocauit. Et ita etiam tempore meo Rota iudicauit in vna Burgen. beneficiorum, coram D. Camillo de Balionibus de mense Maio. M. D. XXXI. in fauorem Francisci Pesquera, qui de supplicatione iuris tertij, quo ad absolutoriam dedit. Et ista omnia in ratione iuris consistunt: quia si actore non probante, reus, etiam si nihil producat, absolui debet. l. fi. C. de rei vend. & c. fi. de iur. iur. & decis. 1. 3. & 4. de re iud. in nouis. Tanto fortius reus absolui debet, quando aliquid producit. Nec obstat, q̃ iurisdictio

dictio

illa reg. 19. Rotam in pluribus causis ita tenuisse & iudicasse refert. Nam si rei sæpissime in Rota cum sola supplicatione pro cõseruanda eorum possessione absoluuntur, à fortiori expoliati ad prius habita, cum sola supplicatione restitui debent. Quia sufficit illa supplicatio sola pro colore tituli. Sicut etiam sufficit supplicatio nouæ prouisionis ad supplendum defectum publicationis per regulam requisitæ, vt iudicauit Rota coram Domino Cassiodoro in vna Caurien. canonicatus & præbendæ, vt ipse idem refert in quadam decisione. Et sic semper Rota omnes regulas requirentes literarum expeditionem in petitorio, non autem in possessorio procedere intellexit, vbi gratia canonizari non petitur, seu supplicatio quę tñ pro colore tituli producitur. Hinc est, ꝙ quando de titulo beneficij non agitur, sed de possessione, leuiores & summariæ sufficiunt, vt dicit Egid. decis. 50. & 99. Et defectus proprietatis non attenditur. Hinc voluit Rota, ꝙ agenti spolio non obstaret notorius defectus iuris, contra dictum Inn. in c. const. de fil. presbyte. Et ita de mense Ianuario M. D. X I X. refert se in prædictis pronunciasse in vna Lausanen. D. Guliel. Cassiodorus in quadam decisione, quam sententiam cõfirmauit. R.P.D. Paulus, vt ibi latius refert.

QVAESTIO SEXTA.

QVæro, quæ differentia est inter istam regulam, & illam positam, num. 53. quæ disponit, dispensationes non suffragari, nisi literis expeditis?

SOLVTIO. Ista regula iudicem respicit, adeò, ꝙ si tempore commissionis literæ expeditę non sunt gratia non valet, nec sententia, quia respicit initium iurisdictionis, quæ per istam regulam tollitur, nisi forma in eo contenta seruetur. Sed in regula 53. respectus ad possessionem, & ad actum extraiudicialem habetur. Ideo sufficit, ꝙ ante sententiam literæ dispensationis expediantur, quia regula illa ad iudicem non dirigitur. Et ita iudicauit Rota in illa Illerden. Archidiaconatus, de qua supra in proxima quæstione mentionem feci.

Pro quorum intelligentia est vlterius aduertendum, ꝙ plures sunt regulæ cancellariæ requirentes literarum expeditionem. Prima est ista quæ iudicibus legem imponit, ne secundùm tenorem supplicationum iudicare debeát, nisi literis expeditis. Et ista regula, vt dixi, concernit iudicem. Alia regula est inferius posita. nu. 29. quæ omnes commissiones factas super concessionibus beneficiorũ, nisi super illis prius literæ sint confectæ annullat. Et illa regula etiam ad iudicem dirigitur, adeò, ꝙ in vtraq; iurisdictio sub modo datur. Et ad euitandum pœnam istarum regularum, aliquæ cautelæ per practicos curiales inuentæ sunt quas latissimè inferius in 16. q. referam, dum exceptionem istius regulæ examinabo, vbi sumpta occasione aliquid de signatura gratiæ & iustitiæ ponam. & istæ duæ regulæ iudiciales sunt & ideo sunt de dãdis. Tertia regula est, quæ est ordine 37. etiam literarum expeditionem requirens, videlicet, qñ religiosi aliquod beneficium ad nutum irreuocabile petunt, & ista regula potius literarum expeditores quàm iudicem concernit, ideo de dãdis non est, quia circa modum expediendi versatur. Quarta regula est, nu. 69. quę in sequestris & remissorijs literarum expeditionem requirit, & ista regula propter continuas derogationes non est alicuius momẽti, quia nunquam vidi remissorias mitti per literas plumbatas, quamuis longo tempore fuerim in Rota. Sola igitur commissione illi regulæ per Vicecancellarium derogatur, & certę deleri deberet, ne membranas occuparet, quia etiam pro tam modica re, prout est sequestrum, & similia, non est honestum requiri literarum expeditionẽ, cum iam superq. satis litigantes in litibus prosequẽdis exponunt. Quinta regula est, ꝙ nullę pensiones soluantur, nisi literis expeditis: de qua mentionem facit vulgatus liber Prouinciale ecclesiarũ, fol. 45. & Glossator hic col. fi. Sed istam regulam hodie non habemus, q a partes vt plurimum supplicationi consentiunt, & se obligant, etiam literis non expeditis, pensionem soluere. Sexta regula est q̃ fuit antiqua, & per Moder. pontifices renouata, ꝙ acceptationes super gratijs expectatiuis nõ valeant, nisi literis confectis. Et isti regulæ aliqñ derogatur, presertim in reseruationibus & mandatis cõcessis qualificatis personis: sed in expectatiuis rarissimę conceditur, & tunc ad partem. Et ista regula ex quo concernit gratiam, licet principaliter ad iudicem nõ dirigatur, tamen in quandã consequentiam impeditur eius iurisdictio,

ne

ne possit canonizare talem gratiam, nisi expeditis literis. Quamuis posset dici, hoc iã videri prouisum per istã reg.& 29. Ex quarum verbis iste casus comprehẽdi videtur. Itaque regula illa frustratoria est.

QVAESTIO SEPTIMA.

QVæro, an regula ista procedat in gratia reualidatoria, seu, perinde valere, vt videlicet in eis expeditio requiratur, sicut in principali gratia?

SOLVTIO. Videtur q non, per ea quę in illa quæstione de accessu & regressu dicta fuerunt. Et quia regula loquens de expeditione literarũ, de literis primæ gratiæ: non reualidatoriæ & secundariæ intelligi debet.arg.l.boues.§.hoc sermone.ff.de ver. sign. Et ita in simili Rota tenuit, regulam de publicandis resignationibus hr̃e locum in prima tm̃ resignatione, non in secunda, vt ibi dixi. Præterea, quia ista gratia perinde valere, differt à prima gratia nomine & effectu. Nomine, quia istã dr̃ perinde valere. Prima verò prouisio dr̃: Et sic ex diuersitate nominum diuersitas quoque effectuum arguitur.vulg.l.si idem.C.de codicil. Et hoc etiam apparet, quia ista gratia accessoria est, prima verò princ. Et sic apparent in effectu diuersæ. D.spositio igitur loquens in vno casu, non debet hr̃e locum in diuerso. c.susceptum.de rescr.lib.6.cum similibus.

Tamen istis non obstan. bř concludendum est contrarium, videlicet, regulam hr̃e locũ in similibus gratijs reualidatorijs, seu perinde valere, vt tenet expresse Fel. hic in apostillis, nullam rõnem assignans. Et rõ esse põt: Quia qñ quis vti vult gratia reualidatoria, seu perinde valere, signum est q sine illa principalis gratia sustineri nõ põt, nec virtute illius põt agi, nec beneficium acceptari. Tota igitur virtus infunditur in dictã gratiam reualidatoriam. Ergo debet iudicari ista gratia principalis, quia subintrat locum illius in virtute & effectu. Ideo subrogatus sortitur naturam illius, in cuius locũ subrogatur cum omnibus qualitatibus suis, vt in c.eccl.vt lit.pend.cum vulg. De quibus per Rom.in consi.56. qua ergo ratione dicimus in primis literis expeditionẽ requiri, ita & in istis secundis reualidatorijs. Et ita tenebant quidam doct. tempore Sixti, vt inuenio adnotatum in memorialibus Octauiani de Cessa, aduocati curiosissimi. Et ita

ẽt pro ista parte consuluit Io. Aloisius Tuscanus doct. Mediolanẽsis aduocatus, & postea auditor cameræ in causa Naneten. parochialis S. Michaelis, tunc pendente, vt apparet in 2.vol.suorũ cõsil.f.142. Vbi tenuit, q qñ gratia expectatiua est nulla, non põt acceptare vigore gratiæ, perinde valere, nisi sit bulla dictæ gratiæ reualidatoriæ expedita. pro quo facit ea quæ in simili quæst. dicam in reg.de annali.q.28. Præterea, quia istæ similes gratiæ reualidatoriæ, seu perinde valere vñr productæ ad similitudinem quarundam contignationũ, siue pessulorũ. quæ in ædificijs infirmis iã ruinam minantib.apponuntur sustentationis gratia. Quo casu idem iudicamus de tali additamento, qđ de ipsa re cui additur.c.si.§.si aũt.de cõcess.præb.lib.6. & c.qa circa.de priuilegijs. Nã per tales gratias ius amissum restaurat, & per eas aliquid de nouo inducitur. Et ob eam causam reualidatio.vim nouę prouisionis censetur hr̃e, vt dicit Egid.decis.635. Ergo omnes qualitates quæ requiruntur in prima gratia, debent necessario obseruari in ista, vt tradit Rom. in cons.383.incip.in proposito,&c.col.1.& ideo voluit Bart.in l. iurisgentium.§.adeò.ff.de pact. q eadem solennitas requiritur in actu reformãdo, quæ in actu constituendo requiritur. Et bř pro ista opin.est decis.in terminis proprij Gemin.in cons.128.incip. factum tale est.in 2. col.& decis.Egidij.746. Secundum quas in secunda instãtia iudicauit Rota in vna Corosopiten.cogam D.Gul. Cassiodoro Episcopo Algaren.de mense Ian. M.D.XX. confirmando sniam Dñj Camilli latam de mẽse Iulio. M.D.XIX. vt ipse idem in quadam decis.posita in reportatis regulæ de idiomate, latius refert. Et secundùm illud cons.Gemin. ita etiam fuit iudicatũ tpe meo in vna Lunen. Sarsanen. parochialium, corãm D. Nicolao Piccolomineo de mense Aprili M.D.XXXII. Et ista omnia procedunt, qñ prima gratia quæ absque ista reualidatoria redderetur inefficax, vel nulla non petitur canonizari, sed gratia perinde valere. Secus verò qñ prima gratia validata peteretur tm̃ cononizari. Itaq; perinde valere productus fuit in causa solummodo ad adiuuandum aliquam qualitatem primæ gratiæ, quæ qualitas non petitur canonizari: quia tali casu sufficit supplicatio, vt fuit tantũ in vna Legionen.

gionen.parochialis de Villapiciuin.coram me in fauorē D.Io.de Angiano contra Ferdinandum. Et nouissimè die 27. Nouemb. M.D.XXXVIII.idem cōcluſit Rota in vna Gienen.parochialis ſancti Micha.eoram R. P.D.Petro Vortio Epo Aquē.Dum ibi petitum ſuerat canonizari gratiam Papæ cōtra ſtatutum quo cauebatur nulli prouideri debere de beneficio curato,niſi ſacerdoti qui per annum celebraſſet. Nam fuit pro parte prouiſi allegatum ſtatutum, prædictum papam non ligare, & dum ex aduerſo replicaretur,papam illud confirmaſſe, & producta fuit ſupplicatio confirmationis, fuit datum de iſta reg.& quia non petitum fuerat illam ſupplicationem canonizari,dixit Rota regulæ non eſſe locum. Et ſm iſtam diſtinctionem reducendi ſunt illi tres caſus, quos in hac materia gratię reualidatorię diſtinguit Fel.in cap.in noſtra.in 17.corr.de reſcript.

Secundò limitatur prædictam concluſionem procedere, qñ gratia perinde valere facit corpus de per ſe:&poſt primam gratiā impetrata fuit.Secus ſi ſimul cū gratia principali nota fuit,quia tali caſu regulæ expeditionem literarum requirentes, non hñt locum in tali gratia, ſed ſufficeret expedire principalem gratiam, vt concluſit Rota in vna Gienen.canonicatus,& præben. corā. D. Io.Vanulio,vt latiſſimè idem Do. Gul. refert in d. deciſ. vt ibi videri poteſt, poſtquam illæ deciſiones iam per manus omniū verſantur.Et hoc idem iudicatum fuiſſe refert idem D.Guliel. in vna alia deciſione poſita ſub reg.53.incip. vtrum prouiſio. vbi dicit Do.Hugonem de Spina ita pronūciaſſe de anno M.D.XIIII. Nam omnes Domini,vno excepto,tenuerunt regulam nō procedere qñ ſimul cum prouiſione eſſet diſpēſatio: ſecus ſi ſeparatè per rationes & motiua,de quibus ibi latè per eum.Et ita pro iſta parte reperio tēpore Sixti. Ioan.Alioſ.Tuſcanum Mediolanen.aduocatum conſuluiſſe, qui poſtea propter eius doctrinam factus eſt auditor cameræ,in conſ.incip.Conſtat,quod Dominicus, &c. reddito in cauſa Tullen.poſito in 1.vol.ſuorum cōſ.fol.17.

QVAESTIO OCTAVA.

QVæro, an regulā iſta de iudicibus loquens in arbitris locum habeat?

SOLVTIO. Verba regulæ innuunt ꝙ non,quia de iudicibus in Rom.cur. à papa deputatis loquitur.Sed arbitri vel arbitratores non ſunt huiuſmodi,quia à partibus deputantur. Igitur, &c.

Pro parte contraria facit,quia arbitri ad inſtar iudicum ſunt vt in l.1.ff.de arb. Hinc videmus,quod diſpoſitio.c.ſtatutum.de reſcrip.lib.6.quæ loquitur de iudicibus,in arbitris procedit,vt not.Domi.in c.legitima. in 3 col.ver.in fi.gl.de appel.lib 6.Præterea, quia huiuſmodi arbitri in poteſtate eorum procuratorib.aſſimilari vñr,vel executoribus meri facti. Sed conſtat tales nō poſſe actus,ad quos deputati ſunt,exeq. ſine literis,dummodo in veritate ſint tales, vt probant plures deciſiones cumulatæ per Fel. in c.ſciſcitatus,in ver.oportet.de reſcr. igitur nec iſti poterunt.

Breuiter cōcludēdo, diſtinguo ſic,ꝙ aut arbitri dantur à papa, vel ab eo qui poteſtatem habet,cum facultate cognoſcendi,decidendi & beneficiū adiudicandi,& tali caſu, quia iſti de tit. beneficij cognoſcere,& titulum canonizare & adiudicare poſſunt,ideo in eis diſpoſitio iſtius regulæ ꝓcedet.Quia in effectu tales erunt ſicut arbitri iuris, q iudices delegati appellātur,in l.iudices. C.de iud.& in c.ab arbitro.de off.deleg.Aut verò à partibus dantur,& quia priuati iuriſdictionem tribuere non poſſunt, vulg.l.priuatorum.C.de iuriſ.omn. iud. tum ēt quia cauſa beneficialis in arbitros reſpectu adiudicationis tituli compromitti non pōt,vt tradit Collecta.in c.forus.in 4.col.verſ.ſed qđ antiquo.de verb.ſignif. Ideo in iſtis regula nō ꝓcedet. Nec obſtat,ꝙ arbitri ſunt ad inſtar iudicum,quia ad illud dictum.d.l.1.rñdet latiſſimè Lanfranc. in tract. arbitro. q. 35. & Soc. infinitas differentias cumulat in tract. fallētia.reg.27.& d.l.1.potius vr̄ procedere in arbitris iuris,iuxta ea q̄ dicit Soc. in reg. 17.eo.tract.dixi.& in §.oium. inſt.de actio.

QVAESTIO NONA.

QVæro, an iſta regula procedat quando agitur ſuper Epiſcopatibus?

SOLVTIO. Rom. in conſ. 340. incip. circa primum,&c.in ſecundo dubio,tenet, regulam iſtam,vel ſimiles de expeditione literarū loquentes in epiſcopatibus locū nō hñe, quia ſub verbis gñalibus non comprehenduntur eccleſiæ cathedrales, vt in c.dilectus.de ꝑceſ. ꝑben. quia ꝑꝑ excellentiā earū requiritur,ꝙ de illis in ꝯſtitutione ſpecialis mentio

mentio fiat, vt patet per gl. in cap. 2. de præbend. lib. 6. cum similibus, vt ibi per eum.

Sed prędictis non obstantibus contrariũ firmius esse vr. Nam verba regulæ gñalia sunt, & omnes quos non excipit, comprehendit. c. 1. de const. & in c. 2. de censi. Præsertim qñ constitutio in cõmodo animæ fundatur, prout ista quæ ad tollendas fraudes processit, & concursum iuris cõis habet, vt superius in 1. q. dixi, quam in præiudicium animæ seruare non intendit, adeò, q antiqui illi Cancellariæ doct. in illo vulgato lib. qui inscribitur Practica Cancell. f. 48. voluerunt, q vteris effectu gratiæ, literis non expeditis, non tutus esset in foro cõscientiæ. arg. eorum, quæ not. Innoc. in ca. quia plerique. de immu. eccl. Ratio est, q a ex quo gratia à mente papæ dependet, & ille non vult, q gratiatus gratia vtatur, nisi in literis expeditis. Contrauenire voluntati superioris mortale peccatum est. c. si qs. de ma. & obe. Quia papa sub illa tacita cõditione gratiam concedere vr, q tũs literæ expediantur. Cum igitur hoc animam concernat: cõcludendum est, Episcopus & Cardinales comprehendi, & sic per consequẽs eccl. cathedrales: quia à constitutione concernent animam nulla persona excluditur, vt latissimè dixi in reg. de infir. resig. q. 1. Et ista opin. manifestè probatur per extrau. iniunctæ. positam in tit. de elect. quæ expresse de eccl. cathedr. disponit, quarum promotiones non valere voluit, nisi literæ expedirentur. De qua Abb. & cæteri Mod. latius in c. in nostra. de rescr. loquuntur, & idẽ Abb. in c. qualiter. in prin. de elect. & Fel. in c. cã te. col. 3. de rescr. vt latius dixi in rub. eo. ti. lib. 6. Ex qbus omnibus apparet opi. Rom. in d. cõs. 340. non esse veram. Et ista magis ex consuetudine & stylo hodierno corroborantur, quo videmus Episcopatus nõ cõcedi per supplicationem, nisi per literas expeditas, præcedente promotione consistoriali, & hoc pp annatam quæ ex literis soluitur. Et ista opi. clarè probatur in d. extrauag. iniunctæ quæ prohibet Epis. vel superiores, aut alios quoscunq; Abbates, priores, &c. recipi ad possessionem ecclesiarũ, vel monasteriorum, absq; literis expeditis, de qua extrauag. mentionem facit Abb. in c. qualiter. de elect. Et Clem. 7. etiam per regulam suam statuit, fidem supplicationibus in beneficijs consistorialibus non dari, nec per eas alicui prouisum censeri, nisi cedula consistorialis iuxta il ius datam fieret, de quo regula ego mentionem facio in tract. breuium. num. 9. Sic itaq; opi. Rom. non vr vera. Nec obstat, q in generali dispositione non comprehenduntur Epis. quia illud est verum nisi prius in constitutione antiqua de illis mentio fieret, prout in d. extrauag. iniunctæ. Nam regula ista simpliciter loquens, ab illa impetrationem capere debet, iuxta l. nam & posteriores ff. de legib.

QVÆSTIO DECIMA.

QVæro, nunquid satisfactum sit isti regulæ, si literæ expeditæ reperiatur, cum aliquibus defectibus subreptionis?

SOLVTIO. Videtur dicendum, q expeditio literarum valida requiritur, ex eo, q a regula de expeditione loqtur. Ergo in dubio de valida intelligi debet, per ea quę tradit Abb. in c. Cuman. per illum tex. de elec. & Mod. in l. 4. §. cõdemnatum, ff. de re iud. quia verba cum affectu sunt intelligenda. cap. relatum. de cle. non resid.

Breuiter istis non obstantibus, Rota cõtrarium determinauit in vna Corospiten. parochialis, coram D. Guliel. Agar. de mẽse Iulio M. D. X I X. vt ipse refert in quadam decisione, quam posuit super reg. de idiomate, vbi dicit, q etiam si literæ sint expeditæ cum mille defectibus, satisfactum erit regulæ, quia cum sit pœnalis & bursalis quõcunq; satisfactũ fuerit, sufficit. Tamen ista rõ mihi non placet, quia ex quo regula, vt dixi, simpliciter expeditionem requirit, de valida intelligi debet: quia expeditio nulla & inefficax perinde est, ac si non sit in rerũ natura. cap. inter. de transl. episc. & tradunt Mod. in auth. sed nouo iure C. de seru. fug. Nam vt dicit Alex. in cons. 2 15. incip. visis probationibus in 2. col. 2. lib. bulla imperfecta & vitiosa non dicitur propriè bulla, al leg. inter cætera. l. Polla. C. de ijs quib. vt in dig. cum alijs, vt ibi per eum. Et quia videmus, q iudex non recipit iurisdictionem, nisi literis expeditis, vt est decis. 17 tit. de concess. præb. in 1. o. Et est de hoc regula clara infrà. num. 29. Vnde sicut per rescrip. nullũ rẽr iurisdictio non datur, vt notat. in c. ex tenore. & in c. si. de rescr. ita neq; p literas defectuosas & subreptitias regulæ satisfactũ vr. Non obstat decisio facta in illa Corospi

rospiten. quia decisio illa loquitur quando post bullam defectuose expeditam producc retur aliqua gratia, si neutri vel perinde valere, sanans eam, secus si nihil horum interuenisset. Et ita tentum fuit.

QVAESTIO VNDECIMA.

QVæro, an ista regula procedat in gratijs motu proprio?

SOLVTIO. Verba regulæ ibi supplicationum signatarum. & ibi, quibusuis impetrationibus, innuunt regulam non hře locum in gratijs motu proprio, quæ propriè dici supplicationes, nec impetrationes non pñt. Quia supplicatio propriè dř illa, quæ ad instantiam partis fit, vt not. Innoc. in ca. ex literis. in verbo supplicauit. de rest. in integr. & ex text. in l. 1. C. de pet. bon. sub. lib. 10. tradũt doct. in l. 1. ff. quod quisq; iuris. & in §. Gregoriana supplicauit. in auth. de nõ elig. secũ. nub. & in c. fi. de rescr. cũ vulgarib.

Tamen concludendo bř veritatem, contrarium est de iure verius, quia in primis illud meminisse oportet regulam istam depẽdentiam, concursum & similitudinem cum iure cõi hře, vt latius superius in 1. q. dixi. & per ɋ̃ns fauorabilis censenda est, & ideò latissimè extendi debet. Præterea cõmodum animæ concernit, vt superius in illa q̃õne, nunquid comprehendat Episcopatus & ecclesias cathedrales, dixi. & sic isto etiam respectu regula ista fauorabilis & extendenda est, iuxta tradita per Bar. & alios in auth. sacramenta puberum. C. si aduer. vend. & dixi in 1. q. regulæ de infirmis resignantibus.

Ex quibus infertur, ꝗ cum in gratijs motu proprio eadem rõ regulæ militet, dispositio ad illam extendi debet, quinimò si ponderentur verba regulæ, casum istum comprehendunt, vt ex illis verbis regulæ, concessionibus, &c. apparet, quod verbum ad motum proprium de necessitate referri debet, vt singula singulis referantur. Nam superius loquitur regula de supplicationibus & impetrationibus, & deinde de concessionibus, vt ex hoc manifestè deprehedamus, regulam omnia comprehendere velle. Sed est, ꝗ illud verbum concessionibus in regula positum non esset, ex alijs ista opinio sustineri põt, quia certum est, ꝗ q̃n mens & ratio regulæ, casui de quo quæritur conueniunt, & adaptantur dicendum est, constitutionem illum casum comprehendere. l. si ancilla. ff. de leg. 1. cum similibus. Et ratio quæ in regula consideratur, finalis censet. l. milites. ff. de re milit. l. ijs solis. C. de reuo. don. Sed vltra alias rões superius in alijs quæstionibus dictas, quæ optimè quadrant in isto casu, alia ratio quæ in regula consideratur omnino illum casum includit. Ratio igitur quæ hic in regula considerari potest, est, ne per varias disceptationes, quæ super extensionibus & coarctationibus verborum gratiæ in sola supplicatione consistentibus, lites longius propagentur. Ista ratio quæ ex dictis Egidij. decis. 609. incip. impetrans, &c. colligitur, in gratijs motu ꝓprio militat. Igitur dicendum est regulam illam comprehendere.

Non obstat, ꝗ supplicationes non dñr gratiæ motu proprio: quia respondetur, verum esse, propriè loquendo. Sed secundum cõem vsum loquendi, omnes gratiæ tam ad instantiam partium impetratæ, q̃ motu proprio concessæ, supplicationes appellantur. Et iste cõis vsus loquẽdi attendi debet, qui præfertur proprio significatui. leg. L. b. §. idem Tubero. ff. de suppel. leg. l. librorum. §. q̃ď tñ Cassius. ff. de leg. 3. l. cum de lanionis. §. asinam. ff. de fun. instr. cum concor. de quibus Alex. & cæteri scribunt in rub. ff. de ope. no. nun. Præsertim q̃n cum cõi vsũ rõ & mens regulæ concurrunt, quæ regulam vltra vim verborum extendere vñr. l. licet orationis. C. de excus. tut. l. credendum. §. 1. ff. qui pet. tut. l. scire. §. oportet. ff. de exc. tut. Maximè cũ, ꝗ antequam ista regula condita esset, hæc opin. de iure cõi approbata vř, videlicet, ꝗ supplicationibus de registro sumptis fides non detur, nisi literæ expediantur, vt tenet Egi. decis. 252. incip. sumptum de registro. Et est decis. in antiq. 621. incip. nota sumptũ. repetita decis. 681. quã sequitur Bart. de Belẽzi. quondam celebris Rotæ auditor, in tract. de charit. subsi. q. 113. quæ quidem decisiones dřiam non faciunt inter gratias motu proprio, vel ad petitionem concessas. Nam ad probandum gratiã principis requiruntur literæ, & probatio cũ bulla. l. sacri affatus. C. de diuer. rescr. l. probatorias. C. de diuer. off. lib. 12. tenet Archi. & Ioan. And. in proœ. lib. 6. idem Innoc. & Ioan. And. in c. 1. de lit. contest. eo. lib. Ang. in l. bene à Zenone. C. de quad. præscr. cum concord. vt dixi superius q. 1. Et ita in indiuiduo

uiduo reperio consuluisse Paul. Pontanū, quondam egregium aduocatum, in causa Salamantina parochialis de Amatas, incip. primum dubium, &c. per alias rationes, quas non curo referre.

QVAESTIO DVODECIMA.

QVæro, an regula ista locum habeat in nominato a patrono, qui nouam ꝓuisionem obtinuit, & committit causam literis non expeditis?

SOLVTIO. Ille casus propositus fuit per R.P.D. Ioan. Clerici episcopum Maceraten. de mēse Iunio, 1538. in vna Aurien. parochialis de Archos, in qua nihil decisum fuit, sed mihi vř dicendum, regulam ita demum locum hře, si talis nominatus est actor, & nouam prouisionem canonizari petit, quæ expeditionem requirit, & in hoc dubium non est. Sed qñ noua prouisio ad maiorem cautelam, & non ex necessitate impetrata fuit, & nominatus non petit eā canonizari, sed solam nominationem, tunc putarem regulę isti locum non esse: tum qa ratio regulæ cessat, tum ēt quia verba eiusdem regulæ huic casui non conueniunt: quæ de impetrationibus & concessionibus in signatura Papæ factis loquuntur. Et hoc etiam clarius ostendit reg. 29. infrà eo. Plura hic pro & contra dici possent, sed quia causa pendet, subsisto.

QVAESTIO DECIMATERTIA.

QVæro, nunquid in casu, in quo gratia Papæ deperdita est, & eius tenor probatur, iuxta cap. cùm olim. de priuileg. sit locus isti regulæ?

SOLVTIO. Fel. & alij Mod. repetentes tit. de constit. dñt, hoc casu gratiam Papę ꝑ testes probari posse, licet vbi posset probari per literas, cōis opin. sit, non testium probationem admitti. Itaque vř, ꝙ isto casu necessitas & difficultas ꝓbationis literarum licitum faciat, quod aliàs non esset, iuxta tex. in cap. quod non est licitum. de reg. iur. Et ideo non immerito dubitatur: nunqd ista probatio sufficeret iudici ad effectū istius regulæ? Putarem, ꝙ non, nisi in cōmissione Papæ hoc narretur: quia auditor hoc casu non posset certam gratiā canonizare, ex quo illam in registro ꝓductam non vidit. Et ideo narratio casus, seu amissionis gratię facta Papæ sufficeret, cū derogatione istius regulæ, cui per solam scientiam Papæ non derogatur sine speciali clausula derogationis, vt tenet Rota, & latissimè in proœm. regularum quæst. 5. dixi. Et isto modo huic necessitati subuenietur.

QVAESTIO DECIMAQVARTA.

QVæro, nunquid reg. 53. quæ de dispensationibus loquitur, locum habeat, qñ quis vult vti gratia absque literis expeditis in foro conscientiæ tantum?

SOLVTIO. Abb. in clem. dudum in fin. de sepul. dicit quòd sic: quia communis opinio, quæ habet gratiam Papæ non suffragari, literis non expeditis, nō habet locum in foro conscientiæ. & ita Abb. sequuntur omnes Mod. in rub. de constit.

Sed aduertendum est; ꝙ contra hoc est decisio in terminis cuiusdam antiqui doctoris & practici, videlicet, Hieronymi Pauli, literarū apostolicarum vicecorrectoris, in illo libro, qui Praxis Cancellariæ inscribitur. fol. 48. ver. vbi Papa concedit, &c. Vbi expresse tenet, ꝙ vtentes gratia Papæ, literis non expeditis, tuti non sunt secundū Theologos in foro conscientiæ. Et rōnem satis concludentem assignat: quia Papa qñ concedit gratiam, illam, sub tacita conditione concedere vř, quatenus literæ inde expediantur, & mens sua & intentio talis præsumitur, ne gratia, nisi fuerit expedita, suffragetur. Ex qua conclusione infert, ꝙ salua conscientia quis soluere non posset, aut pēsionem recipere, literis non expeditis, etiā si partes hoc vellent, ex quo regula hoc disponit, quia consensus partium vltra mentem Papa operari non potest. Qui quidem Papa in hoc casu vult, ꝙ ad effectum pensionis, gratiæ literæ expediantur. Nam per signaturam Papa gratiam facere censetur, iuxta stylum per Cancellariam limitādum seu declarandum, vt dicit quædā deci. Egid. 618. qui stylus habet gratiam Papæ esse informem, & non claram, nisi literæ expediatur: quia aliàs gratia suum esse non habet. Et idem dicit prædictus doctor in omni casu, in quo esset de voluntate Papę tacita, vel expressa, ꝙ literæ expedirentur: quia ante expeditionem gratia sine peccato vti non posset, vt est in omnibus commissionibus gratiosis hñtibus clausulam vocatis, &c. & in dispensationibus super irregularitate, & alijs similibus. In quibus vtentes dictis gratijs, sine literis in conscientia tuti non sunt, & ad

& ad fructuum restitutionem cameræ tenētur. Et ibi plures Theologos,& rationes ꝓ & contrà allegat, vt ibi allegat, vt ibi latius per eum. Ex quibus omnibus colligitur conclusio,ꝙ ista regula etiam in foro conscientiæ locum habebit: quia factū contra mentem papæ, imò contra expressam prohibitionem,de qua hic, ædificat ad gehennam, vt dicit text. cap. si quis.de maior. & obed. cum vulg.

Breuiter prædictis non obstantibus,prima opinio mihi verior videtur. Pro qua aduertendum est, ꝙ forus conscientiæ nō est alligatus apicibus iuris, nec strepitui iudiciorum, vt dicit Arch. in c. scriptum.6.q.3. commendat Decius in cap. cūm dilecta. ad fi.gl.in ver.procuratricem.de confir.vtil.ad idem facit tex.in l.2.ibi, sed ex conscientia, quem ad hoc ibi not.Bal.C.de fideicomm. In quo foro nihil adiudicari à iudice, nihil canonizari petitur, tantùm anima rectificatur: & ad hoc literæ non requiruntur, quæ forum fori concernunt,& ad probationem producuntur,quæ in foro conscientiæ non requiritur, sed dicto asserentis statur, vt in c.significasti.de homic. & tradit Alex.in l.si sic legatum.in 2.col.ff.de leg.1. Hinc est,ꝙ in sacra penitentiaria, qñ gratia in foro cōscientiæ petitur,absolutio confessori committitur,literis laniatis,& null s testibus adhibitis,vt antiquus & inueteratus stylus à tēpore Benedicti quod duodecim introductus habet. Et de talibus gratijs,quæ petuntur in foro conscientiæ tantùm, quæ aliàs in foro aperto componerentur, datario cōpositio nō soluitur,& ita hodie practicatur. Secus est,quando quis vellet vti gratia in foro fori: quia tunc gratia cum datario papæ componenda est.Iste enim conscientiæ forus à contentioso, sicut cœlum à terra differt. Nam videmus,ꝙ in foro contentioso pœna damnificanti ex negligentia, vel leui culpa non imponitur.Secus tamen est in foro conscientiæ,vt tradit Fel.in cap.sicut dignum.in 4.col.de homi. Nam conscientia nemini parcit:& ideo in eius foro locus misericordiæ non est,cūm sit idem conscientia,quod iustitia,vt dicit Bal. & Præpo.in c.1.col.1.quæ sint reg.facit illud Satyr. Iuuenalis: Prima est hæc vltio, ꝙ se iudice nemo nocens absoluitur, vt tradunt latè Moderni Auenionen.in rubr. de iud.col.18. & aliquid Iason.in §.sed iste.col.19.instit. de actio. Quibus adde alia exempla, quæ ponit Fel.in c.audiuimus.de simo. Ex quibus omnibus infertur, ꝙ cum regula ista loquitur in foro contentioso, non habebit locum in foro conscientiæ, tanquam casus inter se diuersi sint.

Postremò istam opi. probo vno alio modo satis efficaci,quia clarū est, hanc rñam in sui rōne mentali fundatam esse in quadam præsumptione:quia præsumitur, illum qui solam gratiam per supplicationem habet, nolle expedire bullas,rōne cupiditatis & lucri,videlicet, vt fraudet cameram in annatam, & officiales, quibus acquiritur certum emolumentum ex literarum expeditione. Sed qñ lex in præsumptione fundatur,in foro ɔsciæ locum non habet: quia in tali foro nec fictiones,nec præsumptiones attenduntur,vt dicit Bal.in l.cum quis.C.de iur.& fa. ign.qui refert ita fuisse Bononiæ disputando conclusum,& reassumit Ias.in rubr.ff.de acq.hær.& in l.& si inutiliter.col.2.C.de fideicom.& hoc tenent plures alij doctores, quos accuratè Felyn. cumulat in cap. sicut dignum.in fin.de homicid.

Nō obest dictum illius practici vicecorrectoris, de quo superius mentionem fecimus, quia licet ille fuerit vir multæ doctrinæ & experientiæ,vt ex eius operibus editis licet inspicere, prout etiam eum laudat Io. Bapt.de S.Seuerino in tract.pensionū.q.30. col.pen. nihilominus dictum eius per prædicta verū non vr̄. Quia licet dicat,ꝙ vtens gratia,literis non expeditis,non sit tutus in foro conscientiæ,intelligitur,qñ illa gratia quis in foro fori vtitur:quia rō istius regulę sic militat, quia hoc facere præsumitur, vt officiales fraudet:& sic,vt ipse ex illa fraude commodum sentiat, secus, qñ non vult vti in foro fori,sed conscientiæ vti. Quia tunc ista ratio propter dictum Innoc.in ca. quia plerique. de immu. eccles. non procedit. Vbi voluit, ꝙ vbicunque est tradita aliqua solennitas per ius positiuum:si tamen actus aliàs legitimè factus sit,faciens est tutus in foro conscientiæ.

Magis tñ obstaret mihi reg.53.infrà eodem,quæ dispensationes nō suffragari,nisi literis expeditis,disponit:& tñ dispensationes concernunt etiam forum conscientiæ. Sed respondetur,illam reg.de dispensationibus,

nibus in foro fori intelligi debere, quæ in iudicio debent produci, puta super incompatibilitate, vel similibus. Secus autem si di spensationibus in foro conscientiæ tantùm vti vellet: quia tali casu posset hoc facere, ex quo à nullo inquinatur. Nam propterea pa pa in d.reg.53. cum ministerio dixit, dispẽsationes, literis non confectis, non suffragari, ad verbum contentiosum trahitur, & propriè aliquid repulsiuum & controuersale significat, solennitatem scripturæ requirens: vt est text.& ibi not.gl.in c.perpetuo. de elect.lib.6.& in l.illud.ff. quod cuiusque vniuer.no.Faciunt, quę notant.per Spec.de adult.in fin.& per doct.in rub.C.de suffrag. Cum quibus concordat gl. iuncto text.in l. de q̃bus.circa fi.ff.de leg. & in l.si quæ sunt. in verbo, suffrag. ff.famil.erc. Et etiam ista regula non dicit, ꝙ non valeat gratiæ. Quæ verba in ista reg. Soc.in cons.41.lib.2. pon derat. Et ita istam Mod.de Ripa.lib.2.respõ sorum, sub tit.de rescr.c.11.interpretantur: vbi indistinctè solam signaturam in gratijs dispensationum sufficere probant. Et ꝓ ista opin.vr̃ esse consil.um elegans Domi.de S. Gem.in cons.106.incip. super dicto dubio. in 3. col. vers. in contrarium. & vr̃ sentire Glossator in fi.d.reg.53.qui dicit se intellexisse, ita fuisse iudicatum in Rota. Res tamẽ non est sine difficultate propter motiua dicti doctoris in d.lib.practicæ, qui latius super hoc diuagatur.

QVAESTIO DECIMAQVINTA.

QVæro, quia reg.29. infrà eodem, disponit, commissiones non valere, nisi literis expeditis, an literæ in dubio post commissionem productę, de quarum expeditione des non apparet, in tempore expeditæ præsumantur, & cui incumbat onus probandi?

SOLVTIO. Iste casus sæpe, tam temporibus antiquis quàm nostris contigit, vt in memorialibus tempore Sixti reperio adnotatum. Et istam eandem difficultatem scribit D. Guliel. in collectaneis decisionum. Et nouissimè in causa Lucana parochialis filiorum Corui, de hoc anno 1539. coram R.D.Io. Paulo ventilatur. Et in summa ista conclusio videtur, & resolutio antiqua sæpius per Rotam innouata, ꝙ literę in dubio in tempore expeditæ præsumantur: & ꝙ dicenti eas expeditas post commissionem causæ, onus probandi incumbat. Quia opponens in exceptione sua est actor. & sicut actor petitionem suam probare debet, ita & exceptionem: vulgata l.1.ff.de excep. Et hoc præsertim dicendum est, vt actus in dubio potius valeat quàm pereat, per ea quæ longo discursu cumulat Fel.in cap.pastoralis.de rescriptis.& Moder.in l.quotiens. ff. de verb.obl. Et quia sic interpretando nullitas tollitur, iuxta ea quæ Bart. not.in l.nõ solum. §. sed & reprobari. ff. de oper.no. nunt.cum simil. Et quia ista iam in curia omnibus practicis tritissima sunt amplius non insisto.

COMPENDIVM PERquam breue vtriusque signaturæ.

POstremo, quia regula ista de signatura iustitiæ loquitur, operæprecium erit (cum fuerim, non præcedentibus meritis à sanctissimo D.N. Papa Paulo III. statim post eius promotionem vtriusque signaturæ gratiæ & iustitiæ, creatus referendarius) quædam hic breuiter, quæ alias successiuo studio cumulaueram, ad dictam signaturam iustitiæ pertinentia, pro intellectu regulæ adnotare. Quæ licẽt pro certo habeam eas viris consummatissimis leuia videri posse, non tamen omnino inutilia erunt. Quia licitum videtur post multa seriò dicta, labore fessis, media itineris factione ridere, ac leuia loq. quod in pictoribus experimur, qui postquam operi arduo mẽtem & (vt ita dicam) cogitationem totam, & phantasiam affixerunt: si quando tædio affecti, ab eo opere animi causa diuertant, non ad ardua ilico, sed ad depingendas potius aues, vel alias res leues decurrunt, quibus animus tanta laboris intentione defatigatus paulum leuetur. Erunt igitur hæc (si viris consummatis nõ placebunt) pro tyronibus, Referendarij officium gerentibus quibus aliquando prodesse volui scripta. Nam vt dicit Hostien. in cap.1. versic. pro futura. per illum text. vt ecclesi.benefic.multa scribentes excusabiles sunt. Qui licet pro uectis non in omnibus satisfaciant, nouitijs tamen prodesse possunt. Melius enim est teste Galeno, doctos onerare scitis, quã

iuniores

iuniores fraudare docendis. Quanquam & spero summis viris docta, ac forte meliori lectione grauatis, hæc leuia aliquando iucundiora fore. Nam stomachus lautioribus cibis fastiditus, sæpe oluscula & pisciculos appetit. Fateor tamen ingenue, vt ab istis temerarijs iudicijs me liberarem, sæpe calamum continuisse, ne aliquid in hac materia signaturæ scriberem, cùm propter materiæ difficultatem, tum etiam propter styli eiusdem signaturæ frequentem mutationem & varietatem, quæ adeò magna est, vt quotidie nouas formas depromere videatur. Adeò ꝙ propter noua iura quæ in dies signatura depluit, dici potest, ꝙ licet procurator vel aduocatus ex debito conscientiæ iniustas repudiare teneantur: hoc tamen fallit in materia beneficiali, in qua, licet prima facie causa iniusta appareat nihilominus propter varia iura, quæ quotidie ex signatura emanant, propter quæ causa iniusta iustificatur & vincitur, & quæ à principio iusta videbatur, iniusta redditur, excusantur, vt quotidie experimur: ideo aduocati tales causas acceptare non peccarent, quas certitudinaliter iniustas esse, nisi ab euentu iudicare nō possunt. Secus in profanis, in qbus ius semper certum est, nec p signaturam mutabile. Et ideo de signatura prouerbium illud dici potest, Semper noui aliquid affert Aphrica. Et quamuis in hoc proposito animus meus diu fixus extiterit: videlicet ne aliquid ederem, tamen mihi scribendi fiduciam dederunt scripta quædam nuda quæ in hac materia signaturæ (iam multis annis per manus plurium referendariorum, & curialium versantur) in multis non solùm mutila, sed etiam manca, & sine aliqua iuris ratione vel auctoritate roborata, quæ me iam per varias occupationes publicas fessum, nec talia cogitantem, veluti Entellum illum Virgilianum (si licet in paruis exemplis grandibus vti) ad animi robur impulerunt & reuocarunt. Quamobrem reprehendi non debeo, si quæ ab alijs sic inuenta sunt, cultu reddam blandiora, auctoritate iuris firmiora, longa, ac noua accumulatione vberiora. Igitur ad rem ipsam accedamus.

QVAESTIO DECIMASEXTA.

IGitur quæro, quid præ se ferunt ista verba regulæ, videlicet, nisi sint commissiones iustitiam continentes, per placet, vel per S. R. E. Vicecancellarium, &c.

SOLVTIO. Pro intellectu istorum verborum totus vtriusque signaturæ stylus reuoluendus est, videlicet, gratiæ, & iustitiæ, de qua Glossator aliqua hic scribit. Sed quia nimis onerosum & prolixum fortassis videretur hic omnia scribere, quæ dici aut excogitari possent, potiora tantum deligam, quę ab alijs tradita non fuerunt: reliqua in illo opusculo, quod alias super stylo sacræ pœnitentiariæ fabricaui scribam. Nūc verò ea duntaxat tractabo, quæ ad declarationem istius regulæ, & aliarum de signatura loquētium expedire arbitrabor. Quæ, vt magis distincta, & suo ordine clariora appareant, istud opusculum in tres particulas diuidā. Nam vt Bal. in proœ. Digestorum dicit, Scire quid facias, & nescire quo ordine facias, perfectæ cognitionis non est. Prima pars aliqua de antiquo & moderno signaturæ gratiæ & iustitiæ stylo enarrabit, differētias istarum ponens, ac distinguens personas, quibus hoc signaturæ negotium commissum est. Secunda pars circa referendariorum originem & officiū versabitur. Tertia pars casus & effectus plures ad huiusmodi signaturam iustitiæ, de qua ista regula loquitur, pertinentes, enarrabit, per quos etiam reg. 19. quæ ad istam, veluti quoddam necessarium antecedens & præambulum se habet, latissimè declarabitur.

Circa primum, illud ante omnia meminisse oportet, olim varias vtriusque signaturæ obseruationes fuisse, quæ ex regularum antiquarum & iurium diuersitate, super hac materia loquentium, colliguntur, de quibus antiqui & Moderni doct. pauca admodum scripserunt. Et hæc signandi varietas fecit, ꝙ signatura gratię & iustitiæ eisdem plerunque verbis olim conficerentur. Nam antiqs temporibus, supplicationes gratię, ꝓut hodie, tunc etiam per fiat, signabantur. Et eodem modo commissiones iustitiæ papa per verbum fiat, signabat. Verùm, quia hæc omnia sine aliquo certo ordine procedebant, non modicam confusionem generabant. Quamobrem modernis tp bus signaturæ gradus distincti fuerunt: & incipiendo à signatura gratiæ, quæ vberior, & fortasse antiquior signatura iustitiæ videtur licet nondignior rōne iustitiæ, quæ fm Philosophū inter cæteras virtutes principatū obtinet.

Est in primis notandum, quod signatura gratiæ olim, & hodie, vt dixi, per Papam, per verbum fiat, conficiebatur, & non sine optima ratione, quia Papa solo verbo fiat, facit gratiam, vt dicit Bald. in l. humanum. in fi. C. de leg. Et certe nullum verbũ est aptius, per quod hæc principis liberalitas statim repræsentetur, sicut per hoc verbum fiat, quod de sui natura gratiam de presenti, ac in prõptu inducit mentem Papæ sine aliquo alio literarum adminiculo, aut inuolucro incõtinent ad esse perfectum deducit, vt expresse Bald. in l. cum apud. C. de com. ser. ma. dicit, & ante ipsum Cald. in Indice suo, in verbo, fiat. & idem Cald. in repet. c. quisquis. per illum text. de elect. vbi subdit se ita in magna causa obtinuisse, sequtur Fel. in rubr. de constit. in 3. col. & latius in cap. Rodulphus. in 18. col. vers. fiat. de rescri. Et quod verbum fiat, actum in instanti factum esse denotet, videtur facere tex. in cap. qui bona agunt. §. sicut. 17. quæst. 1. vbi dicitur, quod per illa verba, fiam monachus, statim professio facta est. facit gl. pen. in cap. porrectum. de regulari. & tex. in cap. 1. de filijs presbyte. & per hoc apparet gl. in cap. generali. 25. q. 1. quæ voluit, verbum fiat, actum de futuro respicere, in signaturis papæ non esse veram, qui statim, vt dixi, simplici verbo fiat, gratiã facit, vt dicit idem Bald. in l. falsus. in 8. col. vers. item scias. C. de fur. nec hoc sine mysterio factum vr. Nam cum papa Dei opt. maximi vices gerat, conueniens fuit, vt quo ad fieri potest, eius vestigia imitetur. Et ideo sicut ille rerum omnium opifex, cũ dixit, Fiat lux, statim sine aliquo interuallo facta est lux, vt patet Gen. c. 1. Sic papa ad eius similitudinem, cuius vicarius est, hoc verbo in signatura vtitur, fiat gratia, & statim facta est: pro quo optime facit tex. in l. 1. §. deinde ait prætor. ibi, hæc verba fiat, statim facto sup nocent, &c. ne quid in loco pub. quib. accedunt ea quæ scribi Ant. de But. in cons. 3. quod errore repetitum est, cons. & Fely. eum referens in c. nonnulli. in prin. in 8. col. de rescr. & in c. super literis. in 6. col. eod. tit. & Gem. in cons. 65. col. fi. cum alijs de quibus per Mod. Pap. in rubr. de const. col. 27. Et per Franc. de Ripa. lib. 2. responsorum. super tit. de rescr. c. 11. Et ad hoc notabilem decis. ponit Rota tit. de rescript. in antiq. l. inc. p. Cancellaria, &c. quæ secundũ numerum est decis. 561. quam latè Fel. in c. nonne. in 1. col. de præsumpt. declarat.

Est tamen vnum circa hoc valde notandum, quia licet, vt dictum est, hoc verbum fiat, in signatura papæ positum, de sui propria natura gratiam in instanti inducat: hoc verum est, quando subiecta materia solum gratiam continet. Secus verò quãdo in supplicatione plura petantur, quorum aliqua gratiam continent, aliqua verò iustitiam, quæ secundum ius regulatur. Nam tali casu si papa talem supplicationem per fiat, vt petitur, signaret, solum papa concedere vr ea quæ iustitiam concernunt, & secundum ius cõe sunt, & hoc casu propter rerum mistuream, illud verbum Fiat, a sui natura exorbitaret, & per cõns gratiam inducere non videretur. ita notabiliter concludit Pet. Philip. Corn. in cons. 119. circa primum. col. 5. lib. 2. & cons. 48. qm. lib. 3. quem sequitur Frãc. de Ripa vir eruditus in rub. de resc. col. 6. quod pp plures effectus, qui ex hoc in pract. quotidie resultant, est menti tenendum, de quibus Moder. plures dñas faciunt in c. postulasti. de rescr. igitur ea quæ dicta sunt, locũ habebunt, quando expresse à papa petuntur ea, quæ contra, vel præter ius sunt, in quibus gratiam concedere vr. Faciunt ad hoc ea quæ in tit. de rescr. lib. 6. num. 16. dixi.

Postremò circa istam signaturam aduertendum est, quod qñ papa, nouam gratiã facit, eam hoc modo signat, Fiat vt petitur: sed qñ est reformatio, signat per fiat A. & sic tñ primam literam sui proprij nominis ponit.

Sed hic pulchrum dubium occurrit: quare papa in signatura supplicationum primã literam nominis sui põtificatus non ponit, sed tñ primam literam proprij nominis?

SOLVTIO. Dici posset hoc ad denotãdum vtranq; personam, siue vtranq; nomẽ factum fuisse. nam in supplicatione nomen proprium generationis ponit: in bullis verò nomen sui pontificatus, id est, regenerationis, & sic duplicem personam, videlicet priuatam & publicam repræsentat. Vel dici potest, quod in supplicatione ideo proprium nomen ponit, quia illud verum, naturale, & originale nomen est nomen verò pontificis, inductitium & accidẽtale. Et quia in supplicatione verus scribendi actus attenditur, quia, vt talis, vt verus, & non repræsentatiuus homo scribit, ideo vero nomine vtitur.

In

In bullis verò, quia Papa non scribit, nec manum suam, ut ipse apponit, sed per officiales expediuntur, ideo in illis officij sui nomen, id est, Papatus ponitur. Et per ista distinctione facit notabile d. Bonifacij de Vitalinis Rotæ auditoris in cl. 1. 4. col. nu. 48. de prob. vbi dicit, quod quando Papa organo vocis suæ loquitur, tanquam priuata persona loqui videtur, quia per se scribere & loqui, sunt actus personalitatem denotantes: sed quando per literas seu bullas loquitur, ex quo non loquitur Papa per organum propriæ vocis, sed officialium; tunc vt priuatus homo loqui non dicitur, sed vt Christi uicarius. Sic igitur dicendum est, quod quando ipse manu sua supplicationem signat, ideo nomen suum priuatum apponit, quia manu sua scribendo actum priuati hominis, personalem industriam denotans, facit: propterea bene nomen impositum personæ suæ conuenit. Sed in bullis, quia ista de per se non facit, sed repræsentatiuè secundum præsumptam formam fiunt, ideo in illis dignitatis nomen apponitur. Et hoc quantum ad supplicationes gratiosas.

Commissiones verò iustitiæ, licet hodie per alia verba signentur, olim tamen, vt dixi per verbum, Fiat, sicut supplicationes gratiosæ signabantur hoc modo, videlicet, Fiat iustitia, ita quod in hoc videbatur differentia inter signaturam gratiæ & iustitiæ, vt expresse colligitur ex his quæ latius tradit Ias. in l. iustitia. ff. de iust. & iu. Et de istis verbis Papæ, Fiat iustitia, quæ in commissionibus apponi solebant notab. quest. decidit Bal. in c. studuisti. de of. deleg. de qua latius disputat Ias. in l. causas. in 2. col. C. de transac. Tamen considerandum est, quod licet verbum, Fiat, de suo proprio significatu ad supplicationes gratiosas, & non iustitiæ pertineat, interdum tamen Papa ad supplicationem gratiosè petitam & signatam per, Fiat, reddit mistam, prout in notab. casu consuluit Ioachimus de Narnia, aduocatus sui temporis doctissimus in quodam cons. in cip. pro responsione. posito in nouo volumine allegationum antiquarum, f. 277. vbi loquitur de quadam supplicatione pro creando Doctore gratiose, sine aliquo examine petita, & Papa signauit supplicationem per verb. Fiat, vt petitur, & addidit ista verba, & committatur. Ita quod illa gratia pro parte gratiosa erat, pro parte sapiebat iustitiam, vt ibi latius scribit.

Ex quo infertur, quod licet hodie commissiones iustitiæ per verbum, Placet signentur, vbi verò commissio gratiam aliquam contineret, vel papa ad partes committendo rescribit, hodie etiam signatura per verbum, fiat, vt petitur, & titur. Sed ista vsque ad tempora Sixti IIII. vario modo procedebant. Tempore verò Alexandri Sexti, qui quasdam ordinationes super hoc edidit, istæ signaturæ gratiæ, & iustitiæ diuisæ fuerunt, & quælibet de per se certas differentias & stabilem ordinem receperunt. Itaque nunc supplicationes gratiosæ aliter signantur, quàm commissiones iustitiæ. Et etiam in signatura gratiæ facti sunt gradus differentes in qualitate, propter quos gradus vna regula cancellariæ facta est, vt statim dicam. Et isti gradus ex eo apparent, quia quando supplicationes gratiosæ per papam conceduntur, signantur, aut per verbum fiat, vt petitur, vel fiat A aut, fiat motu proprio, vt dixi in principio. Et iste est primus gradus signaturæ gratiæ. Secundus gradus est, quando papa eas non signat, sed propter multiplices occupationes earum signaturam alicui cardinali, vel prælato committit: tunc illi hodie in gratiosis verbo fiat, non vtuntur, sicut papa facit, sed istis verbis videlicet, Concessum vt petitur, vel concessum in forma in præsentia D. N. Papæ. N. Cardinal. & iste est secundus gradus. Et ista signatura vtitur cardinalis in principalibus gratijs, sed in reformationibus non concernentibus nouam gratiam, sed duntaxat aliquam qualitatem, & circunstantiam, non signat concessum in præsentia D. N. Papæ, sed concessum L. Card. &c. Et isto etiam modo Vicecancellarius prouisiones gratiosas in casibus, qui sibi per regulas cancellariæ conceduntur, signat, vt sunt gratiæ si neutri, vsque ad certam summam, & cum quadam limitatione, vt scr. Lud. Rom. in cons. 379. col. fin. signat etiam subrogationes, reformationes, & alias de quibus ibi.

Et bene verum, quod licet Vicecancellarius in dictis casib. in dictis regulis enarratis signare possit supplicationes gratiosas per concessum, tamen raro facit, quia curiales supplicantes magis volunt signaturam papæ, vel cardinalis signatura habentes, quam Vicecancellarij, & hoc duplici ratione: rum propter digniorem signaturam, ad quem medio Referendariorum facilis accessus patet, tum etiam quia papa supplicantibus

tibus, facilè clausulas derogatorias obstantiarum concedit, quas Vicecancellarius, neque aliquis alius inferior à Papa concedere pôt, nisi sibi ex stylo dareť, vt dicit in terminis Io. de Imo. & Domin. in c. statutum. in gl. literarum. de rescr. lib. 6. tradunt latè Mod. in l. nemo potest. de leg. 1. Et ideo miratur Glossat. in reg. 69. quare Vicecancellarius cõiter illi regulæ deroget, videlicet φ sequestra & remissoriæ literis nõ expeditis dentur: cùm tñ de iure cła, Nõ obstantibus, vti non possit. Ex quibus apparet, φ ptäs, quæ hodie per rłas Vicecancellario signandi mãs gratiosas datur, penitus frustratoria & sine vsu sit. Bonum igitur esset in his, in quibus illi potestas signandi supplicationes gratiosas vel contentiosas, per regulas conceditur, φ ẽt facultas derogandi contrariis constitutionibus daretur, per quas impediri posset illa concessio, quia de iure qñ aliquid à Papa alicui cõmittitur, omnia illi cõcessa censentur, sine quibus iurisdictio exerceri non põt, vt in c. præterea. cum vulg. de off. del. Sit ergo ista prima dña inter istas signaturas gratiæ & iustitiæ, vt dixi, in gratiosis solus Papa vtitur verbo, Fiat: sed Cardinalis vel prælatus, quibus signaturã cõmittit, verbo, Concessum, vt petitur, vtuntur.

Sed aduertendum est, φ licet Cardinalis altero de duobus modis dictis signare possit: non tñ vtroq; modo simul eadẽ signatura signare posset, vt v.g. concessum, vt petitur, & in forma: quia si petita aduersaŕetur, formæ in quinterno Cancellariæ scriptæ, contraria concedere viderentur quod ignorantiam saperet. Et pp has dñas signaturarum, vna reg. Cancellariæ facta est, posita infra nu. 31. quæ voluit signaturam Papæ per, Fiat, illi per concessum factæ in concursu præferri. quod procedit etiam si illa per cõcessum motu proprio, etiam qualificato cõcessa esset, & illa Papæ non esset motu proprio, nec pro qualificato, vt Rota in plurib. causis conclusit, latè refert D. Gul. Cassiod. in quadam decisione super illa regula.

Et φ dictum est, neminem præter Papã supplicationes gratiosas p verb. Fiat, signare posse, fallit in maiori Pœnitentiario, qui eas triplici diuerso modo signat per verb. Fiat, Tamen illa signatura maioris Pœnitẽtiarij per Fiat, in duobus vel tribus à signatura Papæ etiam per, Fiat, differt.

Primò, quia maior Pœnitentiarius, nullo habito discrimine, supplicationes gratiosas & cõmissarias eodem modo signat per, Fiat, sed Papa in sua signatura supplicationes gratiæ a commissarijs distinguit: quia gratiosas vniformiter hoc modo signa, Fiat, vt petitur, vel, Fiat motu proprio: commissarias verò signat per, Placet. Differunt etiam in alio, quia maior Pœnitentiarius verbo, Fiat, diuersimodè vtiť, videlicet, Fiat in forma, vel, Fiat de speciali, vel, Fiat de expresso. Quid autem illæ signaturæ importent, audeo hoc intrepide dicere, paucos intelligere, sed ego eas latissimè in tract. de off. & stylo sacræ Pœnitentiariæ declaro, vbi est proprius locus.

Differt & tertiò signatura Papę per, Fiat, ab illa maioris Pœnitentiarij, quia Papa aliqñ sponte suam ad concedendam gratiam mouetur, & ideo supplicationem per, Fiat, motu proprio signat, sed maior Pœnitentiarius, licet sicut Papa signatura motu proprio vti posset, prout etiam vti potest ordinarius, in materia subiecta, que in dicto officio tractatur, signaturã istam nõ patitur, ratio est, qa ex quo concessiones quæ p maiorem Pœnitentiariũ fiunt circa absolutiones peccatorũ vertuntur, inconueniẽs & absurdum videretur, φ peccatori non petenti absolutio motu proprio daretur, cũ peccati venia nõ detur, nisi petenti & correcto, vt dicit tex. in c. peccati venia. de reg. iur. lib. 6.

Et licet quo ad signaturam gratiæ sit differentia in modo signandi inter Papam & Cardinalem, seu prælatum, quibus Papa signaturam cõmittit. Tñ quo ad signaturam iustitiæ, nulla aut modica est dña inter signaturam Papæ & Cardinalis, nisi in hoc, quia Papa signat supplicationes commissarias per verbum, Placet A. Sed Cardinalis, signat sic, Placet S. D. N. Papæ, N. Cardinalis.

Item quia Papa istas cõmissiones iustitię aliqñ eas in consistorio publico signat, ea rõne vt dicit hic gloss. videlicet, vt cuncti Papam iustitiam facientem videant. Secus est in Cardinali, qui non solùm in consistorio, sed neq; ẽt in cõgregationibus Cardinaliũ priuatis, præsente vel absente Papa, potest illas commissiones nec consueuit signare.

Vicecancellarius verò bene potes signare supplicationes consistoriales de iustitia, sicut Papa in consistorio, auditis tamen partibus

tibus facere solet, vt in concilio Constan. sessione sexta conclusum fuit.

Sed quare Papa in consistorio publico signat prædictas commissiones, rationem ponit Glossator hic, videlicet, ꝙ ideo hoc facit Papa, vt cuncti videant, ꝙ facit iustitiam. Sed ista ratio iudicio meo fragilis est, quia Papa non indiget demonstratione benefacti, cũ ex seipso soleat, & palàm & occultè, semper, & vbique iustitiam ministrare, & cum sit notum omnibus, non oportuit illum illa demonstratione in cõsistorio publico vti, nam ex eo, quia ibi cõmissionibus petitis dicit altã voce Placet, non per hoc facta est iustitia, cùm adhuc requiratur, ꝙ illa cõmissio signetur & postea iudici cui cõmissio signetur & postea iudici cui cõmittit præsentetur, qui cuncta rimando iustitiam ministrabit. Nõ igitur per verbum, Placet, quo vtitur Papa in consistorio, statim facta est iustitia, cùm ibi sententiam non proferat, quod est propriè iustitiam facere, sed ille actus prolationis sententiæ, postea ex interuallo per iudicem qui fieri debet, quidẽ actus non vr̃ ab omnibus, quia in consistorio sola commissio signati mandatur, quæ multa requirit, anteq̃ ad effectũ producat.

Alia est igitur rõ quare Papa signat ibi illas commissiones. Nã ex quo duo Cardinales diaconi vadunt ad recipiendum & introducendum notum Cardinalem, vel legatum, ne Pontifex cum reliquis Cardinalib. permanentibus in consistorio videatur medio illo tpe expectare, ac etiam ne ostẽdat Papa, ꝙ tñ ibi adest pp hoc negotium & nihil aliud agere tp̃s illud vacuum in istis actibus occupatur, ac in propositionibus dictarum commissionum teritur, quas ex arte & ingenio aduocati consistoriales sæpe configunt casus atroces, & crudeles proponentes, & verbis duris & fictis exaggerãtes, vt tp̃s illud vacuũ impleatur. Sunt tñ qui dicant, ꝙ illas propositiones cõmissionũ mãdat fieri Papa, vt ostendat principaliter pp administrationem iustitiæ consistoriũ, nõ aũt pp nouum Cardinalem, vel oratorem recipiẽdum indixisse, quasi ꝙ illo die Papa pro tribunali sedere videatur, volens ius publicè dicere, qua de causa omnia tribunalia vbis cessant ipso tunc ius dicente.

Tñ hoc non quadrat, quia Papa semper ius dicit, siue publice, siue priuate actũ faciat l.fi.C.de legib. & in §.sed quod princ.Inst. de iure nat. Et ꝙ essent eo die omnia tribunalia, non ex eo causatur, ꝙ Papa pro tribunali sedeat, quia hoc semper facit, sed quia per cessationem tribunalium maior hominum concursus ad consistorium Papæ accedat: quod non fieret, si iudices & alij curiales negotijs suis intenderent, & occuparentur, vt sic per illum concursum exteræ gentes, quæ illo die publici consistorij ad Papam accedunt, decus & maiestatem Pontificis, quæ per concursum plurium prælatoꝶ & personaꝶ magis repræsentat, admirentur, & ob eam causam Virg. qñ actũ aliquem magnificum vel Didonis vel Æneæ repræsentat, semper vtitur illis verbis, Concursu accedere magno, vel, Magna comitãte caterua, &c. Decus.n. principis, vel cuiuscunque alterius personę magis splendescit pp multitudinem subditoꝶ aut familiaꝶ, vt latius dicã in r̃ſa, de imp.benefi.fa. Card. & est text. expressus, de consistorio loquens in cl.1.in verſ.præfatis itaq; nuntijs, &c. de iureiur. ibi in publico consistorio, in quo erat prælatorum, & aliorum tam clericoꝶ quàm laicorum nõ modica multitudo, &c. Et ideo de hac causa antiquitus, qñ oẽs prouinciæ Papæ obediebant, & ad eum veluti vnicũ Christianæ religionis patrem pro expediendis negotijs necessarijs accedebant tantus fuerat ad sedem Apostolicam cõcursus, tantus exteraꝶ gentium conuentus, & exinde tam magno summo Pontifici reuerentia accessit, vt quidam eum admirabilẽ, alij mundi stuporem appellarent, vt dixi in c.j.de const.lib.6. Et illa deuotio sedis Apostolicæ, & ad eam concursus vsq; ad tpa Nicolai v. frequentissimus fuit adeo ꝙ dñt Io. de Ana. & Io. Gozadin. olim celeberrimus cõsistorialis aduocatus in tract. de Iubileo. pp maximũ concursum hominũ, Nicolaũ v. coactum fuisse illos 15. dies, peregrinis, ꝓ Iubileo concessis, ad qnque, postea ad tres, deinde ad duos restringere. Et dicit Plat na tpe Nicolai, in Põte S. Angeli tantam fuisse hominũ multitudinem coadunatam, ꝙ facta obuiã mula Cardinalis S. Marci Veneti, cum neq; venientes, neq; redeũtes, ob insequentẽ multitudinẽ cedere possent: cadẽte vno, atq; altero super mulã illam iã à multitudine oppressam ad 200. hominũ corpora, & equos tres, obtrita & suffocata fuisse:

multi etiam à lateribus pontis in flumen ca dentes in vndis periere, vt ibi latius per eū, ob quam causam variæ quæstiones pp successiones bonorū cuiusuā matris & filiæ ibi suppressi, excitatæ fuerunt, super qbus plures Doct. egregij consuluerunt, vt refert Felyn. in c. ad capit. S. Crucis. col. pen. vers. de duobus. de rescriptis.

Redeundo igitur ad propositum, concludo ideo Papam in consistorio publico signaturam illarū commissionum illorum casuum introduxisse, vt tps illud vacuum, quo vel noui cardinales, vel oratores introduci expectantur, agendo aliquid consumatur. Nam hoc faciendo non ēt desit, qñ casus veri accidunt, & proponuntur, iustitiam ministrare. Nā hic mos & stylus hodiernus signādi supplicationes in consistorio, & mādare fieri processus criminales aduersus malefactores & rebelles, ad instantiam procuratoris fisci antiquus fuit, vt dicit Bonif. Vitel. in cl. 1. in prin. de iud. Et pro quo facit text. in cl. 1. vers. præfatis itaque. ibi eramus cū nostra curia residentes in publico consistorio, &c. de iureiur. Igitur dum ista in cōsistorio aguntur, interim cardinales creādi vel noui oratores, aut legati à legatione redeūtes introducuntur, pro quibus omnibus recipiendis solet consistorium publicū cū obseruatione quarundam ceremoniarū indici, quæ latius in lib. Ceremoniali describitur. Papa igr non solum priuatè, sed ēt publicè, & in consistorio, vt dictum est; cōmissiones hmōi signat. Sed cardinalis, aut prælatus habens signaturam, hoc non facit, nisi domi.

Legatus verò de latere non signat, sicut Cardinalis, hñs signaturam, sed sicut papa, & hoc honestū vr; quia ex quo eius personam repræsentat, honorari debet sicut papa, vt dicit gl. in c. quæ de causa. 2. q. 5. & not. Abb. in c. mandata. in princ. de præsum. & ibi Mod. Et sic vidi plures supplicationes per Reuerendiss. bon. memo. Cardinalem de Monte legatum vrbis isto modo signatas, videlicet placet. A. nam vocabatur Antonius, & papa modernus vocatur Alexander, & ideo etiā signat per placet. A.

Sacrum verò collegiū Re. Cardinalium, Papa in longinquis partibus absente post acceptatum papatum, prout cōtigit in Hadriano, signat sic, placet sacro collegio suo, & D.N. Papæ nomine. pro quo facit quod not. Spec. tit. de off. ord. §. q d de auditorib.

Vicecancellarius verò ēt signare pōt cōmissiones iustitiæ super causis tm̄ pendentibus in curia, sicut Cardinalis præfectus signaturæ hoc modo, placet S.D.N. Papæ. Et antiquis tpibus ipse Vicecancellarius ordinariè signabat, neq; erat alius Cardinalis q̄ hr̄et signaturam iustitiæ, nisi ipse. Sed eo absente, tunc cōmittebatur vni cardinali, vt dicit Egid. decis. 636. & sequitur Fel. in rub. de rescr. circa fi. Et in illis quæ ad officium Vicecancellarij pertinebant, illius assertioni stabat; aliàs non, vt Egid. dicit in decis. 628. cum duabus seq. & alibi sæpe.

Sed hodie nescio quo pacto. Vicecancellarius non signat, nec illa facultate vtit, fortassis ea rōne, vt dixi, de signatura gratiæ. Quia ex quo hodiernis tpibus omnes commissiones hñt cl'as, Non obstan. constitutionibus, &c. Vicecancellarius nō pōt illas cl'as apponere, cum sint cōtra ius, cui derogare non pōt, nisi sibi specialiter concedatur, vt in clem. ne Romani. de elect. Ideo supplicātes malunt ire ad papam, vel ad cardinalē præfectum signaturæ iustitiæ, qui hanc facultatem habet, cuius facilis patet aditus, quàm ad Vicecancellarium.

Et illa potestas Vicecancellarij, vt dixi, versatur circa causas quæ cōmittuntur simpliciter in curia: sed in causis quæ extra curiam cōmittuntur, non pōt cōmissiones signare, iuxta ea quæ dicit Egid. decis. 46. incip. excep. Cardinalis verò sic, vt dicit vna regula posita inter illas de potestate Vicecancellarij. Et siue cōmissiones signentur p papam, siue per Vicecācellarium, aut Cardinalem habentem signaturam iustitiæ, ipse idem, vt Vicecancellarius, vel eius Regens extendit signaturam, seu potius distribuit tales cōmissiones auditoribus, vel alijs prælatis, quibus committuntur per ista verba quæ apponuntur post signaturam, videlicet de mandato D.N. Papæ audiat magister L. & iustitiam faciat.

Super quo est vlterius notandum, q̄ si talis extensio Vicecancellarij, vel Regentis discordaret à signatura papæ, attenditur potius signatura papæ, q̄ extensio illa Vicecācellarij, vel Regētis, vt in notabili casu exēplum ponit D. Gul. in quadam sua decis. incip. cōtigit in vna causa, &c. & refert in pluries iudicatum, vt ibi latius per eum.

Et si quæratur, quare potius per huiusmodi verbum placet, signantur commissiones, quam per verbũ fiat, vt olim? posset respon deri, quia verbum placet non est inductiuũ gratiæ, sicut verbum fiat, sed est verbum cõcernens ius & iustitiam: nam verbum placet, denotat arbitrium boni viri, vt in l. fideicommissa. §. quãquam. ff. de leg. 3. tenet Bart. in l. Lucius. ff. de fideicommis. liber. & notat Abb. in cap. verum. de foro compet. & in c. cum venissent. de iustit. Hinc est q̃ placita, iurisdictiones causarum appellant. vt in cap. ad audientiam. & ibi notat gl. de rescrip. & illud arbitrium intelligitur, prout de iure, vt Moder. latè scribunt in cap. 1. de constit. Et commissiones nihil aliud cõtinent, quàm ius, quia diriguntur, vt iustitia ministretur vt in l. falso. C. de diuer. rescript. Et ideo commissiones iustitiæ solent communiter per Papam ad differentiam supplicationis gratiosæ signari per placet A. vt hic dicit text. regulæ, licet hoc sit speciale in Papa, quia potest signare supplicationem gratiosam per fiat, vel per placet. Secus autem in alijs commissarijs.

Et adeò ista signatura iustitiæ continet merum ius, q̃ in ea non datur de stylo decretum irritans, neque in ea derogatur priuilegijs Romanorum, neq; nouis reformationibus vrbis, quia per hoc infertur præiudicium, quod est contra ius. Neque etiam ista signatura iustitiæ dat repræsalias, quia licet illæ sint de iure, tamen videntur continere in se quandam speciem gratiæ. Et hæc quantum ad signaturam iustitiæ sufficiant.

Quantum verò ad extensionem Vicecancellarij vel Regentis, quæ fit post signatas commissiones per papam vel cardinalem, quid operetur? aliqua scrib. Fel. in cap. sup literis. in 6. col. de rescrip. pp quam factæ fuerunt olim plures decis. Rotæ, quas latissimè discussit quidam Raymundus antiquus Rotæ auditor in quodam suo indice, in verbo, signatura. quæ tanquam prolixa & nimis vetusta non curo referre. Nam sufficiet ad hoc legere decisiones quæ sunt 19. & 361. in nouis & antiquis. decis. 388. cum sequenti, & decis. 513. & 733.

Superest modo, vt de secunda parte huius epilogi loquamur, q̃ circa ministros signaturæ (qui referendarij appellantur) versabitur. de quibus pauca quædam commemorabo. Nam in primis illud scire oportet, Referendarios ob eam causam cõstitutos fuisse: quia princeps cum præsidentibus cardinalibus. & prælatis signaturæ non poterãt, cum impedientibus innumeris sedis Apostol. negotijs, tum etiam propter supplicationum multitudinem legendis, & examinandis supplicationibus superesse. Deputati igitur fuerunt isti, qui hunc laborem subirent, examinarentque prius & discuterent, num quæ in supplicationibus petuntur ab ipso principe, sine alicuius iniuria concedi possunt, in quorum signum visas supplicationes suprascriptione nominis sui propria manu signaret, vt sic princeps cautior reddatur. Quorum quidem Referendariorum duo sunt genera. Nam quidam sunt gratiæ, alij iustitiæ, sicut etiam ipsæ signaturæ duæ sunt, vt diximus, duobus etiam cardinalibus commissæ. Referendarij gratiæ fuerunt à principio numero octo creati, vt dicit text. in authent. de Referendarijs. & totidem papa facit, licet interdum propter importunitatem potẽtum plures facti sint. Sed Referendarij iustitiæ solebant esse sex, & vnus alius pro Cancellaria. Quorum omnium Referendariorum receptio vsque ad tempora Alexandri. 6. fiebat solo verbo, & illud sufficiebat. Sed Alexander 6. postea super hoc, has ordinationes quæ sequuntur fecit. Ex quibus vnam magnum bullam, siue constitutionem fecit circa reformationem curiæ. In qua voluit Referendarios gratiæ debere esse numero 10. & totidem iustitiæ qui debeant in sua receptione ordinationes sequentes iurare, quas Alexand. in d. constitutione, voluit singulo trimestri in vtraque signatura legi. Ordinationes signaturæ hæ sunt.

Voluit enim in primis Referendarios gratiæ ad officium receptos ante omnia iuramentum de proponendis, & fideliter exponendis, iustis, & rationalibus petitionibus præstare.

Quodque vota sua non ad complacentiam, sed iuxta suam conscientiam proferrent.

Rursus ne secreta signaturæ quantumcunque leuia, vel minima, quæ ibi geruntur, sub periurij, ac suspensionis ab officio per mensem, pœnis nulli panderent (prout aliquando compertum est) ex

huiusmodi consiliorum detectione inimicitiæ vel scandala nascantur. †

Euitarent insuper sub eadem pœna, ne in propositionibus suis, vel aliàs alios Referendarios sibi propicios facerent, vt vota ei & ad sui complacentiam suffragia præstent sub eadem pœna.

Præterea, vt scopulum cauendum, præcepit, ne aliquid à partibus, quarum supplicationes examinant, proponunt, recipere procurent, etiam si illud fuerit esculentum, vel poculentum, sed gratis officium suum præstent, sub dicta pœna, & alia pro ipsius arbitrio imponenda.

Sed illud de esculento & poculento malè obseruatur in omnibus officialibus, qui licet prædicta capere non deberent vltra cōstitutos sibi à papa prouentus, nihilominus omnes libenter sequuntur dispositionem c. statutum. §. insuper de rescr. lib. 6. qd' voluit iudices capere posse esculentum, & poculētum à partibus mera liberalitate oblatum, quod paucis consumi possit diebus. Quod quidem esculentum & poculentum, licet toto anno valorem centum Ducatorum excedere non deberet, iuxta gl. in cap. non licet. 11. q. 3. & nota. Mart. Laud. in tract. de offi. domino. notabili. 89. nihilominus praua cōsuetudo modum transgreditur, conniuentibus superioribus, & forte causam dantibus, qui deberent huiusmodi Referendarios, & alios curiæ ministros, de aliquo honesto salario prouidere: abhorret enim lex sine præmio homines laboriosis officijs præfici, vt dicit tex. in §. si quis autem. in auth. de iud. Quia alicui officium suum non debet esse damnosum, vt dicit text. in c. cum non deceat. de elect. lib. 6. Nam cum labor est in damno, mortalis crescit egestas, dicit Cato.

Et voluit eos promittere, ne alijs Referēdarijs iniusta forte, vel minus honesta proponentibus assentiant, sed potius ex debito conscientiæ suæ illis contradicant & aduersentur, nulla proponentis, vel alterius personæ ratione habita.

Postremo sub eadem pœna, & alia arbitrio ipsius papæ imponenda, obligare eos voluit, ne alterius Referendarij corruptelas, si forte sciuerit illorum aliquem cōmisisse, aut munera recepisse, tegere aut occultare deberent. Hæc sunt quæ Referendarij gratiæ promittere & iurare debent, quæ ferè similia sunt illis, quæ Rotæ auditoribus p ordinationes Ioan. 22. imponuntur. Quibus factis qñ ad signaturam sunt omnes cōgregati, vna cum Datario, qui semper signaturis papæ assistere debet & solet, antiquior Referendariorum, vel prout fit, inter auditores Rotæ, ille Referendarius qui ſm Turnū proponere debet, ante omnia orationē seq. quam S. Isidorum composuisse constat, alta & intelligibili voce legere debet, videlicet.

ADsumus D. S. Spiritus, adsumus peccati quidem immanitate detenti, sed in nomine tuo cōgregati, veni ad nos, & esto nobiscum, & dignare illabi cordibus nr̃is, doce nos quid agamus, quò gradiamur, & oñde quid efficere debeamus, vt te auxiliante, tibi in omnibus placere valeamus. Esto salus, suggestor, & effector iudiciorum nr̃orum, qui solus cum Deo patre, & eius filio nomen possides gloriosum: non nos patiaris perturbatores esse iustitiæ, qui summam diligis æquitatem, non in sinistrū nos ignorantia trahat, non fauor inflectat, non acceptio muneris vel personæ corrumpat. Sed iunge nos efficaciter solito tuæ gratiæ dono, vt simus in te vnum, & in nullo deuiemus à vero, vt sicut in nomine tuo collecti, sic in cunctis teneamus cū moderamine pietatis iustitiam, vt & hic à te in nullo dissentiat sententia nostra, & in futuro pro bene gestis consequamur præmia sempiterna. Respondent omnes, Amen.

Hæc orõ dr̃ in princ. signaturæ, & in Rota singulis diebus audientiæ, quæ originem habuit Concilijs gñalib. initio quorum hæc orõ dicenda erat, vt docet Spec. in tract. de modo gñalis concilij celebrandi, in 2. parte rubr. 11. Et Petrus de Monte, eps Brixian. in

ADNOT. IOAN. MILÆVS.

† Si quis prætereà iniuriæ faciendæ causa, secreta iudiciorum publicauerit, in factum, & iniuriarum actione tenebitur. l. si quis testamentum. §. sed si quis. ff. ad legem Aquil. atque etiam crimina falsi. l. prima. §. is qui deposita instrumenta. ff. ad leg. Cornel. de fals. & humiliores hoc agentes, in metallum damnantur: honestiores verò, in insulam deportantur. l. si quis aliquid. §. qui vim. & § instrumenta. ff. de pœn.

in sua Monarchia.q.4.&ibi hanc orationē, licet satis corruptè, scribunt, & ita etiam inter concilia Basilien.& Cōstan. impressa reperitur. Sed hæc oratio hodie in signatura papæ non legitur, nescio qua de causa, forte, quia præsentia papæ omnem solennitatē supplet, vt dr̄ in l.omnium. C. de testamen.

Et quæ dicta sunt de Referendarijs gratię, eadem in Referendarijs iustitię obseruātur, qui solent esse sex, & vnus pro Cancellaria, licet aliqñ sint plures secundum voluntatem papę. Verum quia in hac signatura iustitiæ periculosius peccatur, quàm in alia: ideo grauius puniuntur si huiusmodi Referendarij reperti fuerint pro officio suo pręstando munera suscepisse. Nam vltra pęnas prædictas, pro prima vice suspenduntur per mensem ab ingressu signaturæ: pro secunda, per quatuor menses: pro tertia, suspenduntur perpetuò, & ad illud officiū amplius exercendum inhabiles redduntur. Et ob eā causam summi pontifices sapienter in hac signatura iustitiæ introduxerunt, ꝙ solus cardinalis habens signaturam iustitiæ, salariū centum Ducatorum singulo mense hr̄et: Cardinalis verò signaturæ gratiæ nihil reciperet. Quia prima signatura ꝑ iustitiam ministrandam est altera periculosior, & vt occasio omnino in illa tolleretur capiendi munera ēt esculenta, quæ solent sæpe sapiē tū oculos obcæcare, vt in can. pauper. 11.q. 3. illud inductum fuit: nam vbi maius periculum vertitur, cautius fuit agendum, vt in c. vbi periculum. de elect. lib. 6. Quod quidem periculum in signatura gratiæ militare non videtur. Et ideo videmus, ꝙ Alex. vi. grauiorem pœnam Referendarijs iustitiæ munera capientibus, quàm Referendarijs gratiæ imposuit, vt ex prædictis capitulis apparet.

Item tenentur Referendarij iustitię, cum proponitur aliqua materia antiqua, super qua iam plures commissiones propositæ & signatæ fuerunt, partes, vel earum procuratores, aut aduocatos audire, duos ex Referē darijs, qui eas audiant, & referant in sequē ti signatura deputando, licet aliquando Referendarij omnes informentur.

Item est ordinatum, ꝙ qñ in signatura causa alicuius Referendarij, aut fratris germani, aut alterius vsque ad tertium gradum affinitatis, vel cōsanguinitatis inclusiuè proponitur, Referendarius illi propositioni nō intersit, sed ex loco signaturæ foras exeat, nec votum det, nec quod alij dederunt perscrutetur. Quod etiam in auditoribus Rotę Ioan. 22. statuisse constat. Et si idem Referē darius scienter proposuerit in signatura cō missiones ad se, vel ad supradictos consanguineos, vel affines pertinentes, ipso facto est excommunicatus. Hæc Alex. v 1. constituit, qui postea in constitutione quadam reformatoria curiæ, alia ad istam signaturam pertinentia addidit. Voluit enim, ꝙ commissiones beneficiales extra Rotam non signē tur, nisi de consensu partium, & tunc non detur potestas decernendi executoriales, nisi contra succumbentem.

Item voluit, quod commissio semel reiecta, non ponatur iterum sub pœna excōmunicationis ipso facto incurrenda.

Item ꝙ extra signaturam non porrigantur papæ commissiones signandæ.

Item ꝙ cōmissiones aduersis literas, seu gratias tollentes ius quæsitum, semper signari possint, nulla habita ratione, qualis sit materia proposita. Et plura alia in dicta Bulla reformationes statuit Alex. quę longū esset recensere: quæ ideo non refero, quia Bulla forte non fuit publicata. Sed capitula superiora publicata, & seruata fuerunt aliquo tēpore, & ideo ista exempli causa sufficiant.

Hæc de Referendarijs statuit Alex. cum ante omnia cōfusa viderentur & hodie ma le ēt hæc statuta seruantur, quia Referēdarij simpliciter absque iuro recipiuntur, quod est mirandum, quia cum isti sint ministri sedis Apostolicæ, & omnium secretorū signaturæ participes, & iustitiæ consolatores nō dr̄ent ilico, & nudo verbo recipi, sed maior circa tales personas promouendas dr̄et diligentia adhiberi. arg. l. 1. §. sed & si quis. ff. de carb. edicto. Præsertim cum inter officiales curiæ Referendarij digniores reputentur. Nam in regulis prærogatiuarum expectantium, primi omn um Referendarij scribuntur, deinde Protonotarij participantes, tertio loco Correctores, postea Subdiaconi numerarij, quarto loco auditores Rotæ, postea clerici Cameræ, deinde auditor Cameræ, & Abbreuiatores actu officia sua exercē tes, &c. Itaq; Referendarij ab ordine literæ reputantur digniores ceteris alijs, quia primo nominant, iuxta l. 1. & 2. ff. de albo scrib.

Et

Et ideo dato expectatiuarum concursu inter præfatos officiales papa voluit Referendarios præcedere.

Rationem nō inuenio, quia si ad antiquitatem officij respicimus, Protonotarij cæteris sunt antiquiores: nam Referendarios à Iustiniano imperatore cōstitutos fuisse, qui fuit anno ab ortu Christi D. xxv. satis cōpertum est, vt in auct. de referēdarijs patet. Protonotarij verò multo ante creati sunt (vt Pontificum historiæ testantur.) Nam vt Damasus auctor est, Protonotarij. vij. numerarij à Clemente primo constituti fuere, qui fuit iiij. à Petro, anno salutis Christianæ xcij. vt latius dixi suprà in proœm. regularum, q. 1. qui vsque ad tpa Clementis vj. in magno honore fuerunt. Adeo q Bonifacius de Vitalinis, quondam Rotæ auditor, & Protonotarius in clem. 1. de regulari. nu. 51. conqueritur, & inuehitur contra Cardinalem Zabarellam, qui procurauerat protonotariorum numerum rumpere, creati faciēdo nepotem suum vltra numerum, cum emolumentorum participatione.

Ex quibus apparet, Protonotarios Referēdarijs antiquiores fuisse. Et nihilominus summi pontifices voluerūt Referēdarios cęteris curię officialib. pferendos esse, vt patet in dicta regula. Quid igit causæ fuit tanti fauoris? hactenus non legi. Sed arbitror ob eā causam tributam illis tāti honoris prærogatiuam esse, quia Referendarij quotidie apud principem, & in eius præsentia, imò simul cū eo officia eorum exercent cum opere & cōsilio iuuando, qđ alij curię officiales seorsum faciunt, nec ita immediatè papam iuuāt & ideo illi cæteris pferuntur. ita dicit Ang. Are. in terminis in §. fi. in prin inst. de exce. sequitur Io. de terra rubea in tract. primogeniturę. fo. 108. col. 1. Qua sola ratione cardinales præsentes cæteris præferuntur: Imò simplex cardinalis in curia residens præferē in honoribus cardinali legato, vt probat Nicolaus Boerius in tract. de præeminētia magni consilij. in prima ratione. Non. n. æqualiter splendet, qui abest, ac qui præsens est: nam licet omnis dignitatum ordo splendorem à principe recipiat, magis tñ coruscat qui proximior est q̄ qui distat, vt dicit Bal. de cardinalibus loquēs in rubr. de off. procōsul. Cardinales. n. præsentes quotidie vnà cū papa in eodem dolio versantur, vt latè dicam in regula de impetrantibus per obitū familiarium cardinalium. q. 17. & tradunt Mod. in tract. de dign. & potesta. leg. in 6. cōclusio. Sicut in ecclesia triūphante, qui proximiores sunt Deo immortali, magis cæteris de gloria participant, vt Theologi vbiq; asserunt. Nimirum igitur si ob eam causam Referendarij digniores censentur. Nam, vt dicit Imperator, illi magis digni haberi debent, quos labor assiduus, & nostri lateris comitatus illustrat, vt dicitur in l. 1. C. de prępos. laborum. lib. 12.

Quamobrem magis olim fuerat Referēdariorum æstimatio: nam immunes & exēpti à muneribus extraordinarijs erant, vt dicit Bar. in l. eos. C. de exc. mune. lib. 10. & dicit Ioā. And. in c. duobus. in 5. col. super gl. antepen. de rescr. lib. 6. q Referendarij sicut papa, tūc poterant ex duobus impetrātibus alteri gratificari in data, videlicet præponēdo alium, vel postponendo. Et dicit Bald. in cle. 1. de rescr. q quidquid facit Referendarius, censetur papa facere. Et dicit vna decisio Rotæ ordine 306. in nouis. inc. si actor, q Referendarius poterat, sicut Vicecācellarius recipere resignationem beneficiorum, quod auditor Rotæ facere non pōt. Et ista omnia intelligerem procedere in Referendarijs vtriusq; signaturæ, in quibus militant prædictæ rationes: sed in Referendarijs iustitiæ tm̄, qui papæ immediatè non assistūt, nec illius præsentia illustrantur, forte prædicta non procederent. Et est ēt aduertendū, q licet isti Referendarij actu officia sua non exerceant, nihilominus prrogatiua Referendariorum gaudent, & sunt verè Referendarij. Ita dicit Glossator regularum cancellariæ in regula prærogatiuarum expectantiū, in secunda parte. vbi ponit exemplū in quodam Guidone Antonio filio Cecilij de Mediolano viro nobili, qui Referendariarum non exercebat, & nihilominus prerogatiua vtebatur, vt ibi per eū. Ratio istius dicti est, quia regula solum requirit exercitium actuale in Abbreuiatoribus, vt ibi apparet.

Tñ ego multum dubitarem de d. Gloss. per ea quæ And. Sicul. dicit in cons. 58. in 1. & 2. col. lib. 1. & Fel. in c. per tuas. in 4. col. de maio. & obe. qui pcise loquit. Et illud, qđ dicit Glossator de illo Guidone, nō satis apparet, vel si pstaret, illud fuit ex indulgentia speciali. Tñ dictū Glossatoris hodie practicatur.

catur. Et licet Referendarioꝶ officiũ olim in magno ꝑtio fuerit, hodie tñ nescio quo pacto eoꝶ auctoritas vilescit, vt dicit Abb. Panor.in c.1.circa fi.de priuil.de quibus ẽt Rota mentionẽ facit in decis.565.in 2.col. in antiq.& Spec.in tit.de supplicatione.post prin.Inn.& Host.in c.ex literis.de in integ. rest.& Io.de Platea in l.fi. col.pen.C.de de curio.lib.10. & latius de illis loquit Cassaneus in tract.gloriæ Mundi.in 6.par. in 11. consideratione.& plura priuilegia concessit Leo.X. quæ non curo referre. Quæ omnia de Referendarijs dicta notanda sunt, quia est materia peregrina nullibi coadunata.

Postq̃ igitur per referendarios corã papa vel cardinali præsidente,signaturæ ꝓpositæ,& examinatæ sunt cõmissiones iustitiæ, ac per papã, vel cardinalẽ signatæ, mittunt ad Vicecancellariũ,vel cancellariẽ regentẽ, qui eas extendat seu verius distribuat ꝑ turnũ inter Auditores, ꝑ illa verba apposita in calce cõmissionis post signaturã, videlicet de mandato D.N.Papæ audiat magister N. & iustitiã faciat. Et pp illam diuisionem,cõmissionum quas Regens facit, dictæ cõmissiones,distributiones appellãtur, vt dicit decis.Rotæ.362.in no. Et decis.429.in antiq. Facta igitur distributione cõmissionum per Regentẽ mittit eas ad banchum Cursorum, qui eas ẽt inter se per turnũ distribuunt, & præsentant Auditoribus vel alijs ꝑlatis quibus diriguntur,quibus à die præsentationis earundẽ datur iurisdictio,vt in c. vt nostrũ. & ibi notant Mod.de appel. Et licet auditores iurisdõnem ordinariam in cognoscẽdo censeantur hr̃e,iux. nota. in cle. auditor.de rescr.itaque videretur illos posse procedere in causa: tñ non possunt,vt opinor, ante præsentationẽ cognoscere duplici ratione.

Prima, quia pp præsentiam papæ illa iurisdictio ordinaria est quasi impedita, pp quam causam omnes existentes in curia cẽsentur delegati:iux. not.per Arch. in c. experientie:11.q.1.vbi dicit,ꝙ nullus in curia habet iurisdictionẽ ordinariã,nisi papa,sed iudicãt, aut ex gñali delegatione papæ, aut ex speciali cõmissione,vt ibi dicit Arch.referendo Spec.Ratio est,quia iurisdictio ordinaria rñr prouenit ratione territorij, vt not.in c.cum contingat.de for. compet.qd' Auditores non habent. Et licet quædam decis.Egid.659.incip. dicta cõpulsio,&c. dicit ꝙ Auditores habent totam Romanã curiã pro territorio: illud est verum, ad effectũ, vt statuere possint suas decisiones in curia, quæ habent vim styli & legis,quamuis Glossator regularum in regula de subrogandis, neget,auditores & quoscunq; alios in præsentia papæ statuere posse, cum non habeat plenam iurisdictionem ordinariã, sed dicat hoc fieri sciente & vidente papa. Et ideo cẽsentur quo ad hoc hr̃e territorium per quãdam fictionem,non verè. Patet,quia si verè tota curia esset nobis data pro territorio, non hr̃emus strictiorem potestatem,quàm habent alij delegati in curia, vt dicit decis. Rotæ.306.incipiens,si actor.in nouis. quæ probat hoc exemplo,quia videmus alios delegatos absoluere posse ad cautelã. sed nos auditores non possumus sine speciali mãdato,vt ibi dr̃. Et ppea non sine causa Bonif. 8.interloquutus fuit,neminem in curia Romana ordinariam iurisdictionem hr̃e, nisi papa,vt refert Archidia.in d.c.experientiæ.

Secunda causa, quare auditores p̃sentata cõmissione hodie procedere nõ possint,est pp impedimentum regulaꝶ Cancellarie,inter quas est vna posita infrà ordine 29. q̃ disponit commissiones causaꝶ non valere literis non expeditis. Itaq; per illam regulã impeditẽ iurisdictio,quod est verum qñ producitur per partem aduersam in actis, aliàs procedere possent auditores illa non obstãte,per ea q̃ latius dixi superius in proœmio regularum,ẽt papa mortuo,vt latius probat Glossator istarũ regulaꝶ in rub.de potestate Vicecancellarij in 2.& 3. col. Et ẽt aliqñ non obstante productione dictę reg.29 Auditores ad vlteriora processerunt,qñ illi regulę fuit derogatum,prout aliqñ fieri contigit pro qualificatis personis,vt reperi adnotatum in quodã libro adnotationũ Reuerẽ. dñ.bo.me.cardinalis Sanct.Quatuor.fo.66. & 82.quod est mirandum,quia hodie nõ solet pro aliquo illi reg. derogari, nisi modo infrascripto:pro cardin.tamen passim derogari solet,cum in illis cessent rationes fraudis,propter quas literarum expeditio requiritur,videlicet solutio annatę,&officialium satisfactio,à qb.cardinales eximunt. Et quia præter hoc Cardinales, pro luce dignitatis eoꝶ ita,vt modesti esse debent,sic p̃sumunẽ abesse à fraudibus, & esse ceteris iustiores.

Hinc est, ꝙ de hodierno stylo, quando causa

causa committitur cardinali in signatura papæ, non ponitur illa clausula (quæ in extẽsione commissionum Vicecancellarij, vel regentis communiter apponi solet (videlicet, iustitiam faciat, &c. sicut apponitur in commissionibus alijs prælatis directis. Sed solũ ponuntur hæc verba de mãdato D. N. Papæ, audiat talis cardinalis, & decidat, &c. ratio redditur per tex. in l. vnica. ff. de offic. præto. Quia princeps eos, quos ob singularem industria explorata eorum fide & grauitate ad huius officij magnitudinem euexit, non presumit aliter iudicaturos esse pro sapientia ac luce dignitatis eorum, quàm ipse foret iudicaturos. Non igitur illis mandat, ꝙ iustitiam faciant, cum quilibet cardinalium hoc proprium & peculiare hr̃e debeat, vt absque aliquo signo, vel monitione iustitiam faciant, quæ eorum pectoribus ita inesse debet ac propria vita. Aliàs papa iniuriam illis videretur inferre, si per suam signaturam illis imponeret & quodammodo ad eorum memoriam reduceret, ꝙ iustitiam facerent: nam hoc perinde haberetur, ac si eius essent immemores, quod videtur paululum subausterum. Nam sicut commemoratio impensi beneficij (vt inquit Comicus) immemorem, ac penè ingratum aĩum recipientis arguit: sic commemoratio iustitiæ facta illis qui ex officio suo illam facere tenentur, nescio quid dormientis ac obliuiosi animi indicat. Videtur enim papa de illorum probitate & fide dubitare, si, vt iustitiam faciant, admoneat, & scripto mandet. Bonus enim equus (vt est in prouerbio) calcaribus non indiget, sed sola virgæ vmbra regitur. Quæ quidem rationes, licet in quibusuis alij bonis prelatis militare possent, non tñ papa ita de illis confidit sicut de cardinalibus, qui quotidie secum pro republicæ Christianæ commodis innumerabiles labores perferunt, de quibus ideo facilius confidit, quia eorum mores diuturna, & penè quotidiana experientia magis notos habet. arg. eorum quæ dicit Fel. in c. ad aures. in 14. conclusione de rescrip. In cardinalibus ergo cessant istæ solennitates iudiciorum, quæ in alijs obseruantur.

Et ideo non sine optima & efficaci ratione in ista materia plura priuilegia in fauorem cardinalium contra iuris dispositionẽ specialiter inducta sunt, quę alijs prelatis concessa non fuerunt. De quibus non ab re erit, pro dignitate eorum pauca quædam commemorare. quæ in locis vulgaribus non traduntur, scribam.

Primum priuilegium est istud de quo supra proxime dictum est.

Secundum est, quia commissiones quæ fiunt cardinalibus non solent signari, nisi ꝑ solum papã: sicut neque supplicationes quatuor votorũ papę reseruatorum, quorum cõmutationes cũ Datario componuntur, & ideo eas non signat nisi solus papa ꝑꝑ notabilem præeminentiam illorum votorũ, in quibus antiquitus non solebat papa, nisi ex magna causa, & cum compositione dispensare. Sed cardinalis qui habet signaturã in alijs votis inferioribus dispensat. Ita cõmissiones quæ fiunt cardinalibus ꝑꝑ illorum excellentiam solus papa signat, sed aliç commissiones inferioribus directæ per alios ꝑlatos habentes signaturam iustitiæ aut per cardinalem, vel per Vicecãcellarium signari possunt, vt dicit Bonifacius Vitalinus in clem. auditor. in 2. col. in 5. oppos. de rescr. Et causæ quæ cardinalibus committuntur, non debent excedere 60. ducatos, aliàs cõmissio est nulla, vt dicit Paulus in quadã extrauag. ad onus, alleg. per Fel. in rubr. de rescr. circa fi. & per cardinalem Iacobatium in tract. Consilij fol. 27. in 1. col. Et qñ causa committitur contra Titium & alios in citationis decreto nominãdos, etiam si cardinalis nominetur, &c. Et quod dictum est cõmissiones contra cardinales non signari, nisi per manum papæ, idem seruatur in regibus in quibus etiam stylus Cancellariæ tenet, ꝙ literæ contra reges & principes, & magnos duces non dantur sine signatura papæ, iuxta not. per Specul. tit. de legato. §. nunc ostendendum. versic. item non obstat. Et hoc expresse notatur in illo vulgato libro practicæ Cancellariæ. fol. 76. tecus est in alijs.

Tertium priuilegium est, ꝙ in causis cardinalibus commissis assertioni illorum creditur: ita dicit Egid. decis. 183.

Quartum speciale priuilegium est, ꝙ licet quando committitur causa auditoribus, vel alijs prælatis, illi non possunt alteri committere obseruatiomes terminorum sine speciali licentia papæ. Secus tamen est quando committitur causa cardinali, quia sine

sine speciali mandato papæ committere posset auditoribus suis terminorum obseruationes. ita dicit Egi. esse de stylo in decis. 43. incip. articulus.

Quintum singulare priuilegium est, q̄ si committitur causa cardinali, quæ prius fuerat commissa alij auditori, & ille faciat intimare commissionem dicto auditori licet illi non inhibeatur, auditor non potest amplius procedere in causa propter reuerentiam cardinalis. Secus si vnus auditor alteri auditori commissioné sine inhibitione intimaret, quia talis auditor nihilominus poterit procedere. ita tenet Rota in decis. 24. incipiente, & est sciendum. de dolo & contuma. in antiq.

Sextum priuilegium speciale est, propter eandem reuerentiam inductum, q̄ auditor quando intimare facit cardinali commissionem, non debet illi inhibere, vt dicitur in dicta proxima decisione.

Septimum priuilegium est in fauoré cardinalium introductum, q̄ causa semel commissa cardinali, licet ille definat quouis modo esse iudex, non tamen committitur vlterius inferiori à cardinale sine speciali mandato papæ, propter illorum honorem, vt dicit Egi. decis. 37. incipien. vbi appellatur. in fin. & tenet Nicolaus Milis in verbo, appellatio.

Octauum priuilegium propter eundem honorem cardinalibus seruandum, inductū est, vt cardinalis, cui causa committitur, alteri cardinali non inhibet: secus est in alijs, vt dicit decis. vltima. de dolo & contuma. in antiq.

Nonum priuilegium, q̄ licet illa clausula, appellatione remota. in commissionibus prelatorum, & quorumcunque intelligatur de appellatione friuola, posita tamen in cō missione facta cardinali, intelligitur de qua cunq; appellatione. Itaque neque iustè neque iniustè à sententia illius poterit appellari: ita dicit Paulinus in tract. de off. & pot. capi. se. vac. in pen fol. in 3. col. & ante ipsum hoc tenet Milis in verbo, appellari nō potest à sententia lata per cardinalem. Et tenet Bald. in l. 1. in 2. col. ff. de offic. præfect. & Rom. in sing. incip. appellatione remota. quæ omnia sunt noua in hac materia. pro quibus vide quæ dico supra in proemio regularum q. 4. num. 2.

Decimum priuilegium speciale est, quia in pari causa qn̄ cardinalis habet pares rationes cum alio, Rota solet in dubijs gratificari pro cardinali, prout vidi tempore meo seruari in causa Mediolanen. pro R. cardinali Triuultio. Et in alia etiam Mediolan. pro R. Cardinali Cæsarino, & ita semper fuisse antiquis temporibus obseruatum, dixit D. Simoneta.

Ad propositum redeundo, istis igitur regulis non solet communiter in totum derogari, sed ex vsu signaturæ inductum fuit, q̄ in fauorem cardinalium possit fieri derogatio propter rationē quam dixi. Reperta est tn̄ pro commoditate curialium honesta & moderata derogatio ad dictam reg. 29. quę voluit commissiones non valere, nisi prius literis expeditis super gratia facta. Nam ad effectum, vt ante terminum ad articulandū iurisdictio iudici detur, vt actor causam instruat cum sua cōmoditate, & præparet necessaria ad iudicium conceditur ei in commissione ista moderata derogatio, seu potius suspensio regulæ, videlicet, Dummodo ante terminum ad articulandum literas expedierit, &c. Et hoc fit, vt dixi, vt interim auditor habeat iurisdictionem, qui aliàs nullam haberet obstante prædicta regula. Per quam quidem derogationē m, per solam cō missionem cōcessam, non infertur molestia possessori, iuxta tex. in l. libertus. 2. ff. de in ius voc. cum concor. vt per Fel. in c. ex teno re. in col. 1. de rescr. & dixi latius in §. pęna les. inst. de actio. Et quamuis ante prædictū terminum ad articulandum pręcedant tres termini, videlicet ad dicendum contra commissionem, ad libellandum, libellarique videndum, & ad iurādum de calumnia, ex quibus posset molestia pretendi ratione citationum, quæ in prædictis terminis requiritur: nihilominus illa molestia nō est considerabilis, nisi reus propter hoc aliquas impēsas fecisset, quia tali casu haberet locum dispositio. d. c. ex tenore. Nam quo ad molestiā, iura tm̄ hoc considerant, vtrum reus fuerit fatigatus laboribus & expensis, vt patet in c. cæterum. & in c. fi. de rescr. & in c. dispēdia. vbi post alios dixi eo. tit. lib. 6. & in clem. 1. eo. tit. cessante tamen tali molestia, non potest alias dici reus vexari, cum nihil laboret, nihil expendat.

Verū, quia prædicta clausula apposita in commis

eo commissione, videlicet, Dummodo ante terminum, &c. successu tpis, vt experientia docuit, cœpit esse damnosa, ex eo, quia eius occasione excogitabantur fraudes pp quas de facili beneficia efficiebantur litigiosa, inuenta fuit alia moderatio, & salutare remediũ per quod huiusmodi fraudes coërcerentur, vt statim dicam. Fraudes verò quæ pp dictã clausulã, Dummodo ante terminum ad articulandum, &c. committebantur, istæ erant. Nam contingebat sæpe, q ego de facili impetrabam commissionem literis non expeditis cum prædicta clausula, dũmodo eas ante terminum ad articulandum expedirem, vigore cuius citari faciebam aduersarium meum, ad istum tñ effectum, vt ille moreretur, vel cederet, ego peterem subrogari. Nã ex quo beneficium, iam per commissionẽ & citationem effectum fuerat litigiosum, facilè subrogatio cócedebatur. Itaque ex hac iniusta vexatione resultabant hæc mala. Primum, q ordinarij sine eorũ culpa priuabantur de huiusmodi beneficijs litigiosis prouidere, patroni prohibebantur præsentare, expectantes ét penitus excludebantur, vt in c. 2. vt lite penden. lib. 6. Et sequebatur aliud malum, quod deterius erat, quia multoties istis sic litem mouentibus, nullum ius tpe commissionis ad beneficia sic impetrata cõpetebat: sed per istam viam se in ius defuncti subrogãdo, ius de nouo acquirebant. Sicq. dabatur occasio certo modo piscandi beneficia viuentium, forte in senili & decrepita ætate constitutorum, in graue præiudicium prædictorum, ac ipsorum possessorũ non valẽtium de beneficijs suis iam effectis litigiosis liberè disponere. Quam ob rem, vt huic fraudi & malitiæ occurreretur, Cardinalis Alexandrinus primus omniũ, vt dicit Fel. hic in quibusdam apostillis imperfectis, salutare remedium inuenit, & quandã moderationem ad prædictam clausulã, qua hodie signatura vtitur, videlicet q post prædictam clausulam, Dummodo ante terminũ ad particulandum literæ expediantur, &c. adderentur hæc verba, & q interim beneficium non censeatur litigiosum ét ad effectũ regulæ de subrogandis: per quam quidẽ additionem subuentum fuit ordinarijs, patronis expectantibus, & possessoribus conuentis. An verò dicta clausula inuenta per Alexandrinum præseruet exceptionem regulæ de triennali competentem possessori, vt videlicet beneficium non obstante huiusmodi litte maneat pacificum, dicam inferius, & in regula de triennali. quæst. 1. & etiam in regula de subrogandis.

Et est aduertẽdum, q sicut signatura in fauorem reorum possessorũ, ne beneficia eorum per istam viam fierent litigiosa, inuenit prædictam clausulam: ita & Rota tpe Leonis papæ x. introduxit aliã vtilitatẽ in fauorem actoris. Nam cum actor iuxta dictam clausulã teneatur expedire literas ante terminum ad articulandum, & literæ tunc dñr expeditæ qñ sunt plumbatæ, vt tenet Gloss. hic: quia bulla dr̃ plumbum pẽdens, siue sigillum de auro vel argento, iux. gl. in verb. aurea bulla. in clem. 1. de iureiur. & tenet expressè Gloss. in reg. 14. in 4. col. & in reg. 69. in fi. & facit tex. in c. licet. de crimine fal. Et ante appositum plumbum, bulla dici nõ potest, vt dicit Alex. in cons. 2 15. visis probationibus. in 2. vol. Tamen Rota in fauorẽ actoris voluit, q licet actor produxerit bullam suam post terminum ad articulandum, & non appareat de die expeditionis, q in dubio præsumatur expedita ante terminũ, vt euitetur nullitas, vt latius de ista decisione superius memini. Imò in alia ét causa voluit Rota, q sufficit in bullis mẽsem esse appositum per Rescribendarium, vt in vna Gebenen. beneficiorũ de mense Martio, 1510. conclusit Rota coram D. Gul. vt ipse idem adnotauit. Nam in dicta causa terminus ad articulandum fuerat seruatus de mense Decembri, & actor produxit bullas suas post terminum ad articulandum: sed in bullæ tergo erat apposita per Rescribendarium ista dictio, De. quæ significat mense Decembri, non tñ apparebat de die, voluerunt Domini per hoc actorem excusari. Nam licet illa appositio mensis de necessitate non cócludat expeditionem fuisse factam ante terminum ad articulandum, nihilominus ad effugiendum contumaciam debet præsumi actus in dubio expeditus legitimo tpe, iuxta notata per Bart. in l. non solum. §. sed & reprobari. de oper. no. nunt. Nam qñ duo actus reperiuntur facti eodem tempore, in dubio ille actus præsumitur factus prius q fieri debuit, vt actus valeat, & per quem excludatur delictũ, vt notabiliter dicit Bal. in l. cùm in testamento. §. hæc verba. ad fi. ff. de hær.

hær.inst. Quod dicit memoria dignum Alex.in l.diuortio,in 4.col.ff.sol.matr. & idē Alex.pro singulari illud dictum citat in l.3. C.de codi.& in cons.81 dicto & discusso.in 4.col.lib.3.& Ias.in l. hac consultissima. in 1.& seq.col.C.qui test.fac.pos.& in l.6. col. pen.C.de edic.di.Hadria.tollen. Dec. in cons. 11.in 11.col.quæ addenda sunt ad Fel. in c. pastoralis. col.4.de rescr.Cùm igitur in dicta causa Gebenen.terminus ad articulandum fuerat seruatus mēse Decembris,in eodem mense reperitur etiam bulla expedita, licet non appareat de prioritate expeditionis,in dubio præsumi debet bulla ante seruationem termini expedita, & non post,vt actus valeat & excludatur delictum. Ita Rota dicto tpe conclusit, & tempore meo hoc idem tenuit in pluribus alijs causis prædicta motiua,quæ non posuit D.Gul.Et ista quę dicta sunt procedūt etiam, si officialis appo suerit in plica bullæ,expedita tali tpe, dummodo ex plumbo appareat de alio tempore. Vt concludit Rota hoc mēse Oct. 1539. in vna Salamantina præstimonij del Orbada,coram R.P.D.Marcello episcopo Marsicano. Nam in literis apostolicis Hieronymi de Arze actoris appositum fuerat plumbum Clementis, & tñ officialis in plica bullæ apposuit tpe Pauli 3.3.hæc verba, hodie expedita,&c. quo tpe considerato, expeditio videbatur facta post terminum ad articulandum. Tamen Domini non considerantis verbis officialis,iudicarunt bullam fuisse expeditam,quando fuit plumbata,& sic tempore Clementis, & per consequens ante terminum ad articulandum.

Et quamuis signatura papę & Rota semp iuuerint possessores beneficiorum per appositionem prædictarum clausularum,ac ēt ipsos impetrantes per interpretationem proximè dictā subleuarunt:nihilominus excogitata postea fuit noua malitia per ipsos actores impetrantes, per quā prædictæ clausulæ eludebantur. Nam ex eo quēt commissiones cum derogationibus sub hac forma videlicet, constitutionibus & ordinationibus apostolicis, regulisq́. Cancellariæ apostolicæ S. V. illa præsertim qua inter cetera voluit,q̃ causarum commissiones,& inde sequuta literis apostolicis non confectis,nullius sint roboris vel momēti,cui specialiter & expressè placeat derogare,dummodo p̄fatus orator liter s apostolicas super huiusmodi cōcessionis gratia expediri fecerit ān tē terminum ad articulandū in huiusmodi causa per ipsum oratorem obseruandum. Stante huiusmodi commissione, & ea signata prædicti solicitatores cauti hanc regulā confingunt. Nam citant faciūt reum ad dicendum contra commissionem, seruatoq́. illo termino nihil aliud curant facere, ad effectum, vt ipse actor non cogatur expedire literas in termino ad articulandum,sed expectant q̃ reus citatus, qui forte propter dilationes huiusmodi suspensiuas timet in lōgum protrahi, prosequatur litem, & terminos obseruet, quod facere potest in vim cōmissionis obtentæ per actorem, cum sit iā effecta communis per productionem eius factam, & citationem ad dicendum contra, vt not. Inn.in c.ex conquestione, de resti.t. spol.& Rota in decis.17.de dolo & contum. in nouis. Itaque isto modo non arctatur actor,quin post terminum ad articulandum tantùm, & seruatum per reum possit ipse literas expedire. Et processus interim factus valet, quia commissio prędicto modo impetrata non arctat illum ad expediendas literas, nisi ante terminum ad articulandum seruandum per ipsummet actorem, non autem asseruatum per reum, & sic contra intētionem prædictæ regulæ acta interim facta valebunt. Et quia verba commissionis ita sonant,à quibus non esset recedendum. l.nō aliter.ff.de legat.3.cum vulg. Ista tamē cautela maliciosa,iudicio meo, nō videretur tuta in Rota,quæ considerat potius mentem, quàm verba regularum,iuxta tex. in l. scire oportet.§.aliud.ff. de exc.tut. per quē tex. voluit Rota in vna Sagun.parochiali de Prados Redundos,pendente de anno 1535.coram me,q̃ regula Cancellariæ dans prerogatiuā plationis scriptoribus Apostolicis, nō intelligat̃ pra familiares papæ,attenta eius mente,licet verba aliud prę se ferrēt.Et hoc ppea, quia scriptores Apostolici non sunt verè familiares ptinui cōmēsales,nec ve. è descripti,sed per priuilegiū: & ideo nō præferunt veris familiaribus papæ,cōtinuis cōmēsalibus,qui sunt veri familiares,& descripti. Prout antea bis fuerit conclusum in vna Barchinonen.canonicatus & præbend. inter Ioan.Cordellas,& Michaelē Puig vertēte corā R.D. Iacobo Simoneta de mense Nou.

Nou.1534. Sed in casu isto dici posset, q̄ ista cautela est contra mentem prædictæ regulę, quę facta est ad obuiandum fraudibus impetrantium, qui habentes solam signaturã, molestant possessores, vt laboribus & sumptibus fatigati, sic componere compellãtur vel cedere iuri suo, ita à sensibus accessus & regressus expiscetur, vt in simili dicit tex. in c. fi. de rescr. Et ita manifestè fit p hoc fraus legi & præfatæ regulę. Nam amplexantes illius verba contra illius mentem & voluntatem statuentis faciunt, vt dicit tex. in c. fi. de reg. iur. lib. 6. & in l. nõ dubium. C. de legib. Malitijs igitur hominum indulgendum nõ est, vt dicit tex. in c. sedes. de rescr. quia aliàs regula verbis, & non rebus imposita videretur: cõtra tex. in c. commissa. de elect. lib. 6. Et ideo sunt aduertentes Referendarij, & præfecti signaturæ, vt illa verba deleant, videlicet per ipsum oratorẽ obseruandũ, &c. posita post verba prędicta, Dummodo ante terminum ad articulandum, &c.

Et q̄ dictum fuit, actorem literas expedire dr̄e ante terminum ad articulandum, illud intelligitur de termino ad articulandũ bene seruato, aliàs si ille terminus ad articulandum fuisset malè seruatus, & per consequens illa obseruatio termini esset ex nulla aliqua causa, aut ex defectu iurisdictionis, vel aliàs: tunc talis obseruatio termini nulliter facta nõ obesset actori. Et ideo Rota illo casu inuenit remediũ, videlicet, q̄ actor expediat bullas, & postea reiteret terminos & ad articulandum in vim bullæ Innocentianæ, vel virtute nouæ commissionis, & talis reiteratio termini ad articulandũ facta post bullas expeditas sufficiet ad effectum prædictæ clausulæ, & ita sustinebuntur & valebũt acta, sententia & omnia alia ante literarum expeditionem facta, quæ nulla esse vigore dictæ regulæ videbantur: & licet de stricto iure verba cõmissionis simpliciter de obseruatione termini ad articulandum loquentis, dr̄ent intelligi de prima obseruatione, siue bona, siue mala: arg. l. boues. §. hoc sermone. de ver. sign. iũcto. §. semel. inst. quib. ma. non lic. Et per consequens expeditio bullę & acta facta post terminum ad articulandũ etiam malè seruatum non dr̄ent valere. Tamen Rota tẽpore meo in vna Malouien. prioratus de Tremmebo, coram R.P.D. Io. Clerici. D. Petro Vortio, & D. Paulo. Et in vna alia Nolana parochiali, coram me die Lunæ 7. Oct. 1532. inter Bartholomæũ de sancta Cruce, & quendam Falconẽ, episcopum Spicaten. Et ẽt in alia Dolen. pro Marco Marmillon contra Palemauela coram me 12. Iulij, 1534. tenuit & conclusit cõtrarium, quia licet verba illa, Dummodo ante terminum ad articulandum, &c. posita in dicta commissione, intelligi possent de prima obseruatione termini ad articulãdum quomodocunque facta: nihilominus, vt actus valeat, contrarium fuit conclusum. Multa .n. contra strictam interpretationẽ iuris recepta sunt, vt actus valeat, quę aliàs non admitterẽtur, vt tradit Ias. in l. 1. in 4. col. ff. de ver. obl. Fuit igitur conclusum, q̄ illa verba de obseruatione termini ad articulãdum, dr̄ent intelligi de obseruatione valida, non de inualida, iuxta tex. in l. 4. §. cõdemnatum. ff. de re iud. & l. quoties. ff. de ver. obl. & vtrobiq; latè Mod. Sic itaq; hoc casu Rota tenuit sufficere actori, q̄ ante illam secundam reiterationem termini ad articulandum, licet post primam nulliter seruatam, bullas expediuerit. Et ita iam hodie seruatur. Procedunt igitur ea quæ dicta sunt, q̄n prima obseruatio termini ad articulandum esset bona: nam tunc si literæ non fuissent antea expeditæ, omnia acta sunt nulla, nec sanantur per reiterationem dicti termini, nisi per specialem commissionem; & tunc refectis expensis, vt dicam inferius suo loco.

Et est vlterius notandum, q̄ licet regula requirat actualem expeditionem literarũ ante dictum terminum, tñ sufficiet producere apud acta ante reseruationẽ dicti termini sumptum de registro literarum Apostolicarum bullarum; licet non producat dictã bullam: quia tale sumptum facit fidem in iudicio. Et ita tenet & seruat curia Romana, prout dicit Rota decis. 621 incip. nota sumptum. in antiquis. Quam sequitur D. Barth. Belenz. Rotæ auditor in tract. de char. subsi. q. 113. Quo in loco ponit practicã hodiernam extrahendi dictum sumptum à registro in causa pendente in curia, & extrà.

Considerandum est vlterius in dicta materia, q̄ in dicta commissione solet apponi, vt dixi, alia clausula per Alexandrinũ inuenta, videlicet, q̄ interim beneficium ipsum ẽt quo ad effectum regulæ de subrogandis, minimè censeat litigiosum, & sine tali clausula hodie

hodie non datur commissio. posui rationem superius.

Sed vltra illa, quæ dixi, est vnũ aliud no tandum, q cum mysterio apponitur in dicta clausula dictio implicatiua, Etiam, ante verbum quo ad, &c. Nam hoc factum fuisse arbitror pp multiplices alios effectus rei litigiosæ. De quibus per gl. in c. 1. de alien. iud. mut. cau. fac. & per doct. in c. 2. vt lite pend. Nam appositio illius dictionis implicat beneficium nõ remanere litigiosum in alijs casibus, ẽt quo ad regulam de subrogãdis, vt in rubr. C. ẽt per procuratorem. & ibi Bart. in l. 1. cod. tit. cum concord. vt tradit Dec. in l. cognitio. in 3. notab. ff. de off. eius. Implicat igitur dicta oppositio clausulæ ẽt plures alios casus, & operatur plures effectus notabiles in fauorem possessorũ, quorum beneficia modo prædicto effecta fuere litigiosa. Primus effectus est, quem implicat dicta clausula, ẽt quo ad effectum, &c. Quia possessor conuentus, non obstante prædicta lite sibi mota vigore dictæ cõmissionis, interim possessionem beneficij liberè in aliũ transferre poterit, nec reuocabitur per viã attentati: quia cessat tunc vitium litigiosi, ratione dictæ clausulæ, q aliàs si non apponeretur clausula prædicta, inductum esset vitium litigiosi, quod prohiberet resignationem, iuxta ea quæ dicit decis. 3. sub tit. vt lit. penden. in nouis. & in antiq. decis. 3. eo. tit. cum alijs, quæ Fel. tradit in c. cũ I. & A. col. 3. de re iud. meminit ẽt Alex. in c. 1. nu. 74. cum seq. 3. q. 1. Prædicta ergo clausula inducit istum primum effectum in fauorem possessoris, & ex alia parte coërcet, & tollit fraudes impetrantium beneficia viuentium possessorum forte infirmorum, vel aliàs verisimiliter pp senium de proximo morientiũ. qui quidem impetrantes, videntes se nullũ ius fouere, sæpæ inducunt litem super illorum beneficijs, non ad effectum, vt illã prosequantur cum nullum ius habeant, sed quo ad hoc, vt ex tristi possessorum, euentu, qui, vt dixi, vel pp longum senium, vel periculo sam infirmitatem sperãtur de proximo mori, beneficio regulæ de subrogandis gaudere, & vti possint: vt sic de non iure faciãt sibi ius, & priuent ordinarios patronos, & expectantes facultatibus illis à iure cõcessis, aut sal. ẽ ipsi possessores sic citati ad curiam pp longitudinẽ itineris, & grauiũ impensaR. ti morem, tædio litis affecti cogant vel cedere, aut pensiones super dictis beneficijs dictis molestatoribus consentire, vel quod facilius factũ vidimus regressus illis & accessus ꝯcedant, prout tꝑibus Iulij & Leonis plures curiales hoc modo ditati sunt. Quib. fraudibus Martinus papa v. per suam ꝯstõnem extrauagantem, & nouissimè Hadr. papa vj. & deinde Paulus iij. per suas regulas obuiarunt, quas de non subrogãdis talibus ediderunt. Similem ẽt malitiam Bonif. viij. sustulit in c. si. de renunc. lib 6. de qua Alex. & Mod. meminerunt in l. filiæ. per illũ tex. ff. sol. mat. & reassumit Dec. in cõs. 130. col. fi. Et ideo ante prouisionem factam per prę fatos summos põtifices opportuna fuit ista clausula quæ sustulit hunc morbum, & prouidit ne per huiusmodi cõmissiones induceretur litis pendentia, nec beneficia efficerẽtur litigiosa, quæ alias de iure per commissiones prædictas, & citationem executam inducebatur, vt not. in clem. fin. vt lite pend. quam ad hoc pro notabili allegat Abb. Panor. in c. gratũ. de offic. deleg. & alibi sæpe. Et licet, vt dixi, propter dictam clausulam factum sit, quòd lis non dicatur introducta quo ad reum, qui vigore dictæ clausulæ prę seruatur ab hoc incommodo ne beneficia sua effecta sint litigiosa, erit tñ inductalis quo ad actorem impetrantem, respectu cuius dicentur beneficia prædicta in sui præiudicium litigiosa, quod quidem preiudicium potest considerari quo ad tres effectus.

Primus, quia si ipse actor ante terminum ad articulandũ, dummodo post decretã citationem moreretur, tali casu censerentur dicta beneficia litigiosa in fauorẽ possessoris rei conuenti, & in odium actoris, adeò, q ipse reus possessor posset peti se subrogari, & esset locus regulæ de subrogandis in fauo. ẽ possessoris, & diceretur veralis. arg. eorum, q dicit Egid. conclusione 380. quæ incipit, si faciens cõmitti. facit quod dicit idem Egid. cõclusione 545. quæ incipit, si pendente inquisitione, &c. Et ita ẽt in vna Toletana portionis tenuit Rota corã R. P. D. Petro Vortio 10. Nou. 1533. & hoc ꝓbat latè Fel. in c. sup literis. col. 6. vers. limito. 1. de rescr.

Secũdus effectus, dicta litis pẽdentia erit, q de priuilegio impetrando pendente ista lite per ipsum actorẽ, ac quælibet aliæ gratiæ per eundẽ obtentæ in præiudiciũ posses

foris aduersarij super eo, super quo lis pendet, non valebunt, non facta mẽtione de dicta lite: adeò, ꝙ eadem lite durante nullum dicto actori commodũ, nec reo incõmodũ inducent, per ea quæ Old. dicit in cõs. 299. col. 2. & idẽ reus nihilominus excipere poterit de regula de non tollendo iure q̃sito, & vti alijs remedijs iuris, vt probatur in c. causam quę. de testib. Et ibi bo. gl. & in c. 1. & c. dilectus. vt lite penden. c. dudum. de priuil. cum sim.

Tertius effectus, quare dictus actor impetrans non põt cedere ius suum alteri ẽt ante dictum terminum ad articulandum. Et cessio quo ad ipsum diceretur facta lite pẽdente, pñter posset talis cessio reuocari per reum possessorem tanq̃ attenta. cle. 1. §. si verò. vt lite pend. facit quod dicit decis. 10. tit. vt lite pend. in nouis, & quod dicit Egid. decis. 102. & ita declarat decis. 3. eo. tit. in nouis. q̃ voluit reum possessorem attentare si lite pendente in alium cedat, quod intelligitur qñ est lis quo ad eum, sed in casu isto non est lis introducta quo ad eum, nisi quatenus sit sibi proficuum, sed quo ad actorem est vera lis in eius odium, & hæc lis quo ad ipsum actorem impetrantem inducta fuit per solam commissionem ab eo obtentã, & citationem decretam ꝯtra aduersariũ, licet illa in citati notitiam non peruenerint, vt dicit formaliter Ro. cons. 330. inc. circa primũ. 1. col. vbi dicit, ꝙ cle. 2. vt lite pendẽte. volẽs ad introducendum litis pendentiã requiri, citationẽ in citati notitiam peruenisse procedit, nisi quo ad litis pendentiam introducendam ex parte agentis, quia sufficit quo ad ipsum actorem solius citationis decretum absque eo, ꝙ facta fuerit citationis executio. Ratio istius dicti est, quia ex quo ipse actor certus est de cõmissione & citationis decreto, amplius certiorari non debet, vt in c. cũ qui certus. de reg. iur. lib. 6. & c. ab excõicato. de rescr. cum simil. Et ita in vna Valentina parochialis de Pego pteritis annis corã R. D. Raynaldo Petrutio & in eadẽ postea coram R. D. Io. Mohedano, & in alia Cõchen. coram. tenuit Rota, vt dicã in reg. triennali. q. 51. & in reg. de annali. q. 47. Vlterius sciendum est, ꝙ cõmissio literis non confectis non datur super duobus beneficijs, nisi contra vnum, & tunc ita demum si ambo beneficia sint eadem supplicatione impetrata ex psona eiusdem, quia tali casu vnica censet̃ gratia, ex quo signatura dicit, fiat vt petitur, iuxta regulam cãcellariæ 60. facit l. scire debemus. cum mã. ff. de verb. oblig. nec sufficit tñ, ꝙ commissio super pluribus beneficijs sit contra vnum, nisi apponatur ista clausula, vnica supplicatione impetratis, & ꝙ causa super vno iam est instructa corã auditore, qui est super mã bene informatus. Nam tali casu ne cõtinentia causæ diuidatur, cõmittitur causa eidem, aliàs non datur cõmissio. Ratio prędictoꝝ est, qa ex quo notarij Rotæ hodie cõmissiones singulorum beneficioꝝ sibi per turnum diuidunt, & emolumenta suorum officioꝝ ex regestris conficiendis super quolibet beneficio capiunt, si vna cõmissio plura beneficia contineret, & illa distribueret̃ vni notario redundaret disparitas distributionis in præiudicium aliorum, pp maius lucrum, quod ille perciperet ex cõmissione continẽte plura beneficia. Et posset hæc fraus procurari de facili nisi notarius talem commissionẽ continentẽ plura beneficia loco plurium cõmissionum sibi distribuendaꝝ computaret. Oportet igitur, ꝙ isto casu verificẽtur coram auditore narrata in commissione, videlicet, ꝙ illa beneficia sint vnica supplicatione impetrata, & ꝙ causa alias sit coram eodem auditore instructa super altero ex illis beneficijs, nã huc modo commissio procedet. Et ista omnia procedunt qñ commissio continens plura beneficia est impetrata contra vnum. Secus si peteretur talis cõmissio super duobus, vel pluribus beneficijs, nõ vnica supplicatione impetratis contra diuersos, quia talis commissio concedi non solet. Nam ex quo sunt plures diuersæ gratiæ in diuersis supplicationibus, debet pro vnaquaque obtineri specialis commissio, & de per se separata: argumento eorũ, quæ dñr de pluribus capitulis cõnexis, vel separatis per doct. Mod. in c. translato de ꝯst. & per gl. in l. ẽt. §. 1. ff. de min. per Bart. in l. Aurelio. §. idem q̃siuit. ff. de lib. leg. per Bal. in l. 2. C. de re iud. & in Lamplorem. de appel. Nã clarum est, quod aliqua conceduntur rõne cõnexitatis, q̃ alias non ꝯcederent̃, vt not. Spec. in tit. de sent. excom. §. 2. vers. sed pone. Et facit tex. in l. cum actum. & quod ibi not. Bart. ff. de neg. gest. & in c. quanto. de iud. dixi in singul. meis super. l. quædam. ff. de

ff. de acquir. re. domi. subreptis Pataui j.

Postremò, quo ad hanc signaturã super dicta mã addo vnum videlicet, quod qñ processus est nullus, ex eo, quia literæ non sunt expeditæ ante terminũ ad articulãdum, vel ex alio defectu non datur cõmissio super validatione processus, nisi cũ ista clausula, scilicet, parte legitimè citata. Nam licet sanẽtur defectus processus, tamen defectus citationis est insanabilis, etiam refectis expensis, & qñ in totum fuit omissa citatio. Secus qñ non fuit debito modo executa, quia nõ fuit seruata forma. Nam talis nullitas cum clausula, dummodo ad notitiã citati peruenerit, solet sanari. Et tunc sufficit, ꝙ probet de tali citatione notitiã habuisse, vt probat tex. in clem. causam. ad fi. de elect. Et tradit Rom. consi. 410. & Rota dec. 271. in nouis. Et inter modos probantes ꝙ sic citatus habuit notitiã, est vnus, videlicet, si postea misit procuratorẽ ad illam causam, vt ponit Egid. decis. 59. & alia 539. prout in mea Cõpostellana archidiaconatus contigit corã D. Paulo Capisucco per R. D. Io. Paulum ꝯfirmata anno præto. 1538. pro quibus vidẽda sunt, quæ late scribit Fel. in c. cum ꝯtingat. de rescr. Istis ergo casib. sanaĩ defectus minus leg timæ citationis. Secus qñ in totũ fuit omissa, quia tunc talis defectus, vt dixi, insanabilis est, vt probat tex. in cle. pastor. vers. ceterum. de re iud. Etiã si papa in commissione apponeret clausulã, supplentes defectus si qui forsan interuenerũt. nam intelligiĩ illa clausula quo ad defectus iuris positiui, puta contra solẽnitates requisitas à iure, secus quo ad defectus iuris nãlis, prout est citatio, vt dicit Car. in d. cle. in 3. notabili. & Abb. in c. 1. de trãsactio. referẽdo Spec. in tit. de legato. §. nunc ostendendũ. vers. 18. Et hoc quod dictum est, defectus iuris positiui tolli per dictam clausulã, procedit de iure cõiũ secundum regulas Cancellariç nõ sufficit simplex clausula, supplentes in genere, nisi defectus explicentur, vel supplicatio signata fuerit per fiat, vt petitur, vt expresse dicit vna regula Cãcellariæ posita infra nu. 59 & hoc dicit Alex. post alios per eũ adductos in cõs. 195. incip. assumo. in 3. col. vers. dicit tñ. & in 4. col. vers. comprobatur. in 2. vol. Ex cuius dictis arbitror conflatã fuisse illam regulã. Et talis expressio defectuũ adeò est necessaria, ꝙ ẽt si dispẽsatio ꝯcessa fuerit motu proprio, expressio defectuũ requiritur, vt probat Andr. Sicul. in c. ab excõicato. in 2. col. de rescr. Tñ hoc dictum An. Sicul. iudicio meo vr̃ dubitabile, nisi illud intelligamus procedere in defectib. personatum, quia in defectu solemnitatis actuũ nõ videretur verũ, ex eo quia talis defectus ẽt in gñe per clausulam motu proprio, & ex certa scientia purgatur, vt probat Alex. in cons. 79. col. 5. vers. circa sextum, &c. lib. 1. & in cons. 3. in 2. col. vol. 6.

Et ista omnia de plano procedunt, quo ad defectus descendentes de iure positiuo, vt dixi, excepto vno casu relato per Card. in d. vers. ceterum. qui noluit, ꝙ per huiusmodi clausulam supplentes, non inducatur absolutio ab excõicatione, per cle. si fumus. de sen. excom. quod dictum est notabile, ex eo, quia talis defectus vr̃ esse iuris positiui, iuxta not. in c. veritatis. de do. & cõtu. & per Mod. in c. post cessionem. de prob. Tñ hoc ideo est, qa per illam clam non induciĩ aliquid extrinsecum, neq; dispensatio, neque habilitatio personaꝝ. arg. eorum, q̃ dicit Alex. in l. quidã consulebant. in 2. col. ff. de re iud. Nec minus, vt dixi, Papa per dictã clausulã supplet defectum nãlem, qualis est citatio: quæ dr̃ esse de iure nãli & diuino, vt ꝓbat Abb. in c. 1. de cau. pos. & prop. per bonas rõnes, quas latius cõprobat ibi Io. Rogerius de la Mota Mod. repetẽs in 4. notab. hinc est, ꝙ per Papam nec alium Principẽ citatio tolli vel suppleri põt, vt tradunt ibi prefati Mod. post Maria. in tract. cita. & Fel. post Inn. & omnes in c. quæ in ecclesiarum. de const. Imò ẽt in casu in quo dispensare posset, non intelligitur vellere supplere defectum, nisi exprimatur, vt tradit Fel in c. postulasti. in 17. col. vers. tertius casus. de rescr.

Et quod dictum est de citatione, idẽ est in consensu quem Papa non põt supplere: vt vult notab. Io. And. & Pan. in c. per venerabilem. qui fil. sint legi. vbi dicunt ꝙ Papa non põt inducere matrimoniũ supplendo consensum, cũm ille sit de iure naturali. Et eodem modo neq; signatura Papæ solet supplere defectum mandati. Nã vbi processus est nullus, vel sentẽtia nulla, ex defectu mãdati non potest talis infirmitas secundum stylum Rotæ sanari, etiam refectis expensis, iuxta tex. in c. in nostra. de procu. & in l. licet. C. eo. tit. nec iste defectus iustificatur,

ex eo, quia reus malitiosè tacuit, non opponendo in tpe exceptiones mandati,& sic dedit causam,vt actor labor bus & expensis fatigarentur, pp quod videretur eidem teneri ad expensas,iux.c.exceptionem.de except.Et quod notab.scribit Egid.conclusione 226.inc.in causa,&c.quia debet impuiare sibi pars, quæ ante omnia non perquisiuit mandatū, nec excusatur si processit sine mandato pp culpam iudicis non requirentis in principio litis de legitimatione personarum,prout facere tenebatur,iuxta tex. in c.1.de accus.& in l.si quramus.ff.de testa.& l. quidam referunt.vers.esse enim debet.ff.de iu.codic.& in l.si in diem. in prin.ff.de cōd. & demonst.Nam,vt dicit gl.in l. vt liberis. C.de colla.in primis quærendum est de psonis, quæ ante omnia sunt legitimandæ p iudicem, qui potest & debet ex officio compellere procuratorem exhibere mandatū, ne ipse iudex laboret in vanum, vt dicit gl. not.in c.1. vers.absentia.de elect.lib.6.&ponit Roma.in consi.60.in fi. Nam ista culpa iudicis non excusat partem, quæ hoc ēt inquirere debuit.nam quilibet tenetur esse diligens in perscrutando & bene videndo q̄ sibi expediunt,prout faciunt Florentini,qui secundum Pet. de Anch. in conf.305.præsumuntur diligentes.Nam,vt dicit Ioan.Boccacius,Non ha dessere losco,chi ha da fa cō tosco. Et ideo talis negligentia sibi imputari debet: dicta ergo nullitas est insanabilis propter defectum cōsensus qui exigitur in mandato procuratoris. Hinc est,ꝙ mandatum per mille annos non præsumitur,vt dicit Bal.in l.1.C.de re.ali.non alie. & in l. 2. C.si ex fal.instr. & hoc pp defectū cōsensus.

Sed ista omnia limitantur non procedere, quando in actu antiquo mandatum enūtiatur,nam tali casu mandatum præsumitur interuenisse,vt tenuit idem Bald.sibi contrarius in quodam suo consil. quod refert, & sequitur Curtius in conf.67. Et ita secundum illa consilia iudicauit Rota per tres instantias in causa Tridentina confinium coram R. P. D. Iacobo Simoneta, de anno 1516. vt latissimè refert dominus Gul. Cassiod. in quadam decisione sua incip. lata erat sententia. quo in loco innumerabiles rationes ponit, propter quas motus fuit tunc Rota ad tenendum istam limitationē ad dictum Bald.in d. l. 2. quod etiam limitat Fel.in c.sicut. in 17. col. de re iudica. Et isto casu defectus mandati est sanabilis.

Et quod dictum est de defectibus citationis & mandati,quę regulariter in hac signatura iustitiæ non sanantur, idem est in defectu iurisdictionis & competentiæ, quæ nec ēt sanantur:quia vbi non est iurisdictio processus,&inde sequuta sunt nulla,non solum ex defectu consensus, sed etiam propter defectum solennitatis,quę non potuit coram alieno iudice interuenire,vt dicit Abb.& alij in c.significasti.in pen.col.de fo. compe. Et iste defectus iurisdictionis est tam infectus & scabiosus,ꝙ rescriptum sanans omnes,& quascunque nullitates.non comprehendit sub illa generalitate verborum defectu iurisdictionis, vt tradunt Doct. post gl. fi.in clem.1.de sequestr. pos. & fruct. Nam iurisdictio est lapis angularis iudicij, de qua in primis & ante omnia constare debet,vt in c.cùm in iure.de off. deleg. Hinc euenit, ꝙ licet contra tres sententias conformes non possit opponi aliqua exceptio, donec sententiæ fuerint executæ.clem.1.de re iud.non tamen excluditur exceptio nullitatis ex defectu iurisdictionis, secundum Doct.ibi.& hoc videtur si qui Caldæri consi. 8. tit. de re iud.& tenet expressè Pet. de Anch. in consil.68.excellens domini. in 3. col.& illam gl.d.cle.vnicę sequitur Soc.consil. 274. col. pen. cum pluribus concord. vt scribit Decius in consil.38. circa primum. col.5. facit quod in simili dicit Bart. in l. 1. §. hoc interdictum. ff. quod vi aut clàm.

Isti igitur tres effectus enumerati, videlicet, iurisdictionis, citationis vel mandati, sunt veluti tres illæ infirmitates insanabiles,veluti podagra,rabies, & lepra, iuxta illud Ouidij 2. de Ponto.

Soluere nodosam nescit medicina podagram,

Nec formidatis auxiliatur aquis.

Aliæ tamen nullitates per signaturam facilè sanantur,adiuncta illa clausula, Refectis expensis, vt exemplum ponit dominus Gulielmus in collectaneis decisionum,decisio. incipien. firma est propositio.

Et eodem modo reparantur, per istam signaturam iura partium, quæ fuerunt a principio litis inualida, si lite pendente superueniat bonū ius. Nā tali casu facilè obtinetur cōmissio, ꝙ auditor attento bono iure oratoris

toris ꝑcedat sup hoc nouo iure exēplifi cat.Ge in cōſ.79.&Ro.cōſ.299.& Egi.cōſ. 55.q̃a talis cōmiſſio erit iuſtā & honeſta, ex eo,quia ſm iuris diſpōnē poſſum lite pendēte acquirere mihi ius bonū, ēt poſt cōcluſionē cauſæ,ut dñt prædicti Doct. & notabiliter firmat idem Egid. in dec. 662. dec.102.declarando,ut ibi per eū, qui po nit practicam citādi ad dicendū cōtra iſta iura nouiter producta.& idem dicit Abb. in c.fi.ut li.pend.cum cōcor. ut ſcribit De ci.in c.1.in 2.col.de confir.util

Sed aduertēdū eſt,ꝙ iſta quæ dicit Egi. & prædicti Doct.de plano procedunt in beneficialib.ſecus tamen in profanis,quia in illis ius de nouo emergēs poſt concluſ. in cauſa cenſetur obuenire poſt ſententiā: & ideo requireret nouū iudicium,& nouam telam.ut dicit Bar.in l.ſi mater.§.eandem. in fi.ff.de excep.rei iud. cum conc. ut tra dit Ale.in cōſ. 6.inc.uettitur lis.in 2.col. & conſ.150.col.fi.lib. 5. & ideo prima ter minorum obſeruatio hoc caſu nō ſuffice ret,ut dicebat Egi. quia in profanis requi rit,ꝙ ius illud obuenerit ante concluſ. in cauſa,ut tradit idē Alex.in conſ. 177. uiſo themate.col.fi.lib.5.Declarando tñ, ut no tab.ſcribit Paul.de Caſt. in l.ſi neceſſarias. §.fi.ff.de pig act.& aliquid ꝑ eūdē in l. cū uir.ff.de uſuc.Et iſto caſu putarem in euē tū in quē Papa per commiſſ. ſuam manda ret,auditori, ꝙ ex eiſdē actis procederet, attento bono iure poſt cōcluſionē acquiſi to,ꝙ læderet aduerſarium,& uti poſſet ex ceptione reg.de nō tollēde ius quæſitū,ut Ro. dicit in conſ.176.col.pe ſicut iudex q̃ admitteret articulos poſt terminū,diceret me grauare,ut in dec.27.in nouis.de quo in dicta reg.mētionē feci,ſaltem hoc nega ri nō poſſet,qui nouū ius acquiſiuit, debe retur alteri cōdēnari in expēſis,qui fruſtra toriè uſq; ad cōcluſ.fecit illū litigare ſup malo iure.nam ſi à principio bonum ius produceret,fortè pars nō cōtenderet, ſed liti cederet,nec laborib.& impēſis fruſtra grauaretur. Ex quo igitur temerè fecit il lum litigare,iuſtā litigādi cauſam habuit, & ideo uidetur eidē cōdēnādū in expēſis: argu.l.eum quem temere. ff. de iudic.

Hoc tñ limitat not ſm diſt.Bar.in l. nō pōt,ff.de iud.ut ibi ꝑ eum. Secūdò limita hoc ꝑcedere,qñ ille idē qui incepit, & mo uit litē ſine aliquo iure, & acquiuit nouū ius poſt cōclu.cauſæ,eſſet qui ſniam in ſa uorē canonizaret,quā noui iuris ſe portaret, ſecus uerò ſi alius in locum eius ꝑ eius obitū ſubrogatus illā obtineret, q̃a tali ca ſu ceſſat rō d.l.eū quē temerè.q̃a hoc caſu cōdēnatus nō pōt de iſto ſubrogato cōque ri ꝙ eū temerè & fruſtratoriè fecerit litiga re uſq; ad cauſę cōcl.& ideo pœnā quā me rebat primus litigans, nō debet iſte ſubro gatus incurrere,quia non uidet̄ ſubrogatur quo ad pœnā,q̃ accidentaliter ꝑuenit, ad ius de ꝓbat in l.itē ueniunt.§.cō prædiximus. ff.de pet.hær.facit l.1.ff. de in lit. iur. præ ſertim,quia in bñficialib.creator nouū ius per ſubrogationē Papæ, & nō transfundi tur illud idē qđ habebat defunctus, ut tra dit Io.An.in c.ſi tibi abſenti.de præb.li.6. & in c.1.& 2 ut lit.pend. eod.lib.

Et ſecūdū hoc eſſet dicendum, ꝙ ſubro gatus per commiſſionē ad proſecutionē executorialiū,teneret̄ de nouo petere ſibi decerni executoriales,licet iā fuiſſēt decre tę ꝑ defuncto, & ēt deberet eas de nouo intimare cōdēnato, licet defunctus eas iā intimaſſet,quia ſi illud eſt accidentale, in ſubrogatū non transfunditur, pręſertim quia ſi in eo creatur ius de nouo,debet in telligi cū qualitatibus ſuis ut nihil habeat ex antiquo.Tñ in iſtis duob. caſib. contra riū tenuit Rota in vna Autien.monaſterii de Oſſera corā R.D.Io. Paulo Ptolomæo, ꝑ reuerēdiſſ. Card. Farneſio Vicecancella rio. Nam in dicta cauſa uoluit Rota poſt plures informationes aduocatorū & pro poſitiones cauſe,ꝙ executoriales iā decre tæ in perſonā defuncti,nō deberēt de no uo decerni ꝑ ꝑ ſubrogatū, ēt ſi illæ fuiſ ſent decretæ uigore ſniæ latæ ꝑ cōtradi ctas,à qua fuiſſet appellatū à die notitię, quæ appellatio fuerat deſerta, adeò ꝙ Dñi uoluerūt,ꝙ iudex primus exeq̃ poſſet executoriales priùs decretas.Pro qua deci ſione ultra alia,fuerunt alleg.ea quæ Bar. & Iaſ.tradūt in l.tale pactū.§.qui prouoca uit.ff.de pact.& Fel.in c.ex parte.el 2.in an tep.col. de reſc. Et ita Rota concluſit,quo ad iſtud primū caput,die 17.Martii 1538.

Tñ circa hoc eſt aduertēdū,ꝙ iſta proce dunt,niſi poſt appellationē & reſtitutionē

latæ fuiſſet una uel duę ſnīę cōfirmatorię primæ ſnīæ,q̄ trāſtuliſſent in rē iudicatā, quia iſto caſu decernēdæ eſſent nouæ executoriales,nec ſignatura cōcederet cōmiſſionem, ꝙ ſit locus primis executorialib. decretis uigore primæ ſententiæ.Ita dicit D.Guliel. Caſſ cōcluſum fuiſſe in ſignatura iuſtitiæ ipſo præſente.Ratio fuit, quia per reſtitutionem euacuatæ fuerunt primæ executoriales, & impedita executio capitulo ſuſcitata.eum gloſſ.de reſtitu. in integ.cum vulg.ergo requiritur, quòd de nouo decernantur uigore ultimarum ſententiarū,quia actio nō naſcitur ex prima ſententia,ſed ex ſecundis,ut not.Bar.poſt glo.in l.eos,in uer.iniuſtam.C.de app.cū aliis concor.ut ſcribit domi.Gul.in quadā deciſione incip.habueram ſententiā &c.

In ſecundo uero capite,uidelicet,qn̄ iā prius fuerat,per defunctū facta intimatio executorialiū cōdēnato , nūquid ſubrogatus ad ꝓſequutionē executorialiū debeat iterum de nouo eas principali cōdēnato intimare , fuerunt uariæ inter dominos opin. Nā quidam dicebant requiri intimationē de nouo,ex eo,quia plura poterant per cōdēnatū contra ſubrogatū opponi, q̄ fortè nō militabāt cōtra defunctum,iuxta ea quæ dicit Car.in cle.1.de ſeq. poſ. & fruct.adducebāt ad hoc ēt dec.Rotæ. 320. licet in cauſis.in nouis. quæ uoluit nouā gratiā intimādā reo ēt contumaci ꝑ ꝑpræ dictā rōnem,quia fortè poterit eā de ſubreptione impugnare,præſertim , quia hic agitur de priuādo à beneficio,& de incurrēdis cenſuris, quo caſu qn̄ de priuatione agitur gratia noua intimari debet de nouo,ut dicit deciſio Rotæ 750.in antiq. Et ideo domini in una Crem. penſionis Prioratus dixerunt neceſſariam fuiſſe intimationem,non obſtante notitia rei uaga qn̄ agebatur de incurrendis cenſuris,& priuatione bn̄ficii uigore bullæ expeditæ , quo caſu certa & indubitata notitia & citatio perſonalis requiritur,iuxta no.per Fel. in c.qm̄.§.porrò.col.antep.ut lit.non conte. & in c.cū contingat, col.pen.de reſc. & tenet Ro.in conſ.481.inci.in caſu præmiſſo, in 2.dubio,& ita iudicauit Rota in d. cauſa Crem.corā dn̄o Chriſtophoro Panig.die 10. Dec.1529. ſic uidebatur hic dicendū.

Tamen iſtis non obſt. Rota in d. caſu determinauit , non requiri intimationem executorialium iterum fieri reo condemnato,ex quo iā fuerāt prius intimatæ,ſed ſufficere eas intimari eius procuratori apprehenſo in curia. Ita concluſit & iudicauit Rota in eadem cauſa Aurien. coram eodē d.Io.Paul.23.Ian.eo.anno 1538.Voluerūt tn̄ dn̄i ꝙ ꝓcurator,cui ſcd'o loco itimari debebāt executoriales, poſſet petere dilationes ad partes ad conſulendū dn̄m.

Non obſt.modo deciſiones ſuperius in contrarium alleg.uidelicet , deciſ. 750. in antiq.quia illa deciſio procedit in principali gratia priuationis , ſecus in acceſſoria:vn̄ ſi reus fuiſſet citatus ī negotio principali, & pendēte lite obtenta eſſet gratia ſi neutri continens priuationem, ſufficeret illam intimare procuratori domino litis in curia apprehenſo ita tenuit Rota in una Conuerſana Archipresbyteratus corā me menſe Feb. 1534. & ita limitarunt dictam deciſ.750. Nec obſtat dictum Card. in d.cle.1.& deciſ.320. quia illa procedūt in gratiis obtentis lite pendente ante ſententiam,ſecus in negotio executiuo,quia ne per friuolas exceptiones forte requirētes altiorem indaginē executio impediatur,facta prima intimatione, non requiritur alia,& ratio eſt,quia illa exceptio ſubreptionis uel inhabilitatis quę opponi poterat in cauſa illius deciſ.320.extinguitur per tranſitum in rem iudicatam , ut dicit Abb.poſt Innoc.in c.conſtitutus , uerſ. extra gl.de reſc.facit l.fi.in fi.C.de ord.cog. Nec minus obſt.deciſ.nouiſſima facta in d.cauſa Crem.quia ibi prius non fuerat facta aliqua intimatio , prout hic quo caſu intimatio principalis requiritur ſed hic ſufficit , ꝙ ſecunda fiat procuratori .

Eſt tn̄ ulterius aduertendum circa prędictam regulam 29. q̄ requirit expeditionē bullarum præambulā iuriſdictioni,quia illa regula procedit in literis ſuper quib.ius actoris principaliter fundatur ; ſecus uerò eſſet in iure opitulatiuo ad ius principale,ut ſunt gratiæ,perinde ualere, nouæ prouiſiones,& alia hmōi, quia ſi tales gratiæ non petuntur canonizari , nec illarum uigore aliquid adiudicari , non requirunt literarum expeditionem , & in talibus regula

gula non procederet. Imò si bullæ super il lo iure, quod petitur canonizari, essent ex peditæ cum mille defectibus, satisfactum uidetur regulæ, prout superius in quæst. dixi. Nec obstat, ꝙ in commissione inest ta cita conditio, quæ aliquando etiam in si gnatura moderna exprimitur, uidelicet, ꝙ ita demum iurisdictio detur, quatenus lite ræ prius fuerint expeditæ, quæ cõditio in forma specificã impleri deberet, iux l. Mæ uius. & l. qui hæredi. ff. de cond. & dem. qa uidetur, leges illas procedere in conditio nib. dandi, secus in conditionib. faciendi, ut hic quia possunt tunc cõditiones in for ma æquipollenti impleri, ut patet in l. in conditionib. §. si pationus, eo. ti. & limitat Iarius illas. ll. Mod. Galiaula in l. i. §. si stipu lanti. ff. de uer. obl. notabiliter Dec. in rub. de prob. in antep col.

Cõfirmatur ista opinio ex his quæ quo tidie in signatura iustitię in simili casu pra cticantur, uidelicet, qñ causa pensionis cõ mittitur cum clausula absque retardatio ne solutionis pensionis. Nam illa clausula concedit e auditori iurisdictionem sub cõ ditione, quia illa uerba, sine retardatione, sunt ablatiui absoluti, quæ resoluuntur in conditionem, vulg. l. a testatore, ff. de cõd. & dem. Adeo ꝙ iudex nõ posset procede re, nisi prius soluta pensione. Et tamen il la conditio recipit limitationem & decla rationem ex interpretatione signaturæ, & Rotæ similem casui præcedenti, uidelicet, nisi ex productione bullæ reseruationis ip sius pensionis resultaret exceptio, per quã iuste denegari posset solutio, quia tali ca su non diceretur retardari, & iudex siue au ditor procedere poterit, etiam non facta solutione, per ea, quæ dicit Bart. in l. i. §. & parui. ff. quod ui aut clam. Et est aduer tendũ, ꝙ isto casu signatura dat commis sionem constito de bono iure, ut iudica uit Rota annis præteritis in una Toletana præstimoniorum coram me pro do. Petro Pacheco coram Io. de la Raya. quæ senten tia postea confirmata fuit per R. P. D. Mar cellum. Et ille casus fuit magis difficilis, quàm iste de quo agitur, ex eo, quia ibi D. Petrus fuerat iam prius condemnatus per auditorem cameræ ad soluendam pensio nẽ, & nihilominus data fuit illi commis sio, ꝙ constito ex eisdem actis de bono iu re, & non iure aduersarii, ego procederem sine illa clausula absque retardatione.

Et per prædictam doctrinam Bar. in d. §. & parui. fuit etiam in signatura decisus alius notabilis casus in proposito, ut refert D. Ant. de Burgos Hispanus in quibusdã noris signaturæ, uidelicet, quidam Titius habebat facultatem transferendi pensio nem, quã faciebat sibi Gaius beneficiatus ex forma bullæ, cum hac tamen conditio ne, ꝙ qñ Titius pensionem in alium trans ferre uellet, deberet prius infra tres men ses intimare sibi translationem fiendam, alias trãslatio esset nulla. Accidit, ꝙ Titius non facta aliter intimatione Gaio transtu lit pensionem in Martinum, Martinus ad ueniente termino solutionis petit pensio nem sibi translatam à Gaio debitore, con tra quem recusantem soluere commisit causam cum dicta clausula sine retardatio ne. Gaius negat se teneri ad pensionem, ex eo, quia sibi infra tres menses nõ fuerunt intimatæ bullę translationis, ut cauebatur in bulla. Martinus replicabat Gaium nõ es se audiendum ante solutionem propter il lã clausulã cõmissionis, sine retardatione solutionis pensionis, fuit conclusum in si gnatura Gaium audiendũ, & esse dandam illi commissionẽ directam eidem audito ri, ꝙ constito de exceptione illa Gaii resul tante ex inspectione literarum, non tene retur interim soluere. uerum, quia super hoc multum contendebatur, fuit de con sẽsu partiũ sic modificata cõmissio, cũ hac clausula, uidelicet, data tñ cautione in for ma depositi depẽsione soluẽda ĩ euẽtũ suc cũbẽtiæ, & sine ista clausula cõmissio fuisset cõcessa, si pars ultro cautionẽ nõ obtulisset.

Et est aduertendũ, ꝙ licet inferiores a papa possint super beneficiis pensiones imponere in casibus notatis per Paulũ Ro manum in tract. Pensionis, q. i. nu. 10. 11. & q. 4. nu. 10. & habetur in c. pastoralis. de his quæ fi. à præl. & in c. nisi ubi Abb. in fi. de præb. Tñ in illis pensionibus de stylo si gnaturæ non solet in cõmissionib. apponi d. clausula, sine retardatione secus est in pẽsionib. impositis per papam. Rõ diuersi tatis est, quia inferiores a papa non põt, ni si certis casib. & causa expressa imponere

pensiones, quę non transeunt ad successores, ut no. Io. Bapt. de S. Seuerino in tract. præb. q. 4. & doct. in c. extirpandæ, § fi. de præb. Et quia dubitari potest, an pẽsio imposita fuerit ex iusta causa, & in casib. permissis, ppea in talibus pẽsionib. impositis per inferiores à papa, nõ poniť dicta clausula, quia non est honestũ, ꝙ ilico sine aliqua discussione habeant executionẽ paratã. Sed in papa non attinet dubitare de potestate, cum omnia possit. ideò pensiones ab eo impositæ non possunt recipere dubium quin ualeãt, ideo debent statim exequi, & propterea in eis apponitur dicta clausula, & ita fit differentia inter superiorem & inferiores. Et quia ẽt est honestũ, ꝙ pẽsio assignata ex mãdato papæ debeat magis efficaciter solui & impleri, q̃ imposita per inferiores. arg. c. si qn. de rescr. Præterea est aduertendum circa dictã clausulã, sine retardatione, ꝙ qñ prædecessor meus diu non soluit pensionẽ, datur commissio super inualiditate pẽsionis sine dicta clausula sine retardatione. Ratio est, quia est præsumptio, ꝙ pensio fuerit extincta, cũ non sit uerisimile, ꝙ tanto tempore neglexerit eam petere, arg. c. super hoc. de ren. Et ideo præsumitur eam habere pro derelicto, iuxt. not. per Abb. in c. contigit, de dolo & cõt. Et ista p̃sumptio est fauorabilis ecclesiæ; quæ sic liberatur a seruitute, & benignior reputatur in dubio illa interpretatio quæ pro libertate facit. c. pen. de re iud. Hinc est, ꝙ licet impositio pensionis requirat autoritatem papę, & partium obligationem, quia grauatur beneficium seruitute, ut in c. prohibemus, de censib. cassatio tñ, siue liberatio pẽsionis fieri põt sine autoritate papæ, sola simplici cedula, ut dicit Alex. in c. Agatosa. 63. dist. cuius dictum approbatur à Rota.

Est & alius casus in quo nõ apponiť d. clausula, uidelicet, qñ successor committit causam nullitatis pẽsionis impositæ suo prædecessori per arbitros a colliganti bus electos, pro quo facit dictum Roman. cons. 369. in 4. dubio. in 2. col.

Est & alius casus in quo d. clausula sine retardatione poni non debet, uidelicet, qñ unus imposuit pẽsionẽ, puta centũ ducatorũ super plurib. beneficiis suis. Nã si postea ille moriať, & beneficia diuidãtur in plures, & pensionarius uelit quẽlibet possessorẽ beneficii insolidum ad soluendum pensionem conuenire, sub prætextu, quia pẽsio habet executionẽ paratã, & obligatos oẽs, sicut obligatio in forma cameræ, nihilominus nõ dabitur ei cõmissio sine retardatione, Rõ est, quia possessores beneficiorũ non tenentur ad totã pensionẽ insolidum, sed pro rata. Vt conclusit Rota die 16. Martii 1534. corã D. Io. Clerici in una decis. per dictũ Abb. in c. constitutus, per illum tex. de rel. dom. Et quousque iudex cognoscat, q̃ sit rata pensionis, & discutiat ualorem omnium beneficiorum, pensio nõ põt dici liq̃da, ideo nõ debet dari clausula sine retardatione. Et eodẽ modo qñ Eps imponeret pensionẽ super beneficio iurisp. laicorũ sine patronorum consensu, quod uidetur posse facere dummodo nõ trãseat ad successores, ut no. gl. in c. ad hec. de off. ui. & licet Præp. in c. qn. uers. q̃d si rector. sentiat cõtrariũ, tamen iudicio meo non debet concedi dicta clausula, quia potest dubitari de potestate imponentis pensionem, per dicta Rochi in tract. iurisp. in uerbo honorificũ. in 3. q. & interim pensio non debet habere executionem paratam.

Et eodem modo est dicendũ in casu in quo peteretur pensio a beneficiato, qui fecit plures impensas in recuperando beneficio, & eius possessionẽ & vult ꝙ pẽsionarius cõtribuat. Nã licet contribuere nõ teneatur, nihilominus quia hoc recipit pbabile dubiũ pp diuersitatẽ argumentorũ, q̃ possent fieri de l. 2. §. si conseruatis, circa fi. & l. amissę, in fi. & l. nauis. ff. ad l. Rho. de iact. Et quia semper debet solui pensio donec declaretur nulla. c. querelam. de elec. pp istas probabiles dubitationes non debet dari clausula sine retardatione. Et idẽ esset, qñ ille, i. quẽ trãslata ẽ pẽsio, i. aliũ eã de facto trãstulisset de cõsẽsu bñfic. qa hoc casu clau. sine retardatione nõ debet dari.

Est tñ unũ aliud notandũ, ꝙ de stylo si guarum in casib. in qb. dať d. claus. sine retardatione, debitori ob nõ solutionẽ pensionis, non cõceditur bñficiũ, c. Odoardus.

Tamen ad hoc est aduertendum, ꝙ putarẽ ergo stylum istum procedere, qñ debitor pensionis concessisset eius impositio

ni

ni personaliter. Nam tali casu ex quo in eius consensu inest iurim & obligatur in forma cameræ, nō esset honestum postq̃ habet beneficium, ad cuius regressum se obligauit, ob nō solutionē, ꝙ iuuetur exceptione dicti ca. Odoardus. uel alia simili, ꝑ ea quę dicta sunt, quia potius debet dimittere & restituere beneficiū quod accepit. Nā nō est honestū, ꝙ retineat beneficiū, & ꝙ nō soluat: aliàs facile illi dareẽ ocasio & ansa peierādi. Nec isto casu si denegaẽ il li auxiliū dicto cap. Odoardus. fit illi iniuria, quia scienti & uolēti nō fit fraus neq; iniuria. vulg. c. scienti. de reg. iur. lib. 6. Et quia iuramētū est personale, debet per ipsum iurātē impleri in forma specificā. c. debitores. & c. ad nostrā de iureiur. Sicut etiā uidemus, ꝙ beneficiū illius cap. nō datur, ei cōdēnato per tres sententias, ut cōclusit Rota in vna Senen. corā D. Christophoro Panigarola. 10. Decembris 1529. per not. per Bal. in l. 1. C. qui bon. ced. poss. Aretin. & Ias. in §. fi. instit. de action. sed prædicta non militant quando cōsensus per alium est præstitus. Hinc est, quòd de stylo Rotæ & curiæ quando quis cōsensit personaliter reseruationi pensionis sub solitis censuris & pœnis, illas censuras & pœnas incurrit, si in tempore non soluit etiam si ne aliqua alia literarum intimatione. Secus est quando consensit per alium, quia tunc requiritur intimatio, prout in una Ladisladien. canonicatus, & præbendæ iudicauit Domi. Guliel. Cassiod. de mense April. 1521. super quo latissimam decisionem ipse scripsit, quę incipit, dubitaui in vna, &c. quam non curo referre.

Est bene uerum, quòd aduersus debitorem pensionis per prædecessorem impositæ, posset procedi per uiam commissionis in uim monitorii per auditorem cameræ ad solutionem pensionis absque alia intimatione literarū, tamen non posset contra illum procedi ad pœnas, uel censuras, nisi, ut præfertur, personaliter consentiret, de quo quidem stylo etiam meminit idem D. Guliel. in quadam alia decisione signaturæ posita inter decisiones Rotæ, quæ incipit, proposui etiam commissionem, &c. ubi quasdam super hoc rationes assignat, quæ possunt ibi uideri.

REGVLA DE SVBROGANDIS colligantibus.

Item, idem dominus noster litium succindere cupiens anfractus, & ne nimis collitigantibus aduersarii deniter, prouidere, voluit, statuit, & ordinauit, quòd quotiens deinceps aliquem super quouis ecclesiastico beneficio collitigantem in iure uel ad ius (si quod forsitan eius aduersario in dicto beneficio competierit) subrogari concesserit, dum modo præfatus collitigans in dicto beneficio intrusus non sit, nec super eo contra dictum aduersarium postquam illud per triennium pacificè possederit, lis tunc mota fuerit aliorum quorumlibet de præmisso iure, siue tunc vacet, vel tunc vacauerit, impetrationes. (Hæc verba addidit Leo. 10. vel concessionis etiam motu proprio) infra mensem ante concessionē huiusmodi factæ, nullius sint roboris vel momenti. Hadrianus 6. & S. D. N. Paulus 3. hæc verba quæ sequuntur, addiderunt, videlicet: Et nihilominus fe rè Pauli 2. & Innocentii 8. ac Hadriani 6. Romanorum pontificum, prædecessorum suorum vestigiis inhærendo, cupiens eorum fraudibus obuiare, qui viuentium beneficia illorum præsertim, quibus aut propter senium, aut infirmitatem imminet vitæ periculum, impetrant, ut illis decedentibus, tāquam collitigantes in illorum iuribus facilius subrogentur: voluit ut deinceps nullus in iure, vel ad ius in beneficio defuncti, quod illo viuente in casibus præmissis, vel similib. impetrauit, aliquo modo subrogetur, ac subrogatis, & gratia si neutri, si nulli, si in nouæ prouisionis, aut perinde valere, taliter impetrantis nullatenus suffragetur, quod etiam strictissime obseruari mandauit in impetrationibus beneficiorum per priuationem & amotionē ex quibusuis criminibus, & excessibus forsan perpetratis, etiam si vsque ad diffinitiuam sententiam, quæ tamen in rem non transiuerit indicatam, processum foret.

PRAEFATIO.

Origo istius regulæ antiqua est, à Io. 23. initium habens, qui duas in ista materia regulas condidit salutares, non tamen omnino concordantes cum nostra moderna. Nam prima eius regula disponit, ꝙ nullus collitigans ualeat subrogari in beneficio, uel ad ius collitigantis uacans per eiū obitum, contractum matrimonii, ingressum religionis, uel alium casum nisi prius auditori causæ de collatione sibi facta, uel alio colorato titulo docuerit, aut saltem iurauerit causam ipsam non mali

tiose,

tiose, nec fraudulenter, sed purè, & bona conscientia inchoasse: ipsiq; etiam audito si hoc ipsum ex uerisimilibus coniecturis ita uisum fuerit, quo casu ad prædictam subrogationem procedat. Alioquin prædicta subrogatio, commissio, & quæcunque inde sequuta, nullius uoluit esse momenti, q̃ habere locũ uoluit & in causis per appellationẽ indecisis pẽdentib. Hæc in summa prima regula cõtinebat, ad quam adaptat decisio Egidii. 116. incipiẽs, si petens.

Secunda eius regula habet aliquã similitudinem cum nostra moderna: nã uoluit idem Io. Papa. 23. ꝙ subrogatus in ius collitigantis præferatur alteri non collitiganti habenti prouisionem sub eadem data. Et idem uoluit seruari in gratia si neutri.

Primã regulam Ioannis, Martinus V. innouauit. de secunda uerò nullam mentionem fecit, sed aliam ipse diuersam regulã ab illis duabus regulis fabricauit, quæ fuit publicata nono Cal. Nouẽbris, anno eius tertio. In qua uoluit, subrogationes, uel gratiam si neutri ad beneficia, uel ius collitigantis non ualere, si apparuerit ipsos impetrantes eum sola & nuda supplicatione possessorem ipsum in causam traxisse, quas tanq̃ fraudulenter & dolose obtẽtas, irritas & inanes decernit, ac nullius esse uoluit roboris uel momenti. Ex qua qdẽ reg. postea idẽ Martinus extrauagãtem quãdã perpetuam fecit, quam habeo inter antiquas non impressas, quæ incipit, cum non nulli, quę plenior est quàm illa, de qua miror doctores nullam fecisse mentionem quod fortè accidit, quia extrauagantes ex quo extra certum corpus singulariter uagantur, solent de facili permutationes põtificum obliuioni tradi (ut experiẽtia quotidiana experimur) etiam in multis extrauagantibus impressis accidit, quæ facilè ignorantur. Itaq; ista extrauagans ex quo nõ reperitur correcta, hodie in causarum decisionibus allegari posset. Et quia eius decisio rationabilis & utilis uidetur & pauci eam habent, hic ad uerbum inserere libuit. Tenor talis est: Cum nonnulli super beneficiis ecclesiasticis eis, ut uacantibus, conferendis, gratias obtinuerint, quatum uigore literis apostolicis de sup non confectis possessoribus illorum litem mouisse. & eos in causam traxisse dicũtur, & cõsequenter possessoribus ipsis defunctis in ius eorum, & ad possessionem huiusmodi beneficiorum, lite pendẽte subrogari, aut aliàs in forma si neutri, puideri obtinuisse, non discusso seu uiso, an grat. æ ualidę, seu inutiles fuerint, seu an super eis. iteræ apostolicę potuerunt aut debuerunt expediri. Nos talib. fraudib. obuiare cupientes, & omnes, & singulas literas subrogationũ, seu in forma si neutri, seu alias lite pendẽte, super talibus beneficiis per nos decætero concedendas, in quibus non apparet impetrantem alias quàm nuda supplicatione possessorẽ in causã traxisse, tanq̃ dolosas & fraudulentas, irritas & inanes. Hæc sunt quæ super ista materia edidit Martinus.

Eugenius quartus nullã regulam super hoc fecit, nec prædictarum aliquam innouauit, sed sub silentio transiuit. Sed Nicolaus V. regulam istam eo uerborum tenore, quo nunc in modernis regulis describitur, primus omnium introduxit.

Moderni uero põtifices, ut Leo, & cęteri ad illã regulam Nicolai, unam clausulã addiderunt, nam post uerbum impetrationes, posuerunt hæc uerba, uel etiam concessiones motu proprio, &c. & hoc fecetunt, ut tollerent dubitationem, de qua hic disputat Glossator propter uerbũ impetrationes, quod uidebaẽ excludere gratias motu proprio concessas, iuxta l. 1. & quæ ibi not. C. de peti. bon. sub. lib. 10. cũ inter illas sit magna diuersitas, ut in cap. si pluribus. de præbend. lib. 6. Hadrianus papa 6. solus hanc regulam, sicut & plures aliàs mutauit, sed potius limitauit. Nam uoluit hanc regulam locum non habere in impetrantibus beneficia uiuentium seniorum aut infirmorum, uel per priuationem aliquorum, in quib. casib. noluit subrogationes, aut gratias nouæ prouisionis, uel si neutri, ualere. Et quidam dicũt hoc ideo factum fuisse, quia ante istam prouisionem Hadriani expeditũ erat, subrogationes factas de infirmo, uel sene ualere, ex eo, quia per citationẽ factam contra tales infirmos, uera litis pendentia inducebatur, in qua erat de iure subrogationi locus, ut dicit hic Felyn. Hadrianus tamen

subiti

subrogationem ualere noluit. Tamen hęc inuenrio aut limitatio ad istam regulam, licet tempore Hadriani nouiter prodierit non fuit Hadriani, sed Marti. v. qui quandam aliam super hoc extrauagātē fecerat. Cuius tenor talis est: Quorundam, &c. Sed nonnulli ambitionis ardore feruentes, in diuersis regionibus, uiros ecclesiastica beneficia obtinentes fortè senio, uel infirmitate confractos explorant, ipsosque super criminibus: & delictis falso deferūt, & obtinent rescripta iudicib. directa de priuando prętextu taliū criminū beneficiis huiusmodi, & eisdē delatorib. prouidēdo, & cō sequēter eos senes & infirmos, uigore cōmissionis huiusmodi, super delatis criminib. citari faciant, nihil, aut parū amplius prosequentes, & deinde post eorum obitū beneficia huiusmodi prætextu citationis factæ, litigiosa prætendentes, & nullū præter Romanum pontificem posse conferre uacantia tanquam litigiose impetrata, & procurant se in ius defuncti subrogari, aut eadem eis beneficia conferri, uolentes talibus insidiis & fraudibus obuiare, ex quib. etiam aperitur uia machinationis in mortem. Perinde declaramus per citationem huiusmodi, aut alium inde sequutum processum citra priuationem citati beneficia minimè litigiosa, neque litem super his pendente censeri, si per annum steterint, quod litem per citationem continue prosecuti. Quinimò de beneficio huiusmodi ꝑ obitū possessoris per illos, ad quos alias dispositio ꝑtinet, liberè posse disponi &c.

Ex ista quidē extrauagāti apparet limitationē Hadriani fuisse antiq̄, quinimo ipse idem Martinus per duas alias extrauagantes constitutiones constituit, ꝙ si quis moueret litē, antequā prius sibi ius cōpeteret siue haberet titulum ad beneficiū super quo ad litem mouit, esset inhabilis ad illud beneficium, ac possessori in ius uocato condemnaretur in expensis, dānis, & interesse. Statuit et, ꝙ per quācūque litis pēdentiā in Romana curia, in qua nō fuerint seruati oēs termini, & doctū de iure actoris ꝑ suorū iuriū ꝓductionē post annum à die præsentatæ cōmissionis, & omnis eius lis, huiusmodi fuerit introducta, nō cēseatur beneficiū sic liti affectū, quin ꝑ illū, ad quem alias collatio & dispositio ꝑtinet, possit libere ꝓuideri. Et licet hoc Hadriani additam tū prius Martini 5. fuerit, ut superius dictū est, & alias salurare videat̄, nihilominus Clemens 6. de hoc Hadriani additamēto nō curauit, sed secutus est Leonē fratrē eius patruelē, nihil aliud regulā addēs. Sed Paulus papa 3. nūc feliciter uiuēs, Hadr. in omnib. est imitatus. Et licet isti pōtificis inter se uarii uideātur, oēs tñ in effectu ad eūdē finem tendūt, & in regulis suis cōcordāt, exceptis limitat. Had. & Pauli. 3. Et ideo ego eūdem finē secutus, regulā ipsam iuxta cōem literam in libris Rotæ scriptā cōmentabo. In reliq̄s uero faciā, prout oportunum uidebitur.

Illud tñ ante oīa nō est omittēdū, quia deseruire poterit ad multa inferius dicenda, ꝙ regula ista (ut ex eius ꝓemio innuit) est fauorabiliter amplianda, ex quo emanauit ad tollēdū & amputādū litiū anfractus, iuxta vulg. l. ꝓperandū. C. de iudi. de quo latius in reg. de annali, dicā. Postremo ꝓ intelligētia dicēdorū ꝑmittendū est, ꝙ duo sunt genera subrogationū. Primū est ꝑ obitū collitigātiū. Et si sunt plures collitigātes, sup̄stites oēs possunt se infra mensem hic in regula designatū subrogari facere, & hoc genus subrogationis nō deberet cōcedi, cū derogatione istius regulę, alteri q̄ collitigātib. nisi ꝑ cardinalib. ut dicā super hoc latius infrà 15. qō. quod procedit qñ bñficiū uacat in curia, quia tunc cū difficultate hodie cōcedit̄ derogatio, nisi tran factū fuerit interim notabile tps, puta duorū uel triū mensiū, intra qd̄ uerisimile est collitigātē fuisse in negligentia: sed si colligās moreret̄ extra curiā, dat̄ subrogatio, et ꝑ nō collitigāte sine derogatione regulæ. & ita se habet usus & stylus signaturæ. Secūdū genus subrogationis, est qñ collitigās lite pēdēte, cedit ī aliū tertiū nō collitigātā, & isto casu hodie subrogatio cōcedi solet, cū derogatonē istius regulæ, & addit̄ in supplicatione dūmodo nō cedat ī potētiorē & quatenus sit vera lis, ut de hac dicā infra in 1. q. & in 11. 12. & 14. q. Si uero cessio facta est ꝑ collitigātē lite pendente, nō in tertiū, sed ī collitigāte, & isto casu nō requirit̄ derogatio istius reg. neq; apponunt̄ in ista subrogat. ꝑd. claus. qa ī effectu nō dicitur

Et ista quæ dicta sunt de cessione non facienda in potentiorem, limitantur non procedere, qn̄ vna sn̄ia fuisset lata procedente collitigante, quia tali casu posset collitigās pro suo libito in quemcunq; renunciare, & derogatur regulæ. Ita fertur dixisse Bo.me. Triuultium tenuisse Rotam. Et ita reperio fuisse decisum, quod est valde notandum: tp̄ibus tn̄ meis non accidit iste casus, sed nō vr̄ sine rōne illud dictum, quia qn̄ collitigās sn̄iam pro se habet, omnis præsumptio malitiæ, cessat, ꝙ ꝑpea in potētiorem cesserit, quia diffidebat de iure suo, quod melius facere sperabat, constituendo collitiganti duriorem aduersarium. arg. l. qui stipendia. C. de proc. Et sentit Abb. post Spe. in c. 2. in 2. col. vers. aduerte tn̄ ad vnum dictum notabile, &c. de alie. iud. mu. cau. fac. Et ad hoc facit bene tex. in l. fi. instructa. §. fi. ff. de inoffi. test. vbi pp primam sn̄iam debet quis ali. ab hærede, ēt pendente appellatione, vbi alias non deberet ali, vt in l. qui de inoff. eod. tit.

Sed est aduertendum, ꝙ ista sn̄ia debet esse lata contra oēs collitigantes: non aūt suf ficeret si contra vnum tm̄ proferretur, alio in lite remanente: vt in notabili casu proponebatur diebus præteritis in Rota, in vna Ilerd. parochiali de Alcaras coram R. P D. Marcello, quæ fuit postea concordata, quē pp eius singularitatem referam casum. Quidam Antonius Carreres prætēdens hr̄e ius super dicta parochiali, cōmisit causam ꝯtra quendam Ludouicum Castellar, & Dionysium Molner, & contra ambos seruauit terminos. Tn̄ quia Dionysius non comparuit, nec misit procuratorē, Antonius obtinuit sn̄iam per audientiam contradict. ꝯtra Dionysium, præstita cautione, Ludouico in lite remanēte, de restituendo beneficio, cum fructibus in euentum succūbentiæ, prout quotidie de stylo fieri solet. Accidit, ꝙ d. Antonius obijt, & d. Ludouicus obtinuit se subrogari tertia Nouembris anno 1. Pauli. Quidam Carolus de Marchionibus ē: sub eadē data sibi prouideri per obitum Antonij de dicta parochiali obtinuit, in cuius supplicatione erant hæc verba: Et cum derogatione regulæ de subrogandis, quo ad dictam parochialem tm̄, attento ꝙ d. Antonius defunctus super illam rē iudicatā reportauit, Fuit diutius disputatū, & dubitatū in Rota, vtrū dicta derogatio regulæ ꝑiudicaret d. Ludouico, contra quem Anto. non obtineat rem iudicatam, super quo casu cōsulti fuere Abbreuiatores de parco maiori, qui dixerunt Papam consulendum. Tn̄ ꝙ ipsi non expedirent super tali derogatione bullam cum prædicta derogatione. Sed tā postea longo interuallo d. Dionysius per cameram expediuit, cum derogatione regulæ, & sine illis verbis ꝙ Antonius rem iudicatam reportasset, &c. Et ideo Rota remisit bullam ad corrigēdum. & ita postea concordarunt. Ita se habuit facti series, sup qua plura dicta fuere.

Mihi tn̄ pro nunc vi, ꝙ bulla legitimè expedita, cum omnibus clausulis contentis in supplicatione, non officit Ludouico, qa papa non voluit cōcedere Carolo, nisi tm̄ ius Antonij qui cōtra Dionysiū sn̄iam obtinuerat. ius verò Ludouici papa non tetigit, qa saluum manet, vt prius: nisi dicamus, ꝙ in hoc grauatur Lud. quia sibi debetur subrogatio per obitum collitigātis ex priuilegio istius regulæ, quæ prohibet nouos collitigātibus aduersarios dari, vt litium sit finis. Ita ꝙ Ludouico debebatur ius Antonij, nō Carolo. Tn̄ hoc non sufficit qn̄ papa expresse derogat huic regulæ, q pōt hoc facere. Nā nulli iniuriam facit si suo iure vtitur, præsertim, quia non tollit ius ipsius Ludouici per dictam derogationem, Nec obstat, ꝙ ius Antonij debebatur Ludouico collitigā ti, per prouisionem istius regulę, quia respōdetur esse verum non nata derogatione, qa constat papam ius Antonij posse dare cui velit, dūmodo nō præiudicetur iuri dicti Ludouici. Experietur igitur Ludouicus de iure suo, & si apparuerit esse melius, iure Antonij obtinebit: sin autem non erit melius, prout si Antonius viueret, & litem prosequeretur, vtique succumberet. Ita & cum Carolo periculum faciet.

Inuenta est tamen modernis temporibus vna cautela ad euitandam istam regulā casu quo non daretur illius derogatio. Nā procurabam clām, ꝙ vnus tertius non collitigans in quem cedere intendebam, hoc beneficium litigiosū impetraret, & causam contra me possessorem committeret: nam tali casu cessio facta in illum nouum collitigantem valebat, & sic satisfactum erat regulæ. Et idem est, qn̄ ille in quem cedere volebam, impetrat gratiā si neutri, & postea faciat sibi cedi ꝑ possessorē, nam cessio valet.

Et

Et tñ isto modo deluditur verus collitigãs. Quibus fraudibus & cautelis regulę Hadriani,& S.D.N.Pauli III. hodie subueniunt & occurrunt,quæ fortè pp hmõi technas emanarunt,quamuis d.reg. Hadriani dicat hoc prius Paulum II. & Inno.8. præuidisse. tñ ego in regulis illorum nũ inuenio,nisi fortè regulæ ad partem fecerint,quæ vt audio solent imprimi in modernis decis.Rotæ.vtcunq; sit,hodie illis fraudibus satisfactũ est.

QVAESTIO II.

QVæro,vtrum ista regula habeat locũ extra curiam coram ordinarij & legatis?

SOLVTIO. Gloss.hic col.fi.tenet rľam in illis hře locum,cum sit vniformis rõ quo ad omnes,iuxta cl.1. de elect.cũ vulg. Nec obstat,ꝙ verba regulæ innuunt eam in papa tm̃ loqui, vt patet in illis verbis subrogari concesserit,&c. Quia rñdet Glo.ꝙ exẽpla non restringunt rľam. Nam si papa per istã rľam imponit sibi legẽ, à fortiori imponere intẽdit alijs inferiorib.vt in cl.1. de reliq.& vener.sanc.cũ sĩlibus de qb. hic p eũ.

Adde pro ista opinione, quia qñ regula est fauorabilis,recipit latissimam interpretationem,etiam ad casus non expressos.c.1. vbi glo.in verb.Italiæ. de temp.ordin.lib.6. gl.in c.statutum de præb.lib.6. cum vulg. vt scr. Iaſ.in l.fiñ.ff.de in ius voc.Sed regula ista est hmõi: igitur erit latissime extendenda. Quòd sit hmõi, apparet ex eius procemio, ibi,litium cupiens succindere anfractus,&c. Nam omnis constitutio abbreuians & auferens lites,iudicatur fauorabilis,& bonũ publicum continens,vt dicam in regula.de annali.q.2. Et clarum est,ꝙ odia restringi debent,& fauor ampliari,vt dicitur in vulgata regula iuris,odia.Concludo igitur,ꝙ quicunq; inferior à papa, qui potest subrogationem collitigantis concedere, sub regula ista comprehenditur tanquam fauorabilis.

Est tñ aduertẽdum, ꝙ licet ista rľa debeat seruari extra curiã: in Britannia tñ non hẽt locum,pp constitutionem Callixti, vt dicit hic Fely. Quid aũt illa ꝯstõ cõtineat videre non potui. Reliqua,quæ in gñe super hac qõne dici pñt,dixi in proemio regularum, quæst.2. & in reg.de infirmis resign.& alibi sæpe,vbi hanc similem quęstionem repeto.

QVAESTIO III.

QVæro,nunquid regula ista procedat, qñ ille,qui cõmisit causam literis non expeditis, petit se subrogari per obitũ illius, contra quem causam cõmisit,& in iudicium vocauit?

SOLVTIO. Iste casus decisus olim videbatur per regulam Martini 5. de qua in euidentialibus feci mentionem. Sed licet regula expirauerit per eius mortem: rõ tñ remanet:ex qua idem dicendum vř,videlicet,ꝙ regulæ nõ sit locus, quia vbi nulla est lis,dici non põt aliquis collitigans,sed committens causam literis non expeditis, cum non tribuit aliquam iurisdictionẽ per eius cõmissionem, vt dicit reg.29. infra eo.non potest dici ibi esse litem,vbi nõ est iudiciũ. Nam priuatio præsupponit habitum,& vbi non est habitus, neque priuatio.c.ad dissoluendum.cum vulg.de despon.impub.& vulgo dicitur,nõ entis nullas esse partes,l.eius. cum similibus.ff.si cert.petat. Regula igitur illa de collitigantibus loquens, istum casum non comprehendet.

Tamen contrarium potest de facili sustineri ex eo,quia negari non potest per commissionem & citationem decretam & executam,litem induci, & beneficium effici litigiosum quo ad partes, licet quo ad perpetuandam iurisdictionem iudicis sufficeret solum decretum citationis, iuxta gl. in cle. 2.vt lite pend.tradit Abb.in c.fi. col.fin.de offic.leg. cum concor. traditis per Glossatorem in regula de annali.vbi dicam,& latius dixi supra in reg.proxima.q.fin.Executio igitur & notitia citationis est illa, quæ constituit duos collitigantes. Vbicunq; igitur ista concurrunt,regula locum habebit. Nec obstat,ꝙ iurisdictio est nulla literis nõ expeditis, qa illud procedit ex post ex parte iud.cis, quando de d.reg.29. opponeretur ad effectum, vt in causa ad vlteriora nõ procederet, sed à principio iurisdictio valida est,& citationis decretum,& executio: qua quidem executione facta reus comparans potest excipere de d.reg.29. & iurisdictionem annullare,sed iam manet prius beneficium litigiosum:& hoc procedit,quando est datum de d.reg.29. Cæterum,si de illa non exciperetur, res de plano procederet. Et ideo non abs re signatura apponit in commissionibus,quibus petitur causa cõmitti literis nõ expeditis, illam clausulam, Dummodo ante terminum ad articulandũ literæ expediantur, & ꝙ interim beneficiũ non

non censeatur litigiosum quo ad effectum regulæ de subrogandis, vt dixi in præceden ti regula. Clarum igitur est, ꝙ si subrogatio tali casu non valeret, frustra illa clausula apponeretur, quod non est dicendum.

Præterea, quia videmus per commissionem, literis non expeditis, & per citationē vigore illius decretā & executam, adeo beneficium effici litigiosum, ꝙ citatus non potest postea regula de triennali iuuari, vt tenuit Rota in pluribus causis, quas in dicta regula enarrabo. Ergo si beneficium est litigiosum, debet habere locum subrogatio.

Prædictis tamen non obstantibus prima opin. est verior, quam tenuit Rota, vt attestatur quidam Moder. Sabin. in quibusdam apostillis d. reg. 29. asserens se habuisse ab Alexandro de Cesena, tunc antiquo & practico procuratore.

Et ista opin. ratione efficaci comprobatur, quia quando opponitur de reg. illa 29. clarum est omnia acta retro facta per iudicem cum tota sua iurisdictione esse nullius momenti, vt alias sæpe iudicauit Rota, & dicam in reg. de annali & de triennali. Et per consequens cum citatio decreta nulla fuerit, non potuit inducere litis pendentiam, vt in vna Syracusana Rota conclusit in d. regula de annali. vbi ponam: non enim præstant impedimentum, quæ de iure non sortiuntur effectum, vt dicit regula iuris, & tradit latè Fel. in c. ex tenore. de rescr. vbi igitur lis non est, subrogatio locum non habet, sed simplex prouisio. Et regula ista, quę in lite fundatur, hoc casu non procederet. Faciunt ea, quæ dicam inferius in 8. q. Nec obstat, ꝙ frustratoria fuisset clausula illa, quæ quotidie in commissionibus ponitur, etiam ꝙ beneficium non censeatur litigiosum, quo ad effectum istius regulæ, quia respondetur non esse per hoc superfluam, quia apponitur ad maiorem declarationem: & ea, quę ad mag s dilucidādam mentem impetrantium fiunt, licet tacitè insint, superflua non dicuntur, vt in l. qui n utuam. ff. man. & in l. quæ dubitationis. ff. de reg. iur. cum alijs de qu. bus per Mod. in l. testamentum. C. de test. & quia magis teneri & obseruari solent, quæ specialiter repetuntur, q̃ quę in generali probatione sunt dicta, vt dicit tex. in cap. si aduersus. de hæretic.

Et ista interpretatio vtilis est reipublicæ, quia sic per eam lites rescinduntur, & finem capiunt, quæ per nouos subrogatus suscitātur. Nec obstat ꝙ lis mota per illum qui tēpore commissionis literas expeditas nō habuit, sufficit quo ad impediendum cursum regulæ de triennali: quia respondetur, hoc non esse omnino sine dubio. Sed posito, ꝙ ita sit, prout D. Saganta antiquus ꝓcurator retulit, suo tempore iudicatum fuisse in Rota, vt dicam in d. reg. de triennali: tamen illud procedit, non ex eo, quia per talem cōmissionem dicatur introducta lis, cum clarum sit, litem non fuisse introductam obstante d. reg. 29. sed ex eo, quia per talē molestiam desinit ille qui conuenitur, esse pacificus, quę quidem qualitas pacificæ possessionis requiritur in d. reg. de triennali. quā quælibet molestia facti interrumpit, vt dicunt doct. in cl. gratiæ. de rescr. Et secundū hoc, aliud est esse beneficium litigiosum, aliud nō esse pacificum: quia stant ista simul, ꝙ non sit pacificum, nec litigiosum. Verum quia ista, quæ mihi satis solida non videntur, in regula de annali, in illa q. An citatio nulla interrumpat pacificam possessionem, latius attingā, ideo ad ibi dicta me remitto.

Primo pro prædicta opin. facit, quod in fortioribus terminis, præteritis annis deciderat Rota in vna Hipporigien. parochialis coram D. Nicolao de Aretio de mense Iunio 1521. in qua causa Rota voluit litem motam per non habentem mandatum, tū ratificatam ꝑ dominum, post mortem collitigantis nō proficere ad effectum istius regulę, quę requirit veram litem, imò fortius non proficere, etiam si ratificata esset post sententiam ante obitum collitigantis: per ea quæ dicit decis. 1. ti de proc. in antiq. Et per dictum Cald. in c. cum o im. de off. del. relatum per Fely. in c. causam el j. in pen. & vlt. col. de iud. Et reassumit D. Gul. in Coll. decis. f. 213. Si igitur hoc casu, vbi alias communis opin. tenuit valere ratificationem quo ad introducendam veram litem, Rota tenuit non sufficere ad concedendum subrogationem iuxta formam istius regulæ, quantò fortius subrogatio locum habere non debet in casu nostro, quando nulla fuit iurisdictio, citatio, nec processus inde secutus, obstāte dispositione d. reg. 29. Cum igitur non dicantur tales collitigantes, in eis regula locum non habebit.

Et

Et est aduertendum, quod licet vbi nulla est lis, non sit dare verum collitigantem, pariter tamen sic nulliter in iudicio contendentes appellari aduersarij: & statuta loquentia de aduersarijs, habebũt locum in istis: vt tradit Dec. in c.1. in 2. notabili. de iud. & est text. & ibi not. Dec. in 2. not. in c. cæterùm. de rescr.

Postremò quantum attinet ad illam clausulam, Dummodo literæ ante terminum ad articulandum expediantur, de qua superius aliquid dixi, videnda sunt, quæ latiùs scripsi in regula proximè præcedenti.

QVAESTIO IIII.

QVæro, vtrum illa verba hic posita, videlicet, Dummodo in dicto beneficio collitigans intrusus non sit, &c. comprehendent illum subrogatum collitigantem, qui obtinuit possessionem, vigore executorialiũ sine intimatione, vel citatione facta parti condemnatæ?

SOLVTIO. Plura possent hic disputari vel pro vtraq; parte dici, ex quo mihi est secũda: tñ vt studeam breuitati quãtum possum, sine aliqua disputatione concludendũ, est illum nõ comprehendi sub dictis verbis regulæ. Et ita Rota in vna Brix. parochialis coram R. P. D. Iacobo Simonetta de mense Martio 1521. conclusit. Quia ille, qui executorialium possessionem capit, non dr̃ verè intrusus. Rõ est, quia qñ à snia appellari nõ põt, quia trãsiuit in rem iudicatam, snia põt executioni mãdari sine al qua citatione partis, vt not. Bar. in l. à diuo Pio §. in venditione. ff. de re iud. & in l. meminerint. C. vñ vi. qui alleg. Innoc. in c. cùm super. de re iud. & ista opinio est cõis, vt dicit Alex. in d. §. in venditione, & sequuntur Mod. post Abb. in c. cùm causa. eo. tit. præsertim, quia hodie in executorialibus sm stylum Rotę apponitur clã, quod ppria auctoritate capi possit possessio. qui stylus adiuuatur d. Bar. in l. iustè. ff. de acq. pos. ita quod qui facit lege concedente, non dr̃ peccare, nec per pñs intrusus dici potest: quia qui habet titulũ coloratum ad aliquid faciendum; intrusus non dr̃, vt tradit Fel. in c. in nostra. de rescr. ergo non cõprehenditur sub dispositione istius regulæ. Et pro ista parte plura argumenta & motiua scr. D. Gul. in Coll. decis. f. 206. decis. incip. gratia subrogationis. quæ non curo referre, cùm ibi videri possint, ex quo eius Recollectæ iam in manibus omnium curialiũ versantur, & mortis mei non est transplantare dicta aliorum de charta in papyrum.

Et licet ista de iure ita procedant: tñ Rota nescio quo pacto introduxit illum ita possessionem, sine præambula intimatione executorialium capientem, quodammodo attentare. Nam possessio reuocatur in pristinum statum, rõnem ponit Fel. in c. ad probandũ. col. 4. de re iud. Tñ iudicio meo ille non attentat, vt est decis. 317. incip. item si pro spoliato. col. 2. in not. tenet Philip. Perus. in c. eum qui. §. 1. de præb. lib. 6. Fel. in c. cum causa. de off. dele. & in c. de cætero. de re iud. & ita refert Ang. de Cesiis se obtinuisse in vna Toletana spolij, vt eũ refert Iac. de Nigris in quibusdam apostillis ad illam decis. Tñ pro stylo Rotæ optimè facit decis. Rotæ 101. incip. nota quod vbi aliquis. in antiq. & decis. 23. in not. Et si hodie delerentur illa verba, Propria auctoritate posita in executorialibus, stylus Rotæ magis iustificaretur: sed ẽt si non deleantur, põt sustineri, per tex. in c. si beneficia. de præb. lib. 6. Iunctis dictis prædictæ decis. 101. Sed ẽt stante in stylo Rotæ pro vero, licet capiens possessionẽ per executoriales dicatur quasi attentare: tamen intrusus non dicetur, ex quo habet titulum coloratum, & sufficit, secundum Abb. in c. cùm nostris. de concess. præbend.

QVAESTIO V.

QVæro, quid si aliquis litigat cum familiari alicuius Cardinalis, qui lite penden. moritur, vtrum subrogatus in iure, vel ad ius illius familiaris teneatur facere mentionem nominis & tituli Cardinalis, vel ab eo cõsensum petere, iuxta formam reg. 30. infrà eodem editæ in fauorem cardinaliũ?

SOLVTIO. Glossat. in d. reg. 30. in 4. col. & hic col. pen. ponit quæst. in terminis, & post plura concludit, quod talis subrogatus non astringitur seruare contenta in d. reg. de impetrantibus beneficia per obitum familiarium cardinalium. Ratio est, quia de beneficijs litigiosis nullus inferior se intromittere põt, nisi solus papa, vt dr̃ in c. 1. & 2. vt lite pen. lib. 6. Et tale priuilegium non reperitur concessum cardinalibus in d. reg. neque hic excipitur iste casus: ergo dicemus sub regula comprehendi. Et pro ista parte faciunt alia motiua, quæ scr. Glossat. in d. regul. 30. quæ non curo referre: satis est, quod ita hodie seruat Rota. & Gl. in d. reg. dicit etiã

Rotam

Rotam ita iudicasse,ut in dicta regula 30. latiùs dicam.

QVAESTIO VI.

QVæro, nunquid uerba istius regulæ, ibi,iuris,uel ad ius, possint uerifica ri,seu habeant locum in iure ad rem, qđ competebat defuncto?

SOLVTIO. Istam q. reperio disputa tam per Collectarium in c. accedens. de conces.præb.Et tandè concludit cum opi. Pe.& Bo.uidelicet locum non habere sub rogationem: & per consequens non erit locus isti regulæ. Ratio prædictorum est, quia per obitum habentis ius ad rem, tale ius euanescit, ex quo non fuit solidatum in persona sua. Et propterea tale ius de uoluitur ad alios expectantes, quia est ius in spe tantùm consistens. Et secundū hoc de illo beneficio, ad quod defunctus ha bebat ius ad rem, non erit prohibitus or dinarius disponere,nec patronus præsen tare,quia per obitum illius nihil dicitur uacare.secus autē de iure.Et ideo ex istis infertur, quòd non habet locum subroga tio in tali iure ad rem: & per consequens regula non procederet.Nam illa uerba po sito hic in regula iuris,Vel ad ius, debent in dubio intelligi in potiori significatu, sicut intelliguntur in l.1.§. in perpetuum. ff.si ager uectig.Ista est opi.Collectarii per me ita declarata.

Tamen contrariam opi. puto ueriorē, ex eo,quia tex.in c.1.ut lit.pend.lib.6.pro hibet aliquem disponere super iure colli tigantis.& tamen illud ius,de quo ibi tex. loquitur,uerificatur in iure, quod præsen tationem solam tribuit, ut dicit Cald. in consil.1.ut lit.pen.eum conc.ut scribit Ro chus Curtius in tract.iur.pat.in uerbo,ho norificum.q.23. Et tamen negari non po test per præsentationem tribui tātum ius ad rem,& non in re,ut tradit Abb. in c. ꝙ autem.de iur.pa.Et idem Abb. & ibi latius Mod.in c.cum Bertoldus. de re iud. Ergo eòdem modo habebit locum in tali iure ista regula.

Breuiter pro declaratione istius q.de iu re ad rem distinguendum est, prout late dixi in regula de non tollendo iure quæsi to,q.1.ubi plures species distinxi,& secun dum illos modos facile colligi poterit, utrū habeat locum regula. Nam in iure quæsito per præsentationem colligitanti defuncto,putò procedere istā regulam ex quo factum est beneficiosum litigiosum, de quo patronus non potest præsentare, per super.us dicta. ut in d.c.1.Et ideo pa pa liberè de illo disponere poterit: & sic est dicendum ne aliis iuribus ad rem con siderabilibus,de quibus in dicta regula di xi.Primam tamen opi.sequitur Bonif.Ro tæ auditor in clem.1.in 4.col.uers. 3. con clusio.ut li.pend. ubi latius diuagatur, cu ius rationes mihi satis applaudunt.Sed q̄a casus pendet,non me extendam ulterius.

QVAESTIO VII.

QVęro,nunquid regula ista habeat locū qñ agitur ad priuandū aliquē benefi cio suo in forma iuris, ut uidelicet quia commisit homicidium, uel ob non solu tionē pensionis, uel aliis similibus causis?

SOLVTIO. Iste casus accidit tpe Six ti in una Lugd.præceptoriæ, in qua plu res egregii uiri ꝑ utraq; parte cōsuluerūt, inter quos fuit Ioachimus de Narnia, tūc primarius aduocatus. Et iterū ēt casus acci dit in alia Hispal.pręb.ut refert hic Gloss. col.5.ubi dicit Rotam tenere regulā isto casu locum non habere.Rōnem adducit: quia talis causa nō est beneficialis, ſm gl. in uers.finita.in c.2.ut lit.pend.li. 6. quia priuādus pōt qñcunq; uult renuntiare an tequam priuetur,& hoc procedit ſm eū, qñ ꝑ illud crimen beneficiatus, contra quem causa committitur,esset priuandus beneficio.Secus,si esset priuatus ipso iure quia tali casu putat Glossator locum esse subrogationi.Subdit tamen Glossator col. fi.intellexisse à quodam clientulo suo ob tinuisse in primo casu subrogationē.Nā li cet ille,qui priuari petit, antequā priuet, renūtiare uel permutare possit, tamen a papa subrogatio peti pōt,antequā benefi ciū uacet isto modo:ut si contigerit prædi ctū priuandum,lite hmōi pendente,mori uel cedere,ꝙ tali casu dignetur impetrātē ad illud subrogari.Hæc sunt q̄ Gloss.dicit.

Tamē aduertendū est,ꝙ distinctio Glos satoris de priuato ipso iure, uel per sentē tia,hodie in practica uera non est: quia li cet magna sit differentia inter unū casum & alium,ut ego latius prosequar in regu

la de annali q.42.tamen quo ad effectum istius regulæ nulla est differentia, ut patet ex regulis Had.6.&S. D.N.Pauli 3.qui hoc in indiuiduo declararunt innitentes stylo curiæ. Et ratio est in promptu, quia regu la ista loquitur quãdo causa est beneficia lis, quia agitur super titulo beneficii, ut patet text. unde non potest aptari ad cã sum priuationis, in qua de titulo benefi cii non agitur, sed de punienda persona beneficiati propter delictum commissum meritò gl. in d.c. vt lit. penden. & commu niter Doct. ibi uoluerunt talem causam non esse beneficialem, sed prophanam.

Et ista ratio militat, siue aliquis debeat be neficio priuari, siue sit ipso iure priuatus; quia licet à lege priuatio ipso iure indu cta sit, non propterea beneficium uacat de facto, quia requiritur declaratoria sen tentia, & amotio à possessione, ut in c. cũ secundum, de hær. lib.6. & in c. licet episco pus, de præb. eod. lib. & talis priuatus ipso iure posset ante sñiam declaratoriã possi dere pacificè per trienniũ, & defendi regu gula de triennali, ubi latius dicam, & ta men mortuus collitigans, de cuius subro gatione loquitur ista regula, hoc facere non posset. Hinc est, ꝙ in huiusmodi lite priuationis de stylo gratiæ non dantur, si neutri, uel si nulli. Regula igitur ista sim pliciter loquens de uacatione, debet intel ligi & interpretari secundum mentem iu ris communis, uidelicet de uera uacatio ne iuris & facti, ut in c. cum nostris, & c. li teras. de concef. præb. & ibi notant om nes: non autem de uacatione iuris tantũ, alias absurdum esset dare subrogationẽ ad beneficium uiuentis, ut in c.i. de conce. præb. non enim solet dari subrogatio ex stylo curiæ ad beneficium uacaturum, sed post quam uacat de iure, & de facto, c. 2. de concess. præb. Cum igitur in casu no stro tempore impetrationis in forma iu ris nõ uacet omnino ius collitigantis, nec constet papæ certitudinaliter de uacatio ne propter delicta, sed speratur uacatio ex euentu litis, præcedentibus legitimis probationibus, nec uerificentur uerba re gulæ, quæ de collitigante defuncto loquũ tur, meritò regula ista ad istum casum ada ptari non potest, quæ loquitur quando subrogatio sub isto prætextu petitur, quia impetrans est collitigans super beneficio & sic cessant mens & uerba regulæ: præser tim, quia ab usu patrisfamilias, & ut appa ret ex text. regulæ, subrogatio non datur, nisi in casu successionis uel obitus. Et ta men sub istis casib. casus priuationis non comprehenditur, ut tradit Fel. post alios, quos ibi alleg. in cap. in nostra. in 37. cor rol. de rescrip. Et dicam latius in regula de impetr. benefi. per obitum famil. Cardi nalium. Et ita pro ista parte, tẽpore meo, ego ex consilio dominorum iudicaui in vna Auinionen. canonicatus die ultima Ia nuarii 1532. in qua agebatur ad priuatio nem ob non solutionem pensionis, & con clusum fuit, illum qui ob prædictam cau sam non solutionis pensionis priuari peti tur, priuilegio regulæ istius non iuuari, nec etiam quo ad sequestrum, quia tali ca su non procedit cle. 1. de seq poss. & fruc. ut singulariter declarant domini in decis. 4. de seq. poss. in nouis, quæ est repetita in antiquis, num. 394. Limitantur tamen ista, quæ dicta sunt, non procedere, quando iã esset lata una sententia priuationis, quia tali casu locus esset subrogationi. Ratio est, quia per sententiam prouidetur de be neficio, ut in cle. auditor de rescr. Et ideo practici in supplicatione priuationis ap ponunt, uel apponi faciunt istam clausu lam, & cum decreto, ꝙ si priuandus metu priuationis post accusationẽ, & inscriptio nem beneficium huiusmodi in alterius ꝗ oratoris fauorem resignauerit, iudices ni hilominus ad executionem literarum pri uationis procedere possunt, perinde ac si resignatio huiusmodi minime facta fuis set. Et Referendarii solent addere postea hæc uerba, post primam priuationis sen tentiam. Et istæ clausulæ habent iuris fun damentum, ut patet ex decisionib. quas allegabo in dicta regula de annali. q. 42. Quibus pro pleniori cognitione istius ma teriæ priuationis, addenda sunt aliqua, quæ hodie practicantur in signatura iusti tiæ, de quibus Hispanus noster in practica cancellariæ, & antiqui Referendarii tra ctant in quibusdam notis signaturæ iusti tiæ, quæ iam per manus pluriũ uersantur.

Iu primis igitur sciẽdũ est, priuationes

præ

prædictas non solere signaturam committere in curia, nisi delictum fuerunt ibi perpetratum, uel censuræ, ob quarum incursum petitur quis priuari, sint in curia fulminatæ, uel priuandus sit præsens, seu residens in curia, quia in istis casibus priuandus sortitur ibi forum, ut in l.1.C.ubi de crimine agi opor.no. in c. postulasti. & in c.fi.de foro comp.

Item sciendum est, ꝙ quando impetrãs narrat multa delicta per priuandum perpetrata, & postea in conclusione petit cõmitti probis uiris, ut si eis de præmissis, vel altero præmissorum constiterit, dictũ N. priuent, &c. semper consueuerunt illa uerba cassari, uel altero præmissorum. Quia dictus impetrans, diffamãs aliquem de pluribus criminibus, debet arctari ad probandum omnia, de quibus illum diffamat. Et pp istam rationem euitatur text. qui uidetur cõtrarium probare in c. inter cæteras, de resc. Et quod per illud dicit decis. Rotæ 68. inci. licet, in nouis. & decis. 515. in antiq. declarando, ut per Fel. in c. 2. in 11. col. cum tribus seq. de rescr. Et tangunt Mod. in c. significante, de app. Si.n. non probat omnia tenetur ad pœnam talionis, uel saltem ad pœnam diffamationis, iuxta c. super his, de accus. & in c. licet Heli. de simo. ut latius dixi in lectura mihi subrepta Patauii. Hinc est, ꝙ in priuationibus, & aliis causis criminalibus puta iniuriarum, quando agitur criminaliter, non datur, & ꝙ summariè, &c. q.a, ut dixi, interest partis propter pœnam talionis. Sed in causis ciuilib. datur, summarius processus; sed solent cassari hæc uerba, sola facti ueritate inspecta, nisi ex fauore. Qui uerò sint casus, in quibus, quis sit priuandus, uel sit ipso iure priuatus, late tradunt Mod. in c. 2. de rescr. & in c. querelam, de iureiur. & latius nouissimus repetens And. Tiraq. in rep. l. si unquam. C. de reuo. dona. Sed ultra ipsos exempli gratia enumerabo aliquos casus.

Primus est, quando quis existens excommunicatus celebrauit, quo casu propter irregularitatem incursam, est priuandus beneficiis, c. latores, & c. postulasti, de cle. excom. minist. Sed hoc ita demum est uerum, quando excommunicatio esset imposita ab homine, & ille clericus celebrans saltem habuisset notitiam excommunicationis per solam famam: nam tunc priuari debet beneficiis, ut declarat Abb in c. illud. in tertio notabili, de cler. excom. min. Sed quando esset excommunicatus à iure non requiritur aliqua notitia uel monitio, quia præsumitur scire, ex quo iure sint notoria. Et ideo in tali impetratione priuationis excommunicati ab homine, solet apponi ista clausula, Dummodo excommunicatus declaratus, & publice denuntiatus celebrauerit, & hoc propter extrauag. Martini factam in concilio Basil. quam declarat Fel. in c. ad probandum, de re iud. & in c. 2. in 3. col. de spons. & tunc istis cõcurrentibus conceditur supplicatio priuationis, sed in excommunicato a iure, illa clausula non requiritur.

Et est aduertendum, ꝙ in prædictam pœnam priuationis non incurreret clericus excommunicatus celebrans post pœnitentiam inceptam, licet non finitam, ut tradit Fel. in c. at si clerici, § de adulteriis, de iudic.

Secundus casus, in quo conceditur supplicatio priuationis est ob nõ solutionem pensionis, propter quod inciderat in censuras, sed ista priuatio non conceditur alteri, quàm ipsi pẽsionario, cuius interest: arg. c. cum inter. de elect. & in c. non solet. 2. q. 6. Rota tamen ex quadam æquitate excusat debitorem pensionis a priuatione, quando offert pensonario omnes solutiones temporis præteriti, & reficit expensas, prout accidit in una coram domino Camillo de Ballionibus, pro Ioanne Melendes, Priori Burgen. contra quem dominus Martinus Romam agebat ad priuationem ob non solutionem pensionis. Quod est uerum, nisi magna fuerit debitoris proteruia, & dolosa contumacia: nam tunc Rota procedit ad priuationem, ut fecit Rota in una Crem. prioratus coràm do. Christophoro Panigarola.

Postremò, quo ad istam materiam datur una regula generalis, ꝙ nunquam signatur impetratio per priuationem, nisi forma iuris. i. nisi de iure ille ueniat priuandus. Nec debet apponi clausula conditionaliter, si priuandus est, pp honorẽ signaturæ

turæ, quæ propter assistentiam principis uidetur habere iura in scrinio pectoris, & tamen si conditionaliter rescriberet, uidetur argui de ignorãtia iuris, ut in simili signatura dicit Glos. in regula 25. in 4. col. supra eo, Nam ut dicit tex. in l. 2. §. Seruius ff. de orig. iur. turpe est patritio, & causas agenti, ignorare ius in quo uersatur. & idẽ Cic. dicit in oratione pro Cluentio. Hinc illud ortum habuit, quod dicitur in Euangelio Ioan. 3. c. Tu es magister in Israel, & hæc ignoras? Vnde meritò Alex. Papa 3. Oxomens. episcopum reprehenderat, qui cum esset prædictus scientia, sanctorum patrum constitutiones ignorare non debuerat, ut patet in c. cum sis, de conuer. coniu. Sic etiam à Cicerone Publius Consa reprehendi meruit, qui cum tanquam testis interrogaretur, & ille nihil se scire diceret, Cicero diceret in eius imperitiã iocatus, Disce quæso, an forsan de iure te interrogatum credis? Dolo enim ascribitur iurisperito, si iura ignoret, ut dicit Bald. in c. 1. §. iudices, de pace iura. fir. sequitur Mod. Aquen. in l. 1. col. 3. ff. de leg. Cùm igitur Referendarii, & omnes assistentes Papæ in signatura sunt iurisperiti, uerecundum uideretur si interrogati de iure, ipsi aliis respondendum committerent: ista. n. procedunt, nisi casus priuationis propositus esset ualde dubius, quia tali casu non esset inconueniens signare commissionem in forma, & prout de iure, quia tales casus exorbitantes possunt aliquando à peritis ignorari, ut dicit Io. Fab. & Ang. in §. suspectus, el 2. circa fi. Inst. de susp. tut. & Sal. in l. leges sacratissimæ, C. de legi. refert Ias. in l. quod te, col. fi. ff. si cert. pet. cum conc. ut scribit Fel in c. de quarta. in 8. col. de præs. unde non ab re uoluit Bal. in c. fi. de const. quod sententia lata contra ius ambiguum, ualet & excusat. plura refert Fel. in proœ. decretal. 2. col. plures alios casus, in quibus clerici sunt beneficiis priuandi, cúmulaui in tract. de offi. pot. & stylo sacræ pœnitentiariæ, quæ hic nõ curo repetere. Et an tales priuadi, antequam priuentur faciant fructus suos, latè scribit Fel. in d. cap. de quarta, nu. 32. & seq.

QVAESTIO VIII.

QVæro, ponamus duobus litigantibus super beneficio suo superuenisse ad litẽ quendam alium tertium pro suo interesse producentem forte acceptationem uirtute gratiæ expectatiuæ, & unus ex primis litigantibus moriatur. Alter uerò se subrogari petit, cum clausula, Quatenus alicui non tollatur ius quæsitum. Dubitatur nũ quid subrogatio ualeat, attento quod de iure tertii acceptantis constat in actis.

SOLVTIO. Quæstio ista non uidetur habere dubitationem stante iure acceptãtis in actis, de quo nisi expresse Papa mentionem faciat, subrogatio non ualebit: quia illud ius per acceptationem acquisitum, quo ad istum effectum præseruatur per dictam clausul. Quatenus nõ tollatur ius q̃situ͂, ut est decisio in terminis Egidii de Bella. in cons. suo 53. col. fi. ubi bonas & legitimas rõnes ponit, quæ ibi uideri põt, & mihi satisfaciunt. Cæterũ quod ius competat acceptanti, & quãti sit põderis, dixi latius in reg. de nõ toll. iure quæs. q. 13.

QVAESTIO IX.

QVæro, an subrogatus quo ad litem, & ius defuncti, censeatur etiam subrogatus quo ad possessionem?

SOLVTIO. Ista quæstio reperitur terminata per Egid. decis. 381. quæ quidem decisio ita distinguit, quod aut in aliqua parte subrogationis facta est mentio possessionis, & tunc impetrans censetúr subrogatus ad illam, quia uidetur Papa de illa cogitasse. Aut uerò in nulla parte fit possessionis mentio, & possessio non comprehẽditur sub illis uerbis subrogationis, ita cõcludit ibi Egid. cum quo concordat decis. in antiquis. 385. inci. nota, quod subrogatio. Et Bonif. de Vital. in cle. 1. 6. col. uers. nona conclusio, ut li. pend.

Sed aduertẽdũ est, quod in p̃dictis inest q̃dã scrupulus, qui p̃dicta oĩa turbare uidet. Nã decis. p̃dictæ possessionẽ iã acquisitã esse iuris fatentur, dũ allegãt. l. peregrè. ff. de acq. pos. & l. licet. C. eo. ti. & no. in c. cũ nostris, de conc. præb. Et tñ nolũt eã subrogationẽ litis & iuris cõprehẽdere cuius cõtrariũ dici debet. Quia uidemus reg. 15. de iure q̃sito nõ toll. poss. acq. cõprehẽdere, licet de ea mẽtionẽ nõ faciat, ut tenuit Rota ĩ quadã causa, de qua ibi mẽtionẽ feci ĩ j. & 5. q. ergo eo. mõ dicẽdũ uidebat̃ isto casu

Et

Et ideo ut scrupulus iste tollatur, possent iudicio meo in hac materia distingui plures casus. Primus quando aliquis est simpliciter subrogatus in litem & ius defuncti, & tali casu si in nulla parte gratiæ est facta mentio possessionis, ad illam nõ censetur subrogatus, & ita procedunt dictæ decisiones. Secundus casus, quando subrogatio facta fuit non simpliciter ad ius, sed ad omne ius, quod defuncto quomodolibet competebat, & tunc uenit possessio ratione illius dictionis uniuersalis omnis, quæ de sui natura alias non comprehensa comprehendit, ut probat Dy. in rub. de reg. iu. lib. 6. & ad hoc est expressa decisio dominorum sub tit. ut li. pend. in no. decis. 5. quæ hoc tenet, & sequitur eam Fel. in rub. de rescr. in 3. col. uers. & ideo dicit Rota.

Tamen adhuc ista non omnino satisfaciunt, ex eo, quia Egid. in decis. loquitur etiam per uerba vniuersalia ad omne ius, & tamen uult possessionem comprehendi, nisi de illa sit facta mentio.

Quamobrem putarem, ut hæc omnia contraria cessent, faciendam differentiam inter subrogationem gratiosam & commissariam siue mandatum de subrogãdo, ut primo casu talis subrogatio, qa fauorabilis, comprehẽdat possessionem, arg. c. si pluribus, de præb. lib. 6. Et ita procedant, quæ dicta sunt de reg. 15. de non tolle. ius quæsitum, quia ex quo regula est fauorabilis, concordans cum iure communi, latè interpretando, possessionem capit, ne aliquis etiam in minimo indebite damnũ patiatur. Sed in secundo casu quando subrogatio in forma iuris est, ex quo commissiones sunt stricti iuris, & in eis tantum comprehenditur, quantum exprimitur, ut no. in c. 1. & in c. dispendia. de rescr. lib. 6. Ideo in tali mandato de subrogando, possessio non comprehenditur, nisi exprimatur, & ad ista conferunt, quę dicam in reg. de annal. q. 68. Vel dicas, ꝙ decis. Egid. in interdicto unde ui, procedit, concernens possessionem, quia illud nunquam transferrur per quęcunque uerba generalia subrogationis, nisi specialiter cõcedatur, ut dicitur in d. decis. Egi. quæ in hoc communiter per Rotam approbatur, ut uidi in plurib. causis, & ita se habet stylus signaturæ. Decisio uerò 5. ut li. pen. in no. cum aliis procedunt possessione simplici, & nõ quando defuncto, uel cedenti interdictũ cõpetebat, quod no. & faciunt ad ista, quę dicam in reg. de triennali, q. 11. Et per ista uidetur posse decidi difficultas, quæ modò per aduocatos disputatur in causa Zamoren. beneficiorũ corã R. D. Mausicano.

QVAESTIO DECIMA.

Quæro, à quo tempore incipit computari mensis de quo hic fit mentio, an a tempore datæ cessionis per colliligã tem in alium tertium factæ, an uerò a tempore consensus apud notarium Cancellãriç præstiti?

SOLVTIO. Mihi uidetur illum mensem computari debere à tempore pręstiti consensus, prout dicitur in reg. de infirmis resignantib. de computatione illorũ uiginti dierum. Et hoc ratione fundatur, quia antequam consensus præstetur, non possumus esse certi per solam supplicationem signatã, an collitigans uerè cessisset, cũ posset alius coinscio supplicationem censionis finxisse. Itaque resignatio non potest dici perfecta nondum consensu præstito, & hinc est, ꝙ quis ante præstitum cõsensum etiam supplicatione signata pœnitere potest. Et tenuit Rota annis præteritis in una Plac. Archidiaconatus de Trugillo, & in aliis pluribus causis, quia nihil dicitur actum, cum aliquid superest ad agendum, c. cum super. de off. deleg. l. fi. C. ad Silla. Et hoc manifestè probatur per regulam Cancellariæ, nu. 43. inferius positam, quę prohibet resignationes expediri, nisi prius quis per se, si præsens est, uel per procuratorem suum specialem in cancellaria expresse consenserit & iurauerit, ut moris est. Appares igitur ante præstitum consensum resignationes nihil proficere: a die igitur pręstiti consensus, quo tpe resignatio dicitur perfecta & consequi effectum, ille mensis numerari debet. Et ita uidetur sentire Fel. hic in quadam apostilla, licet propter uitium scriptoris constructio uerborum eius intelligi uix possit. Sed maior est difficultas scire qñ incipit mensis subrogationis fiendæ a collitigante ꝑ obitũ collitigantis, an a tpe mor.

tis collitigantis, an uerò à tempore notitiæ subrogantis? Solutio putarem tempus computandum a die obitus collitigantis, ut tollatur omnis occasio fraudis, prout etiam computatur in c. statutum. de præb. lib. 6. quia in dubio tempus debet esse continuum, ut per gl. in rub. ff. de per pe. & temp. præsc. Est bene uerum, ꝙ si collitigans est absens, uel habeat aliquam iustam causam ignorantiæ, tali casu mensis inciperet a die notitiæ, ut declarat Abb. in c. quia diuersitatem. in ult. not. per illum tex. de conces. præb. & quia principium notitiæ posset esse incertum, incipiet mensis a data subrogationis, dato legitimo impedimento, de quo dixi in regula de infirmis resignantibus.

QVAESTIO XI.

QVæro, an regula ista habeat locum, si lis moueatur propter rescriptum, siue commissionem subreptitiam.

SOLVTIO. Dicendum est ꝙ non: quia regula ista loquitur de lite. & de collitigãtibus: ergò debet intelligi in dubio de lite ualida, quia lis inualida litis pendẽtiam non inducit, nec de illa opus est mẽtionem facere, uec text. in c. 1. & 2. ut lit. pend. li. 6. in tali lite locum habent, ut dicit decis. 75. incip. nota, ꝙ attentata, in tit. de appell. in antiq. sequitur Fel. in c. ex tenore, in 3. col. de rescrip. Imò uoluit Martinus in quadam sua constitutione, de qua mentionem feci suprà in procemio istius regulæ, & de qua meminit hic Fel. ꝙ beneficium non dicitur litigiosum quo ad ualiditatem subrogationis, nisi processum fuerit ad omnes terminos substantiales, & dicit idem Fel. illam constitutionem factã fuisse propter unum, qui citauerat quendam Odoardum Portugal. dum moriebatur. Pro quibus faciat decis. 310. in no. Sed omissa illa constitutione Martini quantũ ad propositum quęstio. nostræ quando lis est introducta per rescriptum subreptitiũ, res non habet difficultatem: quia ubi nullum est subiectum, litis correlatiuum corruit, ut dicit Bal. in c. 1. de feu. guar. Et sic non possunt dici collitigantes, sine quib. regula ista uerificari non potest, faciunt pro ista parte quæ dixi superius, q. 2. quæ dicentur infra q. proxima.

QVAESTIO XII.

QVæro, qui dicantur collitigantes ad effectum istius regulæ?

SOLVTIO. Illi collitigantes dicuntur, qui principaliter agunt causam, & uentilant. unde si ego commisi causam cõtra Titium, & ille comparet, uel cõtumaciter se subtrahit, ille dicitur mihi, & ego illi collitigans, i. simul litigantes. Sed si Titius cui ego sum collitigans, committit causam contra Ioannem super molestationibus, & ille comparet, non dicitur ille Ioannes mihi collitigans, secundum Rotam: ut dicit hic Fel. qui refert se proposuisse in signatura supplicationem subrogationis ꝓ tali, & papa noluit talem subrogare, quia nõ diceretur collitigans. Requiritur ergo quod mutuò litigent super titu. eiusdem beneficii, ad effectum, ut dicantur collitigantes, ut priuilegio istius regulę fruãtur.

Et eodem modo si unus ex duobus correis à me conuentus cedit iuri & alter correus, qui licet fuerit à me in commissione nominatus, non tamen fuit citatus, petat se subrogari illi cedenti, narrans se collitigantem, & litem motã, ꝙ tali casu subrogatio non ualebit, sed ego actor qui illũ cedentem citaui potero me subrogari petere illi cedenti cui uerè sum collitigãs, & subrogatio alterius correorum erit nulla. Et ita hic refert Fel. fuisse mentem papæ, dũ irritat hic ꝓuisiones añ mẽsem factas.

Sic etiam si Titius super uno beneficio citat me coram uno auditore, & Gaius super eodem beneficio trahit me coram alio auditore, & Titius cedat lite pendente, in tertium, Gaius se subrogari petere non poteris, quia non est collitigans Titii, licet litiget mecum super eodem beneficio, sed utrique sunt bene mei collitigãtes, & ego, illis potero subrogari, & illi mihi, secundum illam regulã. Et quamuis uideatur hoc casu cessare ratio posita hic in regula, uidelicet: Ne noui collitigantibus aduersarii dentur, & ꝑ consequens cessare debet hoc casu regulæ dispositio, cum Gaius non sit mihi nouus

nus collitigans, cum iam ante cessionem Titii mecum super eodem beneficio liti gasset. Tñ licet ratio non militet, militat tñ alia, quia Gaius non dicitur collitigans Titii, & ista regula subrogationem nõ cõcedit nisi collitigantib. pro qua opin. est optima decis. Rotæ in nouis, 12. titu. de rescrip. quæ probat, quòd si ego com mitto causam contra A. & B. succumbam, non poterit auditor cognoscere inter A. & B. quia illi collitigantes non sunt, nec habet inter eos iurisdictionẽ uigore meæ cõmissionis: quia debet inter eos noua in stantia, siue iudicium incipere uigore alte rius nouæ commissionis. Et idem decis. 2. eodem titu. in antiquis. cum quibus con cordat Egid. decisio. 448. incip. commissa causa, &c. pro prima tamen opin. uiget de cis. eiusdem Egid. 96. incip. licet actor, &c. quę innuit, quòd ubicũque aliquis potest prætendere interesse in beneficio, de quo litigat, licet ille non sit collitigans cum su perstite, nihilominus subrogatio locũ ha bere potest. Et auditor, mortuo actore, reum superstitem ab instantia iudicii ab soluere non debet, propter subrogandos, & illos quorum interest, ita ibi Egid. Ta men tenendo primam opinionem, quæ mihi uideatur uerior, ad illam decisionẽ Egidii patet multiplex solutio. Prima, quia illo tempore ista regula prohibens aliis collitigantibus subrogari, adhuc edi ta non erat, ut patet in proœmio istius re gulæ. Secunda, quia Egid. intelligi debet, quando remanent illi, quorum interest, qui et fuerũt collitigãtes, alias male dice quia in alios auditor nullam haberet iuris ret Egidius: dictionẽ per pdictas decis. Itẽ quo ad effectum istius regulæ non dici tur collitigans qui appellat extraiudiciali ter ad curiam. Nam licet illa appellatio deuoluat causam, non tamen inducit ue ram litem, quo ad istum effectum ut col ligitur ex decis. 310. incip. si reus, & posses sor, in nouis, de qua plura dicam in regu la de triennali, ubi accidit casus.

Postremo non dicuntur illi collitigan tes qui uigore rescripti nulli, instruunt li tem, quia per rescriptum nullum non da tur iurisdictio, c. 1. de resc. lib. 6. & ideo illi non dicuntur collitigantes, quia non ex tis nullæ sunt partes. Nam collitigans à li te nomen capit: & ubi non est lis, non col litigantis nomen non competit: quia si re priueris, nec nomen habere mereris, ut di cit tex. in l. à nullo. C. de feriis, & l c. dicat. 32. q. 4. cum conc. ut per gl. fi. in c. quę ipsis 38. distinct. & in cap. cor episcopi. 69 dist. Et licet isti collitigãtes non dicantur, tamẽ aduersarii denominari possunt, ut tradũt Mod. in c. i. de iudic. quia aduersarius non tam ex lite quàm ex uoluntate & animo contendendi denominationem capit. Fa ciunt ea quæ suprà, q. proxima dixi.

QVAESTIO XIII.

QVęro, quid si unus ex duobus præsen tatis collitigantibus moriatur, an patroni possint præsentare alium ad dictũ beneficium, & sic dare nouũ collitigantẽ?

SOLVTIO. Lapus allegat. 22. tenet quod non, quia tex. in c. i. ut lit. penden. lib. 6. ha bet locum in præsentatione, & ista est cõ munis opi. ut apparet ex his quæ Rochus Curtius congerit in tract. iurisp. in uerbo honorificum, q. 23. Et istam opinionem se quuti sunt R. P. Dñi mei auditores in una Barchionen. beneficii S. Christophori, co ram R. P. D. Marcello pẽdente. 26. Nouẽb. 1535. quicquid dixerit quidam Moder. in nouo tractat. iurispat. fol. 208. cuius dicta non refero, quia uidentur satis uerbosa. & impleret sex bonas papyri paginas.

Solum huic cõclusioni obstat unum, de quo solus aduertit Fel. hic in quibusdam mendosis & breuibus apostillis, uix tamen legibilibus, uidelicet, quia si dicimus patro num nõ posse pręsentare, sequeretur hoc inconueniens, quod altero ex præsentatis collitigantibus decedente, ille superstes, qui non haberet concurrentem compræ sentatum, posset obtinere in illa lite iniu ste, prout fuit dictum in quadam causa Pi sana, quod tamen cauendum est.

Tamen tenendo primam opin. ad istã rationem facilis est responsio, quòd non debet præsumi illum iniuste obtinere pos se, quia iste collitigans superstes propter subrogationem innititur iuri suo, & mor tui collitigantis: & uerum est dicere penes aliquem illorum remanere ius saltem re

sultas ex clausulis generalibus, alias supra dicta ratione attenta, idem dicendum esset quando alter ex electis collitigantibus moreretur, ut uidelicet, eligentes deberet alium eligere propter illam suspicionem, quod tamen fieri prohibet tex. in d. c. I. Et ideo lex suspicari uetat tristem euentum, uulg. l. inter. §. sacram. ff. de uerb. obli. Praesertim in casu nostro, in quo per prohibitionem alterius praesentationis lites sopiuntur, ut hic dicitur in principio istius regulae. Quae quidem ratio dum priuatam utilitatem concernit, pp quam posset papa ius beneficii uni auferre, & adiudicare alteri: vulg. l. Lucius. ff. de euict. Et isto casu ratio & timor Fel. euitatur, quia superstes obtineret uirtute illius tex. in d. c. 1. & qd' fit lege permittente, legitimè & iustè fieri dicitur, ut in vulg. l. Gracchus. C. de adult. quãuis praedictus Modernus, nomine Caesar Lambertinus, in d. nouo trac. iurisp. conatur nouum intellectum date, ad dictum c. 1. per quem contendit probare illum tex. non habere locum in praesentatione, quibusdam satis argutis rationibus, quae magis disputationis congressu, quàm ubi agitur de bono, & aequo, prout in iudicando procedere possent. Tenenda est igitur ista opinio, quam Rota non solum, ut dixi meis temporibus, sed etiam antiquis, Sixti & Alexandri est imitata.

QVAESTIO XIIII.

QVaero, quid si quidam tertius non collitigans obtinuit se subrogari in locum, & ad beneficium illius qui iam obtinuit executoriales contra aduersarium, qui illis nondum executis decesserat, nunquid sit locus regulae?

SOLVTIO. Decisio istius casus pendet ab illa difficultate, utrum per sententiam quae transiuit in rem iudicatam, non dum tamen executam dicatur finita lis? quam q. latè attingam, in regula de annali. q. 42. & in regula, de triennali. Nam si lis est finita, prout innuitur in capitulo 1. de lit. contest. lib. 6. & in l. causas. C. de trãsact. non erit locus isti regulae, quia ubi nõ est lis, non est aliquis collitigans, qui subrogari possit. Sin uerò adhuc post rem iudicatam reliquiae litis manent, prout innuitur in l. inter. ff. de arbit. regula locum habebit.

Quid igitur dicendum isto casu omissa ista controuersia, de qua latius scribam in dictis regulis? Crederem in q. proposita, non esse locum huic regulae, quia lata sententia quae transiuit in rem iudicatam, licet reus condemnatus, possit adhuc dici & appellari aduersarius, per ea quae Moder. scribunt in c. i. de iudic. tamen collitigans dici non potest, cum lis sit finita quo ad istum effectum, & hoc uiua ratione probatur, quia si lite pendente unus collitigãtium cedit tertio, alter collitigans peti poterit se subrogari: ratio est, quia lite pendente dicitur innouare in praeiudicium collitigantis, qui forte ex litis euentu posset uictoriam & sententiam canonizatoriam sui iuris, & adiudicatoriam beneficii reportare; sed ista ratio cessat quando unus ex collitigantibus obtinuit sententiam, quae iam transiuit in rem iudicatam, super qua executoriales decretae fuerunt: quia si talis cedit, collitigans nihil praetendere poterit, nec ex illa cessione in aliquo sibi praeiudicatur: ergo non potest uti priuilegio istius regulae, quod datur uerò collitiganti, ut se a iactura, & litium anfractibus propter nouos aduersarios liberent, quae omnia hic cessant. Nec obstant eo dicta regula, de annali & triennali dicam, litem non extingui post rem iudicatam non executam: quia illud procedit quo ad quaestionem de qua ibi tractatur. Sed quantum ad istam. q. illa non conueniant, & ideo diuersa ratio diuersum parit iuris effectum.

Limitarem tamen praedicta, nisi reus condemnatus per sententiam, quae transiuit in rem iudicatam aduersus sententiã restitutus fuisset, quia tali casu efficeretur uerus collitigans, ut prius erat, quia restitutio reponit rem in primum statum. l. i. C. de sen. passis. & l. qp si minor. §. restitutio. ff. de mino. Et ideo credo in eo habere locũ regulã, qa uirtute restitutionis dicit̃ adhuc lis pẽdere: & cõsequẽter sua subrogatio infra mẽsẽ post ĩpetrationẽ alterius, erit potior, & pualebit impetrationi alterius tertii, nisi regulae derogatum esset in impetratione illius tertii, cui saepe solet

let derogari, ut dicetur inferius.†

QVAESTIO XV.

QVæro, quando isti regulæ soleat, & quomodo derogari?

SOLVTIO. Isti regulæ sæpe uidi derogari in beneficiis litigiosis uacantibus per cessum, uel decessum, & adnotauit R. b. m. Lau. Card. sanct. Quat. in li. derog. regularum. Et certè est malè factum iudicio meo, quia text. in c. 2. ut lit. pen. lib. 6. prohibet subrogationes, ne propter nouos aduersarios malitiose interdum litigia in ecclesiarum dispendium prorogari contingat: aliquando tamen propter istam rationem fuit talis derogatio denegata, nisi pro magnis uiris, & Cardinalibus. sed ratio dicti c. 2. magis militare uidetur, quando subrogatio datur cardinali, uel aliis potentioribus, quibus facilius denegari deberet, quia atrocem, terribilē, & minacem uultum ostendere possunt aduersariis suis. argu. l. 1. C. si qua præd. pot. & in l. 1. C. si rect. prouin. Et ideo nō immeritò iactura causę afficiuntur, qui potentiorum patrocinium inuocant, ut disponitur in l. 1. & 2. C. ne lic. pot. Quā obrem laudari meruit tempore Innoc. Octaui, Cardina. Alarien. tunc signaturam obtinens, qui duobus Reuerendissimis cardinalibus, uidelicet cardinali sancti Petri ad Vincula, qui fuit postea papa Iulius 2. & Reuer. Card. de Fuxo, quęrentibus tunc respectiuè sibi commendari omnia beneficia per obitum quorundam suorū familiarium tunc uacantia, etiam litigiosa cum derogatione istius regulę: denegauit expresso derogationem regulæ, licet plurimum super hoc sollicitatus & importunatus fuisset. Et ideo bona fuit illa prouisio, quæ in cessionibus collitigantium in personam tertii apponitur, uidelicet dummodo orator non sit cedente potentior, de quo dixi superius in pœmio istius regulæ, uersi. fin. & in 1. quæst. Et licet, ut dixi tempore Innocentii, etiam cardinalibus non concederetur derogatio istius regulæ: tamen hodie indifferenter cardinalibus non conceditur, prout alia singularia in eorum fauorē introducta sunt cōtra regulas iuris, ut dixi latius suprà in regula proxima, tractādo materiam signaturæ iustitiæ, propterea non sine causa prælati ꝓcurant per saxa, per ignes fieri cardinales. Est tamen aduertendum, quod quādo cardinales datur subrogatio, & derogatio regulę per obitum suorum familiariū, tunc ponit ꝙ dispositiuè familiaritas & cōtinua. cōmensalitas dicti cardinalis exprimat. In quorū fauorē ēt introductū est de stylo signaturæ, ꝙ in ꝓuision:b. beneficiorū uacātiū ꝑ obitū familiariū, eorundem cardinaliū nō det derogatio istius regulæ, ut dicā in regula de bñficiis uacāt. ꝑ obitū familiariū &c. Nō dat ēt derogatio istius regulæ in bñficiis cōsistorialib. hoc est in monasteriis uirorū ualorē ducētorū Florenorū auri secūdū com. ęsti. exceden. q talia bñficia sūt ꝑ quā dā regulā reseruata, & solet de illis cōsistorialiter prouideri per uiā cedulę, de qua unā regulā fecit ad partē Clemēs 7. Et hoc procedit nisi per uiam consistori esset data prius subrogatio, uel facta ꝓuisio. Et ita seruat stylus, qui habetur pro lege, ut in c. quàm graui. de crim. fal.

QVAESTIO XVI.

QVæro, quæ est ratio quare monenti litem contra triennalem possessorem hic non datur subrogatio.

SOLV

ANNOT. IOAN. MIL.

†Iure ciuili post sententiā diffinitiuam si impetrata fuerint rescripta restitutionis in integrum, placet ea non admitti: nec citra appellationem remedio est locus, si decisæ semel causæ fuerit iudiciali sententia, quas prouocatio nulla suspendat, sed eos, qui talia rescripta meruerunt, etiam à limine iudiciorum expelli. l. fi. C. sen. resc. non posse. neque sententiis finita negotia rescriptis reuocare oportet, sed appellationibus tantū. l. sententiis. C. de erro. aduoca. nec ex restitutione in integrum suspēditur executio sententiæ. Nam diuus Seuerus, & Imperator Antoninus nō audierunt in colorate restitui desiderantem aduersus fratrem post causam, in eorum auditorio finitam. l. minor magistratus. §. si autem princeps. ff. de minor.

Solvtio est clara, quia ex quo lis quæ mouetur contra triennalem possessorem, est improbata per regulam de triennali, & censetur quo ad istum effectum calumniosa. Nam non uidetur bonum ius competere litiganti quod elidi exceptione regulæ potest, ut in l. si vnus. ff. de pact. tradit Decius consil. 104. & dixi in §. 1. insti. de actio. vnde qua ratione impetrantes contra senes & infirmos prohibentur hic subrogari, quia præsumuntur improbi litigantes, & non fouere bonum ius eadem ratione & illi qui mouent litem triennalibus possessoribus pacificis. noluit enim papa approbare hic talem litem ad effectum subrogationis. Tamen, licet quo ad beneficium mensis, de quo loquitur ista regula, huiusmodi litigantes contra triennalem possessorem non iuuentur, iuuantur tamen beneficio iuris communis, de quo in c. 2. ut lit. pendén. lib. 6. Nam collitigans aduersario intra triennale mortuo, poterit prosequi ius suum, & sententiam obtinere, ut tenet etiam Fely. hic.

Qvaestio XVII.

Qværo, de notabili q. Duo litigant: mortuo uno ex illis, quidam tertius non collitigans obtinuit primo subrogari sine derogatione istius regulæ. Secundo loco quidam alius etiam non collitigans obtinet subrogationem cum derogatione regulæ. Tertio loco collitigans superstes infra mensem hic designatum suam subrogationem impetrat. Quæritur modo quis istorum præferatur?

Solvtio. Videbatur dicendum secundo loco subrogatum debere præferri, ex quo habebat derogationem istius regulæ. Nam licet esset secundus in data, primus illi non præferebatur, quia nõ habuerat regulæ derogationem, neq; etiam collitigans uidebatur illi præferendus, ex quo erat posterior in data.

Breuiter prædictis non obstan. contrarium fuit decisum, uidelicet collitigantẽ, qui tertio loco subrogationem infra mẽsem impetrauerat, & erat ultimus in data, debere omnib. præferri per istam rationẽ: quia clarum erat, ꝙ quando secundus impetrans obtinuit subrogationem cum derogatione regulæ iam beneficium erat plenum in personam primi, & iam fuerat ꝑ prouisionem sibi factam acquisitum sibi ius in re, absque eo ꝙ consecutus fuerit possessionem, ut not. Ioan. And. in c. præsenti. de offic. ordi. lib. 6. de cuius prouisione secundus impetrans mentionem non fecit. igitur secunda subrogatio erat nulla prima non cassata, iuxta not. in cap. auditis. de elect. & tradita per Imo. in c. cum nostris. de concess. præb. & Fely. in c. in nostra. de rescrip.

Nec obstat, ꝙ primus impetrans non habuerat derogationem regulæ, quia hoc nõ reddidit gratiam conditionalem, licet redderet resolubilem, data postea oppositione regulæ. Interim tamen gratia primi erat pura, simplex & ualida, cuius ualiditate extante, secunda subrogatio non ualuit, ut est dictum. Modo iste primus impetrans sine derogatione regulæ, licet uincat secundũ impetrantẽ, ut est dictũ, non tamen uincit collitigantem tertio loco subrogationem impetrantem, sed uincitur ab ipso collitigante, per dispositionem istius regulæ, quæ vult collitigantẽ infra mẽsem subrogatum uincere omnes alias impetrationes non habẽtes derogationem regulæ. Et licet iste collitigans à secũdo impetrãte uincatur propter regulæ derogationem: tamen quia secundus impetrans uincitur à primo, & primus à collitigante, locus fuit dispositioni cap. autoritate Martini. de concess. præbend. ubi ponitur regula iuris, ꝙ si uinco uincẽtem te, à fortiori uinco te. Et ita per istam rationem determinauit istam quæstio. Rota ante direptionem urbis in una Tirasonen. canonicatus, & præla. de Tutela coram D. Gul. Cassiodoro, ut D. Martin. Rom. egregius & antiquus procurator, tunc adnotauerat, ut ipse mihi retulit.

Qvaestio XVIII.

Qværo, quia hic dicitur, quòd intruso prius in beneficio nõ datur subrogatio: Quid si à principio litis fuit intrusus, sed lite pẽdẽte desiit esse, utrũ poterit se subrogari in beneficio per obitum collitigantis?

Solvtio. Videtur dicendum quòd nõ, quia sufficit, quòd semel fuerit intrusus,

sus. Nam qualitas semel posita implet dispositionem, licet postea cesset, ut est gl. notabilis in uerbo, canonicis. in c. statutū. de rescript. libr. 6. & ibi. dixi. facit ad hoc notabile dictum Bald. & Saly. in l. genera liter. C. de episcop. & cler. ubi uolunt, quòd si des dos mulieri sub prętextu paupertatis, sufficit quòd a principio fuerit pauper, ut dotem habeat, unde si postea fiat ditissima, nihilominus habebit ipsam dotem. & hoc dictum sequitur Ioan. Rogerius de la Mota, in rubr. de cau. poss. & propriet. fo. 7. faciunt ea quæ in simili scribit. Dec. in consi. 24. incip. & pro uirili, &c. Accedit quòd dicit etiam Io. And. in cap. decet. de reg. iur. lib. 6. quòd si cōcessa fuerit immunitas propter numerum 12. filiorum non debet illa cessare, si cōtingat aliquos ex illis mori: quod dictum sequitur Imol. in consil. 78. nisi si, &c. circa finem. faciunt ea quæ dicit Bal. in cōsi. 101. uerba Domini. in 3. uol. & Alex. post Bart. in l. 2. §. non solum. ff. de excus. tut. cum concord. ut scribunt moder. in l. etiam. ff. de quæst.

Tamen istis nō obstan. contrarium uidetur uerius, quia negari non potest, quòd qualitas adiecta uerbo debet adesse tempore uerbi. uulg. l. ex facto. ff. de uulg. & pupi. Sed ista regula disponit intruso nō dandam subrogationem: ergo debet intelligi, quòd sit intrusus tempore subrogationis, & hoc ueri simile uidetur quia papa noluit intruso subrogationem dare, ne quis in ea perpetuò se confoueret, nā intrusus non meretur prēmiari, sed castigari, ut in cap. cum qui. de præbend. lib. 6. Sed ista ratio nō militat in eo, qui tempore subrogationis iam nō est intrusus, ergo cessare debet dispositio. Nec obstat, quòd qualitas semel posita, &c. quia illud procedit quando agitur de inducendo fauore & commodo, ut prædicta iura loquuntur: secus uerò ubi agitur de damno & odio, quia tali casu qualitas nocens requiritur tempore actus, ut in l. in delictis. ff. de noxali. argument. eorum quę dicit Bar. in l. item si in potestate. ff. de his qui sunt sui uel alie. iur.

QVAESTIO XIX.

QVæro, utrum beneficium uacans per obitum unius ex collitigantibus possit ante mēsem istius regulæ acceptari per expectantes?

SOLVTIO. Si attendamus literam antiquam regulæ usque ad tempus Alex. gratia expectatiua proculdubio excludebatur, quia illa solet cōcedi motu proprio ut dixi in tract. expect. post Abb. in c. 1. de iudic. Et tamē ista regula loquitur de impetrationibus, quæ sunt diuersæ à gratia motu proprio, ut in uulg. c. si pluribus. & c. si motu proprio. de prębend. li. 6. Et tradunt omnes in l. 1. ff. quod quisque iuris. Si uerò attendamus literam modernam regularū, in quib. expresse de gratiis motu proprio fit mentio, & tunc aliter dicendum erit.

Sed aduertendum est, quòd ista procedūt, quando expectatiua cōcedit lite iā pēdente super aliquo beneficio: sed si cōcessa fuisset ante litem, Egid. tenet in cons. suo 25. acceptationem ualere de beneficio litigioso uacante per obitum alterius collitigātis. idem reperit Egid. in c. 2. in 6. q. ut lit. penden. lib. 6. communis tamē opinio est ista, quòd expectans nō possit tale beneficium acceptare in præiudicium superstitis, & ita uidit iudicare Bonifac. Vitalinius Rotę auditor per Card. Nemansen. in cle. auditor. in fin. uerbis de rescrip. poterit tamen admitti talis expectans, ut interesse putans ex suo iure, nō ex iure mortui, ut est decis. 588. incip. utrum. ca. si hic contra quos. in antiquis. Et declarat idem Bonifac. Vitalinius in cle. 1. in 6. col. ut lite penden. Et Oldr. in consil. 299. quidam Vgo. col. fi. & illa decis. 588. repetitur sub titu. ut lit. penden. decis. 12. in no. & est repetita in antiquo. Bisegneti, eod. tit. decis. 2. Et ideo subrogatio ualebit extra casum pręiudicii lit. penden. de iure cōmuni, per ea quæ Card. in plurib. consiliis dicit, quos refert Dec. in c. 1. de cōsti. util. uel inut. sed attenta dispōne istius reg. putarē subrogationē nullam quo ad omnes effectus, ne ualeat collitigans molestari, alias frustratotium esset proœmium istius regulæ: quod tamen limitatur tripliciter. Primo, nisi expectans habeat gratiā suā, et ad litigiosa. Secundo nisi expectatiua sua esset ad certum beneficium, super quo postea moueatur lis, ut colligitur ex dictis Bonifacii in d. cle. j. in col. 5.

col.5. Tertio limitatur nisi lis mota fuerit in forma iuris, uidelicet quando ageretur ad priuationem prætextu homicidii, uel alterius criminis. Nã si lite pendẽte moria tur, possessor beneficii poterit tale bene ficium non obstante illa, ite acceptare. Ita dicit dec.491.in nouis.inc. Titius erat.

Sed hic suboritur notabilis difficultas, quę pridie decisa fuit per dominos. Pona mus ꝙ expectans acceptet beneficium per obitum alicuius collitigantis, qñ non põt acceptare, & obtineat se subrogari, & ita continuat uigore gratię expectatiuæ litẽ contra alium collitigãtem superstitem su per dicto beneficio, & tandem obtinere canonizari subrogationem suam postea uigore dictæ gratiæ expectatiuæ acceptat alıud beneficium, alter dat & excipit de consumptione gratiæ, ex quo prius acceptauerat beneficium prædictum, & obtinuerat uigore subrogationis dubita batur nunquid illa subrogatio, uigore cuius obtinuit beneficium, expectans di catur gratiam consumpsisse? Hoc dubiũ fuit propositum per dominum Io. Paulũ in vna Tollen.cano.& præbend.de Rema ricamonte. Et fuerunt uaria motiua hinc inde allegata, & deducta per aduocatos & procuratores utriusque partis. Nam quidam dicebant gratiam consumptam, ex eo, quia subrogatio fuit concessa ratio ne litis motæ uigore gratiæ expectatiuæ, & sic expectatiua fuit causa, ꝙ subrogatio canonizaretur. Alii totum oppositum di cebant. Tandem Rota, re discussa, conclu sit 10.Octob.1539. gratiam non esse con sumptam. Ratio fuit, quia licet lis, quæ de dit causam subrogationi postea canoniza tæ, fuerit mota uigore gratiæ expectatiuę, non tamen expectatiua fuit causa imme diata subrogationis, sed immediata & re mota, quo casu causa remota ad nocendũ non debet attendi sed causa proxima & immediata, ut not. omnes Moder. in l. cer ti conditio. post gl. ibi. ff. si cert. pet. & Fe lyn. in cap. solitæ. de ma. & obe. cum con cor. ut scribit Decius in rubrica C. qui ad mit. colu.4. num. 40. in ultima lectione, & tradit Imol. in l.1.§. fi. ff. de dona. & Cor neus consil. 153. columna fin. libro 2. & consilio 263. colum.2. uol.4. Nam clarum est, ꝙ subrogatio est noua, & simplex gra tia de per se, non dependens ab expectatĩ ua: ergo si uigore illius fuit acquisitum be neficium, non potest dici acquisitum ui gore gratiæ expectatiuę, cum subrogatio sine gratia expectatiua, imò non existen te aliqua lite concedi potest, ut superius est in aliis qq. dictum. Et per hoc apparet, ꝙ decis.418. in nouis non obstat, quia ibi uigore acceptationis & prouisionis nullę perceperat utilitatem spectans, puta fru ctus: quod hic cessat. Nec obstat, ꝙ noua prouisio quæ habet effectum, etiam ex gra tia nulla, cõsumit gratiam: quia hoc ideo est, quia noua prouisio pręsupponit pri mam gratiam in necessarium antecedens. ut tenet Glossator infrà, regula 62. alias non ualet, ut decis.14. de concess. præben. in antiqui. & Bellamera decisio. 116. & il la prima gratia est causa immediata nouę prouisionis, quia noua prouisio fit ad istũ effectum, quia orator dubitat gratiã suã expectatiuam, & acceptationem inde se cutam uiribus non subsistere, &c. ideo no ua prouisio conceditur ratione primę gra tiæ, & ideo non est simplex prouisio: me ritò si illa habet effectum, consumit. Sed subrogatio non præsupponit aliquẽ titulum præambulum, sed est simplex gra tia de per se subsistens: ideo si uigore il lius acquiro beneficium, non dicitur illud habere ratione gratiæ expectatiuæ. quod est bene notandum.

REGVLA DE VERISIMI *li notitia obitus.*

Item voluit & ordinauit, quod omnes gratiæ quas de quibusuis beneficiis ecclesiasticis cum cura, uel sine cura, secularibus & regularibus per obitum quarumcunque personarum uacanti bus in antea feceris, nullius roboris uel momenti sint, nisi post obitum, & ante datam gratiam huius modi tantum tempus effluxerit, quòd interim uaca tiones ipsæ de locis, in quibus personæ prædictæ de cesserint, ad notitiam eiusdem domini nostri uerisimi liter potuerint peruenisse.

PRAEFATIO.

Regula ista sancta & salutaris uidetur, quia per eam fraudes coercentur, & cupidæ

cupidæ ambitionis audacia refrenatur. Eius primus autor fuit Ioan.23. qui eam edidit.13.Cal.Maii, Pontificatus sui anno 4.ut in eius regulis apparet. deinde Martinus 5.per eadem uerba approbauit, nihil ad eam addens. Posteriores uerò pontifices usq; ad Nicolaum 5.de ista nullam mẽtionem fecerunt Nicolaus tamen sustulit procemium regulæ quo usi fuerant Io. 23.& Martinus, quod breuitatis causa factum opinor, cum alias indignum uidere tur tã salutare proœmium, ex quo mens & intentio colligitur conditoris sustulisse. Nicolaum tamen in hoc omnes Rom. Pontif. eius successores hucusq; sunt imitati, quia nullus eorũ proœmio illo usus fuit. Imò, quod est magis mirandum, ꝙ cum regula ista uarias habuerit in causis decidendis difficultates, ut ex discursu operis apparebit, nullus eorum uerbum aliquod addidit, uel mutauit ad regulam Nicolai, sed integra mãsit usque in hodiernum diem, cum tamen aliæ regulæ aliqua receperint mutationem. Et illa regula Nicolai, dempto proœmio in omnib. aliis cõcordat cum illa Ioan. 23. Proœmio uerò Ioan.23.tale fuit: Item, ut in habendis beneficiis ecclesiasticis fraudes euitẽtur, seruetur cõsciẽtiæ puritas, & ambitionis uia præcludatur ambitiosis, &c. hactenus habetur proœmium Ioan. Ex quo colligitur manifeste ratio finalis istius regulæ, quę concor. ut cum æquitate iuris cõis, & ideo fauorabiliter erit & latissimè interpretanda, per ea quę gl. 3.dicit in c.3.de pręb. li. 6.quod facit ad multa inferius dicenda.

QVAESTIO PRIMA. 1

IGitur primo, utrum ista regula habeat locum extra curiam in impetrationibus ordinariorum & legatorum?

SOLVTIO. Prima facie dicendum uidetur ꝙ nõ, quia regula loquitur in papa, ut ex eius uerbis apparet, ergo non procedit ex ordinario, quia ex diuersis nõ fit illatio. Et quia ordinarius potest conferre beneficium sub cõditione si uacat etiam ignoranti uacationem secundum glo. & oẽs in c.2.de elect.li.6.& Lap. allega. 6.& Rota dec.161.in antiquis. sufficit .n. ꝙ beneficiũ uacauerit, & ueritas attendatur, ꝑ ea quę nota. Gemin. in ca. ne captandę in 4.col.de concess. pręben. lib.6. facit c. ueritate. 8.dist. Nec debet morari, nec frustrari prouisio propter talem conditionem si uacat, quę est de pręsenti, licet ignoretur existentia conditionis eiusdem. l. multum ff. de conditio. & demonstra. Nec.n. nocet angustia temporis. l. si mihi & tibi. ff. de legat. 1 nota. in cap. in præsentia. de sponsa. ubi si mulier non certificatã de morte uiri contrahit matrimonium, tenet si in ueritate maritus erat mortuus, unde in collatione beneficii non est necessarium modum uacationis exprimere, licet bonũ sit illum exprimere, ut no. gl. quamuis. in cle.1.de pręb. Dom. in c. susceptũ. de rescr. lib.6. & glo. uacationib. in c. cupientes de elect. lib.6. Item iura dicũt, ꝙ beneficia nõ cõferãtur anteq̃ uacẽt, ut in c. nulla de cõcess. præb. ergo si uacẽt, licet uacatio ignoret, ualet collatio, iuxta dicta Bald. in rub. qui sint reb. vbi dicit ualere collationem Episcopi de beneficio uacante, licet nõ uacaret, ut credebat Eps: qđ dictũ dicit esse mirabile Fel. in c. suscitatus. in pen. col. de rescr. facit decis.36.de præb. in antiq. præsertim quia collationes ordinariorũ sunt fauorabiles & naturales, propterea ampliandæ. e. peruenit. 1 t.q. & not. in cle. fi. de offic. ord. Et pro ista parte dicit Glossator hic, ꝙ iudicauit Rota, & idem dicit in regula de subrogandis collitigantib. in fi. ut dicebat etiã tũc D. coronatus aduocatus, nam satis erat, ꝙ principiũ & finis sint habilia, licet medium inutile sit, ut ibi ꝑ eũ. Istis tñ nõ obstãtib. cõtraria opinio est uerior & cõis. quã in primis tenet Glossator hic, dicẽs, ꝙ ista regula hẽt locum extra curiã, qa cõcernit utilitatem animę, ex quo emanauit ad tollẽdas fraudes & ambitiones, vñ dato ꝙ aliàs esset exorbitãs & pœnalis, propter fauorem animę recipit extẽsionem, ut dicit Io. And. in c. ex tenore, qui filii sint legi. nam, ut ipse inquit, negari nõ potest, ꝙ ista regula concordet cum iure cõmuni, ut non detur occasio captandæ mortis alterius iuxta cap.2.& 3. de cõcess. præb. Hæc dicit Gloss.

Addo, ꝙ istam etiam opinionem tenet Dec. in cons.398. incip. in causa domini, col. fi. ubi expresse concludit, ꝙ reg. ista habet locũ in ordinario, quia licet loquatur

in summo Pontifice, tamen ex quo emanauit ad obuiandum fraudibus, latè debet interpretari & extendi à paritate rationis, quia etiam si materia odiosa sit, fit talis extensio, ut fraudes remoueantur: ut probatur in ca. si ciuitas. de sentent. ex commu. lib. 6. & gloss. fin. in cap. quãquã. de usur. lib. 6. Præsertim, quia per istam regulam ambitio coercetur, propter quod uitiũ quis repellitur à beneficio, ut not. Abb. per illum text. in capitu. cum iam dudum. in princip. de præb. Nam sicut ius commune reprobat ambitionem, ut in cap. quia in tantum. de præb. ita & ista regula idem facit. ex quo satis infertur, q̃d dixerat Glossator hic, quòd habeat conformitatem cum iure communi, & sic habebit locum in ordinatio. & ita dicit Decius iudicatum fuisse in parlamento Delphinatus.

Et secundum istam opinionem reperio nouissimè consuluisse Ioannem Franciscum de S. Nazario de Ripa in consil. 16. posito in libr. 1. de legi. & longa consue. in operibus sui impressis, ubi post mulia concludit, ꝙ ista regula habeat locum extra curiam coram ordinario ex eo, quia non exorbitat à iure communi, alias non esset regula, ut in lege prima, ff. de regul. iur. Nam secundum eum ista regula fuit condita secundum ius commune, & secũdum rationem & naturalem sensum. Nã asseuerans mortem ante uerisimilem notitiam, præsumitur conscius alicuius conspirationis factæ in mortem alterius, & accelerasse impetrationem ne præueniretur: & ista fuit ratio dictæ regulæ, quæ locum habet in ordinario. & hoc latius confirmat idem Ripa in cap. a col. penul. de rescript. ubi concludit, ꝙ ista regula habet locum in legato & ordinario, quia extracta fuit de corpore iuris communis, uidelicet, ex ratione. c. detestanda. de conces. præben. lib. 6. ut tollatur occasio captandæ mortis, ut ibi latius per eum.

Et istam eandem opinionem post longam disputationem tenent Moderni in tract. beneficiorum. in 46. q. 3. partis. Et ante ipsos doct. Glossator antiquus pragmaticę Francię, in titul. de collationibus, in uerbo, faciendas. à quo quicquid dicũt Moder. in dicto tract. beneficii acceperũt. Et tamen concludunt prædicti doctores quod ista regula procedit in ordinariis, quia fuit facta ad obuiandum fraudibus, quæ fiebant in curia ad pręueniẽdum ordinarios, & non est dicendum ꝙ papa qui aliorum iura vult seruare, sua negligat, ut in c. licet. de supp. negli. præla. cum aliis concor. ut ibi per eos. Nam nisi ista regula haberet locũ in ordinariis, quotidie fraudaretur papa, & ad obuiandum similibus fraudibus factũ fuit cap. statutum. de præbend. lib. 6. ibi, in diœcesi existentis. & q̃d ibi nota, per doct. Et collationi uidetur inesse tempus tacitum, quo collator potuerit uerisimiliter scire uacationem, ut in simili nota. in §. lo ca. institu. de uerb. oblig. & not. in lege a. ff. de eo quod cer. lo. & in l. interdum. ff. de uerbo. obliga. Et dicunt super hos uidisse quandam constitutionẽ Orthonis legati de qua ibi per eos.

Non obstant in contrariũ adducta, quia ultra quod ex prędictis apparet ad ea solutio, ad ea etiam respondet Iaso. in consil. 104. col. pen. lib. 1. qui hanc opinionem tenet, ut ibi per eum.

QVAESTIO SECVNDA.

QVęro, nunquid ista regula procedat in gratia facta motu proprio?

SOLVTIO. Distinguendum est de motu proprio. Nam si loquimur de motu ꝓprio impetrato ab eo in fauorem cuius fit prouisio, qui dolose impetrat, & sciens se non uerisimilem notitiam habere, quęstio non haberet difficultatem, quia pręsumitur ille motus proprius procuratus, & nõ iuuat: licet hodie per abusionem talis dicatur etiam motus proprius, ut alias latè dixi in aliis regulis: sed ubi quidam tertius hoc ignorans porrigit supplicationẽ pro alio, & papa eã signat motu proprio, tunc tres domini uoluerunt in Rota locũ non esse regulæ, quia iste est uerus motus proprius, & tali casu uerum est dicere papam, qui ex seipso mouetur ad concedendum gratiã, non uelle se huic regulæ subiicere: Tamen istis non obstant. alii domini una cum Fely. in utroque casu iudicarunt regulam obstare impetranti, ut refert hic Fel. in quibusdam apostillis. Ratio decisionis

nis fuit, quia papa prouidendo motu proprio credit nũtium uenisse debito tempore. nam ex quo non fuit certificatus de tẽpore, præsumitur ignorare qualitatẽ eius, cum sit facti, & consistat in facto: cap. primo. de constit. lib. 6. Et per consequens nõ uisus fuit cogitare de generalitate istius regulæ. Et pro hoc facit, quia talis præsumitur mens papæ concedentis qualis est iuris, sed de iure ꝑ quilibet non præsumitur ita esse ambitiosus, ut præproperè, & in tempore non uerisimili imperret. arg. l. interdum. ff. de uer. obli. & in l. 2. ff quod cer. loco. ergo talis præsumetur mens papæ, quia quilibet præsumitur in dubio impetrare infra ordinarium tempus ueniendi ad urbem, & non tempore extraordinario. l. Seio. §. Medico. ff. de an. leg. Et pro ista opin. uidetur text. hic ubi annullãtur omnes gratiæ, sic & comprehendit gratiã motu proprio, quia qui totum dicit nihil excludit. vulg. l. Iulianus. de leg. 3. c. si Romana. 19. distinct. & in cap. solitæ. de maioritate. & obed. Et cum ista conclusione uidetur cõcordare Ias. in cõs. 104. inc. circa quatuor col. pen. lib. 1.

QVAESTIO TERTIA.

QVæro, an regula ista comprehendat illam speciem uacationis obitus, q̃ includi posset sub clausula, seu alio quouis modo adposita in resignatione?

SOLVTIO. Exemplum potest poni in casu, qui contingit tempore Sixti in Rota super abbatia Auicien. sancti Petri de Turio, in qua quidam Petrus de Rupe abbreuiator de anno 1457. die decima Iulij dedit mandatum ad resignandum suam Abbatiam in fauorem Ioan. de Claramonte, misso mãdato ad curiam dictus Petrus resignans ante factam resignationem per suum procuratorem obiit extra curiam 14. prædicti mensis Iulii, & sic per obitum eius mandatum fuit reuocatum. Sed procurator obitum ignorans resignauit Abbatiam in manibus papæ, qui prouidit dicto Ioan. cum clausula, siue præmisso. siue alio quouis modo, &c. Deinde quidam Ioan. Perini habens notitiam de obitu dicti Petri impetrauit per obitum a papa, & commisit causam contra dictum Ioãnem de Claramonte iam intrusum, qui comparens allegabat sibi ius competere in dicta Abbatia, licet non uigore resignationis sibi factæ, quę non ualebat propter defectũ mandati. competebat tamen uirtute clausulæ, siue alio quouis modo, quę capit uacationem per obitum. Replicabat Io. Perini, ꝑ obitus Petri resignantis fuit in tam breui tempore, ꝑ uerisimiliter tempore prouisionis factæ dicto Ioan. non poterat haberi notitia in curia. & sic obstabat ista regula, dicens eam comprehendere quemcunque obitum, siue expressum in gratia, siue comprehensum sub dicta clausula, alter uerò dicebat contrarium. Ex qua quidem disceptatione fuerat datum præfatum dubium per auditorem, & quæsitum, quid iuris?

SOLVTIO. Iste casus etiam temporibus Modernis sæpius contigit in Rota, ut inferius apparebit, super quo uariè senserunt domini tempore uero Sixti in quo cõtigit casus superius enarratus, nihil fuit decisum quod uiderim. Sed circa illa tempora reperio hoc dubium in terminis fuisse motum per quendam egregium doctorem antiquum, in commento concilii Basilien. inserto in pragmatica Franciæ. tit. de collationibus beneficiorum. in uerbo, faciendas. in fi. ubi concludit, ꝑ prouisio per obitum resultans uigore illius clausulæ siue alias quouis modo, ualeat: & quòd non obster regula, rationem adducit, quia procurator qui uenit ad curiam, non uenit ad impetrandum per obitum, sed ad resignandum, & sic uenit propter alium modum uacationis, si postea papa concessit clausulas, propter quas resultat alius uerus modus uacandi, ille debet sibi prodesse, cum non fuerit in dolo quia origo prouisionis inspicienda est. l. tutor. ff. de fideiuss. & l. 3. C. ad Maced. ita concludit dictus doctor cui nomen, Cosmas Gumier in dicto loco.

Et istam opinionem Cosmæ sequuntur ad literam Modern. in tracta. beneficii. in tertia parte. quęst. 46. nihil penitus addentes. Et cum istis uidetur concordare Glossator hic in tertia col. uersic. item quia ista regula loquitur, &c. qui licet ponat quęstionem per contrarium, & se inuoluat, tamen ratio, quam ponit, concludit ad istã

quæstionem. Dicit enim, ꝙ cum regula ista sit exorbitans, & cessat in casu captandæ mortis, non debet extendi nisi ad casum expressum, non ad alium.

Sed prædictis non obstantibus contraria opinio est uerior pro qua tempore Sixti consuluit quidam aduocatus, hac sola ratione, quia ista regula solum habet respectum ad uacationem per obitum, non autem respicit formã impetrationis: unde ex quo de obitu indiffinitè loquitur, comprehendit omnem modum per quẽ deuenitur ad illam uacationem siue directè, siue per clausulam alio quouis modo. Hæc ille. Et secundum istam opinionem reperio casum propositum in Rota tempore Iulii papæ secundi, ut refert Felyn. hic in quibusdam apostillis, dicens, quòd Gulielm. & maior pars Rotæ fuit in ista opinione ipso contradicente, uidelicet, qd talis resignatarius uirtute illius clausulæ, siue alio quouis modo in supplicatione resignationis posita, non poterit habere per obitum, sed illa clausula tantum comprehendebat alium casum similem renunciationi, puta uacationem, per capitulũ, de multa, uel contractum matrimonii, uel per non promotionem, iuxta cap. licet canon. uel ingressum religionis, & similes. Felinus tamen dicebat contrarium, ex eo, quia uerba debent in gratia aliquid operari. Et tenendo dictam opinionem, illa clausula, quouis modo, nihil operaretur contra ea, quę dicunt Doct. in cap. susceptum. de rescript. lib. 6. Et quia in tali interpretatione comprehensiua mortis cessat mens & ratio regulæ, quæ considerat ambitionem ex illa præpostera præuentione cursus, & uotum captandæ mortis. Subdit tamen, quòd licet essent plura uota pro alia parte, nihil tunc fuit decisum, quia regula loquitur in uacante per obitum. Hæc ibi Felynus. Adde, quòd ego reperio modernis temporibus, pro opinione illa maioris partis dominorum cõtra opinionem Felyn. fuisse in Rota iudicatum.

Nam reperio q. R. P. Dñicum de Iacobatiis, tunc temporis primarium auditorẽ, qui meritis exigentibus, creatus fuit postea cardinalis in quibusdam istius regulę apostillis, super ista quæstione scripsisse manu propria hęc uerba formalia, uidelicet, fuit obtentum in causa Libicen. uicariæ, in qua ego pronuntiaui, licet contra uotum meum, quòd reg. ista haberet locũ in eo, qui de partibus constitutus procurator resignasset in fauorem certæ personę, cui fuit prouisum, cum clausula, siue alio quouis modo. Quod mihi fuit uisum contra uoluntatem ædentis regulam, & in meo uoto fuit Accoltis, & primo Fely. in secunda instantia coram me uariante, sed superueniente Antonio de Zocchis in Rota sensit idem quod ego. Et dominus Christophorus de Porcariis dubitauit, quia in prima instantia, in qua pronuntiauerat, Nicolaus de Vbaldis dicebat non interfuisse, & ideo fui coactus confirmare primam sententiam: mihi tamen ex pluribus uidebatur contrariũ, quia cessabat ratio regulæ, quę est propter fraudes. Item, quia cessabat uotum mortis. Item, quia regula loquitur quando impetratio fit principaliter per obitum, hic non principaliter impetratur per obitum. Item, quia ex quo ꝓcurator bona fide uenerat de partibus cum mandato, & illi fuerat prouisum si dixisset, & narrasset papæ, dubito, ꝙ interim resignans sit mortuus; omnino papa dedisset: maximè, q̃a in prouisione etiam apparebat, quòd derogauit regulæ. Item, quia uidetur casus omissus, quando per resignationem, & in cõsequentia capit ex clausula generali ꝑ obitum. Etiam unus adduxit regulam. l. 2. ff. de uerb. oblig. quòd sub simplicibus, &c. licet modicum uideretur facere, quia communiter habetur illa clausula in supplicationibus, & alio quouis modo, & regula d. l. 2. procederet, ubi apposita non fuisset. Aliqui ponderabat uerba regulæ ibi, gratiæ. Alii uerò dicebant, quòd satis per obitum habet: & si dedisset, satis est, quod non apparet datum. Vnus ex dominis fuit qui dedit cursum statetæ ratione (ut tunc domino Iacobatio uidebatur) pueriii, & non uera, uidelicet, quòd clausula, siue aliàs quouis modo non habet locum hoc casu, quia circunduxit papam, cui dixit, ꝙ resignabat in manibus suis. Et pro opinione sua Iacobatius dicebat bene facere, q̃a uidetur regula considerasse q̃ñ ad im

ad impetrationem partis gratia obtinetur sed clausulam, siue alias quouis modo papa ponit ex seipso ex quodam stylo. Illud tamen tollitur, quia regula dicit omnes gratię. Item, quia stylus non apponit dictā clausulā, nisi sit in supplicatione. Ista sunt quæ de uerbo ad uerbum R. D. Dominicus de Iacobatiis reliquit scripta sup ista regula. Ex cuius uerbis manifestè colligitur Rotam iudicasse propter generalitatē uerborum regulæ illi esse locum.

Postremò secundum istam opinionem ꝙ regula procedat isto casu, iudicauit Rota in una Gebenen. parochiali coram D. Gulielmo de mense Maio, ut ipse idem refert in quadam decisione, rationem decisionis ponens, quia ex quo per illam clausulā generalem non datur alia uacatio, ꝗ per obitum, obstabit regula, nec attendi debet, ꝙ impetratio in modo expresso ꝑ resignationem, ex quo re uera uacat per obitum, & in tali uacatione tantum uerificatur prouisio, in qua regula loquitur, si ue per modum expressum, siue per generalia uerba colligatur modus uerus uacandi, & ita dicit se audiuisse maiores tenuisse olim.

Et prædicta omnia procedunt in casu suo, non autem in casu contrario, uidelicet quando quis impetrat per obitum, & uere uacat per resignationem, prout in casu tunc contingenti, quia tunc regula nō procedit, quia solum loquitur qñ per obitum, & extendi non debet in aliū casum. l. 3. §. hæc uerba. ff. de negot. gest. Ita concludit idem do. Gul. in d. decis. pro qua faciunt, quæ adducit hic Glossator pro ista opin. in 3. col. uers. item, quia ista regula loquitur de obitu, &c.

Hactenus recitauimus opin. antiquorū & modernorum patrum super isto dubio. quid dicendum?

Certe licet ista opin. uideatur suffulta iuribus & rationibus. Tamen adhuc pro prima opinione, uidelicet, ꝙ ista regula non habeat locum, isto casu posset adduci una concludens ratio, quia certum est leges nouam interpretationem & declarationem recipere a lege ueteri. l. non est nouum cum l. sequenti. ff. de leg. sed in regula ista ueteri ponitur, & assignatur in ipso procemio ista ratio, uidelicet, ut fraudes euitentur, & ambitionis uia præcludatur, & ext. clarum est, ꝙ ista ratio procemii inducit causam finalem: ut in l. fi. ff. de hære. instit. & tradit Bal. in l. ut liberis. C. de col la. cessante igitur ratione procemiali & finali, cessat ipsa dispositio l. generaliter C. de episc. & cleri. cum similibus. Sed in casu nostro cessat dicta causa finalis, quia hic non est ambitio, non est aliqua fraus, igitur locus non erit regulæ, pro quā opinione faciunt alia motiua adducta per Ias. in consil. 104. col. penult. lib. 1.

Tamen pro contraria parte, & sic pro decisione dominorum facit, quia ex quo illa clausula siue alio quouis modo, in casu nostro non potest uerificari, nisi morte perinde est, acsi in specie fuisset facta impetratio per obitum: quia genus, quod nō potest uerificari, nisi in uno indiuiduo, habetur pro specie. cap. ex parte. de offic. de leg. l. 1. & 2. ff. de lib. & posthu. sed si in specie fuisset facta impetratio per obitum, regula ista obstaret: ergo eodem modo obstabit uacationi comprehensę sub clausula generali, quia si uerba regulæ adaptantur, militat dispositio. l. ille, aut ille, §. cum in uerbis. de leg. 1.

Præterea, quia talis præsumitur mens istius impetrantis, qualis uerba indicant, cum in ambiguis illius sententia & declaratio capienda est, quę ex uerbis comprehenditur. l. in ambiguis. ff. de reg. iur. & l. si quis intentione. ff. de iudic. Sed uerba illa alio quouis mō implicāt casum mortis ergo impetrans uisus fuit de tali cogitasse & sic attenta mente sua ambitiosa obstabit regula. Sed pro concordia opi. posset sic distingui, ꝙ aut impetrans per resignationem cū dicta clausula alio quouis modo, ita esset impetraturus per obitum, si sciret uacationem, etiam non uerisimilē, sicut impetrauit per resignationem, & res est expedita per superius dicta. Si uero esset impetraturus per obitū, & tunc per dictā clausulā nō ueniet casus mortis, sed alius casus uacationis similis expressæ, qa non præsumitur quis uelle in genere impetrare, quod in specie non esset impetraturus, quia intentio impetrātis nō extēdit ad illud. l. oblōne generali. ff. de pig. & quę

not.Ioan.Andr.in reg.in generali.

Sed qualiter hoc probabitur, putarē re linquendum eius iuramento, iuxta cap. fina.qui.mat.acc.poss.& cap. significasti. de homi.& hoc considerata qualitate personæ iurantis. Nam in casu proposito nulla uidetur suspicio si iuramentum pro curatori defertur, qui ꝓ alio impetrauit, nec agit de proprio cōmodo, secus esset in impetrante nomine proprio: quia si beneficium esset pingue, sub dubitarem de iuramento præstando, propter rationem tex. in cap. clericos. de cohab. cleric. & mul. quia, ut dicit Bald. in cap. quia uerisimile. de præsump. propter dulcedinē beneficiorum studiū adhibetur corrūpendi testes. Iudex igitur arbitrabitur hoc casu.

QVAESTIO IIII.

QVæro, nunquid ista regula procedat in commenda?

SOLVTIO. Moderni Sabinen. hic in quadam apostilla dicunt prima facie uideri quòd nō, tamē cōtrariū asserunt esse uerum, & nihil aliud dicunt.

Dominus Gulielm. hic in decisione quadam dicit, quòd uidetur prima facie dicēdum, quòd non habeat locum, ex quo cōmenda non dicitur uacare per obitū, sed cessante commenda uacat eo modo quo prius, ut dicit Fede. de Senis in tract. per mutat. benefi. quæst. 16. & Lud. Rom. consil. 360. Et Rota in antiquis prima. de concess. præbend. Et ista opi. est in curia uulgaris apud omnes præsertim Abbreuiatores.

Accedit ad hoc, quia regula est aliquatenus exorbitans, & in exorbitantibus fit restrictio ad casum expressum, quia odia restringi, fauores conuenit ampliari, uulg. c. odia.

Istis tamen nō obstantibus maior pars dominorum in una causa cuiusdam beneficii per obitum Regini cessante commenda, cum daretur de ista regula, contrarium conclusit, ut etiam R.D.Iacob.Simonetta Auditor retulit. Ratio fuit, quia licet uerba regulę non uideantur amplecti istum casum, tamen mens & ratio regulę includit commendam, quæ fuit, ut fraudes euitentur, & tollatur ambitio. Sed clarum est, quòd ista ratio militat in commēda: igitur ubi est eadem ratio, debet eadē esse in utroque dispositio. glo. in cap. si postquam de elect. cum uulg. Nō obstat, quòd per obitum non detur uacatio, quia est uerum, propriè tamen in commendis nostri temporis negari non potest, quin detur aliqualis uacatio.

Adde pro ista opi. uideri tex. hic in uerbo, omnes gratiæ, &c. sub quo de natura uerbi commenda uidetur comprehendi, cum sit gratia. Et quia dictio, omnes, est uniuersalis omnia complectens. lege Iulianus. de legat. tertio. Et quia uidemus, ꝙ quasi omnes regulę iudiciales, licet generaliter loquantur, tamen commēdas comprehendunt, ut latè dixi in regula de infir. & de idio. & dicetur latius in reg. de impet. benefi. famil. Card. in reg. de annali & triennali. Et alibi sæpe, quæ ideo non repetam, ne fastidium generent.

QVAESTIO V.

QVæro, an ista uerisimilis notitia obitus, de qua loquitur ista regula, debeat attendi computando dietas per terram, an uerò per mare?

SOLVTIO. Ratio dubitationis est, quia iter terrestre est certum, & potest facilè per milliaria computari à communiter accidentibus, ut in l. continuus. ff. de uerb. obliga. sed iter maritimum est penitus incertum, quia aliquando ex Hispania per mare decurrit ad Vrbē in 10. diebus, aliquādo in 6. ut experientia docet.

Breuiter iste casus sæpe accidit. Nam tempore Calixti fuit propositum in Rota per D.Ioan. Pintor Auditorem in causa Detrusen. beneficii, in qua consuluerūt aliqui periti, & tandem fuit conclusum, quòd à communiter accidentibus eligendum est iter per mare & per terram, secūdum quod magis communiter accidit, non secundum quod rarò, quia iura non adaptantur ad ea quę rarò & cum difficultate fiunt, & hoc indicat tex. regulæ nostræ, quæ non uult præcise, quòd notitia obitus deueniat ad notitiam papæ, sed quòd uerisimiliter potuerit deuenire, ut in simili dicit etiam text. in clement. causam. in uersiculo uerum. de electio. Et in isto uerisimili iudex arbitrabitur secundū communem cursum itinerantiū, ut dicit hic Glossator accidisse tempore Sixti,

Sixti,in una causa Valentina. Nam uerbum potuit, positum hic, non denotat necessitatem,sed potentiam, eum sit prolatum affirmatiuè, ad hoc cle. auditor in uerf. poteft.de refc.& in c.confuluit. de offic.deleg.& c.gratia,eo.tit.in 6. Potuit.n. peruenire uacatio ad papam, licet forte non peruenerit,& fic attenditur, ꝙ poffit peruenire,[unde ex Barchinona poteft in 8. uel 7. diebus peruenire notitia ad papã de obitu,licet nõ peruenerit actu:]& illud quod potuit confiderat regula, non quòd exiftat,fed ꝙ exiftere poffit: ꝓpterea dicit tex.uerifimiliter, non ꝙ ita fit uerum, fed ꝙ fit fimile uero,ut dicit Bald. in l. ea quidem.in 3.col.C.qui accuf. non pof. facit l.miles.§.mulier. ff.de adul. † Et hoc, ut dixi,arbitrarium eft,ut dicit Car.& alii in d.clem.caufam,in uer.uerum. ficigitur fufficit,ꝙ illud uerifimile fit poffibile, ut not.Bal.in l.fcripturæ.C.de fi.inftr. Et ifta uerifimilitudo aliter debet arbitrari per mare,& aliter per terram,quia, ut dixi, licet mare fit incertum, tamen a communiter accidentibus citius fit iter per mare, q̃ per terram,ut not.in c.ubi periculum, de elect.lib.6. habetur tamen in hoc ratio tẽporis,quia tempore hyemis aliter confideraretur iter maritimum, aliter æftatis tempore,ut tradunt Doct. poft Io. And. in c. olim,de refc.Nam quinquaginta milliaria per mare funt minus,quàm una dieta per terram,ut dicit Bart. in tract.de infula,in 3. col. Et de iftis computationibus dietarum,& quæ funt meliora itinera,an maris uel terræ,latè tradunt Mod. Bon. in §.his igitur,inft.de iuft.& iur.& Fel. in c.olim, in 2.col.de excep.

QVAESTIO SEXTA.

QVæro,ponamus,ꝙ aliquis impetrauit beneficium eodem die obitus cum derogatione iftius regulæ,an ei impetranti incumbat onus probandi obitum præceffiffe,an uerò aduerfario.

SOLVTIO. Prima facie uidetur dicẽdũ, ꝙ impetrãti incumbat onus probandi:q̃a ex quo agit ad canonizationẽ fui tituli, tenetur ꝓbare uacationẽ tp̃is impetrationis. l.2.ff.de prob.Nã q̃libet tenetur ꝓbare cõtẽta in fua gratia,ut no Mod.in d.c.ad aures de refc.nec fufficere uidetur, ꝙ ꝓbet diem obitus, nifi ẽt ꝙ obitus uerifimiliter præcefferit fuã impetrationẽ, q̃a illa ꝓbatio non concluderet,u.ulg.l.matrẽ. C. de ꝓb.

Iftis tñ non obftãtib.dñi cõcl. contrariũ in una decanatus eccl.Capuanę,quã impetrauerat Card.Ferr.cũ derog.iftius reg.Nã uoluerũt ifto cafu ꝓfumere obitũ ꝓceffiffe ꝓuifionẽ,ut refert do.Gul.in quadã decif. fub tit.de ꝓb.in colle.fuis. Rõ fuit, q̃a q̃n fumus in dubio quis actus ꝓceffit,capitur interpretatio,ꝙ ille actus in dubio præfumatur ꝓcedere,q̃ eft neceffarius ad ualiditatẽ actus, ut actus ualeat potius q̃ pereat ut per plura exempla probat Fel. in c. paftoralis,in 3.col.uerf. ad identitatem, de refcr.Et in notabili cafu tradit Iaf.in l.4.§. condẽnatum.in 2.col. ff. de re iud. præfertim,quia aliter interpretando, effet præfumere delictum in dubio, quod effe nõ debet,uulgatis iuribus. Nam capienda eft femper interpretatio, per quam excludatur delictum.in c.fi.de præfump.& no.per Bar.in l.nõ folum.§.fed & reprobari,ff.de ope.no.nun. Et effet delictũ alias impetrare beneficiũ uiuentis,ut patet in reg. 20. ubi dixi.igitur, &c. Et per hoc refpõdetur ad l.hæres inftitutus.cũ feq.ff.de acq.hæt. Et ifta omnia de plano procedunt in cafu noftro,data derogatione regulæ, alias uero fi exciperetur de regula impetranti, incumbit onus probandi uerifimilem notitiam obitus, & fic fatisfeciffe regulæ, ut fuit alias conclufum tempore Calixti in

O 2 una

ANNOT. IOAN. MIL.

† Quod autem longe a uerifimili abeft,eft quædam falfitatis imago,ut Bal.in l.i.col 1a.3.C.de fer.fu.nec id uerifimile eft,ubi præfumptio legis eft in contrarium, ideo huiufmodi præfumptioni debet apertiffimas probationes opponere.l.non eft uerifimile. ff.de eo,quod met.cau.& iure canonico in non uerifimilib. non admittitur probatio, nifi communis loci fama id habeat,uel tales perfonæ adpareant,de quibus uerifimile non fit,ꝙ debeant deierare:ut c.quia uerifimile.extra de præfump.

una Dertusen.beneficii coram Io. Pintor, tunc Rotæ auditore, de quo tamen uidendum est, quod dixi in dicta reg. 30. de impet.benef.uiuent.

QVAESTIO SEPTIMA.

QVæro, ponamus quod papa absit ab urbe per plures menses, prout contigit tempore Clementis, & nunc S.D.N. Pauli 3. Niciam proficiscentis, & moriatur aliquis Romæ, & beneficium impetretur à papa longissimè distante ab urbe, utrum sit locus isti regulæ?

SOLVTIO. Iste casus modo pendet, & uidetur dicendum regulæ locum non esse, ex eo, quia curia uidetur esse Romæ, & reputatur eadem cum illa pontificis, quando remanet ibi audientia causarum, ut not. omnes in clem. ne Romani per illum tex. de elect.

Ex diuerso suadet ratio regulæ, ut dicamus isto casu habere locum, si tanta sit distantia temporis, quod uerisimiliter in tam breui tempore non possit adiri papa: pro qua parte plura in infotmationibus deducuntur, sed quia causa pendet, subsisto donec Rota in alteram partem inclinet.

QVAESTIO OCTAVA.

QVæro, nunquid isti regulæ solet derogari?

SOLVTIO. Stylus signaturæ habet, quod derogatio istius regulæ non detur, nisi solum in Francia. sed extra Franciam semper cassari solet derogatio, sed pro qualificatis personis aliquando solita est derogatio dari. Et ita reperio in lib. derog. b. m. Laut. Card. S. Quat. pluries derogatū fuisse, ut patet ibi fol. 58. & 72. & 75. & fo. 99. Sed Alc. 6. in bulla reformationis cuiusque quā tractat reformationē signaturæ, posuit unā regulā, quā uoluit appellari infallibilē, uidelicet, Quòd regulis de uerisimili notitia, neq; de subrogandis collitigātib. nūquā derogef, sed quod stēt immobiles, & cér te honestū uideretur: rū, ut dixi, signatura ex gratia pro benemeritis personis aliquā derogat, & nō seruat illā cōstit. Alex. Modus autem seu forma qualiter derogari debeat, & quibus uerbis, ponit Hispanus noster antiquus in illo vulgato libro Prouinciali ecclesiarum, siue practicæ cancellariæ (qui est liber approbatus à sede Apostolica) vt dicit Card. in clc. 2. §. irritum, in 3. q. de elect.

REGVLA DE IMPETRANtibus beneficia uacantia per obitum familiaris Cardinalium.

ITem voluit, quòd impetrans beneficium uacans per obitum familiaris alicuius Cardinalis, teneatur imprimere nomen, & titulum ipsius Cardinalis. Et si ille in curia fuerit, eius ad id accedat assensus, alias desuper gratia sit nulla. Et idem seruari etiam uoluit, si dicti familiares ipsorum Cardin. familiaris esse desierint, seu ad aliorum Cardinalium familiaritatē simul transierint, quo ad beneficia, quæ durante familiaritate priori obtinuerint, & in quibus ipsa familiaritate durante, ius ei competierit. Ita, quòd ad illa Card. quorum familiares prius fuerunt, suum habebunt adhibere consensum.

PRAEFATIO.

ISta regula uariè reperitur ab antiquis & mod. summis pontificibus ædita. Eius primus conditor fuit Greg. 11. ut colligitur ex decis. Egidii 632. Quod ex eo apparet, quia prædecessores summi pontifices in suis regulis nullam de ista fecerant mē tionem. Imò, quod magis mirandum est, neque ēt inter reg. Greg. 11. reperitur. Quarū apud me tria reperiuntur exēplaria, & ea quidē diuersis tpib. scripta, nec in aliquo discrepantia in quibus, ut dixi, non reperitur hæc regula, de qua Egidius mentionem fecit, forte fuit aliqua extrauagans, uel aliquod priuilegium, ut innuit idem Egid. in cons. 19. col. 1. Et est considerandū quod præter istam reg. de qua Egid. meminit, quæ in corpore regularum Gregorii non inuenitur, Gregorius nihil aliud dignum in fauorem Card. in suis reg. ædidit. Sed ante Gregorium, primus omnium Benedictus 12. fuit, qui dignitatem tantorum patrum iusto fauore prosecutus fuit, plures alias diuersas reg. in eorum fauorem constituens. Nam quod gratiæ beneficiales D. Cardinalium motu proprio concessæ censerentur etiam si in supplicationibus nihil

hil de motu proprio diceretur, & quod in gratiis illorum dispensatio opportuna etiam non petita apponeretur, ac ꝙ quali tates beneficiorum certo modo uacantiũ, uel uacaturorum, ac etiam beneficia quæ obtinerent in eisdem literis pro expressis haberẽtur, primus omnium statuerat, plu res alias regulas iudiciarias condens. Quas deinde nemo pontificum est imitatus. Gregorius tamen, licet nihil aliud præsti terit, quod fauorem Cardinalium concer neret, nihilominus istam regulam magis fauorabilem fecit, quàm fecerint moder ni pontifices. Nam uoluit in beneficiis ua cantibus per cessum ipsorum familiarium Cardinalium, uel alias quouis modo, locũ habere suam ipsius statuti rationem, qua motus fuerat, in eiusdem regulæ proœmio exprimens, uidelicet, ut honori Domino rum Cardinalium deferatur, ut refert Egi. in d. decis. quod quidem fauorabile Gre gorii proœmium nescio qua de causa põ tifices moderni sustulerunt, ad regulam istam ad beneficia per obitum tantum ua cantia restrinxerunt. Quorum ordinem in hisce nostris commentariis imitabimur.

QVAESTIO PRIMA.

IGitur primo, ibi, impetrans, &c. an ista regula habeat locum quando Papa con cedit gratiam motu proprio?

SOLVTIO. Videtur dicendum quòd sic quia gratia motu proprio potest dici impetratio, ut tradit Bald. in c nisi specia lis, in uers. pone ꝙ in literis. de offic. lega. Facit quod dicit Card. cons. 90. inc. uide tur unio. sequitur Dec. in c. 2. in 2. colum. de rescrip.

Præterea uidemus dispositionem. §. fin. clem. 1. de conces. præb. quæ loquitur de impetrante, uerificari in gratia motu pro prio, ut ibi dicunt Card. & Imo. Sic etiam extrauagans, Sedes Apostolica. Io. 22. posi ta in tit. de conces. præb. quæ loquitur de impetrantibus habet locum in gratia mo tu proprio, prout ibi dicit Gloss. in uerbo, concessæ. Ergo pariformiter dicendum est de ista regula.

In contrarium facit, quia regula ista est odiosa & exorbitans, ut dicit Egid. decis. 632. Et loquitur de impetratione. Ergo non habet locum in gratia motu proprio quia ista uidentur contraria impetrare, & motu proprio obtinere, ut in cap. si motu proprio, & c. si plurib. de præb. li. 6. & hoc probat tex. in l. 1. C. de pet. bon. sub. li. 10. ubi notant omnes, & in l. 3. ff. quod quisq; iur. Quæ cum sint diuersa, ad positionem unius sequitur exclusio alterius, c. qualis, 25. dist. In quam opinionem uidetur incli nare Gloss. hic in penult. colu. Qui etiam tradit cautelam ad istam regulam exclu dendam, ut uidelicet procuretur haberi gratia motu proprio. Et est de mente Lap pi in d. clem. 1. Nam sufficiet, secundum aliquos, papam dicere, talem esse familia rem Cardinalis licet alia requisita hic non exprimat. Quia papa ex certa scientia, hoc exprimendo uidetur habere certam notitiam regulæ, per quam uidetur indu ci dispensatio, & derogatio regulæ, iuxta tradita in l. idem Vlp. ff. de excus. tut. Quæ ratio cessat in gratia impetrata.

Accedit quia isto casu cessat fraus & do lus illius, qui gratiam habuit motu pro prio, ut dicit Ioan. An. in c. fi. super gl. fi. de offi. lega. lib. 6. in nouis. Ergo cessat dispo sitio, non enim poterit illi subreptio, aut defectus intentionis papæ opponi, cum ista omnia per certam scientiam, & motũ proprium censeantur esse sublata.

Non obstat decisio communis Docto rum ad d. clem. 1. §. fi. de conces. præb. ui delicet, ꝙ ille text. procedat in gratia mo tu proprio, licet loquatur de impetrante, quia illud procedit ex eo, quia tota cle. loquit indistinctè, & rõ eius æquè militat in utroque casu. Secus uerò in materia odiosa, in qua uerba propriè debent capi, ut hic. Quia talis interpretatio locum nõ habet, quia gratia motu proprio non est propriè impetratio, ut dicit Card. in dicta clement. 1. & dicam in regula de annali latius.

Quid dicendum? Teneo primam opi nionem quæ est uerior, & æquior, pro qua tẽr iudicauit Rota modernis temporibus primo tempore, bonæ memoriæ D. Petri Andr. Gammari, tunc Auditoris, ut ipse in terminis refert & adnotauit, in tract. de of fic. leg. lib. 3. fol. 58. Et iterum tem

pore meo hoc idem iudicauit Rota in cau sa Auinion. canonicatus, coram D. Io. Maria, octaua Martii. 1532. Et nouissime in una Maclouien. prioratus coram R. D. Raynaldo Petrutio de mense Iulio 1539. hoc idem qnod prius firmauit Rota. Ratio decisionis fuit, quia hoc priuilegium regulæ datur Cardinalibus propter magnas impẽsas & onera, quæ in alendis familiaribus subeunt, ut dicit decisio Rotæ, licet corrupte, in tit. de præb. decis. 16. incip. Nota. ꝙ ubi Dominus, in antiquis, &c. Et ista ratio militat æque in gratia motu proprio, sicut in gratia impetrata. Igitur, &c. Et considerata prædicta ratione, ista regula est latè interpretanda in eorum fauorum & præiuditium concedentis. iuxta c. quia circa de priui. & notata per Dom. in c. 2. de fi. presi lib. 6. & quæ latè tradit Pet. de Anc. consil. 295. & 297. Et si contrarium diceremus, facile priuilegia Car. deluderētur, cū unicuique facillimum esset haberegratiam motu proprio. Et intentionis papæ non est ꝑ talē, gratiā motu proprio alicui prçiudicare, ut dicit decisio Rotæ 112. in no. & decisio 445. in antiq. præsertim Cardinalibus, ut et tradit Fel. in c. ad aures, in 5. col. uers. tertius casus, de rescr. Et ideo hac ratione Domini uoluerunt, ꝙ regula 16. de non tollendo ius quæsitum, haberet locum in gratia motu proprio, ut dixi in 6. q. Et qa gratia motus proprii non includit ea quç exprimēda sunt, ut dicit Fel. in c. cum apostolicæ de excep. Ergo qua tōne dicimus in gratia impetrata requiri expressionem nominis & tituli Cardinalis, ut hic dicitur, eodem modo in gratia motus proprii est dicēdum. Et posito ꝙ motus proprius & certa scientia principis inducant dispensationem, de quo tñ dixi latius in d. reg. q. 8. non tamen inducunt derogationē istius regulæ, nisi de ea indiuiduo fiat mētio, ut late dixi in 5 & 6. q. proœmii. & cum hoc iam pluries fuerit per Rotam decisum, non curabo amplius insistere.

QVAESTIO SECVNDA.

QVæro, ibi (beneficium, &c.) quid si familiaribus cardinalis habuit aliquod officium durante familiaritate, nunquid habet locum regula?

SOLVTIO. Videtur dicendum, quòd non, quia appelatione beneficii non uenit officium, ut dixi late in regula de infirmis resignantibus, & dicam in regula de annali & triennali, & in plurib. aliis locis, vbi me remitto. Et de istis officiis tradit Paulus Romanus antiquus in tract. pensionis, in 7 q. fol. 21. & 24.

QVAESTIO TERTIA.

QVæro, ibi (uacans, &c.) nunquid regula ista procedat in mandato, de prouidendo, reseruatione uel expectatiua de beneficio uacaturo?

SOLVTIO. Tempore Sixti accidit iste casus in causa Sagie. Archidiaconatus ut in quibusdam memorialibus cuiusdā Io. Alo. Tuscani, tunc Auditoris cameræ repetio adnotatum. Et iterum tempore meo iste casus fuit propositus in Rota, & decisus in causa Auinionen. canonicatus coram Dom. Io. Maria de mense Martio 1532. Et conclusum fuit per maiorem partem Dominorum, ꝙ non. Cum qua opinione reperio antiquos Abbreuiatores de Parco concordasse. Nam hoc tenuerunt Ant. de S. Seuerino, & Io. de Ferrera, illorum temporum primarii, prout eos refert Paulus de Castello in quodam suo indice notabilium. fol. 35. Nihil tamen allegant præter obseruantiam styli. Sed pro opinione Rotæ allegantur ista. Primò qa regula loquitur de beneficio uacanti: ergo non habet locum in uacaturo, ut legitur & notatur in c. constitutus, & in c. ex tenore, & c. si de concess. præb. Faciunt quç dicit Fel. in c. in nostra, in 37. correl. in 2. col. in fi. de rescr. Ista. n. sunt inter se diuersa. Ergo de uno ad aliud non debet inferri: qa ex diuersis non fit illatio, c. in p̄ntia de ꝓb. Sed potius ad positionem unius, sequitur alterius exclusio. c. nonne. cum uulg. de præsump. Cum igitur regula ista irritet gratiam concessam post obitum familiaris, non debet extendi ad gratiam cōcessam ante obitum: quia limitata causa limitatum effectum producere debet, c. susceptum, de rescrip. lib. 6. & uulgar. l. in agris, de acq. rer. dom. Et ista omnia in ratione

tione fundantur, quia non est eadem ratio quo ad istam regulam, in gratia de uacaturo, & gratia de uacante. Quia in gratia de uacaturo, ideo non debet seruari ista regula, quia non possumus esse certi de persona, per cuius obitum beneficium uacauit, an erit familiaris uel non. Et ideò nomen, nec titulus certi cardinalis exprimi potest. Et propterea iudicari nō debet gratia subreptitia. Quia de his quæ possunt se habere ad esse, & non esse, si de illis non fiat mentio, gratia non annullatur, ut latè probat decisio Rotæ 151. in nouis, titulo de resc. col. 3. Neq; si uellem ad cautelam derogare huic regulæ, hoc concederetur. Quia secundum stylum solet denegari talis derogatio, Imò cum sæpe aliis regulis præteritis temporibus derogatum sit, ut particulariter adnotatum reliquit laboriosissimus, & proinde excellentissimus uir Laur. Puccius card. Sanctorum Quatuor in quibusdam memorialib. derogationum regularum, non tamen in d. libro reperitur huic regulæ derogatum nisi semel, ut patet ibi fol. 91. Itaque in dictis gratiis de uacaturo, non potest ista regula obseruari. Quę omnia cessant in gratia de beneficio uacanti. Cum igitur regula ista sit exorbitans, iuxta gl. pen. in cle. 2. de off. ord. & secundum Egidium ubi supra. Item etiam sit pœnalis, cum annullet actum, iuxta notata per doct. in c. 2. de cō stitutionibus, & quæ tradit Bal. in l. non dubium. C. de legib. per tex. in l. Senatus. ff. de contrah. emp. Est concludendum regulā procedere in casu de quo loquitur, uidelicet in beneficio uacanti, arg. tex. in c. statutum, de elect. lib. 6.

Et hoc quod dictum fuit de gratia beneficii uacaturi procedit etiam si gratia fuisset facta respectu certæ personæ, quæ fuisset familiaris alicuius cardinalis, prout in regressu concesso per obitum Titii qui fuerat familiaris cardinalis: quia in eo regula ista non procedit per superius dicta. Ex quo prouisio fit de beneficio uacaturo, prout refert tenuisse Rotam do. Iacob. Simonetta, tunc card. dignissimus in suis memorialibus ut ipse mihi retulit.

Quæ decisio non alibi certe fundatur, ut dixi, nisi quia ista regula est odiosa, loquitur in certo casu, uidelicet de beneficiis uacanti. Ergo debet in eo restringi, ut in c. susceptum de rescriptis, lib. 6. Et faciunt ea quæ dicam in alia q. de gratia si neq; tri. & in q. sequent.

QVAESTIO QVARTA.

QVæro, ibi (per obitum, &c.) quid si beneficium uacat per renuntiationem familiaris cardinalis in manibus Papæ, an habeat locum regula?

SOLVTIO. Glossator hic tenet quod non, quia isti sunt diuersi modi uacandi: & regula ista exprimit modum uacandi per obitum. Ergo per expressionem unius modi excluditur alius diuersus, uidelicet, per resignationem, ut dicitur in c. susceptum, de rescr. lib. 6. Et hoc idem reperio tenuisse curiam tempore Sixti. Et ita pro expedito fuisse dictum in causa Sagien. Archidiaconatus, meminit Ioan. Alo. Tuscanus Mediolanensis, tunc aduocatus, & Auditor cameræ, in quodam suo consilio incip. utrum bulla perinde ualere, &c. posito inter sua consilia, lib. 1. fol. 6. Et certè in ratione consistit ista opinio, quia negari non potest istum casum fuisse omissum in regula. Ergo relinquitur sub dispositione iuris. Et ad hoc sufficit, d. c. suceeptū ubi est casus expressus pro ista opinione, ipso qua faciunt ea quæ dicta fuerunt in præcedenti quæstio.

Sed aduerte, ꝙ regula Gregorii XI. quę fuit antiquior ista, comprehendebat istū casum, quia loquitur de beneficiis uacantibus per cessum uel decessum, ut refert Egid. decis. 632. Vnde ex quo regula ista est posterior, debet in dubio interpretari secundum antiquam, arg. l. nō est nouum, ff. de legibus.

Sed ad hoc replicari potest, ꝙ motiuum procedit quando regula ista dubitatiue loqueretur: tunc enim in dubio reciperet interpretationem à regulam antiquis etiam correctis, ut tradit Bar. in l. fi. ff. de falsis. Sed hic non egemus declaratione, cum ista regula loquitur clare de beneficio uacante per obitum, & de uacante per renūtiationem omittit, prout etiam omittebant antiquæ regulæ, quæ in hoc noluerunt Cardinales priuilegiare. Relinquendus igitur erit iste casus sub dispositione

lutis dicto capitulo susceptum. Et ita in specie, in discursu cuiusdam q. regulæ, de infir. resignantibus dicit fuisse iudicatum de anno 1514. in Rota D. Gul. in Collectaneis decis. pro qua opinio. faciunt optime motiua Andreæ Siculi, de quo mentionem faciam inferius in quæstione 7.

Et ex istis potest etiam inferri, ꝙ facultas concessa per papam familiari cardinalis de permutandis beneficiis suis, prout fuit concessa tempore Pauli 2. cuidam Gulielmo familiari cardinalis Rothomagen. non subiiciatur huic regulæ. Quamuis cõtrarium fuerit tunc per aliquos doct. consultum. Et ista de plano procedunt de iure loquendo. Tamen hodie cardinales, tã ex priuilegio, quam ex capitulis factis in conclaui, obtinuerunt istos modos uacandi per cessum uel decessum, ut referunt Mod. in tract. reseruatio. 17. effectu. Et ita ego reperio latissimè cõcessum fuisse cardinalibus in capitulis Sixti, Alexand. 6. & Iulii 2. cap. 3. quorum exemplaria sunt penes me.

QVAESTIO V.

QVæro, an regula ista habeat locum in uacatione mortis fictæ, prout est illa inualida per regulam, de infirmis resignantibus? Nam regula, ibi, in casu illo, fingit beneficium uacare per obitum, cũ uere uacet per renuntiationem.

SOLVTIO. Casus iste bis fuit uentilatus in Rota, & tandem decisus pro parte negatiua. Nam tempore Sixti accidit in causa Sagien. Archid. anno 1475. mense Nouembri. Et iterum, de anno 1514. Quo tempore fuit decisa difficultas, ut meminit D. Guliel. in Collectaneis decis. fol. 75. decis. incip. unus familiaris, & licet decisio illa ponat mixturam casus, resolutio tamen eius hoc solo motiuo concluditur. Quia in quæstione proposita secundum terminos regulæ de infirmis resig. principalis actus, qui fuit ibi factus coram papa fuit resignatio. Et iste fuit uerus & naturalis actus. Vacatio uero mortis quæ infra uiginti dies resultat, est uacatio accidentalis, & contingens de futuro: & ideo illa considerari non debet, iuxta l. qui habet. ff. de tutel. ubi traditur regula, ꝙ actus naturalis, non accidentalis attendi debet & idem dicit Bar. in l. 1. §. hoc interdictum. ff. de fonte. ubi per hoc infert, ꝙ statutũ loquens de gemmis, debet intelligi de ueris, non de fictis. Et ista in casu isto magis militant, quia regulæ sunt iuris stricti, & non egrediuntur terminos suos. l. 3. §. hæc uerba. ff. de nego. gest. l. si seruum. §. non dixit. ff. de acquiren. hæred. præsertim, qa ista interpretatio est fauorabilis, quæ reducit nos ad libertatem iuris communis, iuxta l. si vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pactis. cum aliis similibus allegatis hic per Do. Guliel. Præterea, quia actus, de quo in prędicta quæst. & uacatio inde resultans, erant de prçsenti illa uerò quę ex post cõtingit per obitum, erat actus futurus, qui tempore resignationis poterat se habere ad esse & non esse. Ideo subreptio propter non expressionem nominis & tituli in talibus actibus, qui contingunt de futuro, non uitiatur, ut tradit Fely. notabiliter in cap. in nostra. in 7. correl. de rescript. Et ante ipsum decis. 25. in nouis. tit. de rescript. colum. pen. repetita per Egid. decis. 749. column. fin.

Addo pro ista opinione, ultra Domin. Guliel. quia tempore quo fuit facta resignatio, beneficium adhuc nõ uacabat per obitum uerum uel fictum, unde impetrãs tale beneficium, impetrauit uacaturum, uidelicet, in euentum, ꝙ contingeret resignantem mori infra uiginti dies. Et tamẽ clarum est, regulam istam locum non habere in uacaturo ut patet ex tex. & dixi superius in 3. q. & est decis. Rotæ in no. ꝙ impetrans per non promotionem, non põt consequi per ius postea contingens. Et ideo tanquam casus omissus relinquitur sub dispositione iuris, uulg. c. susceptum. de rescript. lib. 6.

Suadet hoc, qa uera uacatio de pñti erat ꝑ resignationem, quia alia non tenuisset collatio de beneficio uiuentis non uacãte ut superius dicitur in regula 20. & tex. ꝑu c. 1. & 2. & c. cũ nostris. de conces. pręb. Neque potuisset ualidari ex superexistentia uitę resignantis post lapsum uiginti dierũ tanꝗ à principio nulla, cap. si eo tempore de rescri. lib. 6. Et licet papa possit ꝑ regulam

lam facere, quòd moriente illo, q resignauit, infra uiginti dies, censeatur beneficiũ uacare per eius obitum: tamen hæc uacatio sic inducta erit & ficta & interpretatiua, non autem uera, quia hoc facere non posset. Nam potest papa facere, quòd factum habeatur pro non facto, iuxta tex. in cle. 1. de immunit. eccle. Tamen non potest facere, quòd fictum sit uerum, & factum non sit factum. l. in bello. §. factæ. ff. de capt. Remanet igitur uera uacatio per resignationem, & ficta per obitum. Vnde infertur, quòd ex quo regula ista loquitur de uacatione per obitum, debet in dubio intelligi de uera, propria & naturali uacatione obitus, & non de ficta, prout quælibet dispositio iuris communis & statutaria intelligitur, ut est gl. in c. placuit. el 2. 16. q. 1. Nam ista est communis opinio Canonistarum, q appellatione mortis, intelligimus de naturali, nisi in casibus à iure expressis, ut dicit gl. in c. susceptum. de rescrip. lib. 6. sequuntur Modern. in l. ex ea parte. §. insulam. ff. de uerbo. oblig. Et hoc idem est dicendum in quolibet actu, qui in dubio debet intelligi de uero & naturali, non de ficto, ut superiùs est dictum. & tradit in notabili casu Alexand. in consil. 65. uisa quadam constitutione. in 3. colu. uol. 4. Et Franciscus Cremensis in singularibus suis, notabili 82. cum pluribus aliis concordantiis. quæ præter ista cumulat Fely. in rub. de sponsa. in 4. col. Cũ igitur regula ista nihil aliud sit, quàm statutum, quod loquitur de uacatione per mortem, debet ergo intelligi de uera, non autẽ de ficta, nisi aliud exprimatur: faciunt, quæ not. Bar. in l. 3. §. hæc uerba. ff. de neg. gest. & tex. in c. nuper. de big. Præsertim, quia dato, q extensio casus ueri ad fictum non sit contra ius, sed tantùm præter ius: tamẽ nunquam fit extensio, nisi reperiantur de iure parificari casus uerus & fictus, vt not. Domi. in cap. fin. in prin. de consuetu. in 6. & glo. in dicto cap. placuit. Si igitur hoc disponitur in casibus, qui sunt præter ius, multò magis in casu istius regulæ militat, quæ est contra ius. Nam de iure nulla qualitatis taciturnitas uitiat gratiam, nisi illarum qualitatũ, quæ sunt in iure expressæ, ut in cle. 2. de offic. ord. & in ca p. fi. de offic. leg. lib. 6. & in cle. 1. de preb. cum multis concord. de quib. per mod. in tracta. benefic. in 11. q. tertiæ partis. uers. quarta qualitas. Pro quib. omnib. faciunt ea, quę dicẽtur inferius, quæst. 7.

QVAESTIO VI.

QVęro, nunquid regula ista procedat in beneficio commendato familiari cardinalis, per cuius obitum impetratur?

SOLVTIO. Varias reperio super isto dubio scribentium opiniones. Nam Ioan. Bapt. Caccialupus & Ricius de Senis, aduocati illorum tẽporum celeberrimi, tenuerunt expressè regulam non habere locum in commenda: & ita referunt se uidisse iudicari in facto. super quo longissima consilia contexuerunt, quę habeo in 12. uol. allegationum. fol. 144. cum seq. ubi post plura uerba superflua, tandem ad hoc tenendum mouentur isto motiuo magis efficaci, uidelicet, quia regula ista loquitur de uacatione, quæ licet ex uerbis ultimis regulæ maximè in uerbo obtinuerint, uideretur intelligi posse de uacatione resultante ex cessatione commendæ. Tamen ille terminus, Vacatione, positus in tex. in dubio intelligi debet de uacatione iuris & facti, ut in c. cum nostris. de conces. præben. cap. pręsenti. de præbend. lib. 6. cum multis aliis concordan. per eos allegatis. Cum igitur commendatarius non dicatur possessor iuris, cum non habeat titulum, ut in c. dudum. de elect. sed sit merus dẽtentor, & depositarius. l. licet. §. rei. & l. Iulianus. ff. depos. est concludendum, per obitum eius nihil uacasse, & per consequens regulam in tali cessatione commendæ nõ uerificari. Nam per commendam non extinguitur prima uacatio, ut tradit Fed. in tract. de permut. benefi. q. 15. hoc in summa dicunt prædicti doctor. qui postea magistea magno uerborum ambitu, super isto puncto referunt omnia fundamenta Lud. Roma. in consil. 350. & Oldrad. consil. 179. quæritur, &c. quæ non curo referre. Quibus etiã conferunt ea, quę dixi in regula 18. & 32. & latissimè in regula de triẽnali, ubi copiosius tractaui istam quæstio.

Sed ulterius pro ista parte adde, quòd istam

istam eandem opinionem tennerũt tempore Sixti A. de Capharellis, tunc aduocatus excellens, & quidam alii, qui allegabant pro ista opi. stylum inueteratum Cãcellariæ, quæ hoc tenuit, cuius stylus pro cessit à iure, ut dicit Spec. in tit. de legat. §. superest. uer. ultimò consulo. imò facit ius, ut dicit decis. 710. in antiquis. & tollit dubietatem facti, ut dicit Oldrad. cons. 290. Nam ipsius obseruantia præsumitur suscepta cum plena examinatione iustitię arg. c. apostolicæ. 25. q. 9. Et quædam alia fundamenta generalia super hoc allegãt, quæ breuitatis causa, ac etiam, quia mihi non uidentur stringere, non refero. Et ita etiã reperio illis temporibus pro ista parte fuisse iudicatum per quendam Io. Eug. tunc auditorem, in fauorem Lactantii, cõtra quendam Ioã. Gruelli, ut ibi reperi adnotatum. Et nouissime eandem opinionẽ tenuit Rota in casu occurrenti, ut refert bonæ me. D. Dominicus Iacobatius, tunc Rotæ auditor primatius, & posteà cardinalis, in quibusdam suis apostillis ad istã regulam, qui dicit tunc super hoc dubitatum fuisse, & Rotam respõdisse, regulam in commenda locum non habere, licet ipse super hoc dubitaret. Hæc ille.

Postremò, pro ista opinione faciũt uerba istius regulæ, quæ loquuntur de beneficio uacante. sed per obitum familiaris beneficium non uacat, sed cessat depositum ut dicunt doct. in cap. nemo de elect. & in ca. si constiterit. de accus. Igitur tali cessatione regula non habet locum. Hinc est, ꝙ expectatiua, quæ conceditur ad beneficiũ uacans, uel cum primum uacauerit, non capit beneficium uacans per cessationem commendæ, quia ultra, ꝙ tale beneficium est affectum per appositionem manus papæ, per obitum familiaris, non dicitur uacare. Ita cõclusit Rota die 29. Octob. 1539. in una Valentina parochialis de Pego coram R. D. Ioan. Paulo, non obstante cõsil. Socini. 32. & aliis pluribus tunc deductis in informationibus iuris. Pro qua decisione faciũt, ea quę in casu scribunt Modern. Sabinen. in tracta. reserua. fol. 13. uersicul. beneficia commendata.

Contrariam tamen opinionẽ inuenio obseruatam tempore nostro. Nam in primis D. Guliel. in discursu illius quæstionis, utrum regula de infirmis resignantib. procedat in commenda, refert, Rotam tenuisse regulam istam habere locum in cõmenda, ista ratione, quia priuilegiũ istius regulæ concessum fuit Cardinalibus propter innumeras expensas, & onera quæ subeunt in gubernanda eorũ familia, iuxta decisionem 16. de præben. in antiquis. quæ ratio militat æquè in commendatarüs, sicut in titularibus. Ergo idem debet esse ius, & nihil aliud dicit, & idem tenuit D. Gullel. hic.

Felynus tamen in quadam apostilla super regula decimanona, & super ista refert Rotam uariate. Nam dicit, ꝙ cum istud dubium in vna causa proponeretur, Domini quasi concorditer concluserunt, istam regulam non habere locum in commenda: & posteà dixerunt, & iudicarunt contrarium: quia reperiebant ita alias fuisse conclusum, per ista rationem, quia licet stante commenda, beneficium non dicatur uacare: mortuo tamen commendatario negari non potest, ꝙ uacat largo modo, quæcunq; sit illa uacatio, siue continuatiua, siue inductiua per usum. Quæ uacatio uenit largo modo appellatione dicti uerbi, ut tradit Pauinus in trac. de offi. & pote. capi. sede uacã. in ultimo prælud. Satis enim est, ꝙ de præsenti quando impetratur, uerè uacet per obitum, id est, ꝙ ratione illius obitus commendatarii reuiuiscit, & quodammodo inducitur ista uacatio nunc. Ergo regula in ea debet habere locum, præsertim cùm per omnia sit eadem ratio. Et pro ista opin. facit quod dicit Socin. in consil. 32. in 6. colu. uersi. & pro prædicta. ubi tenet ꝙ expectatiua ad beneficia uacatura comprehendit beneficium per obitum commendatarii uacans. sequitur Aeneas de Falco. in tract. reserua. in 4. q. prin. in 38. effectu. & licet contrarium deciderit Rota, ut superius dixi: illud fuit, quia considerauit affectionem, quæ maximè ibi considerari debebat propter personã cardinalis, cui illa parochialis fuerat commendata. Sed præsupposita decisione indistinctè uera, in casu nostro attendi debet ratio dicti, quia per obitũ cõmmẽdatarii perpetui beneficium quo

uis

uis modo uacat. Nec ista regula in hoc est multum exorbitans, sed potius continet æquitatem, quia tenendo istam opin. sic fauemus cardinalibus, & ex hoc etiam cõseruatur spes seruientium eis. Faciunt ad hoc ea quæ tradit Rom. consil. 498.

Addo etiam pro ista opi. quæ mihi uidetur uerior, ꝙ in dubio talis interpretatio in quacunq; constitutione capi debes per quam magis inuitentur homines ad benefaciendũ, ut probatur in §. fi. in ꝓœ. inst. & in extrauag. execrabilis. §. nos itaq; Sed isto modo interpretando istam regulam, inuitantur magis, ac animantur cardinales ad capiendos plures seruitores doctos & uenerabiles. quod tendit ad decus ecclesiæ Rom. ut in c. super specula de magistris. Et etiam ad honorem eorundem cardinalium pertinet, ꝙ à plurib. associētur, ut dicit Iuuenalis Satyra 7. quod not. And. Sicu. in c. ex parte. in 2. col. de consti. Nam tanto maior quis reputatur, quanto pluribus famulis & dignioribus præest, ut probat Dom. Gundisaluus Hispanus, auditor Rotæ, in tract. de dignit. Vicecancel. q. 2. allegat tex. in authen. de defen. ciuit. §. nos igitur. Facit illud Prouer. 14. ca. In multitudine populi dignitas regis. Facit etiam textus in c. ecce. 95. distin. Vnde meritò Virgil. in 1. Aeneid. laudans Didonem in isto apparatu famulorum, ait. Quinquaginta intus famulæ, quibus ordine longo. Centum aliæ, totidemque pares ætate ministri, &c. Nam huiusmodi impensæ, quæ fiunt seruitoribus & ministris, censentur factæ intuitu ecclesiæ propter honorem inde resultantem, ut tradit Philip. Franc. in c. præsenti. §. porrò. in 2. not. de offi ordi. lib. 6. Et ideo iuuandi sunt cardinales fauorabili interpretatione priuilegiorum huiusmodi, ut proceli uiores exinde reddantur ad subeundas maiores impensas: propter quas multi pauperes clerici, nobiles, & literati, in eorum domibus consolantur, & uiuunt. Et ita multorum necessitatibus subuenitur. Et hoc modo decentius decus sedis Apostolicæ sustinetur. Et per huiusmodi uiam familiaribus datur firmior spes seruiendi, quãdo patronorum maior est & uberior disponendi de beneficiis potestas. Et sic ista opinio tanquam æquior, & ultimò, & pluries per Rotam approbata, tenenda est: secũdum quam refert Aeneas de Falconib. doctor certè curiosus & eruditus, in quadam sua apostilla ad istam regulam, Rotã in quadam causa sua, secundum istam opinionem per tres sententias iudicasse. Et respondet ad illa uerba posita hic in regula, uidelicet beneficium uacans per obitũ, quia illa non obstant, cum in regula 28. suprà eodem, sint posita eadem uerba. Et tñ Rota longæua obseruatione tenuit illam reg. habere locũ in cõmẽda. prout ẽt ibi, & in reg. de infirmis resignantibus, meminit dom. Guliel. Nec obstat, ꝙ uerbum, Vacans, hic positum, debet intelligi uacatione iuris, quia hoc est falsum: quia etiã uerificaretur in uacatione de facto, quam talis reseruatio comprehendit, secundum Rotam decis. 274. in antiquis. Quam sequitur Præpos. in cap. Clementis. 16. distinct. Ad alia motiua patet respõsio ex his, quæ dicam in regula de publicanis, & latissimè in regula de triennali.

QVAESTIO VII.

QVæro iuxta prædicta, an impetrans beneficium uacans ipso iure per priuationem familiaris cardinalis teneatur seruare contenta in ista regula?

SOLVTIO. Glossator concludit, ꝙ nõ: quia regula loquitur de vacatione per obitum, & nihil aliud dicit. Et cũ ista opinione simpliciter transit Fel. hic, nihil allegãs. Reperio tamen, ꝙ istam quæstionem in terminis latissime discutit Andr. Sicul. in cõsil. 82. lib. 4. per totum. Vbi relatis argumẽtis partis affirmatiuæ, pro ratione dubitãdi factis, quæ non curo referre, posteà concludit contrarium, uidelicet, regulam istã non habere locum in impetrante per priuationem. Et inter plura fundamenta, quę pro hac parte scribit, tria principaliter uidentur consideratione digna, clarius tamẽ per me declarata, & rationibus corroborata, quàm ipse fecerit. Primò igitur fundamentum quod facit, est de tex. in clementina, ne Romani. §. irritum. de electione. de quo multum gloriatur ubi est tex. ꝙ cõstitutio loquens de morte papę, ita demum comprehendit priuationem, quando lexi ulterius procedit, extendendo dispositionem

nem ad casum priuationis ut patet ibi in illis uerbis, per mortem, uel alias deficere quouis modo. Ista enim uerba (uel aliàs) indifferenter prolata, comprehēdunt omnem modum uacandi. Cùm igitur in ista regula solum sit prouisum in casu mortis, debet intelligi de naturali, non ciuili. l. ex ea parte. §. in insulam. ff. de uerb. obl. cum cōcor. ibi in gl. Et si uoluisset papa casum mortis ciuilis comprehēdere, expressisset, ut fecit in dicta clementina, præsertim in materia odiosa & exorbitanti, qualis est ista.

Comprobatur ulterius ista opinio, & hoc erit secundum motiuum. Nam in cōcilio Constantien. in quo Benedictus 11. & Ioan. 23. priuati fuerant, fuit dubitatū, an electio Roma. pontificis per priuationem alterius spectaret ad cardinales, an uerò ad concilium generale. Et fuit conclusum, quòd quando pōtificatus uacabat per obitum, tunc spectaret electio ad cardinales. Quia iura tribuentia electionem cardinalibus, loquebantur de uacatione per obitum, non quādo uacabat per priuationē. Vnde ex quo iste erat casus omissus à iure communi, pertinebat electio ad conciliū. Refert Abb. in cap. licet. in ultimo notabili. de elect. & sequitur Fely. in cap. ad petitionem. in princip. de accusa. Sic uidetur hic dicendum, quòd dispositio istius regulæ, quæ loquitur de uacatione per obitū, procedat in casu suo, nō autem in uacatione per priuationem.

Tertium motiuum sit à deficiente intētione cōdētis regulam: quia nō putauit papa, quòd in domibus cardinaliū essent uiri flagitiosi, ac priuatione digni: quia de iure, pro illustri eorum dignitate, præsumunt habere familiares honestos, ut dicit Innocen. & alii in c. literis. de rest. & in c. insinuante. de offi. deleg. Ex qua præsumptione resultat illa limitatio communis ad d. c. in literis. quod disponit, familiares nō esse idoneos testes, ut istud dictum non procedat in familiaribus cardinaliū & episcoporum: quia non præsumūtur habere personas suspectas domi, sed probatæ uitæ, & exempli, ut dicit Bald. in l. etiā. C. de testi. & sequuntur Moderni in tract. testium. fol. 8. in 2. col. Et latiùs reassumit Firmanus in tract. de Episcopo. in 5. parte. libr. 4 fo. 51. in 4. col. & Aret. & alii in d. c. in literis. & in l. 2. G. de test. Cùm igitur defecerit mens cōdentis, iste casus omissus relinquitur sub dispositione iuris: quia mens & intentio concedentis debet semper in rescriptis attendi, secundū Innoc. in c. cùm ecclesiasticæ. circa medium. de except. sequitur Bald. in l. rescrip. col. pen. C. de pre. imp. offe. Et reassum. et Fely. in c. causam, quæ. in 8. col. uers. prædicta declara. &c. de rescri. Et hac ratione dicunt Val. M. T. in lib. Offi. & alii plures bonarum literarum professores, Solonē non tulisse legem de parricidis, quia nō putauit filiū ad illud facinus potuisse quacunque iniuria moueri, ut patrem occideret. Ang. in l. propter insidias. C. qui accusa. Vbi igitur deficit mens condentis, dispositio cessat.

Vel etiam quartò dici potest. Nam posito, quod papa istum casum cogitauerit, noluit tamen in hoc cardinales priuilegiare regulam extendendo, ut per hoc eos cautiores redderet in suscipiendis bonis ministris & famulis, & receptis castigandis. Nam uidentes regulam non habere locū, quando ob delictum petitur priuari aliquis familiaris, fortè uigilabunt magis super familiam suam, ut sic in bono studiātur, quod similia de ea sperari non debeant: unde si contrarium eueniat, in pœnā priuantur Card. commodo, seu priuilegio istius regulæ: sicut uidemus in episcopis obseruari. Nam in pœnam episcoporum inductū est, quod licet criminosi non admictantur ad accusandum regulariter, cap. 1. de accu. & c. sunt qui. 2. q. 6. tamen ubi familiaris episcopi reperitur criminosus, in pœnam tolerantis talem in domo, ipsum episcopum accusare potest. Ita ex tex. in c. nulli de accus. quia talis præsumitur quales esse, quales famulos habere dignoscitur. Sic econtrà apud Platonem loco prouerbii usurpatur: Quales principes, tales solere esse ciues. Et ideo Lud. Rom. in l. cū mulier, ff. sol. ma. in 13. col. dixit, ad episcopos pertinere, bonis & honestis uti famulis: ne, si contrarium appareat, præsumatur episcopum famulos discolos nutrire, ad effectum, ut dolos instruant, & suppleant defectum probationū, ut ibi latius per eū.

Vltimò,

Vltimò, ne aliquid remaneat intactū, pro ista opinione Andreæ Siculi & aliorū uidetur in fortioribus terminis dictum Thom. Fastoli in dubio Rotæ 46. ubi dicit, quòd in materia stricta rescriptum cum clausula, Cedente uel decedente, non extenditur ad priuationem. Secus si materia non esset odiosa, ut in d. cle. ne Romani. Quia tali casu licet exprimatur uacatio per obitum, includitur tamen omnis uacatio, ut tradit Abb. in dispu. episcopus. Ex cuius dicti potest etiam capi resolutio ad d. cle. alleg. in cōtrarium per Barba. & sequitur Fely. in cap. licet. colu. fi. de offi. deleg. Et ante ipsum Ioan. Francisc. Paui. in tract. de offi. & pot. cap. sede uac. in secundo euidentiali. & illud dictum Fastoli sequuntur Mod. in tract. beneficiorum. in 3. parte. Et ante ipsos Fely. in cap. in nostra. in 37. corr. colu. 2. de rescrip. Faciunt etiam pro ista opinione ea, quæ dixi superius in 4. & 5. q. & quæ dicentur inferius. q. 24. & in regula de annali super ista eadem quæstione.

Et prædicta omnia procedunt, quando priuatio fieret in curia: quia si extra curiā, nulla esset difficultas: ex quo ibi cēseretur uacare beneficium, ubi quis priuatur, ut dicit deci. 86. in antiquis. Sequit̄ Pauinus in tract. de offic. & pot. ca. sede uac. in 2. præludio. Quod est uerum, quādo est ibi persona. ubi priuatur: quia si esset alibi, cēseret̄ uacare ibi ubi est persona. Vnde dicimus, ꝙ priuatus ob non solutionem pensionis, in partibus, si est Romæ, eius beneficium censetur uacare in curia, & esse reseruatum, ut dicit quædam decisio allegata per Paui. in d. loco: & ibi uideri possunt plures modi uacandi, in quibus exemplificari potest ista regu.

QVAESTIO VIII.

QVæro, an regula ista debeat obseruari in subrogatione facta per obitū collitigantis familiaris cardinalis, uel in gratia, Si neutri, Perinde ualere, uel similibus impetrationibus?

SOLVTIO. Glossator hic in 3. fol. tenet ꝙ non. Rationem assignat, quia ista regula non tollit beneficium regulę de subrogandis collitigan. Nam licet ista regula sit ultima secundum ordinem, & ultima tollant priora, iuxta c. 1. de constit. lib. 6. nihilominus quando constitutio prima non est contraria ultimæ, sed possunt se cōpati, tunc ultima constitutio non tollit priorem, et si ultima habeat clausulā derogatoriam, cum clausula, Nō obstan. ut no. Bart. in extrauag. ad reprimendam. in uer si. non obstantibus. Et ita dicit fuisse tentū in Rota, ut hic latius per eum. & idem dicit gl. in reg. de subrogandis. fol. 4.

Adde pro ista opinione Fel. hic, qui asserit, ita concorditer hanc opinionem tenuisse Rotam. Et hoc idem adnotauit Bar. de Petra sancta auditor Rotæ, in calce cuiusdam informationis factæ tempore Iulii, super uno beneficio Hispalen. Et idem adnotauit D. Pet. Andr. in quodam repertorio decisionum. Et ita hodie tenetur, & quamuis omnes prædicti Doct. asserāt ita iudicatum fuisse: nullus tamen prædictorum assignat rationem decisionis prædictę, nisi Glossator, quem superius retuli. Et tamen illa ratio Glossatoris, iudicio meo non uidetur multum efficax. Ideò forte quidam antiqui aduocati, Paulus Ponta. And. de sancta Cruce, & Io. de Barāzellis, & nonnulli alii excell. Doct. illa ratione non obstante, in quadam causa Magunt. præb. cōtrariū cōsuluerūt: ista ratione, q̄a regula ista priuilegiatiua Cardinaliū non cōtinet in se nisi unicā rōnē, uidelicet, ut Cardinales per istū modū præstādi consensum habeant priuilegiū disponendi, & sic ualeāt aliū familiarē loco deperditi uel defuncti ꝓ suis seruitiis subrogare. Et in hoc principaliter est fauorabilis regula, quæ præstat hoc humanitatis solatium Cardinali, qui perdidit familiarem suum, ut in simili dicit tex. in l. iure succursum. in pri. ff. de iu. dot. Vbi defuncta filia iustum esse putat Iuriscōsultus cōsolari patrē, ut solatii loco reddat̄ ei dos. Et quodāmō in l. si filius. de bo. dam. cōsolat̄ pater ex morte filii militis, si illi succedat in Castrensi peculio. Ad idem text. in l. 4. §. cū autem. ff. ad leg. Rho. de iact. Et idem dicendū est in casu contrario, ut dicitur in l. 3. §. sed utrum uersi. quid ergo. ff. de mino. quem ad hoc allegat Bal. in l. fi. C. de usu rei iudica. Nā honestum est, & iuxta dictū Apostoli, hu

manitate

manitate plenũ, ꝙ Cardinalis qui socius fuit tribulationum & onerum gubernando familiarem suum, sit etiam particeps, & socius consolationis. Quia de iure naturali est, ut qui habet onus, debeat etiã habere commodum, ut dicit text. in l. secundum naturam. ff. de reg. iur. Et ista ratio pariter militat in subrogatione, sicut in impetratione. Ergo eadem esse debet dispositio.

Et pro ista opin. facit, quia licet beneficium, super quo impetratur subrogatio, sit litigiosum illa qualitas non facit differre beneficium à beneficio: quia quæ differunt qualitate, non differunt specie. l. fi. ff. de fun. instr. notant Mod. in rub. de prob. Cum igitur ista regula indistincte, & generaliter loquatur de impetrante beneficiũ, uerificari debet in impetrãte beneficium per uiam subrogationis. Quia generalis dispositio, capit omnes suas species, etiã qualitate differentes, ut notat Bal. in l. in fraudem, ff. de testa. milit. per text. Ho. in l. 1. §. quod aũt. ff. de aleato. uo. Dec. in c. 2. de præben. & alibi sæpe.

Nec obstat ꝙ regula ista sit exorbitans: quia licet negari possit, cum uideatur potius principaliter fauorabilis, licet secundariò odiosa, ut dicitur de Velleiano, in l. qui exceptionem, ff. de cond. inde. nihilominus, tenendo ꝙ sit exorbitans, in exorbitantibus fit extensio à paritate rationis etiam ad casum non proprium, sed qui sublata significatione uocabuli potest cõprehendi, ut patet in gl. eligatur. in cle. 1. de elect. cum simil. Ad idem est gl. quæ iũcto tex. loquitur de beneficio litigioso: in cle. auditor, in uers. beneficium, de rescr. Facit optime tex. iuncta gl. in l. 1. C. de his qui ante aper. tab. Et ista amplificatio & extensio ad istum casum fieri debet, contemplata ratione personarum, de quibus loquitur regula. Quia dispositio solet restringi, uel ampliari secundum qualitates personarum, l. plenum. §. equiti. ff. de usu & hab. cum conc. ut scribit Felyn. in c. causam. quæ. in 12. col. de rescri.

Istis tamen non obst. teneo primã opi. Rotæ quæ iustior, ac magis iuridica uidetur, istis rationibus, in primis, quia certum est, ꝙ beneficia litigiosa in curia sũt adeò affecta soli Papę, ꝙ si unus ex collitigantibus moriatur in curia, nullus de illis prouidere potest, nisi Papa. Et si secus actum fuerit, est irritum & inane. c. 2. ut lit. pend. lib. 6. & cle. 1. eod. titu. Et talis dispositio pertinens Papę, intelligitur libera, ut dicitur in d. clem. 1. in fi. Et sic non requirens consensum alicuius, ergo neq; Cardinalis. Quia illud dicitur liberum, quod potest fieri sine alterius cõsensu, ut not. Abb. in cap. de multa. in 4. notab. per illum tex. de præbend. & est tex. in l. 1. C. de sacrosan. eccle. & ibi Mod. cum concord. ut scribit Alexand. in consil. 96. in princ. in 5. uolum. Sed subrogatio fit de beneficio litigioso. Igitur &c.

Accedat, quia ab usu patrisfamilias, qui debet attendi iuxta l. uel uniuersorum. ff. de pig. act. & l. si seruus plurium. de leg. 1. aliud est impetratio, & aliud subrogatio. Et licet subrogatio ueniat appellatione impetrationis, sicut arrogatio appellatione, adoptionis, nihilominus simpliciter sumptæ inter se differunt re, sicut differũt nomine, alias ad quid diuersis nominibus nũcuparentur? iuxta l. si diem. C. de codic. Impetratio igitur ab stylo curiæ est illa, quæ purè & principaliter fit de beneficio, sed subrogatio, Gratia si neutri, Perinde ualere, & similes, quæ fiunt in aliquos euentus, & propter aliquam causam præcedentem, appellantur gratiæ accessoriæ & secũdariæ. Regula igitur ista, quæ loquitur de impetratione, intelligetur de illa primæua, & principali, non autem de subrogatione, quæ secundariò fit, quæ non solet appellari simpliciter impetratio: sed gratia adminiculatiua: & sic impetratio qualificata, & secundum quid. Verba igitur in dubio de impetratione loquentia, debent intelligi simpliciter, non secundum quid. l. 1. ff. de don. l. hoc legatum. ff. de leg. 3. Et ista opi. ulterius suadetur, quia subrogationes à iure sunt inuentæ, propter utilitatẽ publicam ecclesiarum, ne propter nouos aduersarios, qui interdum malitiosè petitorib. subrogantur, litigia in ecclesiarum dispendium prorogari contingat: ut dicitur in d. c. ut li. pend. lib. 6. Et ideo subrogatio debetur collitiganti ex beneficio iuris, propter prædictam rationem, ut liti

gia

gia iam incoepta citius terminentur. Sed si in ista subrogatione obtenta per obitũ familiaris collitigantis fortè ab aliqua persona ignota ipsi Cardinali, ut sæpe contingit, requireretur consensus Cardinalis, clarum est, ꝙ communiter accidentibus Cardinalis, non facilè consensum præstabit, sed potius in lõgum differet, uel certè negabit. Quia talis consensus Cardinalis quodammodo æquipollet concessioni, ut in c. pastoralis. de dona. quæ facilè non fit ignotis: & sic ecclesiæ diutius uacabunt contra utilitatem publicam, ut dicitur in d. cap. 2. Esset igitur alienum à mente iuris & æquitatis, ꝙ in talibus subrogationibus requireretur consensus, per quem posset uel retardari, uel impediri actus: & ꝙ regula, de subrogandis: quæ est iuri consona & æquitati, per hoc reddatur frustratoria, quod non est dicendum.

Postremò facit, quia, ut dixi, subrogatio fit de beneficio litigioso, de quo nullus habet dispositionem, nisi Papa: & ideo nõ requiritur consensus: d. c. 2. ut li. ꝑend. libr. 6. Nam sicut beneficium iurispatronatus laicorum potest per Papam liberè conferri sine derogatione, quãdo est litigiosum, ut est cõmunis stylus signaturæ, ut est tex. in d. clem. 1. & tradit Fel. in tract. quando lit. apostolic. &c. eodẽ modo & beneficia familiarium Cardinalium quãdo sunt litigiosa, poterunt etiam per Papam sine aliquo consensu alicui subrogari. Hoc tñ putarem procedere, quãdo subrogatio fieret collitiganti, quia uidetur illi quodammodo debita: secus si alteri non collitiganti, quo ad hoc, vt Cardinalibus in iuribus suis minus præiudicetur, q̃ sit possibile.

Ex quibus etiam infertur, ꝙ ista regula non habet locum in gratia, Si neutri, quæ fit de beneficio litigioso, ut tenuerunt Domini in causa inferius alleganda. Imò fortius uoluit Rota in una Naneten. alias Meten. canonicatus, & præbendę pro Petro Caireti, contra Gerardum hominis, coram domino Marcello, de mense Decembri 1531. ꝙ hoc procederet, etiam si gratia, Si neutri, esset impetrata pro futura lite, ex eadem ratione: quia ex quo dicta gratia non habet effectum, nisi quando constiterit per euentum litis, neutri litigantium ius competere, ille euentus debet considerari: & tunc quando de tali euentu tractatur, discuti debet de uirtute regulæ, quod fit in ipsa lite. Et licet gratia, Si neutri, eo tempore, fuerit impetrata, quo non erat lis: nihilominus gratia erat ualida ipso iure: quia reg. ista non annullat, nisi quando producitur: & produci non potest, nisi durante lite, quo tempore gratia, Si neutri, recipit robur, & esse suum: nec attenditur initium impetrationis eius. Quia quando principium habet relationem ad finem, attenditur finis, & nõ principium. l. si pater. & l. cum apud. C. de hæred. insti. & l. eam, quam. C. de fideicom. & reassumit exemplificando notab. Bal. in l. 1. ff. de orig. iu. Sic dicimus econtrà, ꝙ quando finis habet necessariam consequentiam ad principiũ, attenditur principium, & non finis, ut dicit text. in l. damni infecti. la prima. §. Sabini. ff. de dam. infec. quod est notandum.

QVAESTIO NONA.

QVæro, nunquid in declaratoria factà incontinenti ad primam gratiam, in qua fit mentio de familiaritate Cardinalis debeat seruari ista regula?

SOLVTIO. Ioan. Alois. Tuscanus aduocatus quõdam celebris in quodam suo consilio reddito in causa Sagien. Archidiaconatus, incip. utrum bulla. posito in primo uolumine consiliorum suorum. fo. 6. tenuit ꝙ non, etiam si in dicta declaratoria augmentaretur ius primum. Quia licet talis declaratoria possit dici donatio, quia qui confirmat, donat. l. obuenit. ff. de uer. sig. & per consequens in ea requiratur eadem expressio, quæ in gratia principali, ꝑ not. in c. si apostolicæ. de præb. lib. 6. tamẽ illud procedit, quando talis declaratoria fuisset facta ex interuallo, ut loquitur tex. in d. c. si apostolicæ. & Archi. in ca. si motu proprio. eo. ti. & Doct. in d. c. de rescr. li. 6. & in cle. si. de offi ord. Secus autẽ, si declaratoria fuisset facta incontinẽti, uidelicet successiuè vnum post aliud, eo. die quia tali casu pro eodem reputantur, nec requiritur expressio istorum requisitorum in regula, Ex eo, quia quæ incontinenti fiunt, inesse dicũtur: vulg. l. lecta. uersi. dicebã. ff. si cer. pet. cũ uulg. Et ꝓpterea uidemus, ꝙ protestatio declaratoria uoluntatis, intelligitur

ligitur repetita in actu, qui geritur incontinenti, non autem in eo, qui geritur ex interuallo, ut declarat D. Ant. in c. cùm M. de consti. Bar. & alii in l. non solùm. §. morte. ff. de ope. no. nunt. per text. in l. pretentionem. C. de usur. cum concord. ut ibi per eos. & Saly. in l. pacta nouissima. C. de pact. Facit etiam pro ista opinione notabile dictum Bal. in l. iurisiurando. C. de testib. & quod dicit Arc. in c. de testibus. cum concord. ut scribit Fel. in c. qualiter. el 1. & 16. col. de excusa. & quod notabiliter dicit Alexand. in cõsil. 30. col. penult. lib. 4. Sicut uidemus, quòd, Perinde ualere, quæ fit in ipsa gratia, nõ requirit expeditionem literarum, licet de robur gratię: secus si fiat ex interuallo: & sic limitatur regula de non iudicando, nisi per literas expeditas, ut ibi dixi: præsertim, quia in his, quæ fiunt incontinenti, dicitur abesse præsumptio fraudis, ut tradit Ias. in l. 4. §. condemnatũ. in 3. col. ff. de re iudic. post Abb. in c. suscitata. de restitu. in integr.

Sed aduertendum est diligenter, quia si prędicta essent uera, multum restringerentur & limitarentur dicta Archi. in d. c. si motu proprio. & not. in d. c. si apostolicæ. Ideo dubito certè, an sit uera illa restrictio, seu limitatio, ex eo, quia declaratoria augmentatiua iuris primæui, dicitur noua concessio, & principalis de per se, ut dicunt præfati Doctores. Vnde qua ratione in prima gratia debet seruari ista regula, eadem ratione & in tali declaratoria, ut tenet Ro. in consi. 383. in proposito casu. in princip. & sequitur Felyn. in capitulo in nostra. in 16. corr. de rescrip. Et ista ratio pariter militat in declaratoria facta incontinenti sub eadem data sicut facta ex interuallo, ut dicit Domi. in cõsil. 128. in 2. dubio. Vbi loquitur de gratia, Perinde ualere, eiusdem datæ cum prima. Et tamen exquo erat augmentatiua noui iuris, tenet per plures rationes in ea requiri expressionem eorum omnium, quę requirebantur in prima gratia. Et hoc idem tenet etiã Fel. in c. ad aures. in 2. co. de res.

Nec obstat, quod ea quæ incontinenti fiunt, censentur inesse: quia illud est uerũ, quando illud quod fit incontinenti, non inducit aliquid de nouo, quod alteret. & ita procedit decis. in no. 274. cũ superiùs alleg. Secus quando inducitur aliquid de nouo, quia reputatur corpus de per se, & non inest, quia est diuisa ratio, ut patet in exemplo tradito per Mod. de Monte ferrato in tract. testium, nu. 231. & Salic. post Cy. in l. iurisiurandi. in 2. q. C. de test. & Ias. in l. iurisgentium. § quinimo. in 2. & 3. notabilibus. ff. de pact. Cogita tamẽ: quia res non est sine dubio, & potest de facili utraque pars sustineri, maximè cùm regula ista sit exorbitans à iure communi. Et circa istam declaratoriã uidenda sunt, quæ dixi in regula, De non tollendo iure quæsito. in 13. quæstio.

QVAESTIO X.

QVero, quid si tempore impetrationis beneficium non erat litigiosum, quo tempore Cardinalis debebat, præstare consensum: sed ante quàm illum præstaret mouetẽ lis super beneficio, an post talem litem possit consensus præstari?

SOLVTIO. Pro resolutione istius quæstionis distinguendi sunt quàtuor casus. Primus, quando lis mouetur huic impetranti per secundum impetrantem, qui habet consensum cardinalis. Et tali casu tenet Glossator, quòd secundus præferatur, per tex. in c. si pro te. de rescript. lib. 6.

Tamen aduertendum est, quòd iste casus est satis dubius, ex eo, quia tex. in d. c. si pro te. procedit in gratia prima conditionali. Et in quæstione nostra nulla fuit gratia conditionalis, sed pura, quo casu d. cap. si pro te. non procedit. Quinimò d. cap. si pro te. nõ procedit absolutè in omni conditione, sed tantùm in suspensiua conditione, quæ nihil præter spem ponit in esse, ut in lege cedere diem. ff. uer bor. signif. Et in tali conditione non impeditur ante eius euentum actus fieri & consummari, ut in exemplo. d. cap. si pro te. Sed ubi conditio esset resolutiua, quæ præsupponit ius putum præexistere, licet resolubile, prout in casu nostro dicto capitulo si pro te. non procedit, ut in terminis declarat Oldrad. in consilio 285. in 2. col. qui allegat ad hoc tex. in l. proponebatur. ff. de cast. pecu. & in l. seruum filii. in princ. ff. de leg. 1. Et colligitur hęc distinctio ex l. 2. ff. de in diem adiectio. & l. 2. ff.

2.ff.pro empto. cum aliis concord. ut ibi per eum. Faciunt etiam pro hac parte ea, quæ de conditione resolutiua scribũt Moder. in c. cæterum de rescrip. Accedũt etiã, quæ dicuntur in l. fi. iuncta gl. C. q admit. & in l. 1. §. quibus. ff. de succes. edic. & l. si filio. §. contra. ff. de inoffi. testa. In quibus iuribus cauetur, quòd durante deliberatione primi gradus, nõ admittitur secundus uel vlterior gradus. Quę omnia in casu nostro militant. Nam siue teneamus, quòd prima impetratio fuerit pura siue sub conditione resolutiua, tacita uel expressa, secundus nunquam admittitur, donec primus potest habere consensum. Sed in casu nostro præsupponitur primũ impetrantem ante litem sibi motam per secundum non petiisse consensum cardinalis, sed post litem sibi motam, & sic lite pendente. Ergo secunda impetratio nõ faciens expressam mentionem de prima, non debet ualere, ut in puncto tradit Domi. in consil. 107. in vlt. col.

Nec obstat, quòd cousensus cardinalis fuit præstitus primo impetranti post litẽ motam, & impetrationem alterius: quia nihil refert. Nam ex quo impetratio prima fuit pura, sub tacita conditione resolubili, talis consensus potest quandocunque præstari, dummodo præstetur anteq̃ opponatur de ista regula. Nec habet locũ dispositio d. cap. si pro te. ut superius est dictum. Et quòd talis consensus possit qñcunque præstari tenet Innoc. in cap. eum consuetudinis. de consuetu. quam refert Soci. in consil. 23. in 5. col. lib. 4. cum pluribus concord. quæ congerit Roch. Curt. in tract. iur. patr. in uerbo, pro eo ꝙ. in 4. q. Et secũdum istam opinionem uidebatur inter loquendum inclinare Rotam, dum ista difficultas proponeretur de mense Ianuario. 1535. in causa Meten. canonicatus coram D. Marcello, licet nihil tunc firmaret pro certo.

Secundus casus est, quãdo secundus impetrans opponit de regula in iudicio, antequam præstaretur primo impetranti consensus. Et iste casus est magis dubius, ex quo quando cardinalis præstat consensum prima impetranti, iam gratia erat nulla ipso iure per oppositionem regulę. Et tali casu consensus debet a principio præstari, non post actum nullum, ut dicit Inno. in d. c. cum consuetudinis, & sequitur Soc. ubi supra.

Tertius casus est, quando secundus impetrans non habet derogationem regulæ & primus opponit de ea, & etiam ipse secundus opponit contra primum de regula. Et isto casu si secundus impetrans non habet gratiam, si neutri, & non est possessor, est dubium si possit excipere, cum sua non intersit, ex quo nullum habet ius, de quo uidendum est in decis. 419. in anti. in ci. Nota an reus, & decis. 160. in nouis.

Quartus casus est, quando secundus impetrans non opponit de ista regula. Et iste casus est expeditus per no. per Fel. in c. 1. de re iud. quia tali casu regula non annullat, nisi opponatur, & sic ualebit prima impetratio.

Finaliter concludendum est, ꝙ consensus põt ad primam gratiam præstari per cardinalem etiam lite pend. alias per oppositionem reg. gratia redditur nulla.

QVAESTIO XI.

QVæro, quid si ipsemet cardinalis impetrat pro alio beneficium uacans ꝑ obitum sui familiaris, aut intercessit pro impetrante, ut gratiam consequeretur, uel consensit uerbo, ꝙ aliquis prædictum beneficium impetraret, nunquid satisfactum sit isti regulæ, non facta aliter mentione in gratia de familiaritate, nomine, & titulo, uel consensu cardinalis?

SOLVTIO. Ista quæstio continet tres casus. Primus est, quando ipse cardinalis pro alio impetrat. Secundus, qñ ipse nõ impetrat, sed intercedit pro impetrante. Tertius, quando uerbo contentus fuit, quòd alius impetraret beneficium sui familiaris.

Circa primum, uidetur dicendum hic esse duo consideranda. Primum circa expressionem familiaritatis, nominis, & tituli. Secundum circa expressione cõsensus de primo non uidetur mihi satisfactũ esse regulæ. Quia si talis expressio familiaritatis in impetratione requiritur propter reuerentiam, & honorem cardinalis, talis rõ

cessat ipsomet cardinale impetrante, ut dicit summarium decis. Egid. 632. & hoc tenet sub dubio Moder. in tracta. reser. in q. 1. in 17. effectu. uersi. tertium est. Et pro ista opin. facit ratio tex. in c. dilecti. de appella. ubi dicitur, quòd cõsensus requisitus ad aliquem actum, magis exprimitur actu, quàm uerbis. Et per hoc dicebatur diebus præteritis in una Hispalen. beneficiorum coram R.D. Siluestro Dario, ꝙ ex quo cardinalis in impetratione cuiusdam Laurentii de Ortega reseruauerat pensionem quinquaginta ducatorum, & addiderat ad supplicationem duas lineas manu sua propria, quòd ex hoc uidebatur satisfactum regulæ requirentis expressionem familiaritatis, & aliis, de quibus ibi, pro quibus faciunt quæ Moderni Perusini tradunt in c. commissa. in 2. not. de elect. lib. 6. & Archi. in cap. si seruus. post medium. 54. distinct.

Circa secundum, nunquid ꝑ huiusmodi actus uideatur cardinalis præstitisse consensum, ut requirit regula? putarē ꝙ non, quia regula ista, quæ de consensu pręstando loquitur, debet intelligi de expresso, nō autem de tacito consensu elicito per interpretationem, iuxta ea, quæ not. Cardi. in cle. sæpe, §. si tamen. in secũda oppo. de uerbo. sig. quod ratione fundatur. Nã ex quo consensus nihil aliud est, quam duorum simul sensus, ut dicit Bald. in l. fin. col. 1. C. ad Maced. ille sensus percipi non potest, nisi uerbis uel scriptura exprimatur: ut in l. sed & si q̃s. §. penult. colum. uersi. uenio ad quæst. ff. si quis caut. eum conc. ut scribit Dec. in l. sicut certi. in 3. col. C. de testã milit. facit l. Labeo. ff. de supel. leg. & l. 1. §. fi. ff. de uerbor. oblig. & not. Bald. in l. pacta nouissima. colum. fi. uersic. & ultimò facit. C. de pact.

Et ideo ex quo ista regula pro forma requirit cardinalis assensum, debet intelligi de expresso: nec tacitus consensus sufficit, ut Rota tenet in decis. 15. de of. deleg. in no. Nec ex eo, quia cardinalis impetrans uidetur expresse consensum præstare: q̃a aliud est impetrare, aliud consentire: sicut aliud est cõtrahere, aliud cõtrahẽti cõsentire, ut dicit Bal. in l. 1. in fi. C. de pact. & facit tex. in l. aliud est uendere. ff. de re. iur. sicut etiam aliud est eligere, aliud electioni consensum pręstare. ut notat Innoc. in cap. cùm in iure. de elect. sequitur Bal. in margarita. in uerbo, cõsensus. qui allegat text. in l. si pater. §. fin. de ma. uin. Et ꝑ ista præteritis annis Rota in una Tullen. parochialis me præsente, ꝙ priuilegia militum S. Petri aliter suffragantur militi agentĩ pro seipso, quàm nominato ab ipso, quia in primo est uerus actus, in secundo est solus consensus. Ista enim sunt diuersa, actũ facere & cõsentire, ut tradit Bal. in l. 2. col. antepen. C. de rescin. uend.

Concludo ergo quo ad istud primum caput, quòd sola impetratio cardinalis nõ habetur pro consensu, sed requiritur, q̃ cardinalis per suam schedulam consensus fidem faciat in Cancellaria, & ita se habet stylus, ut refert Hierony. Paulus antiquus Cancellariæ uiceeorrector, in illo libr. practicæ Cancellarię. fol. 83. uersicu. Item quãdo confertur beneficium uacans, &c. secũdum Modern. Sabinen. in tractatu reseruat. in 4. quæst. principali. in 17. effectu in fi.

Nec obstat tex. in l. eum quis. ff. de regu. iur. quòd paria sint, actum facere, uel facienti consentire, quia illud procedit in actibus, quibus quis tenetur cõsentire de necessitate: nam in tali casu faciens actum consentit, ut dicit tex. in ædibus. §. pen. ff. de dona. tradit Iason in l. quę dotis. nu. 60. ff. solu. matri. Et ita limitatur per Federic. de Senis tex. in l. aliud est uendere. ff. eod. tit. qui procedit in consensu uoluntario. ita declarat Feder. consi. primo. in 7. col. uolu. paruo ubi alias limitationes ponit, & ita declarantur dicta Bald. in l. filius familias. ff. de procurat. & Aretin. in l. Gallus. §. forsitan. in 4. col. ff. de lib. & posthu. & circa hoc alias limitationes scribit Moder. Purpuratus in l. fi. nu. 97. cũ seq. C. de pact. post Decium ibi. 6. col. & aliter Bal. in l si ut proponis. C. de ser. pig. dato manu. & Decius in cap. super eo. in 3. colum. de offic. deleg. & in cap. 2. in 6. colum. de iudic. post Iason. in l. 1. in 19. col. nume. 121. ff. de leg. 1. & Corneum consi. 144. in princip. lib. 3. & ante ipsos Bart. in l. post dotẽ. in 4. col. nu. 13. ff. solu. matrimo. quę omnia

omnia ultra doctor.in d. l. aliud. sunt notanda ad declarationem, & concordant. dicta l. cum quis & dicta l.aliud.quæ duæ leges in proposito istius materię multum faciunt.

Secundus casus quæstionis est, quando ipse cardinalis non impetrat, sed intercessit pro impetrante, an per hoc uideatur consensum præstare?

Solutio. Videtur prima facie dicendum satisfactum fuisse isti regulæ, prout de hoc uidetur esse in terminis decisio Egidii 560.incip.conclusio,ꝙ si P.&C.ubi circa medium tenet,ꝙ quando Card. gratiam pro alio procurauit, non est necessaria mentio familiaritatis ipsius cardinalis quia tunc non potest dici cardinalis deceptus: arg.l.quisquis.C.de resc.nend.

Tamen circa hoc aduertendum est ad duo,quæ sunt hic consideranda.Primum, rōne expressionis familiaritatis,nominis, & tituli:& de hoc loquitur Egid.Secundū est rōne consensus.Circa primum dicetur in sequenti membro,ubi iste casus qui est illi similis,decidetur. Circa secundum de consensu dicendum, ut superius dixi in primo casu.Nam attento stylo concludendum est,non esse isti regulæ satisfactum: quia,ut dictum fuit in proximo capite, consensus expressus hic pro forma requiritur.& ꝙ per schedulam cardinalis præstetur: sed licet per intercessionem cardinalis consensus uideatur induci: ille tamen consensus est tamen, in quo de facili fraus committi potest.& ideo concludēdum est,illum non sufficere, sed requiri consensum expressum, quia in formalib. tacitus non sufficit,ut in c. statutum. §. in nullo quoque,de resc.lib.6.Et ad prędicta faciunt,quę in notabili casu scribit Soc.in cons.116.uol.3.

Tertius casus est,quando cardinalis uerbo consensit,ꝙ aliquis impetraret beneficium sui familiaris defuncti, non facta aliqua mentione in supplicatione familiaritatis,uel consensus. Et licet iste casus sit dubius,secundum Egi.decis.632.inci.supposita,&c.in fi.uerbis, in qua decis. istum casum latè disputat,& ponit rationes pro utraque parte, in quo Domini fuerunt uarii,&,ut utar uerbis deci.16.de res.spo. sno.quasi diuisi per mediū. Nā quatuor fuerūt pro parte affirmatiua, & quatuor pro negatiua,quorū auditorū nōia Egid. ibi exprimit, nihilominus Egid.ibi tenet regulæ non esse satisfactum. Quod probat quinque rationibus quas non curo referre.cum ibi uideri possint, & ista opi. mihi placet, cum qua transeunt Moder. Sab.in d.tract.reseruat.in 17.effectu, uers. secundum est. Pro qua opi.a fortiori militant omnes rationes superius positę in primo casu,& text.in d. l. aliud est uendere, cum remissio.ibi positis,quæ non repetā breuitatis causa. Et pro ista q.faciunt ea quæ dicam inferius q.19.

QVAESTIO XII.

Quero,quid si unus cardinalis impetrat beneficium familiaris alterius cardinalis,nunquid teneatur seruare contenta in ista regula?

Solutio. Ista quæstio incidit in illud dubiū,an in generali dispositione cōprehendantur cardinales? Quod sæpius in pluribus regulis huius commentarii tractaui.Ideo hic ero breuis, solum considerando aliqua motiua, quæ in dictis locis non posui.

Dico igitur.ꝙ in ista q.sunt consideranda duo capita.Primum est illud,de quo diximus. Secundum est, an cardinalis priuilegiatus contra pariter priuilegiatum debeat uti priuilegio istius reg.

Circa primum, ultra ea, quæ dicta fuerunt in aliis regulis,adde ꝙ istam quęstionem disputat D.Gundisaluus de Villadiego,quondam auditor Rotæ in suo tract. Card.q.12.Et distinguit tres casus,ex quibus in summa non refero, nisi unum, faciens ad propositum istius quæstionis, uidelicet quando constitutio est generalis & rationabilis, qualis est ista, licet sit pœnalis, & tunc cardinales comprehenduntur,ut patet in c.si quis suadente.17. q. 4. Vbi hoc notat Arch.cum concor.alleg.ibi per eum.Et eodem modo per eandem rationem dicimus,ꝙ capitulum, de multa, de præb. comprehendit cardinales,secundum Abb.in c.ecclesia,el secundo,de elec. & alibi sæpe,ut dixi latè in repe. mea d.c. de multa.Et idem est dicendum in pluribus aliis similibus dispositionibus generalib.

quæ curiosus facile inuenire potest. Et illius dicti ratio in hoc concluditur, quia lex generalis omnes subditos comprehendit, excepto solo principe cap. omnis anima, de censi.cap.1.de const.ubi hoc notat Fely.in 8.col.& Mod. in l. cunctos, C. de sum.Trin.

Nec obstat, ꝙ cardinales, sunt in illustri dignitate: quia uidemus idem in Augusta, quę licet una caro sit cum Imperatore, & illustretur radiis dignitatis ipsius: nihilo minus legib.imperialib. astringitur, ut dicit tex.in l.princeps.ff.de legib. Et senatores, & alii maiores plebis, qui concurrunt cum principe in condendis legib. ut in c. lex. ij. dist.& in l.humanum, C. de legib. nihilominus legib. adstringuntur. Quin imò ipse idem princeps ligatur ipsius legis, ut tradit S.Tho.1.2.q.96. art. 5.Plura alia ponit d.Gundisaluus, quæ, breuitati studens, non curo referre. Concludo ergo ex præmissis, ꝙ in generali dispositione, etiam pœnali cardinales comprehenduntur. Et ita domini mei concluserunt die 8.Nouemb.1531.in una Valentina Archidiaconatus In Xatiua, pro Cõstantino de Castillo coram me, in qua uoluerunt, ꝙ cardinalis de Vich, tanquam diœcesanus, comprehenderetur in indulto conferendi beneficia uacatura in sua diœcesi, concesso Card. Leod. archiepiscopo Valentino, licet nulla esset facta mentio Card.

Sed omnia ista limitantur non habere locum, quando dispositio illa generalis non haberet locum in gratia facta motu proprio: quia tali casu, ex quo cardinales omnes hodie impetrant motu proprio, & in dubio eius gratiæ ita impetrantur per antiquas regulas, ut dixi in princ. huius reg. non procederent ea, quæ superius sunt dicta. Sed quo ad istã regulam bene militãt, propter ea, quæ diximus superius in 2.q.prooemii istarum regularum.

Secundum caput istius quæstionis est, nunquid cardinalis patronus familiaris mortui, uel alius impetrãs possit opponere contra cardinalem impetrantem, qui est pariter priuilegiatus, de ista regula? Certè prima facie uidetur dicẽdum quòd non, quia priuilegiatus non utitur priuilegio contra pariter priuilegiatum, ut est tex. quem ibi no. Abb. in c. cum causam de præb. Et ideo dicit Bal. in l.ij. C.de priuil. fisc. per illum text. ꝙ priuilegia quæ scholaribus tribuuntur, per auth. habita. C.ne fil.pro pat.non habent locum, quando scholaris agit contra alium scholarem. Pari modo nec fiscus utitur priuilegio suo contra aliũ fiscum, ut dicit idem Bal. in c. 1.col.2.de prob.alleg.text.in l.sed si milites, ibi, paritas enim honoris, &c. ff. de excus.tut. Per quem tex. uoluit idem Bald.in c.causam, el 1.de iud.ꝙ dispositio. l. non eo minus. C.de procu.non procedit, quando minor agit contra minorem. Facit qđ scribit Old.cons.119.Titius in fi.& Io.An. in regula in iudiciis. Et eodem modo si duo habent priuilegium immunitatis ab eorum creditoribus, ut per aliquod tempus non possint conueniri, non habebit locum inter seipsos, ut dicit Pet.de Anch.in cons.36.in 2.col. Et plura exempla tradũt Mod.in c.1.& in c.in præsentia. de prob. quæ omnia applicata ad casum nostrum, uideretur idem concludendum.

Tamen considerandum est diligenter, quia in casu nostro prædicta motiua applicari non possunt, non solum illo respectu, quia cardinalis impetrans nullum habet priuilegium istius regulæ: quod solũ competit cardinalibus dominis familiarium defunctorum, de cuius familiaris mortui beneficio agitur. Ille igitur cardinalis utetur priuilegio istius regulæ, non cardinalis impetrans. Et sic illud motiuũ, ꝙ priuilegiatus non utitur priuilegio cõtra pariter priuilegiatum, non procedit, quando alter tantum sit priuilegiatus in casu, de quo quæritur, ut est hic. ita in specie limitat illud dictum Abb.in c.auditis, in pen.notabili, per illum tex.de in integ. rest.& in c.ad aures.de præsc.Bar.& Mod. in authentic. quas actiones. C. de sacro sanct. eccles. Et hoc militat, ut dixi in casu nostro, quia solum cardinalis, cuius familiaris defunctus est, priuilegiatus reperitur per istam regulam non autem cardinalis impetrans, cui non competit hoc priuilegium regulæ, nisi propter obitum suorum familiarium, & post impetrationem beneficiorum eorundem.

Conclu

Concludendum est igitur, regulam istã habere locum isto casu, ut uidelicet cardinalis impetrans teneatur facere mētionē nominis, & tituli illius cardinalis, de cuius familiaris mortui beneficio agitur. Alio tamen respectu cardinalis impetrãs tenetur seruare istam regulam, quia in ea tria requiruntur. Primum, quod exprimat impetrans in impetratione sua familiaritatem. Secundum, nomen & titulum cardinalis. Tertium debet habere cõsensum. Et licet duo ultima concernant praerogatiuam cardinalis ptopter defunctum familiarem: primum tamen requisitum respicit pontificem, cui beneficia familiariũ cardinalium sunt reseruata per regulas, ut patet in regula tertia, suprà eodem. Et ideo requiritur mentio familiaritatis, alias gratia esset subreptitia, ut dicit Rota in decis. 15. de praeb. in antiquis. Et in terminis hoc considerat Egid. in decis. 632. & reassumunt Mod. in tract. benef. in 3. parte q. 11. in 3. fol. & de hoc dicetur in alia quaestione.

QVAESTIO XIII.

QVaero, ibi familiaris, &c. Quos intelligemus familiares, quo ad effectum istiũs regulae?

SOLVTIO. Illos familiares appellabimus, qui actu deseruiunt, & continuam in domo commensalitatem habent, ut dicit tex. in c. fi. de uer. sig. lib. 6. & ibi notãt omnes. Nam illa dicitur uera familiaritas secundum Dom. ibi in pen. notab. quae corpore & dentibus fit. Et tales appellat ibi tex. domesticos. Et licet tex. hic de domesticis non loquatur, illud tamen comprehenditur sub uerbo familiaritatis: quia omnis familiaris est domesticus, ut late declarat Fel. in c. in literis, in princ. & per totum, de testib. Et quamuis ista regula, ut dixi, non faciat mentionem de continua commensalitate, sicut facit text. in d. c. fi. nihilominus uerba simpliciter prolata, in materia stricta & exorbitanti, sicut ista, debent intelligi uere & propriè, iuxta tex. in c. pen. de sent. excom. & in l. fi. C. de iis, qui uen. aeta. im pet. & l. 1. §. hoc interdictum. el ultimo. ff. de fonte. Regula igitur ista de familiari continuo commensali intelligetur. Et ita Rota intellexit, & interpretata est uerba cuiusdam facultatis concessae per Leonem 10. Legato Auinionensi: in qua excipiebantur familiares papae & cardinalium. Nam intellexit illam exceptionem de ueris familiaribus commensalibus, non de illis qui per priuilegium habentur pro talibus. Et ita conclusum fuit coram me in una Senesen. Prioratus de mense Februario. 1538. Nec, ut dictum est, sola commensalitas sufficit, nisi etiam actus seruitutis concurrat. Itaque copulatiue uidentur ista requiri a iure, ut habetur in d. c. fi. & notat in specie Abb. de istis familiaribus cardinalium loquens, in c. cum dilectus, in fin. de cler. non resi. cum concord. de quib. per Fely. in c. nostra. in 21. cor. de rescr. qui inter caetera allegat, licet corruptè, Pet. de Anch. in conf. 233. in primo inquirendum. Sed licet ibi Pet. de Ancha. loquatur in capellanis papae, de quibus etiam loquitur Card. idem tenens in consil. 126. col. fin. uers. 4. confirmantur, & Felyn. in capitulo si quando. in 2. columna de offi. dele. & And. Sicul. in conf. 57. in 2. col. in 1. uol. Nihilominus hoc expressius, & in terminis familiaribus cardinalium tenet Pet. de Anc. in conf. 398. De quo Fely. non meminit ibi, sed in c. insinuante, col. 2. de off. deleg. cum aliis conc. ut scribit idem Fel. in c. per tuas, col. fi. de maio. & obed.

Praedicta tamen declarentur, nisi de stylo sola familiaritas sine obsequio sufficeret: sicut dicitur in collectore & subcollectore, in decis. 14. de praeb. in antiq. uel in Referendariis, qui sine exercitio priuilegiis gaudent, ut dicit Gloss. per illum tex tum infra in regula praerogatiuarum expectantium. Pro quibus faciunt ea, quae dicit Fel. in c. clerici. in 2. col. de iud. quia talis stylus attenderetur, ut tradit idem Fel. in c. nostra, & sequuntur Mod. in trac. beneficiorum, parte 3. q. 11. Et in hoc attenditur etiam consuetudo Dom. l. 3. §. si fundus ff. de lege commiss. Spec. tit. de loca. §. postquam, uersic. ponamus. Sed praesupposito stylo moderno in casu, de quo hic agitur, qui de utraque qualitate debet intelligi, ista quae dicta sunt procedunt à principio, quãdo familiaritas cõtrahitur,

in qua requiruntur illa, quæ dicta fuerũt, uidelicet commensalitas & obsequium. Tamen postquam familiaritas deducta fuit in esse, licet postea cesset morte uel absentia, uel alia iusta causa: nihilominus regula procedit, ut in ea dicitur expresse, ut in d.cap. fin. & tenet Bernard. de Bisi gneto. decisio. 20. de præbend. in antiquio ribus. Et hoc idem statutum legimus in re gula tertia. suprà eod. Quod factũ est pro pter extrauag. Pauli 2. positam inter com munes, in nouis impressionibus in tit. de præb. quæ incipit, ad Romani Pontificis, quæ hoc determinat ad perpetuam rei memoriam. Et uidetur istam regulam, quę simpliciter de familiarib. loquitur, decla rare & extendere ad continuos commen sales. Et ita declarari debent, quæ dicit Fe lyn. in c. de regularibus, in fi. de simo. & in Rub. de magist. in 2. & in fin. col. Et Cal. in consil. 8. in tit. de off. leg. qui latius loqui tur, & de quo Fel. non meminit.

Stat igitur conclusio, ꝙ ista regula de beat intelligi de familiaribus actu seruien tibus, & continuis commensalibus. quam commensalitatem uoluerũt Mod. Pontifi ces durare debuisse saltem per quatuor menses, ad euitandas fraudes procurantiũ se recipi ad effectũ priuilegiorum, ut Leo 10. Hadria. 6. & S.D. Paulus 3. in suis regu. statuerunt.

Est tamen aduertendum ulterius, ꝙ si Cardinalis pateretur, ꝙ aliquis familiaris continuus commensalis nõ actu seruiret: nihilominus regula ista haberet locum, & diceretur uerus familiaris, & gauderet prę rogatiuis, de quibus Fel. in c. clerici, in 2. co lum. de iudic. Non tamen hoc econtra pro cederet. Nam licet seruiret, si tamen non comederet expensis Cardinalis, non com prehenderetur sub ista regula per dictam extrauag. Pauli, quæ requirit commensa litatẽ, & ea quæ superius dicta fuerunt. Et ista procedunt in familiarib. perseueranti bus. Si uerò recederent, & postea pœniten tia ducti, redirent, non dicuntur amplius familiares, nec numerantur inter pɛrmis sos, nec inter prohibitos secundum Ioan. And. in c. sicut. de uerb. sig. in nouell. sequi tur Bal. in l. 1. col. 2. C. de epis. & cler. Hoc tamen ego intelligerem, quando Cardina lis cum iterum non recipit inter familia res: quia ex quo familiaritas est quædam societas, ut dicit Pet. de Anch. in d. cons. quæ sola uoluntate dissoluta fuit: ideo ut illa denuo restauretur, requiritur noua uoluntas, per ea quę Bal. dicit in l. manda tum, C. mand. & Barb. in consi. 31. col. pen. lib. 1. Et ita intelliguntur, ea quæ dicit Domi. in d.c. fi. pro quo uidetur esse tex. in l. si pœnituit. ff. de diuor. Et hoc proce dit in claris. In dubio tamen ille qui ser uit, & habitat in domo, præsumetur ui uere expensis Cardinalis, nisi contrarium probaret, quia non præsumitur ꝙ de uen to uixerit, ut in l. fi. C. de ali. pub. præst. & quod ibi not. Bar. in l. cum seruus. ff. de ueib. obli. Neque minus seruiendo Cardi nali, & habitando in eius domo præsume retur uiuere expensis propriis, quia præ sumptio est, ꝙ uiuat expensis cardinalis cui seruit, iuxta dictum Apostoli: Iustũ est, ut de fructu quem quis seminat, & me tat, & contrarium præsumere, non uidere tur uerisimile, neque secundum iustitiam quia inhonestum est, ꝙ quis, alteri seruien do, de suo se ipsum pascat, ut tradit Old. cons. 249. quæritur, & Mar. Soc. in tract. ui sita. col. 34. Et ideo dicimus, ꝙ qui altari seruit, debet de altari uiuere, ut in c. cum secundùm de præb. cum conc. de quibus per Rom. in cõns. 340. non est dubium. in principio. Talis ergo capietur præsum ptio, qualis de iure communi ratio dictat: quod ius commune præsumit, ex eo loco quem capere expensas debere, ubi labo rat. Pro quibus faciunt ea quę scribit Ol dra. cons. a 11. ad propositum. post princ. & Alex. in conf. 116. uiso, & c. col. pen. lib. 6. Rom. cons. 85. circa fi. Et ita in specie re perio consuluisse Ludouicum de Interan ne quõdam aduocatum insignem, in qua dam causa Hispalen. beneficii de Mero. in quondam suo consilio incip. An reueren dus pater. in tertio dubio. qui licet prædi cta non adducat, allegat tamen not. in d. c. fin & quasdam rationes quas non scri bo, ex quo satis urgere non uidentur.

Tamen est aduertendum, quia licet prę dicta colorata non uidcãtur: nihilominus contrarium hodie seruat Rota, quæ nullũ in dubio præsumit cõmensalem, nisi pro

bet

bet, quia ex quo ista consistunt in facto, facta non praesumuntur, nisi probetur. l. qui cunque. ff. de publiciana. Est tamen uerum, ꝙ commensalitate semel probata, semper praesumitur durare, nisi probetur contrarium. Et ita declarantur dicta Do. in d. c. si. per Rotam, & talis probatio familiaritatis, & continuae commensalitatis ad effectum excludendi alium, requiritur ꝙ plenè probetur, nec sufficit ꝙ probetur per assertionem cardinalis, quia illi non creditur in praeiudicium tertii, c. cum a nobis, de testib. Secus uerò in papa asserente aliquem esse familiarem suum continuũ commensalem, quia illi creditur etiam in praeiudicium tertii, clem. 1. de prob. Et ita in specie conclusit Rota in una Senescen. prioratus, coram me de mense Feb. 1538. Dum ibi Leo 10. quendam Petrum protonotarium creauerat, & familiarem suum continuum commensalem fuisse asserit. Nam Domini uoluerunt, illud sufficere ad excludendum prouisionem legati Auinionen. qui licet poterat de reseruatis, nõ tamen de beneficiis familiarium Papae prouidere. Et ista de plano procedunt, qñ agitur de familiaritate ad effectum praecedentiae, & praerogatiuae clausulae alterius. ubi uerò solum de familiaritate ageretur, ad effectum expediendi gratias duntaxat, tunc non ita exacta probatio requiritur, sed fides Cardinalis sufficeret, ut in una Hisp. tenuit Rota. Quod procedit quando non opponitur.

Est tamen ulterius considerandum, ꝙ licet quo ad ueram familiaritatem requiratur commensalitas, non tamen requiritur ꝙ illa capiatur in domo Card. Nam potest capi certum quid pro uictu quotidiano, & illud praeparari extra domum Cardinalis, ut se habet stylus hodiernus. Nam plures Cardinales hodierni dant portiones familiaribus suis in pecunia numerata, ex qua emi faciunt necessaria, quae praeparari faciunt extrã domum Card. in domiciliis eorum. Alii autem seruitores Cardinalium sunt, qui recipiunt partem suam ex domib. Cardinalium, nõ in pecunia, sed in pane, uino, & carnibus, & ea comedunt etiam extra domum Cardinalis, seruiunt tamen illi in necessariis, licet eo mendat & dormiant extra domum, & nihilominus reputãtur, habentur, & sunt ueri familiares, continui commensales. Nã quando familiaris habitat in aliquo loco de uoluntate domini, dicitur dominus ibi dem familiariter habitare: quia unius potest in duob. locis esse familiaris. cap. cum quis. §. cum ab eo. de sepul. lib. 6. facit qđ not. Ioan. And. in c. super eod. tit. facit l. assumptio. & l. Labeo. ff. ad municip. & bonus text. & ibi notat Bartol. in lege praedia maritima. ff. de fun. instruc. & cle. ne Romani. §. sanè. de elect. obseruãda enim est in hoc cõsuetudo patrisfa. & domini, & attendenda est uoluntas eius, ubi uoluerit familiarem suum habitare. l. urbana. ff. uerb. sig. Habitatio igitur & commensalitas capta extra domum, non faciunt familiares obsequiis insistentes desinere esse tales. Est bene uerum, quòd si tales habitãtes, & cõmedentes extra domum, licet ex portione data in domo Cardinalis, nõ seruirent Cardinali, non dicerentur familiares, continui commẽsales ad effectũ istius reseruationis, quae est odiosa, ut dicit glo. in regu. 3. supra eo. dum alleg. Bald. in ca. sciendum. de feu. cog. ut ibi per eum. Et ꝓ isto facit quod dicit Abb. post Io. And. in cap. cum dilectus. in fin. de cler. non resid. ubi uoluit ꝙ familiares Cardinalium, licet habeant literas familiaritatis: habitantes etiam extra domum, si tamen non seruiũt nõ gaudent priuilegiis familiarium, quia non sunt uerè familiares. Tamen totum hoc dependet, ut dixi, à uoluntate Cardinalis, quia si Cardinalis habet talẽ pro familiari, & recipit ut talem, & dat ei portionem uictus ex domo sua, licet non seruiat ei, non desinit esse talis, quia sufficit ꝙ per familiaritatem non stet, quominus seruiat. Nam postq̃ Cardinalis ita patitur illa patientia habetur loco seruitij sibi impensi, quia uoluntas Cardinalis tali casu consideratur, ut dicit tex in l. ex facto. §. rerũ. ff. de haer. insti. quem ad hoc in terminis q. alleg. excell. doctor Modernus referendarius, & quondã discipulus meus D. Franc. Niconitius, in 1. parte alleg. suarũ, nunc impressa. alleg. 20. in fi. Talis. n. uolũtas domini pro facto reputatur. l. fin. ff. de usu & habi. not. Aret. & Iaſ. in l. a Titio.

col.2.de uer.obl.ſicut dicit Ant.de Bu.'de ſcholari in proœ.Decre.Quòd licet uagetur,gaudet tamẽ priuilegiis ſcholarũ: qa ſcholaris eſt.Nã,ut inquit Do.in ꝓœ.6.in ult. col. eo ipſo,ꝙ ſcholaris eſt matriculatus,& intrat,& defert habitũ ſcholaſticũ, licet nihil ſtudet tñ priuilegiis ſcholariũ. Et ita dicit fuiſſe in facto obtentum. Sic erit dicendum,ꝙ eo ipſo,ꝙ Cardinalis recipit aliquem in familiarem,& deſcribi facit in tinelli rotulo,& comedit, licet non ſeruiat, ex quo tamen hoc patitur cardinalis,nec propterea eum de domo expellit,erit familiaris,continuus commenſalis quia durat illa uoluntas receptionis, per quam uidetur contracta quædã ſocietas: quæ non diſſoluitur, niſi per contrarium diſſenſum,ſm Petr.de Anch.conſ. 399. in cip.præmitto.Secus uerò,ſi Cardinalis nõ recepit talem,ut familiarem, ſed ut beneuolum & amicum,iubens illi dari portionẽ panis & uini ex domo ſua, prout ſunt aliqui honeſti uiri curiales domos habentes proprias,qui ſub prætextu alicuius fauoris conſequendi, aſſociant, & comitantur Cardinalem, & dictam portionem in ſignum amoris & amicitiæ ex domo Cardinalis capiunt,non animo ſeruiendi Cardinali,ſicut faciunt familiares:& hanc portionem multi in curia diuites & miſeri capiunt.Nam tales non ſunt ueri familiares ſed ficti: & ideò non debent comprehendi ſub iſta regula. Et ita procedunt dicta per Pau.de Caſt.in conſ.340.in fi.lib.1. & Nicolai Milis in uerbo, familiaris.Ex habitu igitur & qualitate perſonæ,receptione & intentione ſeruiendi dicitur quis familiaris,uel nõ.Nec obſtat,ꝙ prędicti capiũt portionem ex domo Cardinalis, & illum aſſociant,quia per hoc non dicuntur familiares, continui commenſales, quia talis uoluntas ex utraq; parte non adeſt, quæ requiritur,ut dixi, ad cõtrahẽdã hmõi familiaritatẽ. Quinimo multi ex dictis officialib.diuitib.tales portiones in ſignũ auaritiæ,potius quàm amoris capientes,dedignarentẽ, & ad honoris diminutionẽ referrent, nominari, & pro familiaribus Cardinales teneri ſeu reputari: ſunt enim plerunque dicti officiales miſeri ipſis Cardinalibus ditiores. Et propterea tales portiones appellari poſſũt, portiones honoris,ſicut appellaẽ panis, quẽ Cardinales quotidie à Papa ex Palatio apoſtolico capiũt.Nã licet Cardinales illũ capiant,ac ẽt quotidie aſſiſtãt,& obſequãtur Papę nihilominus familiares Papę nõ ſunt,nec reputãtur.Vt poſt plures informationes & propoſitiones cõcluſit Rota octaua 1531. in cauſa Valentina Arch.de Xatiua pẽdente corã me ꝑ Cõſtãtino del Caſtillo cõtra nepotẽ cardinalis de Vich,& ita ego ꝓnũtiaui:quæ ſnĩa fuit poſtea ꝑ duas alias cõfirmata. Nã tenuerũt in d.cauſa do. Card. non eſſe familiares,nec continuos cõmenſales Papæ, quia ab eo recepti nõ ſunt,neque ipſi ſe,ut tales hẽt, neque ab aliis ex cõi uſu loquendi reputantur, qõ habitant de per ſe,ut domini, & à Papa potius collaterales, & fratres, non autem ſeruitores appellanẽ. Et iſtã opinionẽ tenuit Gloſſator regularũ,quẽ in multis locis ſæpe approbat Rota in regula tertia, circa finem. Nec obſtãt cõſilia Old.in conſ.48. inc. ius cõe.Nec Roma.in conſil. 498.inc. in caſu quo quæriẽ.Quia illa procedũt in his quæ pertinẽt ad eorũ fauorẽ,nõ ad eorũ dãnũ, incõmodũ & odiũ, uidelicet ut beneficia eorũ ſint reſeruata,iuxta ea, quæ in ſimili dicit Bart.in l.item qui in ptãte. in fi.ff.de his,qui ſunt ſui uel ali.iur.cũ cõcor. ut ibi latẽ Mod.ſcribũt.Et licet ille titulus honoris ſufficere deberet ad effectum reſeruationis inducendæ,iuxta ea quę dicit Rota decif.11.tit.de præb. in not.alias nu. 207. & ea quæ dicit Gloſſator ſupra in regula ſexta. Nihilominus hoc non facit ad propoſitum: quia quamuis uerũ ſit,ꝙ Cardinalium beneficia ſint reſeruata, quia attẽta ſuprema ſummi Pont. dignitate Cardinales poſſint appellari ſeruitores honoris per pędicta, non tamen ſunt familiares, continui commenſales.Nec obſt.ꝙ Cardinales capiant panem ex Palatio: quia ille panis, qui eis datur, non recipitur, niſi cauſa honoris, non familiaritatis: quia ad commenſalitatem aliud requiritur, quam ſolus panis. Ideò lex uoluit quòd appel. panis & uini, non ueniant fercula, quæ etiam requiruntur ad commenſalitatem. c. ubi periculũ, §.in conclaui.de elect.lib.6.quia non ex ſolo pa-

lo pane uiuit homo. Et tales panes uocantur hodie panes honoris, & possunt dici panes ciuiles, ut in §.simili quippe. in autē.de non alie.sed quia illi panes aliter intelligūtur in l.fi.§.prætérea.C.de iure dot. & in l.bene à Zenone.§. qui omnia. C. de quad.præscrip.ut latè dixi in l.fi.in quibusdam not.meis.ideò alia causa panis honoris dicitur,non ut illi panes Martii, qui & honoris appellantur, cùm solùm honoris causa in conuiuiis apponi soleant. Quos optimè depinxit Hermo.in quadam enarra.cœnæ, de qua habetur in quadā epist. sua inter illas Ang.Polit.nu.43.li. 12.& in alia eiusdem lib.28.Nam illi panes ab istis usu quotidiano,& substantia distinguunt. Isti igitur panes,qui dātur hodie Cardinalibus,idcò dicuntur honoris, quia cum cādore cæteris præstent,ac etiam substantia & qualitate farinæ differant ab illis panibus,qui dantur familiaribus commensalibus,ideo honoris appellantur. Et ob eam causam panis iste, olim panis procerū appellabatur,ut dicit Pli.lib.19.c.4. panis.n. siligineus,quia candore alios excedebat, primarius dicebatur, præcipue ex tritico Campano confectus,autore Varrone. Nā sicut inter uina falernū, ita inter panes siligineus habebatur,qui solis Imperatorib. & illustrib.uiris porrigebatur: quamuis inter Imperatores solus Augustus pane primario,siue siligineo abstinuit, & secundario pane seu uulgari, qui hodie dicitur panis familiæ,usus fuit, ut Trāquillus in Octauio meminit,qui quidem panis uulgaris ut quidam Physici uoluerunt,magis ad robur & sanitatem corporis confert, qui humores phlegmaticos desiccare & consumere uidetur.Ille igitur panis siligineus datur à papa cardinalibus causa honoris & amoris, referens siue repræsentans panem illum cœlestem, quem in primitiua ecclesia Apostoli in domibus suis comedebant. Propter quem assequendū quotidie dicimus,Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.In signum igitur charitatis & amoris porrigitur & capitur ut sic quotidie capientes, dantis memoriam habeant,iuxta tex.in c.liquido. & in c.hoc sacramentum.de cōsecr.dist.2. quē panem sicut Apostoli à Christo,ita Cardinales ab eius uicario capiunt: sed hoc interest,quia illi panem terrestrem, pariter & cœlestem capiebant,hi uerò terrestrem tm̄. Non oēs igitur qui capiūt panem de palatio, dicuntur familiares continui cō mensales. Vnde exceptio familiaritatis facta in priuilegiis uel regulis,de talibus nō intelligeretur. Et licet prædicta de iure. uera sint,nihilominus uidi in Rota aliquā do hanc curialium cum cardinalibus amicitiam propter susceptam portionem post obitum dictorum curialium optima beneficia possidētium ad familiaritatem detorqueri, ad effectum consequendi sub isto prætextu beneficia uacātia tanq̃ per obitum familiariū: & ita uidi in una causa Corduben.seruari, ubi fuerat probata per quendam cardinalem familiaritas, & continua commensalitas cuiusdam, qui uere nunquam fuerat familiaris, sed accedebat ad cardinalem causa docendi eum in literis Græcis,Hebraicis, & Latinis: ob quam causam cardinalis portionem panis & uini non tanquam familiari, sed magistro ministrari iubebat,ut erat notum. Et ideò aduertendum : quia sub hac specie, sub bono & æquo plerunq; erratur, iuxta l.si seruum.§.sequitur.ff.de uer.obli.& in cidimus in dictum Bal.in ca.quia uerisimi le.de præsump.Circa alios uero officiales capientes panem ex palatio sæpe fuit dubitatum, nunquid per hoc censerentur familiares papæ, continui commensales ad effectū reseruationis beneficiorū:& illa difficultas nō fuit vnq̃ decisa ꝑ uarias rōnes ꝓ utraq; parte militantes: quas,ut tolleret S.D.N.Paulus papa 3. q̃ quādā regulā,siue extrauag.suā ad ꝑpetuā rei memoriā nouissime cōstituit & declarauit, Oēs officiales capiētes panē in palatio, uel custodiam facientes, dici & censeri ueros familiares,cōtinuos cōmēsales, & nō per priuilegiū,adeò ꝙ eorū beneficia cēseant excepta ab omnib.regulis & īdultis,& tm̄ papæ reseruata. Et quāuis de dicta extrau. Cardinales sæpe conquesti fuerint papæ, supplicantes ut eam reuocare dignaret,tāquā illis multū præiudicialē, rōne suorū seruitorū officialiū,tn̄ papa nunquā fecit imò secūdū istā extrauag. iudicatum fuit in Rota ꝑ duas sentētias in una causa Ferratien.

ratien. Primò, coram D. Paulo Capisucco, secundò coram me de anno 1537. Est bene uerum de mense Octobri, 1539. dubitatũ fuit in una Sagonien. parochialis de Chane coram R. D. Io. Paulo Ptolemęo, utrum dicta extrauagans traheretur ad præterita attento ꝙ in ea sunt aliqua uerba, quæ innuunt papam uelle declarare dubia antiqua: & Rota conformiter tenuit ꝙ non, tum propter maximum præiudicium, & scandalum inde resultãs, tum etiam, quia uerba & mens constitutionis potius inclinare uidentur ad futura, & in dubio talis interpretatio capi debet, quæ est conformis iuri communi, ut in c. 2. & c. fi. de consti. Apparet igitur ex prædictis, ꝙ ista oĩa de constituendo aliquem familiarem, uel non principaliter consistunt, ut dixi, in uoluntate & consuetudine Card. recipientis & tolerantis, & papæ constituentis, adeò ꝙ si cardinalis reciperet unum in familiarem, ut ille sciente & tolerante cardinali, licet non mandante, seruiret magistro domus, nihilominus esset familiaris continuus commensalis cardinalis, ut est tex. in l. si uerò diuiso. ff. de iis qui deiec. uel effu. & in l. 1. §. magistrum. de exerc.

QVAESTIO XIIII.

QVæro, an dispositio istius regulæ, quę loquitur de familiarib. cardinaliũ habeat locum in familiaribus familiariũ eorundem?

SOLVTIO. Videtur dicendum quòd non, ex eo, quia famulus filii mei, non dicitur famulus meus, ut dicit gl. in uer. præteritæ. in l. 2. C. qui æta. lib. 10. Sic etiã homo hominis mei, non est homo meus, ut dicit Spec. in tit. de feud. §. 1. col. 15. uers. 14. quæritur. & gl. in cle. 1. in uer. existere. de iureiur. Nec socius socii mei dicitur socius meus. l. nam socii. ff. pro soc. Et idem dicimus, ꝙ colonus coloni mei, nec uasallus uasalli mei, dicuntur mei coloni uel uasalli, ut tradit Bal. in l. 1. col. 2. uers. quæro testator. C. com. de leg. & in ca. 1. §. fi. si contr. fue. de inuest. & est glo. magna in l. de accessionibus. ff. de diuer. & temp. præscri. facit tex. cum gl. in c. legitur. 81. dist. Eodem modo libertus liberti mei non est meus libertus. l. Mod. ff. de uerbo. sign. l. si quis à liberis. §. sicut liberti. ff. de lib. agno. & in l. alimenta. §. 1. ff. de alim. & cib. leg. cum concord. ut scribit Alex. in consil. 99. habito super narratis. in 2. col. uersic. & si aliter. in 2. uol. Similiter neque exemptus exempti, à me dicetur exemptus meus. c. 1. de præben. lib. 6. Neque donatarius donatarii mei, dicitur donatarius meus, ut in c. abbate. §. allegabatur. de re iudic. lib. 6. Neque adhærentes adhærentis mei, dicũtur mei adhærentes. Hinc est ꝙ pax facta cum inimico, non extenditur ad eius adhærentes, nisi expressè dicatur ut in ca. ad apostolicæ. & ibi doct. post Innoc. de re iud. lib. 6. & Bal. in l. 1. C. de episco. & cleri. Pariter etiam nec fautor fautoris mei, dicitur fautor meus, ut colligitur ex c. 1. in uer. principalis. de offi. deleg. Sicut etiã subditus episcopi, non dicitur subditus, archiepiscopi: quamuis episcopus sit archiepiscopi subditus, ut in ca. pastoralis. in prin. de offic. ordi. Ex quibus infertur etiam, ꝙ familiares familiarium cardinalis, non dñi eius familiares. Et hãc opinionem tenet Guido Papa consil. 30. num. 5.

Pro parte contraria uidelicet, ꝙ tales famuli familiarium, dicantur etiam familiares ipsius cardinalis uel papę est in terminis doctrina Salyc. in lege 2. in fi. C. de episc. & cler. Vbi expresse tenet tales esse familiares papæ uel cardinalis. Rationem ponit, quia seruiendo familiari papę uel card. dicuntur illis seruire: argu. text. in d. l. 2. & l. debet. §. si seruus. ff. nau. cau. stab. Et ita seruus uicarii, appellat̃ seruus ordinarii, & seruus domini. l. dominus. §. 1. ff. de pecul. leg. Et pro hac parte dicit esse tex. concludentem in l. quæsitum. §. sed an instrumenti. ff. de fun. instru.

Istam etiam opinionem tenet Glossator hic. & Moder. Sabinen. in tract. refer uat. in 30. Et secundum eam consuluit Ludouicus de Interamne, quondam doctissimus aduocatus, & Rotæ auditor in consil. incip. An reuerendus pater, in tertio dubio. ubi subdit, quòd sufficit papæ uel cardinali, quòd sciat familiarem suum habere famulum. Maximè quando est persona, quæ honestè non põt, nec solet sine famulo seruire, ut sunt secretarii, magistri domus, & similes personæ. Tali enim casu illa scientia cardinalis

etiam

etiam tacita, sufficit, & per eam uidetur contrahi quædam societas cum famulis talium familiarium, quæ familiaritati æquiparatur: alleg. tex. in l. si uerò diuiso. ff. de iis qui deic. & effu. & in l. 1. §. magistrum. ff. de exerc. Allegat etiam rationẽ: quia quando nobiles in domo cardinalis habent famulum, per hoc dicuntur magis seruire cardinali, & releuantur in pluribus per seruitium famulorum, & illud leuamen facit dominos magis expeditos & uacuos, quo ad seruitium cardinalium. Igitur seruiendo eis, uidentur tales famuli cardinali seruire. Adde ad hoc bene facere consiliũ Old. cons. 11. Vbi per plures rationes, quæ conserunt prædictis, concludit legatum factum pauperibus comprehendere seruitores eorum, per quos releuantur. Et ita Oldra. sequuntur Ias. & Mod. Taurinen. in l. cui iurisdictio. in 1. col. ff. de iurisd. om. iudi. Facit etiam quod dicit Abb. in c. quanto. in 3. not. de censib. ubi etiam de Old. meminit. Et Deci. in l. lecta. in 5. col. ff. si cer. pet. & in l. scrinia rios. in 1. col. C. de test. mil. Accedunt quæ Alex. dicit in l. si finita. §. si de uectigalibus. in 4. col. nu. 8. ff. de da. infe. & Moder. repetunt in authenti. habita. C. ne fil. pro pa. Vnde eadem ratione qua dicimus quòd sub delegatus delegantis, dicitur subdelegatus primi delegantis. c. super quæstionum. in fi. de of. deleg. & uasallus uasalli, ut in cap. ad apostolicæ. § præter hoc. de iud. lib. 6. Eodem modo & familiaris familiaris mei, dicitur meus familiaris. Habes igitur ex prędictis quęstionẽ ꝑ utraque parte dubitabilem.

Quid dicendum? Pro clara istius materiæ resolutione est considerandum, ꝙ familiaritas in iure diuersimodè capitur, notat Io. And. & Gem. in c. licet. de pri. li. 6. & in c. fi. de uer. si. & declarat Bal. in l. 1. C. de epis. & cler. Vbi dicit, ꝙ quędam familiaritas est potestatiua, quædam est socialis: potestatiua est multiplex, ut ibi per eum, & per eundem in l. qui testamento. §. quicunque. ff. de testa. Quantum ad familiaritatem potestatiuã familiaris familiaris mei, potest dici meus familiaris. Et ita procedunt allegata in secunda parte, & militant ea, quæ dicunt Glossator, Iacob. de Belui. & Nicol. de Neapo. & And. de Iser. in c. 1. §. illud. de prohib. feudi alien. per Federic. Et sic familiares familiarium papæ, dicentur eius familiares, familiaritate potestatiũa. Quia ex quo habitant in domo cardinalium, habent potestatem super eos, cùm possint eos de domo expellere? Quod fieri potest etiam, si famulus familiaris mei nullas haberet impensas à me, sed solùm habitet in domo mea. Et in ista potestatiua non requiritur, ꝙ famulus sit receptus de uoluntate mea, uel non. Sed hoc cõcernit dominũ suum familiarem meum, qui ei ministrat impẽsas. Sed quo ad istam familiaritatem, quę dicitur socialis, quæ in plus se habet, & cõtinet in se potestatiuam, illa non contrahitur sine uoluntate & acceptatione domini. Et illa uoluntas à communiter accidentibus non habet effectum, nisi quãdo talis familiaris admittitur in domo, & in Tinello. Itaque sit commensalis: & de tali loquitur text. in d. c. fi. Et ita familiaritas dicitur uera familiaritas, in qua concurrunt mens & dens: & sic uoluntas & impensa. Et talis familiaritas gaudet omnibus prærogatiuis iuris communis & regularum. Et in ea militant omnia motiua superiùs facta pro parte affirmatiua. Et ista familiaritas socialis, quę cum commẽsalitate coniungitur, quo ad effectũ priuilegiorum debet continuari per quatuor menses, secundum dispositionem istius regulæ ita ab Alexandro, Leone, Hadriano, & Paulo ampliatæ. Alia uerò familiaritas non habet tempus. Sic itaque famuli familiarum meorum recepti de uoluntate mea, & descripti in rotulo aliorum familiarium Tinelli, cõprehendentur sub ista regula.

Sed aduertendum ulteriùs, quia Glossator super illa regula Iulii a. de prærogatiuis expectantiũ, in septima parte illius regu. q. ult. tenet in quæstione pręsenti familiares familiarium, quo ad hoc ut gaudeãt prærogatiuis reg. debere habere tria. Primum, quòd cardinalis ministret impẽsas famulo, sicut domino suo. Secundum, ꝙ dominus propter seruitium illius famuli reddatur diligentior, ac magis expeditus, & uacuus ad seruiẽdum cardinali. Tertium,

Tertium, ꝙ ille famulus sit certus, & nõ incertus. Quibus concurrentibus, talis famulus familiaris dicetur familiaris cardinalis. alleg. tex. quem Ioan. 22. dicit ꝑ casu istius quæst. allegasse, de quo Salic. loco superiùs alleg. meminit, & dicit concludentem in d. l. quæsitum. §. sed an instrumenti.

Sed considerandum est, quia text. in d. l. quæsitum. non probat ista requisita. Nec me mouet, ꝙ Ioan. 22. eum allegauerit. quia licet ille fuerit in iure nostro doctissimus & multùm curiosus, ut latiùs in proœ. regulæ dixi. Nihilominus nullibi cõnstar, Ioan. ad hoc illum tex allegasse: nec si cõstaret, stãdum est ei, quã do malè dicit. Non enim maiorem sibi in iure allegando potestatem vendicauit, quàm Innocentius 4. qui cùm posset ex eius dictis leges condere, uoluit tamẽ à quocunque meliùs sentiente reprehendi, ut dicebat Host. se multoties ab eo audiuisse, quem refert Io. And. & Domi. in c. solet. de sent. excõ. lib 6. Concludo igitur, ꝙ ultra quod tex. ille non probat assumptum Gloss. dictum, etiam in se nõ est uerum: quia iure cauetur, ꝙ cardinalis famulos familiarum suorum cognoscere debeat. Quibus licet ipse cardinalis impensas ministret, non tamen ab ipso eliguntur, sed à patrono suo. Mandant enim cardinales suis magistris domus, ut cuilibet ex familiaribus suis præcipuis habere titulum in Tinello, ac eos in rotulo describi permittant. Clarum est enim, ꝙ tales famuli per familiares electi cardinali non præsententur, neque ad uoluntatem eius capiantur: sed quisque familiarium famulum pro suo arbitrio penitus ignotum cardinali sibi eligit, & sufficit cardinali, ꝙ det unicuique impẽsas. Nec etiam inspicitur, an propter famulum dominus reddatur promptior, aut diligentior ad seruiendum cardinali. Quia ultrà quod hoc à cardinalibus nõ indagantur nec considerantur, qui multarũ iubent contumaciter seruientes, nihil ad propositum commensalitatis facit, an quis diligentior uel segnior reddatur, sed solùm inspicimus, an cardinalis in domo sua famulis descriptis in rotulo impensas ministret. inde pendent leges & Prophetæ.

Putarem tamen unum aliud requiri, quo ad effectum prædictæ familiaritati, sociali, uidelicet, quòd famuli familiariũ seruiant in domo cardinalis domino suo, & ꝙ ad istum finẽ recipiantur. Quia tali casu intelliguntur seruire cardinali: Secus uerò ubi famulus seruiret domino suo non in domo cardinalis, sed extra domum, putà in uinea eius, uel apotheca, uel alio loco remoto. Quia tali casu non comprehenderetur familiarium appellatione, ut declarat Guido papa in decisionibus Parlamenti, decisio. 551. in 4. colum. dum respondet ad l. Modestinus. Et ante ipsum hoc dixit Bartol. in lege de accessionibus. in princip ff. de accessionibus. in princ. ff. de diuer. & tẽp. præscrip & in l. Claudius. col. fi. ff. q pot. in pig. ha. Et ita procedit text. in d. l. nã socii. cum aliis argumentis partis negatiuæ. Quæ omnia in ratione consistunt, quia quando famuli seruiunt dominis in domo cardinalis, ex hoc domus cardinalis ex multitudine seruientium illustrior ac honorabilior redditur: quia tanto magis honor cardinalis augetur, quãto pluribus præest. arg. c. ex parte. de cõsti. & dixi superius in alia quæstione. Nõ sic quando extra domum seruiunt in negotiis non concernentib. domum, nec ꝑsonam cardinalis. & per hoc habemus unam limitationem ad conclusionem superiùs factam. Secundò limitatur ista cõclusio, ut habeat locum in famulo familiaris certo, non autem incerto. Exempli gratia, Cardinalis dat expensas pro me, & duobus familiaribus meis, ego habeo quatuor in domo cardinalis, & nescimus qui sint illi duo qui uiuunt expensis cardinalis. Tali casu ratione incertitudinis, nemo diceretur familiaris, ar. l. duo sunt Titii. ff. de testam. tutela. Ita limitat Glossator in dicta regula Iulii 2. & in regula 3. suprà eodem. Et opinio eius uidetur, iudicio meo, rationabilis. Vt igitur huiusmodi incertitudo tollatur, faciat eos describi in rotulo.

Tertiò, limitatur prædicta conclusio non procedere in famulis familiarium

ad

ad tempus.& ad placitum: secus in perpetuis. Ita limitat Iason post plures alios. quos ibi allegat in l.scriniarios. in prin.C. de testan.milit.Tamen aduertẽdum est,ꝙ ista limitatio procedit in causa illius l.nec trahitur ad casum nostrum. Nam hic non quæritur principaliter, an omnia priuilegia quæ dantur personis dominorum, cõpetant eorum famulis.Quia licet regulariter sit tenendum ꝙ sic,per ea quæ latè superius sunt deducta,tñ multi sunt casus,in quibus illa priuilegia non cõmunicantur famulis,ut ibi est casus de priuilegio multis ꝑ rõnẽ quã ibi ponit Dec.& alii, qui non militat in famulo. Sic ẽt procedit dictum Archid.in c.clericum el 1.11.q.1.qui facit differentiam inter familiares habentes salariũ,& seruientes sine salario. Quia illa ẽt differentia non ualet in proposito, quia salarii perceptio non facit quẽ famulũ ad effectum istius regulæ. ut in l. Herennius.ff.de decur.sed cõ mensalitas & seruitium.Et clarũ est, ꝙ ita nobis seruiunt famulis tẽporales,sicut perpetui: & ita mercenarii,sicut nõ mercenarii. Nã famulorũ cõmẽsaliũ seruientiũ in domo cardinaliũ duę sunt species.Quidam sunt mercenarii & isti sunt uiliores cæteris , prout sunt stabularii,coci,& alii similes infirma seruitia exercentes,inter quos possunt adnumerari famuli famulorum.Et prędicti mercenarii,licet sint cæteris uiliores, sunt tamẽ in domo Card.magis necessarii, & propter utilitatem eorum,quia non ita cum cardinali uersantur , minus fauoris sperant : & ideo capiunt illud quod certius est,uidelicet salarium.Et quia etiam tales communiter sunt pauperes non habentes aliunde vnde sibi necessaria comparent, nisi ex salario,quę quidem paupertas fortè plures ex istis ad hæc infima & sordida ministeria deduxit , cum alias fuerint in bona domo nati:sicut de Dionys. Syracusano legimus , qui ex rege factus est pædagogus. Alii sunt famuli non mercenarii, ut sunt scutiferi, camerarii, capellani , & his similes , de quibus intelligitur dictum Nicol. de Neap.in l.habitatio.ff.de uent. in pos. mit.qui uoluit meliores impensas tribui debere familiarib.Card.quàm aliis : nã intelligitur de istis,qui ut plurimum in mẽsa , aut saltem in Tinello secreto ex residuo mensæ Card.comedũt . Et ex istis omnibus non potest fieri illa distinctio inter perpetuos & temporales ; ut facit Iason in dicta.l.scriniarios. Esset enim ridiculũ putare homines liberos , cuiusmodi sunt familiares prædicti,se perpetuæ seruituti dedisse, sicut serui.Sed omnes isti sunt tẽporales famuli qui in curia militant , & seruiunt in loco suo cardinalib. uel aliis prælatis sub spe melioris fortunę:quæ cũ primum obuenit , receptui canunt,ut sibi ipsis uiuant : interim tamen non desinunt esse familiares , & frui omnibus priuilegiis familiaritatis,etiam si non manerent,nisi per mẽsem in domo cardinalis. Ista enim est curię Ro.consuetudo , ꝙ familiares secundum arbitrium eorum & dominorum suorum , ac temporũ & personarum occasionẽ mutantur,& alii eorũ loco recipiuntur,& nihilominus dicũtur & sunt ueri familiares,continui cõmensales. Et ita ẽt reiecta illa distinctione Arch. & Ias.tenet And.Sicul.in c.2. de foro cõpet.Cum quo quotidiana experientia cõcurrit.Est tñ uerum,ꝙ hodie pontifices , ut tollantur omnes difficultates , faciunt unam regulam,ꝙ quo ad hoc, ut quis familiaris & continuus commensalis dicatur,& reputetur,requiritur ad minus , ꝙ in Tinello per quatuor menses comedat alias non gaudet priuilegiis familiarũ ut Hadr.hic,& Paulus uoluerunt:quod qualiter procedat,alibi dicetur.

QVAESTIO XV.

QVæro,an si cum familiaritate concurrat alia reseruatio , habeat locũ ista regula ? Exemplum ponamus , ꝙ per obitum familiaris uacat prima dignitas in Cathedrali uel collegiata, quæ sunt reseruatæ superius per regulam tertiam,an attendatur ista regula ?

SOLVTIO. Concludendum est quòd sic.Nam uidemus ꝙ si familiaris moritur in curia,beneficia ex tali uacatione in curia sunt reseruata, alia reseruatione , quã familiaritatis,ut patet in c.2. de præb. li. 6.Et tamẽ habet locum ista regula, ut hic. uoluit Gloss. Ergo à fortiori quando est minor reseruatio,prout est illa inducta ꝑ reg.3. sup. eod. Quia inter reseruationes apud

apud sedem, nulla est maior illa. d. cap. 2. ut dicit Rota decis. 4. de præb. in antiq. Quia non solum est inducta de iure communi, sed etiā est confirmata per regulas. Et tamen uoluerunt Domini, secundum opinionem Glossatoris hic, ꝙ ista regula haberet locum in tali reseruatione, ꝑpter illam rationem, quia ex quo cardinales resident in curia, & ut plurimum familiares sui ibidem in eorum seruitio moriuntur, si non caperetur huiusmodi interpretatio, regula deseruiret eis de uento, & raro haberet locum. Fuit igitur capta inter pretatio, ut impetrantes talia beneficia sic reseruata, tenerentur istam regulam seruare. Et ista ratio à fortiori habet locum, quando beneficium seruatum minori reseruatione, ut est illa reseruatio dictæ regulę 3. Igitur à fortiori idem in ea est cō cludendum. Et ita secundum istam opinionem concluserunt Domini in una Palentina Abbat. de Trusillos, die 18. Februarii 1530. coram R. D. Petro Vortio pio patriarcha de Hierusalem, contra Anto. de Astudilo. Et pro ista decisione facit, quia papa faciendo postea istam regulam posteriorem in fauorem cardinalium, uidetur illam regulam tertiam anteriorem modificare. argu. l. non est nouum. & l. nam & posteriores. ff. de leg. uidelicet, ut dispositio talium beneficiorū per obitum famil. cardinalium uacātium pertineat ad papā, tamen cum consensu cardinalis. Et ita per secundam constitutionem eiusdem conditoris, receditur à prima, quo ad effectum istius priuilegii, ut notāt Bar. in constitutionibus particularibus, loquens in extrauag. ad reprimendam. in uersic. non obstā te. circa finem. Quod pro notabili sequitur Curt. in repet. c. fi. in 91. col. de consuet. & dixi latius in repe. mea. c. 1. de consti. lib. 6. qui tex. ita declaratur. Et talis interpretatio capienda est in præiudicium concedētis, ut dicitur in capit. quia circa. de priui. cum concor. ut scribit Ias. in l. beneficium ff. de con. princ.

Sed aduertendum est, ꝙ contra istam opinionem quidam antiqui doctores consuluerunt, dum iste casus accideret coram Grassis in causa Redonen. Capellæ. Dicebant enim, ꝙ regula ista solum loquitur in una reseruatione inducta ratione familiaritatis. Ergo nō debet habere locum in duplici, quia sub simplicibus non continetur mistum in materia restringibili, & exorbitanti à iure communi, sicut ista l. si ita scriptum. ff. de libe. & posthu. Quinimo licet in materia fauorabili sub expressione duorum simplicium ueniat mistum, ut in l. Titiæ textores. de leg. 1. & l. legatis. §. si unus. de leg. 3. Tamen quando unum tantum simplex exprimitur, tunc nunquam comprehenditur mistum, neq; de iure, neque de benigna interpretatione: l. hoc legatum. de leg. 3. & est text. etiam in ratione sui. in ea. cum illis. §. si uerò. de præben. lib. 6. Ita in casu nostro est dicendum, ꝙ regula ista habeat locum in beneficio reseruato ratione familiaritatis tantum. Nō. n. est uerisimile, ꝙ papa uoluerit in sui prę iudicium concedere tale priuilegium cardinalibus, uidelicet, quando beneficium ex alia causa reseruatum fuisset, quod Hadria. & Paulus 3. hic constituerunt.

Sed istis non obstantibus teneo primā opinionem, quę uidetur uerior & ęquior. Pro qua sunt præmittenda duo ad euidentiam istius regulæ. Primum, ꝙ ista constitutio respectu cardinalium, cui cōceditur hoc priuilegium, est fauorabilis: sed respectu impetrantium est exorbitans. Quatenus igitur cardinales concernit, lata interpretatione est adiuuanda, contra ipsum concedentem, iuxta tradita per Moder. in l. beneficium. ff. de const. princip. & c. quia circa. de priuileg. & talis extensio est, ideo benigna est interpretatione prosequēda. Quia conseruat spem bene seruientium. ut dicit hic Fely. in alia proposito de commenda loquens. Sed quantum ad ipsos impetrantes, hæc constitutio, ut dixi, exorbitans iudicatur, & ideo contra eos stricto & proprio modo interpretari debet, ne uidelicet in pœnam in ea contētam incidant.

Secundò, circa intellectum præsentis quæst. & istius regulæ est præmittendum, ꝙ reseruatio inducta per regulas potest cō siderari dupliciter, aut ratione personæ, aut respectu rei. Declaro reseruatio quæ ex familiaritate resultat, ista est personalis, quia procedit intuitu personę, sicut est & illa Protonotariorum, collectorū, & reliquorum

quorum officialiū. Alia est reseruatio, quę concernit principaliter ipsam rem licet se cundariò personam, ut est illa reseruatio primarum dignitatum in cathedralib. & collegiatis, de qua regula 3. supra eod. cū aliis similibus. Nam licet illæ dignitates adhæreant personis, in reseruatione tamē cōsideratur principaliter locus & ipsa res, licet secundariò persona. Et inter istas duas reseruationes, personalis reseruatio est dignior licet aliquæ ex realib. reseruationib. sint fortiores, ut est illa. c. 2. de præ bend. libr. 6. & quædam aliæ. Et ista stant simul, ꝙ una res dicatur fortior, altera etiā maioris comprehensionis, & ꝙ non sit dignior: ut patet in actionibus personalibus & realibus. & in iudice ordinario & delegato. De quo per Ias. & Modern. in rubri. ff. de iurisd. omnium iudi. & in rub. ff. de offic. eius. tradit latè Decius in rubr. de offic. deleg. In proposito igitur personalis reseruatio dicitur reali dignior ratione dignitatis personæ quæ attrahit ad se aliā, iuxta. l. iustissimè. ff. de ędil. edict.

Modo ad propositum q. dico sic, quādo familiaris cardinalis durante familiaritate sua obtinet dignitatem primā post pō tificalem in cathedrali, uel in collegiata, prout in illa abbatia de Trus. de qua superius est dictū, tūc concurrunt duæ reseruationes in persona unius, uidelicet, personalis & realis. Tūc. n. ꝑsonalis tanq̄ principalis debet esse in consideratione, ut illa attrahat aliā tāquā accessoriā. Itaq; dispositio loquens de personali reseruatione, si una cum illa cōcurrit, realis sub illa dispositione cōprehēdetur, maximè, quia hęc interpretatio tendit in fauorem Card. cōtra cōcedentem, ꝙ admittitur, ut in decis. 97. in no. Hinc dicit Egid. in decis. 425. ꝙ si Papa concedit indultum Cardinali, ꝙ possit conferre beneficia reseruata, poterit cō ferre ea q̄ sunt duplici reseruatione reseruata ſm dños, & seq̄tur Fel. in c. in nostra. in 6. corr. de rescr. & Mod. in tracta. reseru. in 3. q. ex q̄b. dictis ꝓdicti Doct. uoluerūt regulā 6. Cācellarię, q̄ officia cursorū & cubiculariorū reseruat, habere locū q̄n unus & idē est cursor & cubicularius. Et ita procedūt ea q̄ dixerant Domini in illa causa. Sed quando concurrerent in una persona duæ reseruationes personales, uel duæ res les: tūc utraq; est principalis de ꝑ se, & nō ueniunt sub dispositione loquēte de una reseruatione. & procedit secunda opin. Et tali casu præponderat potentior, quæ debet attendi in fauorem Pontificis conferē tis. Exemplum, si familiaris Cardinalis fieret familiaris Papę, uel protonotarius, collector, auditor, vel habet aliquod officiū de contentis in regulis 4. & 6. quod datur principaliter propter personam. Tali casu reg. ista, quę loquitur de una reseruatione personali, non comprehenderet aliam, ut tenuerunt sæpe Domini, & tenet expresse Fel. hic. facit decis. 16. de pręb. in antiquis. Et ita in una Senescen. Prioratus, coram me, de mense Febr. 1538. dictum fuit per Dominos. Et de hoc meminit hic Glossator. licet dicat, ꝙ de anno 1485. fuit practicatum cōtrarium in uno Protonotario & scriptore, qui fuerat familiaris unius Cardinalis, & beneficia fuerunt reseruata Cardinali ratione consensus, iuxta dispositionem istius regulæ. Sed dicit hoc fuisse causatum propter quandam constitutionem siue capitulum factum in conclaui. tempore electionis domini Innoc. qua cessante tenendum esset contrarium. Sed hodie hanc dubitationem, quo ad beneficiū reseruatum, collatum familiari ante familiaritatem, & quo ad reseruationem officiorum regulæ Had. & Pauli, sustulerunt, quę uoluerunt papam de talibus disponere posse. Sed quo ad capitulum conclauis, nescio an illud istis temporibus sicut tempore Alex. renouatum fuerit. Sed satis constat illud summos Pontifices non obseruare. Nam licet illa capitula facta in conclaui, per nouum Pontificem iurata fuerint, nihilominus sunt plures Docto. qui tenuerunt, ea summum pontificem non ligare, ut Ant. de Butr. in c. 1. de consti. qui exemplum ponit in Greg. 12. qui iurauerat quędam capitula in conclaui, & postea contrarium fecit. Et idē de Paulo 2. refert And. Sic. in c. in ꝑsentia, in 14. col. de prob. Et in c. 1. in 2. col. nu. 7. de iura. calum. Vbi dicit se consuluisse in fauorem eiusdem papæ Pauli, quòd non teneretur talia capitula obseruare. Et illud consilium fuit tentum & obseruatum, & postea missum regi trā

ciç, ut idē ibi refert. Licet de illis capitulis nō obseruatis per Paulum conqueratur, & doleat Cardi. Pap. eplā. 177. inci. Quid est hoc Paule? & contra illum inuehitur, & excandescit idem Card. epistola 419. in eip. Egid Et quamuis super hoc possint plura dici, quæ tradunt Mod. in tract. iuramenti. & Deci. in consilio 150. nihilo minus, qa nō faciunt ad ꝓpositū, omitto.

Circunscripta igitur tali constitutione conclauis, concludo reg. istam isto secundo casu nō hēre locum, quia concurrētib. in persona unius duabus reseruationibus ꝑsonalib. uel realib. potentior attēdit. Et in casu isto certum, est ꝙ ex istis duabus reseruationib. potentior est illa reseruatio, ratione officiorum, uel familiaritatis Papæ, quam familiaritatis Card. Quod ex eo patet, ꝙ omnes sum. Pontifices incipiē do à Ioan. 22. primo regularum conditore, semper de huiusmodi officialium reseruationibus in suis reg. mentionem fecerunt, de familiarium uerò reseruatione, non omnes. Et adeò summis Pontific. officialium reseruatio chara & peculiaris fuit, ꝙ non contenti fuerunt solis reg. eorum beneficia & officia reseruare, nisi et super hoc plures extrauag. publicarēt, ut patet in extrauag. Pauli 2. Ad Romani &c. & nouissimè hoc prouisum est per regul. Hadriani & Pauli. Super quibus multæ decisiones in contentione factæ reperiuntur. Et longè plures quæstiones illarum occasiones subrogatæ, quarū aliquas scribit Bartholomæus Belenzinus, quondam Rotæ auditor, in tract. de chari. subsid. in ultima parte. Et Gaspar de Perusio, & latiùs Mod. in trac. reseruationū. Itaque ex prædictis concluditur, ꝙ dicta officialium reseruatio tanquàm principalis & importans debet attendi quo ad hoc, ut Papa liberè absque consensu Cardinalis conferre possit. Regula igitur loquens de una reseruatione isto casu locū non habebit in alia. Sicut dicimus in duabus seruitutibus, ꝙ una remissa, alia in statu suo remanet, ut in c. ex tuarū. de auth. & usu pal. & l. si domus. ff. de ser. urb. pd. Et ita in specie, licet non per prędicta motiua, tenuit Rota in familiaritate Papæ, & Cardinalis concurrentibus in personam unius. Nam uoluit illam Papæ debere attendi, adeò ꝙ non requiratur aliqua mētio familiaritatis Cardinalis, neque illius consensus, tanquam ꝙ magis lumen obfuscet minus, iuxta c. uolentes. de of. leg. & c. si omnia. 6. q. 1. ut in terminis adnotauit D. Gul. Cassio. in suis Collec. decisio. Rotæ, deci. incip. Stante familiaritate, &c. ubi pro ista opin. aliquas rationes scribit, respondendo ad quædam contraria, quæ ibi uideri poterunt postquam sunt impressæ. Est bene uerum ꝙ ad huc illud motiuum, uidelicet, ꝙ in materia exorbitanti sub simplicib. mistum non comprehendatur, ualidè obstat, Adeò ꝙ die 20. Nouemb. 1539. in una Romana pecuniaria, coram R. D. Io. Paulo pendente, Domini mei concluserunt illud dictum habere locum in regula, de non appellando ante diffinitiuam sententiam. Nam illa regula ex quo loquitur in commissionibus, per quas causa appellationis committitur, uoluerunt non habere locum in casu misto, uidelicet in commissionibus, per quas nō solùm casu appellationis, sed etiam negotii principalis committeretur. Ratio fuit illa quia ex quo regula est exorbitans à iure, & loquitur in uno casu simplici, nō debet habere locum in misto, iuxta ca. statutum. de elect. li. 6. iuncto c. licet canon. eo. tit. & aliis motiuis, quæ breuitatis causa non refero. Quæ quidem decis. potest in ratione sui adaptari ad pręcedentia: tamē ex distinctionibus superiùs factis, facilè hoc obiectum tolli potest, sicut & aliæ plures quæstiones, quas signat hinc Glossator ex prædictis resolui poterunt, quas ne sim prolixior, omittam.

Illud tamen nō est omittendum, ꝙ modernis temporibus ista difficultas pro maiori parte per modernos Pontifices, maximè per Iulium & Hadrianum, & S. D. N. Paulum 3. in regulis suis sublata uidetur, qui ultra alios plura ad regulas prædecessorum suorum addiderunt.

QVAESTIO XVI.

QVero, dicitur hic, ꝙ in impetratione beneficii uacantis per obitum familiaris, nomen & titulus Cardin. eiusdem exprimendus est aliàs gratia, &c. Quid si Cardinalis fuit absens tempore impetrationis

tionis de licentia Papę, uel aliàs, an talia ea su requiratur expressio nominis & tituli?

SOLVTIO. Glossator hic tenet in duobus locis ꝙ sic, ex eo, quia dantur duo priuilegia Cardinali. s. ꝙ exprimatur eius nomen & titulus. Item ꝙ habeatur eius consensus, unde licet absentis Cardinalis consensus requirendus non uideatur, debet tamen in literis de nomine & titulo eius mentio fieri, quia regula est iuris, ꝙ ex duobus, uno sublato, nõ censetur aliud remoueri, arg l. si domus, de serui. urb. pd. c. ex tuarum, de auth. & usu pal. Et ita dicit Glossator se in Palatio meminisse sententiam. Et ista opinio mihi placet, quia eam sequitur Fel. in quibusdam apostillis ad regulam 7. supra eo. qui dicit in Rota seruari. Et sic secundum istam opinionem hodie, quæ numeratur 4. Iulii 1539. iudicauit Rota in una Macloui Prioratus coram R. D. Raynaldo Pettutio.

QVAESTIO XVII.

QVæro, quid si Cardinalis fuerit absens a curia per duas dietas, uenationis causa, uel aliàs: an sicut nominis expressio, ita requiratur tali casu eius consensus?

SOLVTIO. Glossator hic in 2. fol. tenet ꝙ non: quod seruatur etiam in mediis annatis, de quib. non participãt absentes, nisi eisdem cõcedat Papa, ꝙ non libenter facit. Et ratio istius opin. est, quia iustum est, ut absentes non gaudeant isto priuilegio, ne sic Papa solus & sine consiliariis maneat, & adeo ista opi. uidetur uera, ꝙ etiam si Cardinalis absens à Papa breue restitutorium obtineret, ꝙ collationes per obitum suorum familiarium factæ absq; eius consensu non ualeant, illud breue intelligeretur in casib. in quibus requirebatur consensus Cardinalis, si præsens esset. Ita in una calagurit. coram D. Iacobatio Ioan. Baptista de Senis quõdam egregius aduocatus se obtinuisse retulit.

Idem tamen Glossator hic in fi. sui commenti se inuoluit, & propter literam mendosam uidetur eius opi. turbari. Sed ut puto, uidetur incliuare in contrarium sententiam, uidelicet, ꝙ habeat locum regula. Adde, ꝙ eandem opi. tenet Fel. licet etiã corrupte in apostillis 7. regulæ, supra eo. & assignat rationem: quia talis existens in fra duas dietas censetur esse in curia, & habetur pro præsente, iuxta tex. in c. præsenti. de præb. lib. 6. quem etiam allegat Glossator hic.

Sed aduertendum est, ꝙ iste casus accidit tempore Pii 2. in persona Cardinalis Papiensis, cuius extant epistolæ illæ celebres, illorum temporum historiam conte xentes. Et post longas disputationes fuit tunc dictum, regulam non habere locum. Cuius conclusionis neque ratio, neque allegatio apud me extat, nisi quædam simplex memoria facti, quam reliquit mihi uir ille summus Laur. Car. Sanct. quatuor. Sed quia hęc simplex & nuda facti memoria fortassis non omnium animos mouebit, altius igitur hæc materia repetenda erit, & in primis pro parte negatiua uidelicet, ꝙ nõ requiratur absentis Cardinalis consensus, facit, quia regula ista loquitur in consensu præstando, quando Cardinalis in curia pręsens fuerit: ergò debet intelligi de uera præsentia, non autem de illa quæ per interpretationem in certo casu speciali extensiue fingitur, put in d. c. pñti qui quidem text. non procedit declaratiuè, sed extensiuè, cum id non esset de iure antiquo, secundum Dom. abi, in prin. in 1. q. Nam in dicto casu ficto non possunt uerificari uerba regulæ, quæ de eo qui est in curia loquitur. l. quicquid astringendæ. ff. de uerb. obl. l. 1. §. hæc uerba, de neg. gest. quia uerba in dubio debent intelligi de actu uero, non de ficto, ut no. dicit Bar. in l. 1. §. hoc interdictum, per illum tex. ff. de fonte. Casus igitur dictæ absentiæ qui ab ista regula excipitur, relinqui debet, tanq̃ omissus sub dispõne iuris communis, iuxta uulg. l. commodissimè, de libe. & posth. Secundum quam iuris dispositionem beneficia uacantia in curia per papam libere conferuntur. c. a. de præb. li. 6. Et hoc ratiotioni & iuri consonat, ut ita restringatur regula ista, cum sit contra regulas iuris, & sit odiosa. cum per eam posset induci diuturnior uacatio, dum consensus Card. procuratur, quia non ita de facili per quemcunque potest haberi.

Præterea uidetur ex alio dispositio d. c. præsenti, non possit ad istam materiam adaptari: quia est multum illa ab

ista diuersa. Nam ibi non fit reseruatio beneficiorum uacantium per obitum personarum ibi expressarum propter meritum uel fauorem earum, quia sint præsentes in curia, sed solum fit reseruatio propter fauorem principis reseruantis. Ita dicit Io. And. in c. 2. eo. tit. Vnde quantum ad pontificem nihil interest, an personæ de quibus agitur in d. c. præsenti, sint uere præsentes, uel per fictionem, quia utroque modo pontifex consequitur intentum suum. Sed bene interest pontificis, quo ad regulam istam, de qua præsentia debeat intelligi. Quia papa dat cardinalib. istud priuilegium regulæ, ex eo, quia secundum eorum officium assistunt papæ consulendo, & in arduis sedis Apostolicæ negotiis operiose agendo, cap. fundamenta. §. decet, de elect. lib. 6. Hinc est, quod sine licentia recedere non possunt, cum habeant alas ligatas, secundũ Host. in c. ecclesia uestra. el 2. de elect. Cum ex eorum officio assumere debeant pondus diei & æstus, sicut illi qui sunt uocati in partem solicitudinis, iuxta tex. in c. decreto. 2. q. 6. Et ob eã causam meritò priuilegiis honorantur, secundum Old. consi. 48. inci. ius commune. Apparet igitur esse contra naturam sui officii, si cardinalis, de latere principis se uel paululum subtrahat. Cessat enim tunc causa priuilegii & fauoris, cum nec tunc illustrantur comitatu lateris principis, cuius meritò cardinales assistentes eidem sunt cæteris chariores, l. 1. C. de præp. lab. lib. 12. secundum Bal. in rub. ff. de off. consu. & in c. olim. de rescr. Nam nõ ita æqualiter splendet, qui abest, sicut qui præsens est. secũdum Bal. in l. cum multa. C. de bonis quæ liber. quia inter absentes cardinales, etiam de licentia papæ, & præsentes longum est discrimen. Nam, ut dicit idem Bal. in c. bonæ. el 1. de postul. præla. Cardinales residentes in curia æquiparantur stellis fixis, quæ non mouentur nisi motu orbis, sicut & cardinales non mouentur nisi motu papæ. Sed cardinales legati, qui de licentia papæ absentes sunt, æquiparantur constellationibus, siue planetis, qui mouẽtur motu proprio, nutu Dei, sicut & legati nutu papæ. Et ideo cardinalis præsens reputatur dignior absente, ut dicit And. Sic. in cons. 57. in 5. col. nu. 11. li. 1. Et latius hoc probat idem An. Sic. in cons. 1. in 21. col. lib. 1. Hinc processit, quod cardinales residentes in Romana curia excusantur a residentia suorum beneficiorum propter assistentiam papæ. Intelliguntur enim ex hoc singulis ecclesiis deseruire, ut dicitur in d. c. bonæ, & in c. cum dilectus, de clericis nõ residen. Et ideo in c. ex gestis, de cler. non resid. ille cardinalis, de quo ibi tex. loquitur, priuatus fuit, quia non residebat in curia in titulo suo nec assistebat papæ, ut dicit Io. And. in addit. ad Spec. eo. tit. circa fin. & tenet Old. consi. 48. inc. ius commune. Itaque cum dictum ministerium non possunt impendere, uagantes amœnitatis gratia, cessat tũc fauoris prærogatiua: nec possunt dici esse in curia, ut regula exigit. Tenentur enim assistere, ut dicitur in d. §. decet, quod fieri nequit ab eo, qui a conspectu est remotus. Et licet per licentiam, quam forsitan cardinalis tunc discedens consequi potest, quo ad ordinarios fructus capellæ pro præsente haberi deberet, nihilominus ex quo dicta absentia est fauore proprio concessa, non autem uniuersalis ecclesiæ, cui famulari tenet iuxta c. bonæ, de postu. prælat. non potest reputari præsens, quo ad ea quæ speciali priuilegio dantur præsentibus, nisi specialiter cõcedatur, ut uoluit Io. And. in c. fi. de consuet. li. 6. Ita limitans dictum Arch. ibi, & sequitur Abb. in c. ex parte, de cler. non residentibus, in fi. Itaque fructum dictæ affectionis, siue beneuolentiæ, aut certe charitatis, absens nullo pacto prætendere poterit. Ista sunt quæ trutinanti calamo pro parte negatiua adduci possunt. Si quis tamen primam partem affirmatiuam tueri uellet: multa de facili dicere posset: quia materia est anceps, & patitur multas rimulas. In primis posset adducere illud, quod tradit Alb. in tract. statu. parte 4. q. 8. ubi dicit, quod ille qui corpore est in uno loco, animo tamen & mente est in alio, censetur ibi esse, ubi mentaliter, non ubi corporaliter existit, allegat inter alia. l. nihil, ff. de capti. Sed cardinalis absens, causa uenationis, habuit animũ redeũdi. Ergo existimandus est semp Romę fuisse. Accedit, quod dicitur in §. pauonum, inst.

de

de rer.diuis.ubi dicitur, ꝙ animal quod nostrum est, etiam si natura ferum fuerit, nunquam tamen nostrum esse desinit, donec animum redeundi habuerit. Reuertẽdi autem animum nunquam quis amittere censetur, nisi postquàm reuertendi cõsuetudinem deseruerit. Ita dicitur, ibi. Sed cardinalis, qui abfuit causa recreationis, nõ deseruit curiã, quia rediit. Igitur, &c. Et ꝑ ista parte faciunt ea quę tradit Abb. in c. in nostra. in pen. & fi. col. de sepulr.

Et in summa ultra prædicta, ꝑ ista parte faciunt duodecim fundamenta, quæ quidem Moderni curiosi in simili quęstione cumularunt in quibusdam allegationibus nouiter impressis, allega. 20. quæ ibi uideri possunt. Vbi dictus doctor consuluit pro quodam parafrenario cardinalis, qui abfuerat animo redeundi.

Postremò ultra prædicta pro ista parte facit, quia priuilegia istius regulæ concessa fuerunt cardinalibus propter tres rationes. Prima, ut honori eorum deferatur, ut refert Egidius decis. 632. in princip. Secunda, propter onera, quæ subeunt in alendis familiaribus, iuxta decis. 16. de præben. in antiquis. Ac ut spes bene seruientium tali priuilegio sustineatur, ut Rom. dicit in cõsil. 498. Tertia, ut assistant lateri papæ, ut superius dictum est, Vñ licet ista ratio assistentiæ ad tempus cesset aliæ tñ rationes militant, in quibus potest istius regulæ dispositio sustineri, iuxta vulg. §. affinitatis. instit. de nupt. & tradit Ias. in l. cum filio. colum. 23. ff. de leg. 1. in l. dedi. la prima. in primo notabili. ff. de condict. cau. dat.

Tenendo tñ aliam partem, ad ista posset respõderi. Primò ad adducta superius, ꝙ procedãt secũdũ fictionẽ, quę nõ habet locum in casu nostro, ꝑ ea quæ dicta fuerũt. Ad istud ultimũ de. §. affinitatis. respõderi põt ex traditis ꝑ Dec. in c. cũ cessãte. de appellat. ꝙ nõ procedãt, qñ causæ sunt cõnexæ: quia tali casu requiritur omniũ cõcursus, ut tradunt Mod. in amplo trac. præscript. fol. 17. in fin. & Ias. in l. in testamento. col. 12. C. qui testam. fac. pos. & sic limitatur. d. §. affinitatis. Vel procedũt qñ oẽs rationes sunt à iure expressæ, ut dicit Lanzello. Decius. in l. singularia. in 2. col. ff. si cert. pet. Sed hic nullæ prædictarum rationum sunt expressæ in regula. Igitur requiritur concursus omnium, cum omnes sint finales tendentes ad idem. Vides ergo ex prædictis, ꝙ quęlibet pars in disputationis congressu sustineri potest. Tamen illa opin. est communior, ꝙ quando cardinalis est longo tempore absens, uel pro negotiis multum distat a curia, consensus eius requiri non debet. Ratio est, quia talis absens reputatur pro mortuo, ut not. doct. in c. pręsentata, de testib. & Io. And. in c. si contra. de offic. deleg. li. 6. Imò etiam absentia modici tẽporis multum de priuilegiis demit, per ea quæ dicit Io. de Platea in l. 2. C. ut dig. ordo serue. ubi uoluit, ꝙ maioris est honoris electio facta, pręsente cãcellario principis, quàm si mittatur sibi ad domum. Ex qua lege unum aliud inferunt ibi doct. ꝙ dignitas collata præsenti est honorabilior, & præfertur illi quæ confertur absenti. Et propterea uoluit gl. in rub. ff. de off. cons. & gl. in rub. de off. procõs. ꝙ consul, qui est illustris, quando abest, non dicitur illustris, sed spectabilis. Et ex istis posset etiã inferri ad curiales residentes in curia, qui ob eam causam plura consequuntur priuilegia, ut latè scribit Barth. Cas. in catalogo gloriæ mundi. in 6. parte. in 22. consideratione, cum sequentib. Secus, quando parum distat a curia, illico reuersurus, ut quando abest uenationis causa. pro qua opin. faciunt ea quæ in pręcedenti. q. dixi.

QVAESTIO XVIII.

QVęro, si familiaris, mortuo suo cardinali se transfert ad alium cardinalẽ & moritur, nunquid iste secundus cardinalis debeat pręstare consensum, ex quo primus cardinalis est mortuus?

SOLVTIO. Glossator hic in penult. colum. ponit quęstionem, sed inuolute. Et ideo super hoc distinguendi sunt duo casus.

Primus est, circa beneficia acquisita durante secunda familiaritate. & in istis nõ est dubium, ꝙ secundus Card. debeat pręstare consensum, per tex. hic. Et in hoc puto Glossatorem non dubitasse, licet obscure loquatur.

Secūdus casus est, circa beneficia acquisita, per familiarem, durante prima familiaritate cardinalis primi domini. Et in hoc subdistinguendum, ꝙ aut cardinalis primus domiius uiuit, & illius est requirēdus consensus, ut hic dicit tex. Aut uerò est mortuus, & ista regula super hoc nihil disponit. Sed prima facie uidetur dicendū dispositionem talium beneficiorum libe ram ad papam pertinere, ex eo, quia per cessationē familiaritatis cardinalis papa in regula tertia, supra eod. beneficia dispositioni suæ reseruat: ergo nihil debet in hoc facere secūdus cardinalis, quia quod lex nō dixit, nec nos dicere debemus, uulg. l. ait pretor. & ista interpretatio tenenda est, in dubio tanquam fauorabilis, quia per eam reuertimur ad ius commune, de quo in c. ij. de præb. lib. 6. quod uoluit beneficia uacantia in curia ad liberam papę dispositionem pertinere. Et iste recursus ad ius commune reputatur fauorabilibus ut dicit gl. magna. in c. 3. de præb. lib. 6. cū uulg. de quibus per Mod. in l. si unus. §. pactus, ff. de pact. & in c. cum accessissent, de constit.

Et licet Gem. in consil. 93. & Egid. relatus per Tho. Fastoli in decis. Rotæ in causa 28. dubio 2. alias dubio 53. Et Nicol. Milis in uerbo, reseruatio, §. ult. uoluerint huiusmodi reseruationem cessante familiaritate extingui, itaque dicta regula 3. non uideretur habere locum, Nihilominus cōtrarium est uerum, uidelicet ꝙ reseruatio semel causata propter familiaritatem, nō extinguitur cessante familiaritate, ut dicit decis. 2. in tit. de prēb. in antiquioribus, Et est clara extrauag. Pauli 2. tit. de præb. incip. ad Rom. &c. de qua superius feci mētionem, quam miror præfatos doctores non uidisse, cum iam edita fuisset. Illa igitur extrauagans, de qua etiam in regulis Cancellariæ sæpe fit innouatio, imponit finem huic quæstioni, ꝙ talis reseruatio non expiret, cessante familiaritate. Et ita in puncto conclusit tempore nostro Rota, ut refert D. Pet. And. Gammarus in tract. legati. lib. 3. fol. 66. per plures rationes & dicta Doctorum, quas breuitatis causa & quia huc non pertinent, non refero. Sed redeundo ad quæstionem, nunquid quando familiaritas primi cardinalis cesſat propter mortem primi cardinalis, si familiaris transit ad seruitium alterius cardinalis, est dubium nunquid mortuo familiari iste secundus cardinalis debeat consensum præstare, ut dixi. Videtur ꝙ non, per reg. 3. supra eod. Sed si bene consideretur, illa regula non aperit quando primus cardinalis fuisset mortuus, sed loquitur in distincte, & ideo debet declarari per illam regulam posteriorem, quæ clare loquitur, quando familiaritas primi cardinalis non fuerat dissoluta per obitum cardinalis: argumen. l. sed & posteriores, ff. de legi. Et ideo non abs re Glossator hic se inuoluit, & allegat pro parte, affirmatiua tex. in c. 1. §. fin. ne se. uaca. lib. 6. & text. regulæ hic in uerbo, habebunt. Postea in contrarium alleg. d. §. fin. Et subdit se credere in curia primam opinionem practicari propter Cardin. uiuentes, qui per fas uel nefas uolunt habere prærogatiuas. Hæc Glossator.

Sed aduertendum est diligēter, ꝙ Glossator hic grauiter decipitur circa decisionem istius quæstionis. Nam omisso tex. allegato per eum in d. c. 1. ne se. uac. li. 6. qui non facit ad propositum, ex quo loquitur in requirendo consilio de quo hic non loquimur, sed de requirendo cōsensu. Inter quæ est magna differentia, prout dicit gl. ordinaria in uerbo, consensus, in capitulo si pro te. de rescr. lib. 6. est considerandum quòd etiam si prosupponimus illum tex. in consensu habere locum, nihilominus illud procedit in materia in qua est expeditum, consensum requiri. Sed in casu illius quæstio. illud est de quo dubitamus, si debeat secundi cardinalis consensus requiri. Et proculdubio si inspiciantur uerba istius regulæ, debemus concludere quòd non: quia regula requirit consensum cardinalis, quo ad beneficia, quæ durante familiaritate acquisiuit. Sed iste familiaris tempore familiaritatis secundi cardinalis nihil acquisiuit, sed tempore primi. Ergo regula non procedit hoc casu, quia cum limitate loquatur circa beneficia acquisita tempore familiaritatis, limitata causa limitatum effectum producere debet, uulg. l. in agris

de

de acq.re.do. Et illa qualitas acquisitionis durante familiaritate, debet adesse tẽpore quo præstatur consensus: Cum igitur in casu isto non concurrant prædicta, concludendum est, collationem liberam prædictorum beneficiorum pertinere ad papam sine aliquo consensu istius secundi cardinalis. Imò quando uerba regulæ non essent clara, ratio iuris hoc suadet, qa cũ regula ista, ut sæpe dictum est, sit exorbitans a iure communi, impediens collationem liberam beneficiorum papæ sibi datam a iure, ut in c.2.de præb.li.6.debet strictè interpretari. Cum etiam grauet impetrantes hoc onere, & seruitute exigendi consensum, qui sæpe, cum magna difficultate, uel nũquam haberi potest: quod etiam tendit in graue præiudicium ecclesiarum, quarum diuturna uacatio est periculosa, iuxta c.ne pro defectu.de elect.

Confirmatur ista opinio, quia clarum est huic regulæ locum non esse, quando beneficia per familiarem post familiaritatem acquisita fuerunt, ut patet in tex. & clarius probatur in d.extrag. Pauli, de qua in superioribus quæstionibus mẽtio facta fuit. Ergo eodem modo neque habebit locum regula in beneficiis acquisitis ante familiaritatem istius secundi cardinalis, cum sit eadem ratio: & tenet expresse Gaspar de Perusio antiquus doctor, & Episcopus Frequentinus in tract. reseruationum, fol. 8. nuper a me typis dato.

Sed qui uellet primam opinionem defendere, de facili posset, quia pro illa opi. uidetur facere in indiuiduo cõsilium Pet. de Anch. 398. Vbi adparet, ꝙ Bened.13.acceptauerat unum absentem in familiarẽ, qui ante familiaritatem beneficia acquisiuerat, accidit, ꝙ eo mortuo, fuit dubitatũ nunquid eius beneficia fuerint reseruata, & Petrus de Anchar. uidetur ibi sentire ꝙ sic, ex eo, quia papa Bened. ea tanquam reseruata libere contulit, & tamen illa beneficia non fuerat acquisita durante familiaritate, sed ante familiaritatem. Et licet Pet. de Anch. ibi teneat prouisionem non ualuisse, illo respectu quia receptio familiaritatis non ualuit: tñ à contrario sensu uidetur sentire, ꝙ si receptio tenuisset, ꝓuisio ualeret. Pro qua opinione uidetur esse text. in d. regu.3. suprà eod. si rectè inspiciatur. Vbi reseruantur beneficia, quæ familiares continui commensales obtinent. & in posterum obtinebunt, &c. Ponderare uerb. Obtinent, quod denotat beneficia iam esse obtenta tempore quo refertur. Nam est uerbum præsentis & pręteriti. Itaq; illa regula nõ dicit, quæ obtinuerint durãte familiaritate, sed quæ iã obtinẽt. Et ita reperio istam opinionẽ tenere per uerba illius regulæ 3. quendam doctũ & practicum modernũ Sabinen. in tract. reserua. in 22. effectu. in uersi. ex eodem facto. cuius opusculum sub pulueribus & umbris delitescens præteritis diebus imprimendum tradidi. Tamẽ qui uellet aliã opinionem tueri, ad consilium Pet. de Anch. & ad dictum reg. posset responderc, uidelicet negando Petrum de Anc. ex eo ibi tenuisse, collationem illam non ualere, quia receptio non tenuit, quia hoc non aperit. Sed potuit ex alio capite moueri, ex eo, quia illa beneficia fuerunt ante familiaritatem obtenta. unde cum clare non adpareat de eius mente, non põt in eo fieri fundamentum, arg.l. duo sunt Titii.ff.de testa.tut. Et ad regulam tertiã potest dici, ꝙ illa uerba dubia Obtinent, intelligenda sunt, ut minus præiudicent iuri communi, uidelicet, de obtentis durãte familiaritate, pręsertim cum ista reg. ut dictum est, à iure communi exorbitet. Et quia per huiusmodi reseruationes, & regulas totum ferè ius cano. destrui uidetur, ut dicit Decius in capitulo 1. in 2. colum. de elect. Et ideo in casu isto idem de beneficiis acquisitis ante familiaritatem, sicut de acquisitis post iudicare debemus quia, ut dicit Bar. in l. singularia. in 4. col. uersic. 3. accidit. ff. si cert. pet. de his quæ fiunt ante uel post actum, idẽ est iudiciũ, ut in mirabili & notabili casu tradit Claudius Aquensis in rubr. ff. sol. matrimo. in 3. col. uersi. addo, ꝙ etiam. cum concor. de quibus per Iaf. in l. non solum. §. morte. in 4. col. num. 13. ff. de oper. no. nun. & in l. si mihi bona. §. iussu. in 4. col. uersic. in 4. parte. ff. de acq. hære.

Sed clarum est, beneficia acquisita post familiaritatem finitam, sub ista regula non includi, pari modo nec ea quæ

futrunt acquisita ante familiaritatem in cludi debere, cum in utrisque eadem sit ratio. Et ista omnia de plano procedunt, nisi in reseruatione de talibus beneficiis caueretur expresse, uel cardinales, prout solent, hæc per sua indulta a papa impetrarent. Quibus cessantibus, de iure uidetur ista opinio ęquior, quamuis utraque se iustis rationibus tueatur, super quibus libenter uiderem, quid Rota teneret.

QVAESTIO XIX.

QVæro, ponamus beneficia familiaris unius cardinalis pertinere ad collationem alterius cardinalis, ratione ordinariæ iurisdictionis, an requiri debeat consensus?

SOLVTIO. Fel. hic in quibusdam breuissimis & mendosis apostillis tenet ꝙ non, quia iste casus est exceptus ab ista regula, nullam tamen rationem allegat. Potest tamen casus terminari per dispositionem Hadriani 6. qui ex mente nonnullorum prędecessorum suorum istam regulam sic declarauit, ꝙ qñ cardinalis ordinarius prouidet de beneficio uacante per obitum familiaris alicuius cardinalis, nõ habet locum ista regula. Si tamen beneficium uacaret in curia, & papa de illo prouideret, tunc bene in expeditione literarũ requiritur consensus cardinalis ordinarii, si præsens sit in Rom. cu. alias non. Ita uoluit Hadria. & sequuti sunt alii pontifices Mod. Et ita per istã regulam decisus fuit casus nota. in Rota de mense Iulio 1539. coram R.P.D. Marcello episcopo Marsicano in una Cremonen. parochiali sancti Apollinaris, in qua Reuerendissimus Cardinalis Simonetta habuerat consensum à Reuerendissimo Cardina. Rauennaten. ordinario, ꝙ posset idem cardinalis Simonetta capere primum beneficium uacans in dicta diœcesi. Accidit, ꝙ uacauit dicta parochialis per obitum cuiusdam familiaris dicti cardinalis Rauennaten. Collatoris ordinarii Cardinalis Simonetta acceptauit, & obtinuit sibi prouideri. Fuit illi oppositum, ꝙ prouisio non ualebat, ex eo, quia in ea non erat consensus Cardinalis Rauennatensis. Replicabatur, quòd sufficiebat ille primus consensus præstitus de capiendo beneficia uacantia. Triplicabatur, illum consensum non extendere, nec sufficere quo ad istã regulã, sed ille consensus solum respicere indultum ipsius Card. collatori. Nam ex quo nulla expectatiua uel reseruatio poterat concedi in d. diœcesi Cremon. stante indulto cardinalis ordinarii, si quantum ad indultum præstitit consensum, illi consensus non sufficit ad satisfaciẽdum isti regulæ: arg. c. ex ruarum. de auto. & usu pal. quia sunt diuersa impedimenta. pro qua opin. faciunt quę dici supra. q. 11. Breuiter fuit conclusum, per illam reg. non impedire cardinalem Simonettam beneficium acceptare posse, neque dari concursum cum indulto: quia clarũ, ꝙ si ipse idem Card. Rauennaten. ordinarius cõferret beneficium sui familiaris, sibi non obstaret regula ista: ergo nec pari modo, si ipse alteri consensit, obstabit, cum regula indulto deseruiat, & famuletur. Sed quando collatio pertinet ad alium, ne inferatur præiudicium, debet ista reg. strictè intelligi: & tali casu possent intelligi uerba adposita in gratia Card. Simonettæ, uidelicet dummodo non uacet beneficium per obitum familiaris alicu ius cardinalis uiuentis: cuius consensus requirendus foret: nam talia uerba intelliguntur de alio Cardi. quã Rauenn. ordinarii collatoriis, cuius cõsensum habebat. arg. eorum, quæ dixi in reg. de non tollen. iu. quæsi. in fi. primæ quest. & hoc modo nõ infertur aliis præiudiciũ, iuxta text. in l. fi. §. licentiam. & quæ ibi notant Moder. C. de iure delib. In proposito igitur istius quæstionis dicendum est quòd ne alius ordinarius præiudicetur, tãtum fiet interpretatio hic de beneficiis pertinentibus ad dispositionem papæ cõtra quem facienda est latior interpretatio: ut sæpe est dictum per rationem quã ponit text. in c. quia circa. de priuileg. Nõ sic quando agitur de persona tertii.

In cõtrariũ tñ facit, quia rõnes finales istius regulæ, q̃ fuerũt, ut honori cardinaliũ deferat, & ut spes familiariũ bene seruitiũ cõseruet, & cardinaliũ onera libentius sustinẽatur, ac, ut ĩ locũ amici familiaris consolationis uice aliũ subrogare possit, militant omnes isto casu. Ergo eadem debet esse iuris dispositio.

Tamen

Tamen tenenda est prima opinio. quā ita in curia seruant Moderni Sabinen. dicunt in trac. reseruationum, in 17. effectu. uers. sextum est. Pro qua opin. mouentur ista ratione, quia magis attendi debet facultas ordinaria illius cardinalis debentis conferre, quàm extraordinaria reseruatió respectu familiaritatis: arg. l. eius militis, ff. de testa. mil. Quia causa naturalis accidentalis præfertur. l. 3. ff de tut. Faciunt pro ista opin. quæ dicit Egid. decis. 13. circa fi. Et ista pro hac opi. sufficiant.

Est tamen aduertendum, ꝙ Iulius, Hadrianus, & Moderni pontifices, ut hoc dubium tollerēt, in regulis suis istum casum expresserunt, ut hodie uidemus. Tenendum igitur est, ꝙ quando collatio pertinet ad cardinalem collatorem, non debet requiri consensus.

Q v æ s t i o XX.

Q Væro, quid si sede uacante, aliquis recipitur in familiarem alicuius Cardin. & antequam eligatur papa moritur familiaris, nunquid habeat locum regula?

S o l v t i o. Moder. Sabinen. in tract. reserua. in 17. effectu, uer. quartum est. istā quæstionem in terminis ponunt, & dicunt, regulam istam non habere locum: ratio est, quia sede uacante omnes reg. Cancellariæ etiam reseruantes beneficia familiarium, expirant, & reuocatæ censentur. Remanent igitur illa beneficia sub dispositione iuris communis, ut uidelicet nouus pontifex libere de illis disponere possit, tanquam de uacantibus in curia, sine cardinalis consensu. Nec extrauag. Pauli hoc casu obstat, quia illa beneficia familiarium non reseruat, sed illa iam reseruata ante obitum fuisse præsupponit. Itaq; solæ regulæ cancellariæ reseruationem induxerunt, quæ ut dixi, per obitum condētis ipso facto extinctæ fuerunt. Et istam opi. tenet etiam Glossator (licet in alio casu) supra in regula secunda. Pro qua parte plures aduocati urbis, t pe Leonis, in causa monasterii Seducen. quę tractabatur in consistorio, consuluerunt, ut Melchior de Baldassinis, aduocatus tunc celebris refert in quodam suo latissimo consilio: & meminit R. D. Laur. Card. Sanctorum Quatuor in libro quodam adnotationū suarum, fol. 4.

Q v æ s t i o XXI.

Q Væro, ponamus ꝙ unus familiaris cardinalis est canonicus in ecclesia nō numerata, & moritur, nunquid sit locus regulæ?

S o l v t i o. Mod. Sabinen. in tract. reseruationum, in ultima charta, mouent quæstionem, & non resoluunt. Tamen ex uerbis istius regulæ potest capi resolutio. Quia regula ista loquitur de beneficio uacante per obitum, & tamen talis canonicatus in ecclesia non numerata, non dicitur uacare sed desinere, secundum Pet. de Anchar. in c. si gratiosæ, in 2. col. uers. & per hoc, de rescrip. lib. 6. Nam in ecclesia non numerata canonicatus, & præbenda moritur cum canonico, ut dicit Egid. in deci. 13. Et ideo dispositio loquens de uacanti, non habet locum in tali, ut tradit Lapus alleg. 14. in 7. conclus. & est gl. magna, in c. fi. de concess. præb. lib. 6. Quam sequitur Abb. in c. ex parte, in penu. col. uers. sed est quæstio, de concess. præb. & in c. constitutus, 2. col. uers. sed quero, de resc. Bal. in c. Cumana, col. pen. uers. clausula, de elect. & alii plures, quos breuitatis causa non refero. Hinc infertur, ꝙ ex quo talis canonicatus per obitum possessoris non uacat, ꝙ capitulum non erit in mora eligendi. Itaque non deuoluetur propter hoc electio canonicorum ad Episcopum, ut dicit Im. in c. cum ecclesia Vulterana, in princi. de elect. Et ita reperio, ꝙ est adnotatum in practica Cancel. fol. 84. in 2. col. & ibi alle. Fed. in tract. permu. q. 33. & hoc idem expresse tenet Pauin. in tract. de offi. & pot. capituli, sede uacante, in 2. eui dentiali. in antep. col. uers. & ꝙ ecclesia. Tamen licet ista ita de iure uideantur, nihilominus in istis solet cardinalis consensus requiri.

Q v æ s t i o XXII.

Q Væro, dictum est superius in alia quæstione, ꝙ absentis cardinalis consensus non est requirendus, quid si habet indultum, ꝙ absens omnibus priuilegiis prę sentium, etiam istius regulæ gaudeat: nunquid tali casu poterit eius uicarius, quando cardinalis ab est, in locis remotis præstare consensum?

SOLVTIO. Ista quæstio potest resolui ex dictis per Archi.in c.Reatina, 63. distinc.ubi dicit,ꝙ si de consuetudine sit,ꝙ debeat requiri consensus Regis, Comitis, uel Archiepiscopi ante electionem,& illi sint absentes,sufficit, ꝙ eorũdem uicarius consensum præstet. Allegat Compostellanus,in c.cum terra . de elect. ubi refert sic obtinuisse in causa Cantuarien. Archiepiscopi,& canonicorum Roffensium . Et licet Roma.in singulari 693.incip.ex longęua,& c.teneat contrarium , cum quo simpliciter uidetur transire Fel.in c.cum omnes,in 4 col.de constit. Nihilominus opinio Arch.est communis, & eam sequitur Fel.sibi contrarius,in c.ex parte,in 4. col. de consti.Vbi latè respondet ad argumenta Rom. & idem Fely. transit etiam cum Arc.reprobato Ro.& in c.auditis,in 9.col. de præsc.& Ias in l.in prouinciali.§.si ego in 4.col.ff.de ope.no.nun. & Dec. in d. c. cum omnes,in 2.lectura,col.3.nu.11.cum aliis concord. ut nouissimi apostillatores scribunt ad Rom. Et secundum istam opinionem iterum iudicauit Rota in causa Valentina Archid. de Xatiua, coram me , 4.Iulii 1533.quę omnia reducta ad casum nostrum , auferunt difficultatem, ut de se patet.

QVAESTIO XXIII.

QVæro,quid si familiaris cardinalis defunctus non habeat aliqua beneficia,sed ius in re, uel ad beneficium quod de facto alius possidebat, nunquid impetrans huiusmodi ius, debeat obseruare cõtenta in ista regu.

SOLVTIO. Ista quęstio resoluitur ex uerbis ultimis istius regulæ,ibi, Et in quibus,ipsa familiaritate durante , ius eis cõpetierit . Et hoc non solum habet locum in ista regula , sed in quibuscunque aliis reseruationibus,ut patet supra in regula 8.quæ eundem modum loquendi seruat. Et ratio est,quia beneficium dicitur illius qui ius habet,licet alius de facto possideat ut in c.si tibi absenti.de præb.lib.6. Et ob eam causam uoluit quædam ultima decisio in antiquis,de rescri. ꝙ beneficium dicatur uacare per obitum illius, qui solam supplicationem habet , ut dixi in regula de non tollendo ius quæsitum, & faciunt ad prædicta,quæ notabiliter tradit Collecta.in c.constitutus,uers.sed quid de q.de concess. præb.& Nic.Milis in uerbo , obtinere,qui notabiliter loquitur.

QVAESTIO XXIIII.

QVæro, ponamus familiarem cardinalis eligi in episcopum, & antequã confirmetur,mori in curia , dubitatur an consensus pertineat ad cardinalem,iuxta formam istius regulæ?

SOLVTIO. Videtur dicendum,ꝙ sic per ista uerba posita in tex. ibi (ius eis cõpetierit)& per ea,quæ dicta sunt in proxima præcedenti q.

Tamen prædictis non obstantibus, contrarium uidetur concludendum , ex eo , quia si electus moriatur, beneficium non dicitur uacare in curia,& per consequens Epatus nõ erit reseruatus,& papa, ut de tali nõ poterit cõferre,ut tenet decis. pen. in nouis,quæ est num.492. & hoc idem tenet Phil.Franc.in c.quàm sit,§.1. in princ. de elect. lib. 6. Et ratio prædictorum est, quia per mortem electi , uacatio de nouo non inducitur,sed illa uacatio durat , propter quam ille fuerat electus,ut tradit Collect.in c.ecclesia,in 2.col.uers.sed nũquid sit celebrata.de sortileg.& in c.cum in cũctis, uers. sed quid de elect. Cum igitur reg.ista loquitur de uacanti , uerba regulæ uerificari non possunt in tali uacatione,& per consequens nec eius dispositio habebit locum.

Tenendo tamen primam opinionem, potest ad hoc responderi illud idem , qđ dictum fuit de commenda superius in 6. q.Et pro ista opi.ulterius facit , quia reg. tertia supra eodem utitur pinguioribus uerbis, ex quibus iste casus posset comprehendi.Nã dicitur ibi, ꝙ reseruantur inter cætera quęcunque beneficia quę familiares cardinalium obtinent,& in posterum obtinebunt , & in quibus seu ad quæ ius eis cõpetit,&c.Ista uerba in quib. seu ad quæ,comprehendunt istum casum, quia negari non potest,ꝙ electus habeat ius ad rem,uel in re , & data ista reseruatione , subintrat prouisio papæ,& per consequẽs requiritur cõsensus cardinalis.Et pro ista expos.uerborũ reg.faciũt ea, q̃ scribit Bar. Belenz.q.aud.Rotę,in trac.de char.sub.q. 120.cum

110.cum seq. Nisi defendendo secundam opin. dicamus, ꝙ reg. ista quæ est posterior, noluit dare illam prærogatiuam cardinalibus de præstando consensum, nisi in beneficiis, in quibus ius competierit familiari, & sic in quibus habent ius in re, non ad rem. Itaq; per istam reg. uidetur restrictum istud priuilegium. Stant igitur ista simul, ꝙ papa conferat beneficium uacans per obitum familiaris cardinalis, & ꝙ cardinalis non præstet consensum, ut est illis, in quibus familiaribus competit ius ad rem, quę sunt reseruata ꝑ dictā regulā tertiā, nō non per istā. quod nota.

Qui autem sunt modi per quos acquiri possit ius ad re, uel in re, dixi latius sup. in reg. de nō tollendo ius quæsitum. q.1.

QVAESTIO XXV.

QVæro, nunquid regula habeat locum in coadiutorio cum futura successione, quam habet ad beneficium quod possidet familiaris: nunquid in ea debet fieri mentio nominis & tituli cardin. &c.

SOLVTIO. Reuerendissimus bonæ memoriæ d. Dominic. card. Iacobarius olim auditor Rotę primarius, in quibusdam apostillis per eum scriptis super reg. ista dicit hoc dubium tempore suo fuisse propositum in Rota, & tūc dictum fuisse per dominos, ꝙ reg. non haberet locum, licet super hoc dubitasset, & nihil aliud super hoc dicit. Tamen si uerba regul. ibi, uel ad quæ ius competit, &c. considerentur, iste casus includetur sub reg. quia tali casu obtinens coadiutorium, uel regressum, non tenetur mortuo familiari in suis literis seruare istam reg. ex eo, quia uiuente familiari fuit facta prouisio de utriusque uoluntate, & papę prouisione. Vnde in tali casu reg. non habet locum. Et ita ꝓcedit decisio Rotæ.

QVAESTIO XXVI.

QVęro, nunquid consensus, de quo hic fit mentio, debeat in dubio de expresso intelligi, an uerò sufficiat tacitus?

SOLVTIO. Iste casus potest decidi per decis. Rotæ 15. tit. de offi. deleg. in no. & ex his quæ dixi superius. q.11. ubi uidendum est. Ex quib. concludendum est, ꝙ debeat de consensu expresso intelligi. Ratio est, quia de illo debet per scripturam cardinalis fieri fides in Cancellaria, quando literæ expediuntur, ut dicam in q.28. infrà eo. De tacito uerò illa fides fieri nō pōt. Pro qua opinione faciūt quæ scribit Abb. in c. cura. de iure patr. & Card. in ca. nobis. in 5. not. post Io. And. de iur. pat.

QVAESTIO XXVII.

QVæro, an cardinalis possit huic honori quòd nomen eius in literis non exprimatur, nec eius consensus requiratur, renuntiare?

SOLVTIO. Egidius decis. 632. col. fi. uidetur tenere ꝙ non, cum hæc sit introducta in fauorem omnium cardinalium: arg. c. si diligenti. de foro cōpe. & hoc manifestè probatur ex procemio regulę antiquæ Gregorii. quam ibi in principio decisionis refert Egidius: cuius initiū erat, Vt honori cardinalium deferatur, &c. quæ uerba concernunt collegium omniū cardinalium: ergo illi honori per particulares renuntiari non potest, ut in dicto c. si diligenti. Facit, quod dicit notabiliter Inno. in c. accedentib. de priuileg. quòd priuilegio honorabili ecclesiæ nō posset oēs de ecclesia renuntiare, sequitur Abb. in ca. pro illorum. de præb. in c. cùm accessissent. de constit. & ibi Moder. ita neque cardinales possent hoc inducere.

QVAESTIO XXVIII.

QVæro, an consensus card. possit interuenire post?

SOLVTIO. Colligitur ex his, quæ Ias. ponit post alios in l. si quis mihi bona. §. iussum. de acquir. hæred. & latius Brunus in trac. formæ, in tit. de implemento & obseruantia formę, col. 22. ubi distinguitur, an actus sit nullus, & tunc consensus ex interuallo non ualidat: an uero sit in suspenso, & tunc ualidat. Ex quorum dictis super isto puncto magna posset disputatio componi. Nam plura etiam pro & contra in simili quæstione scribit Rochus Curtius in tract. iur. pat. in uers. pro eo, ꝙ de diœcesani consensu, &c. in 4.q.

Sed omnibus dimissis quo ad præsentem q. concludo sic, quòd consensus cardinalis non requiritur de stylo curiæ tempore datæ, & sic a principio: sed sufficit, quòd tempore expeditionis literarum interueniat. Nā de consensu cardinalis

dinalis non debet in literis, sicut in nomine & tit. ex quorum expressione familiaritas colligitur, fieri mentio: sed sufficit, quod de dicto consensu cardinalis per eius scripturam fiat in cancellaria fides, & ita hodie practicatur. Et ista practica ordinaria ponitur in illo ad probario libro Prouinciali ecclesiarum (quem Moderni practicā Cancellariȩ uocant) in rubrica de uacantibus reseruatis. uersi. item quando confertur beneficium fol. 83.

QVAESTIO XXIX.

QVæro, quid si antequā cardinalis præstet consensum, secundus impetrat cum consensu cardinalis, deinde primus impetrans obtinet post secundam impetrationem consensum, nunquid prima, an secunda impetratio ualeat?

SOLVTIO. Glossator hic col. fi. uer si. sed uidi dubitari. ponit q. in terminis, sed in effectu nescit quid dicat. Et ideo dico sic, quia ex quo consensus cardinalis nō requiritur tempore impetrationis, sed sufficit, quòd de eo tempore expeditionis literarum fiat in cancellaria fides, ut dictum est in proxima superiori q. primus impetrans nunquam est in mora, nisi qñ bullas suas uoluerit expedire, tūc .n. sufficit, quod fiat de consensu fides. Nec tex. in c. si pro te. hic allegatus per Glossatorem facit ad propositum: quia ille tex. loquitur in gratia conditionali, & casus noster loquitur in gratia pura. Nam licet impetrans debeat habere consensum cardinalis, propter hoc à principio gratia non est nulla, neque est conditionalis, sed est pura, licet resolubilis in euentum, quod impetrans non habeat consensum, & tunc non in iudicio contendatur, & opponatur de ista regula. Magna igitur est differentia, an impetratio à principio sit conditionalis, uel pura: licet ex euentu resolubilis, ut notabiliter declarando text. in d. c. si pro te. distinguat Oldr. in consil. 185. incip. allegationes. col. fin. de quo text. latè disputat Ias. in repe. l. si is, qui pro emptore. nu. 338. cum seq. ff. de usuca.

QVAESTIO XXX.

QVęro, quid si cardinalis prouisioni factæ per papam nunquam uoluit consentire, quid agendum impetranti?

SOLVTIO. Colligitur ex his, quæ dicit Abb. in consi. 65. inci. quidam Rayn. uolumine 2. in 3. dubio, & in capit. nullus. de iure pat. ubi concludit, quod tali casu recurrendum sit ad superiorem, qui consensum præstabit, uel actum sine consensu expedire mandet. Pro quo plura ibi Moder. in apostillis, quæ tanquam nota omittam.

REGVLA DE ANNALI possessore.

ITem, idem dominus noster, ut improbi lites ex quirentium motus reprimantur, uoluit, statuit & ordinauit, quòd quicūque beneficium ecclesiasticum, tunc per annum immediatè præcedentē, pacificè possessum, & quod certo modo uacare prætendit, deinceps impetrauerit. Nomen, gradum & nobilitatem possessoris eiusdem, & quot annis illud ipse possedit, & specificam & determinatam, ex qua clarè constare poterit, quod nullum ipsi possessori in dicto beneficio ius competat, causam in huiusmodi impetratione exprimere, & infra sex mēses ipsum possessorē ad iudiciū euocari facere, causamque extunc desuper infra annum, usque ad sententiam diffinitiuam inclusiue prosequi debeat & teneatur. Alioquin impetratio prædicta, & quæcunque inde secuta nullius existat firmitatis. Et idem impetrans de damnis & interesse, possessorem prædictum, propterea contingentibus, ei satisfacere. Et si possessorē ipsum friuole ac indebitè molestasse repertus extiterit, 50. florenos auri persoluere Cameræ Apostolicæ sit astrictus. Nec alius quàm præmissæ uacationis modus, etiam per literas, si neutri, aut subrogationis, uel aliàs sibi quo adhæc, ut huiusmodi beneficium ea uice consequi uel obtinere ualeat, quomodolibet suffragetur illud quæ nullatenus in antea litigiosum propterea censeatur.

DIVISIO REGVLAE.

REgula ista de annali possessore communi diuisione in duas partes principales diuidi solet. Nam prima pars regulȩ reprimit motus non seruantis formam regulȩ, quos tribus pœnis castigat: & sic ista prima pars requirit, quod cuncta ritè procedant. Secunda uero pars, quæ incipit ibi, Et si possessorē ipsū, &c. obseruationē formæ non concernit, sed rectitudinem impe

impetrationis, & sic iustitiam: quam si possessor repertus fuerit non habere, tribus aliis & diuersis pœnis castigatur, quę qualiter procedant & intelligantur, dicā inferius in ultimis quęstionibus. Sed propter ordinem procedendi secundū uerba regulæ, causa clarioris intellectus, ego regulam istā in quatuor partes principales distribuendam duxi. Prima pars, modum & formam impetrationis cōcernit. Secunda, tempus præfinit infra quod possessor ad iudicium trahi debet. Tertia, causam prosequi usque ad sententiam præcipit. Quarta, pœnas non sernantibus regulam apponit. Secunda ibi, & infrà sex menses, &c. Tertia ibi, causamque, &c. Quarta ibi, alioquin, &c. Rursus prima pars in quatuor alias particulas subdiuidi posset, prout quatuor diuersa requirit. In prima enim ibi, ut improbi causa finalis istius constitutionis ponitur. In secūda ibi, uoluit, statuit, &c. qualitas possessionis, ac impetrationis genus ponitur. Tertia ibi, & quotannis, &c. circa expressionem annorum ipsius possessoris uersatur. Quarta formā impetrationibus docet ibi, Et specificam, &c. Rursus quarta principalis pars in tot particulas, quot pœnas uarias continet, ut ex se patet, subdiuiditur. Continet enim tres pœnas ab aliis tribus superius positis, diuersas.

Sequar igitur modum diuisionis secū dum ordinem literæ in discutiendis dubiis, ut cuilibet facile sit, perspecto textu, quæstionem, quam maluerit, inuenire. Sed non abs re erit, antequàm rem ipsam aggrediamur, pauca quędam prius de origine annalis præscriptionis istius regulæ præmittere.

PRAEFATIO ORIGINIS REGVLAE DE ANNALI.

Annalis igitur possessio, quę uirtute istius regulæ in beneficialibus maximum iuris effectum inducit, ortum habuit à pluribus iuribus de annali possessione loquentibus, allegatis per glossam in capitul. plerunque. de rescript. & text. in §. si quis. uersicu. fin. si de inuestit. int. do. & uasal. &c. quæ disponunt uasallum per annum possidentem, sciente & non contradicente domino, inuestitum pręsumi debere, adeò quòd ex tali possessione, sine titulo contra dominum se defendere poterit, quem text. ad hoc alleg. Gemi. in consil. 14. in fin. colum. concord. text. in cap. 1. Titius si de feud. defuncti conten. sit inter do. & agnat. in cap. 1. quo tempore miles. cum aliis iuribus ibi in gloss. allegatis. Quæ iura omnia cum in feudo loquantur, quod beneficium quoddam dicitur, gaudium capienti tribuens, ut dicit text. in cap. 1. §. in primis. in quib. caus. feu. ami. certè potuerunt dare causam, ut ad similitudinem illorum iurium de annali possessione, in materia feudali loquentium, ista regula constitueretur. Nam dispositio loquens de feudis beneficiis ecclesiasticis, trahitur & procedit, ut latè probat Decius in consilio 76. Et latius dicam in regula de triennali quæstio. 4. & ex diffinitione beneficii ecclesiastici manifeste apparet: quæ quidem diffinitio, eadem est cum illa feudali, ut scribit Abb. in c. 1. in pen. not. de comm. & in cap. ad audientiam. in ultimo notabili. de præscript. & sequuntur omnes post eundem Abb. in rub. de rescript. Et nō solum in materia feudali, sed etiam in pluribus locis iuris, annale tempus, plurimum iuris fomentum habet, ut patet in cap. plerunque de rescript. & in §. si quis autem nō implens. in authenti. de hæred. & falc. & in cap. si seruus. el 2. 54. distin. & in cap. rursus. cum seq. 11. q. 3. cum aliis concor. quæ pro annali præscriptione Dy. & Moder. in suis tract. præscriptionum tradiderunt. Hinc est quòd mancipia dicuntur uetera, quæ post annum seruiunt: noua uerò, quæ infra annum. l. fin. §. quotiens. ff. de public. Imol. in cap. fin. col. penul. de feud. Sicut etiam nuptiæ nouæ appellantur, quæ infra annū celebranf, ut dicit Archid. in c. 1. 35. q. 8. Et licet de iure cōi passim, prout etiam in ista regula, annalis possessio fauorabilis possessoribus sit, Imperator tamen in l. 1. C. de annal. except. ut odiosam, & difficultatibus plenam sustulit, eam tantum quo ad res Italicas intactam dimittens. Sed ille casus ad propositum nostræ possessionis nō pertinet, cum ista non sit propriè præscriptio, sed potius

potius quædam exceptio: magis igitur cõueniunt hic iura illa, quæ in materia feudorum superius allegata sunt. Ex quorũ ratione, ut creditur. Eugenius quartus, primus istius regulæ author, hanc regulã condidit. Illa tamen in multis discordat ab ista moderna, & est magis copiosa in uerbis: & propterea maiorem lucem, & æquitatis argumentum præstat isti modernæ regulæ, ut in progressu operis apparebit. Cuius quidem Eugenianæ regulæ, uerba hic describere uolui, ne quid antiquitatis penitus ignoretur, quæ adnotabuntur, cum res ipsa postulabit. Vnum uero sciendum est, quod licet prædecessores Eugenii in specie regulam annalẽ non ediderint, Benedictus tamen decimus tertius uisus fuit in quadam regula sua, aliquid ad istam regulam pertinens, tetigisse. Nam in una regula uoluit, quòd si qs beneficium specialiter reseruatum impetrat, & illud per annum detentum fuerit † impetratio huiusmodi, nisi in eadẽ deretione & tempore huiusmodi mentio fiat, uiribus non subsisteret. Hoc autem cum uerbis istius regulæ in principio concordat. Et licet Eugenius indistinctè regulã ediderit ea forma, qua inferius describitur, quæ parum à nostra moderna, qua utimur, differt. Tamen Nicolaus 5. primus omnium istam regulam, cum illis eisdem uerbis, quibus nostra moderna scripta est, edidit. A qua successores omnes de uerbo ad uerbum transcripserũt, excepto, quòd loco illorum uerborum (causamque desuper infra annum prosequi debet, &c. hic posita) ponuntur ibi hæc uerba, causamque desuper infra cõuenientia (prout illius iudex habeat arbitrari) tempora, prosequi debeat & teneatur. Illa tamen Eugenii longè plura cõtinet uerba. De quibus Benedictus nullam mentionem fecit. Sed ut res ipsa oculis contempletur, uerba regulæ Eugenii submitto: Item uoluit, statuit, & ordinauit, quòd quicunque impetrauerit beneficiũ ab aliquo, per unum annum pacificè possessum, in sua impetratione, possessorem, & illius gradum, nobilitatem, & quot annis possederit, causamque specificam & determinatam, ex qua clarè constiterit, possessori nullum ius competere, exprimere, & qui prius beneficia per alios sic possessa à sede apostolica impetrauerũt, etsi super hoc lit. apost. nondũ emanarũt à die datæ pñtium, & qui deinceps similiter impetrabũt, a die impetrationis eiusdẽ cõputando, infra sex mẽses, cũ possessore de iure experiri possessorem coram iudice cõpetenti citari faciendo teneantur, causam extunc continuè prosequendo. Alioquin impetratio, & inde secuta, sint nulla. Ac impetrans de damnis & interesse satisfaciat possessori. Quanquam si per euentum litis compertum fuerit, impetrantem friuolè, iniustè, & indebitè possessorem molestasse, idem impetrans cameræ Apostolicæ in 50. florenos auri, nullatenus remittendos, nihilominus condemnatus & obligatus, & ad beneficia huiusmodi obtinenda inhabilis existat. Nec beneficium aliquod censeatur litigiosum, uel ex lite affectũ, si actor infra annum à die datæ commissionis desuper signatę computandum, omnia iura sua non produxerit. Nec omnes termini in causa seruati fuerint, ipsoque beneficio per cessum uel decessum extra Romanam curiam uacante, ille, ad quã aliàs dispositio spectabit, de illo liberè disponere, seu apostolicus expectans illud acceptare possit, lite pendente huiusmodi nõ obstante. Hæc Eugenius. Reliquum est (quod ad regulam istam pertinere uidebatur)

ANNOT. IOAN. MIL.

†Hæc est annalis exceptio, quæ etiam proponitur in interdicto uti possidetis, quod est prohibitorium ad retinẽdam possessionem, nec pluris quam quanti ea res fuerit intra anuum, quo primum experiundi potestas fuerit, agere permittit prætor. Causa autem huius interdicti proponendi hęc est, ꝙ separata debet esse possessio à proprietate & hoc interdictum de soli possessore scriptum est, ut quem potiorẽ prætor in soli possessione, habet tueatur, si nec ui, nec clam, nec precariò possideat, l. ff. uti possid.

batur) prærogatiuam describere, & effectum primi numeri, quem ueteres monadem, alii unitatem appellauere. Verũ cum de illius dignitate & effectu diffuse satis differant Iod. Clitou. in eo lib. quem de myst. numerorum ratione scripsit, & Gregorius Venetus in Harmonia. mundi. c. 8. quinti toni. & magister Bernardus de Bustis in secũda parte Rosarii, sermo. 34. in re friuola tẽpus cõterere nõ curaui.

QVAESTIO PRIMA.

QVæro, circa primam partem istius regulæ, an uerba ista regulæ, ut improbi, &c. inducant causam finalem istius dispositionis?

SOLVTIO. Videtur dicendum, ꝙ sic, quia quæ dicuntur, in procemio causam finalem inducunt, iuxta uulg. text. l. fiu. ff. de hæred. instit. ut tradit Rom. in consil. 180. in ant. col. & Alex. cons. 42. col. 5. li. 1. & cons. 55. in princ. eod. lib. cum concord. ut scribit Ias. in l. si pacto, quo pœnam, circa fi. C. de pact. Et ante ipsum Alex. cons. 7. in 2. col. lib. 2. Et reassumit And. Sicul. in cons. 10. col. pe. in 1. uol. Nam adeò potens est ratio procemii, ꝙ sicut corpus ab anima, ita dispositio ab ipsa rõne procemiali regulatur, ut dicit Ias. in l. quadringẽta. col. 2 ff. ad Treb. Iustificatur ista opin. ex natura, & ui dictæ dictionis, ut, hic in principio procemii positæ. Nã illa dictio, ut, propriè causam finalem inducit, ut dicit gl. 1. per illum textum in cle. 2. de xta. & quali. Facit text. in ca. ut animarum, & ibi dixi de constit. lib. 6. Et ideo dixit Bal. in l. cum aliis. C. de secund. nup. ꝙ ista dictio, ut, denotat ueritatem. Et ita istam regulam, in istis uerbis procemii, uidelicet, ꝙ causam finalem denotarent, quidam antiqui aduocati, tempore Calixti, in causa magni momenti tunc pendente põderarunt. Et idem etiã domini mei moderni Auditores in causa Teruisina feudi, pẽdente coram R. D. Raynaldo Petrutio, de mense Nouembri. 1535. considerarũt eandem dictionem positam in procemio priuilegii, de quo tũc disputabatur, & tenuerunt, ꝙ ex quo in principio dicti priuilegii Alexãdri papæ sexti, in dicta causa producti, scripta erant ista uerba, uidelicet ut nuptui filias tradere possis, &c. uoluerunt domini illa priuilegii uerba causam finalem inducere, põderando dictionem, ut, quæ hoc importat, ut notat Card. Alex. in c. cum cessante. in primo notab. per illũ textum de appell. Et propterea cessante causa illius priuilegii, priuilegium extingui iudicatum fuit. Quorum opinio suaderi potest, ex eo, quia in regula ista alia ratio reddi non potest, quã illa procemii, uidelicet, ut improbi exquirẽtium lites motus reprimantur, &c. Ergo habetur pro finali, iuxta tradita per Moder. Papin. in l. quanuis. C. de fideicom. post Bal. in l. quod uero. ff. de leg cum sexcentis conc. cumulatis per Moder. in tracta. de statu. exclud. fœm. art. 3. Itaq; per istam rationẽ. dicemus, ꝙ licet in regula Eugenii, dicta uerba procemii non essent, nihilominus illa ratio pro expressa habeẽ, ex quo alio reddi non potest. Et per hoc respondetur ad dicta Bal. in consil. 449. incip. ius naturale. in 2. col. lib. 3. & in l. 1. in princip. C. de Iustin. cod. confir. quia dicta sua non procedunt, ubi a principio in constitutione considerati non potuit, nisi unica tantum ratio, ut hic.

Ex quib. uerbis procemii, unum alium effectum singularem infero, deseruientẽ ad quæstiones inferius discutiẽdas Quòd ubicunq; aliqua cõstitutio, siue lex, istis, uel similib. uerbis procemii utitur, uidelicet, ut improbi exquirentium lites motus reprimantur, &c. Et super hoc princeps terminum, infra quem ille lites finiri debeant constituat, prout in ista regula præfigitur, ex hoc apertè colligetur, legem illam utilitatem publicam cõcernere, quã eius uerba priuatum commodum præ se ferant. Ita colligitur ex dictis Bal. in l. 1. in 5. notab. C. de nouo cod. compo. & in l. 1. de fur. & tenet Alex. in consi. 190. mature. ff. in penult. colum. lib. 2. & consi. 171. uisis. colu. 3. uersicu. fortificantur prædicta. lib. 7. Nam clari iuris est, extinctionem litium ad conseruationem congregationis humanæ pertinere: sicut econtrario, litiũ introductio, criminum occasionem, & reipublicæ detrimenta præbere: notum est, ut exorditur notab. text. in clemen. dudum. de sepul. & habetur in l. si quis ingenuũ. §. in ciuilib. ff. de captu. & sequitur Pet. de

Pet. de Anc. in rep. reg. possessor. col. 3. de reg. iur. lib. 6. & pulchram super hoc constitutionem Martinus 5. in conci. Basilien. tit. de causis, edidit. Nihil enim magis rei publicæ conuenit quàm lites dirimere, cõtentiones sopire ac diminuere, ut tradit Bart. in l. hæc igitur. C. de nouo cod. fac. quod ex pœna, quæ in ista regula cameræ apost. applicãda imponitur, manifestum redditur.

Sed considerandum uidetur super hoc quia licet uerum sit, litium extinctionem ad reip. commodum pertinere: ista tamẽ regula principaliter in omnibus publicã utilitatem non continet, sed aliquando priuatum interesse cõcernit. Nam prçter pçnas 50. florenorum, extinctionis litis, & priuationis gratiæ, quæ reipublicæ utilitatem respiciunt, aliæ pœnæ, quæ hic dispo nuntur, priuatum commodũ concernunt, ut ex text. apparet. Itaq; ex hoc notari potest, ꝙ una, & eadem constitutio principaliter priuatum continere potest, quod etiam in ult. quæst. istius regu. declarabo.

Et ex eisdem uerbis procemii, unum aliud à contrario sensu notandum erit, ꝙ argumenti genus de iure ualidum est, ut in uulg. l. 1. ff. de offic. eius. ꝙ ubi motus primus impetrantis in effectu improbus non est, sed bono iure suffultus, regula ista non ligetur, quæ ut apparet facta uidetur ut temerarii & iniusti litigantiũ motus castigentur, qua cessante ratione, dispositio locum habere non uidetur. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure pat. & l. generaliter. C. de episcopis & cleri. Quod si uerum esset, dispositio istius regulæ multum restringeretur. Tamẽ dubito, an hoc subsistat, ex eo, quia licet impetrans beneficium possessoris annalis, non improbo motu, sed iusta intentione & probabili credulitate hoc faciat: regula tamen ista cõtrarium arguit, & malitiæ præsumptionem inducit, quæ ante dilui non potest, quàm per euentum litis constiterit impetrante, ipsum bonam causam, & legitimũ ius fouere. Interim tamen, ꝙ ius illius exceptione elidi potest, in dubio litigator improbus æstimabitur. Nam ius bonum dici non potest, cui exceptio obstat, ut ꝓbat Decius in consi. 102. in 1. col. & consi. 104. col. 2. & ante ipsum Andr. Sicul. in ca. 10. in 13. col. de testa. Et hoc in beneficialibus sine dubio procedit, propter signaturam papæ, quç, pendente lite, semper aliquid noui adferre, propter quod dicimus, dubium esse euentum litis, ut in l. quod debetur ff de pecul. Ex effectu igitur metitur impetrantem bonam, uel iniquam causam, uel ius bonum fouisse, iuxta l. sed an ultro. § fin. ff de nego. gest. Interim uerò, dum hæc discutiuntur, impetrans quantumcunq; iustus, istius regulç formã seruare debet, ut singulariter notat Bald. in cap. 1. in vlt. no. ut lite pendente. alias ex eius omissione male de illo præsumes, quod inductum est propter odium, quod ex huiusmodi impetrationibus de beneficiis possessorem uiuentium factis, resultat: contra quas impetrationes una alia regula specialis facta fuit, suprà ordine 20. contra impetrantes beneficia uiuentiũ possessorum.

Et causa odii & sinistræ prçsumptionis contra tales impetrantes in hoc consistit: quia impetrans beneficiũ annalis possessoris uiuẽtis, ad hoc tendit, ut ipsum possessorem annalem iniustum reddat, & ut intrusum & improbum occupatorem arguat, & loco deiiciat, ac beneficio priuet: quod impetrans, uacare, & de facto fine tit. occupari, a possessore annali in sua imprecatione prætendit. Hoc enim à iure odiosum reputatur, tanquam in se cõtinens quandam speciem illaudabilis & inhumanç accusationis à sacris canonib. reprobatur. Et ideo non immeritò huiusmodi genus impetrationis, ac motæ litis inuidiæ causa fieri prçsumitur, ut dicit text. in cap. si omnia. 6. q. 1. Vnde non ab re tales impetrantes à lege damnantur, quia materiam ac fomentum criminibus dare uidentur, ut dicitur in l. properandũ in princip. C. de iudiciis. quod multum reprehenditur in cap. si quis episcopus. 2. q. 7. Non mirum igitur, si talis impetrans in dubio iniustus prçsumi debeat, licet cõtingere possit, illum sanam habere mentem, & bonum ius prosequi, ac iustam litigãdi causam fouere. Et ob eam causam non sine matura consideratione inualuit stylus hodiernus in Rota, ꝙ qñ huiusmodi impe

di impetrantes condemnãtur, ponuntur communiter in sententia hęc uerba, iniustè, temerè, & de facto molestantes, &c. Et dicta uerba ad istum etiam effectũ ponuntur, ne taliter impetrantes ab expensis excusentur cum aliàs prędictis uerbis deficiẽtibus possent iustam causam litigandi pręt endere, & sic ab expensis excusari, iuxta ea, quę dicuntur in l. properandũ. §. sin autem alterutra. C. de iudi. quam instam causam prętendere non possunt data illorum uerborum expressione. quod quidem sanctissimum Rotæ institutum nõ solùm ob prædictam rationem odii, sed etiam ne lites ex litibus oriantur introductum uidetur: facile enim si uerba illa in sententia expressa non essent, contingere posset, quòd iusta causa litigandi discuteretur in iudicio ad effectum excusationis expensarum, quæ possct omisso negotio principali, disputando trahi per tres sententias, & sic lis fieri immortalis, in graue partium præiudicium & dispendium. Vt igitur occasio litis procreandæ tollatur, Rota apponit prædicta uerba, temerè, & de facto, &c. in suis sententiis, super quibus fundetur condemnatio expensarum, ad quas semper solet Rota succumbentes condemnare, nisi condemnatus fortè primam sententiam pro se obtineret, quia tali casu non fit condemnatio in expẽsis, sed compensantur: quia per illam sententiam uidetur quodammodo tolli suspicio calumniæ, quæ ex impetratione resultabat, ut dicit quædã deci sio. 251. in not. & Perus. in cap. quoniam contra. in uerb. expensis. colum. 3. de probat. quod est uerum, nisi illa prima sententia ex eisdem actis reuocaretur: tunc enim cõpensatio non fit: secus si ex nouiter productis reuocetur: quia talis præsumptio calumnię cessat, & tunc apponi non debent illi sententia illa uerba, temerè, & de facto, quia constat per primam sententiam non temerè litigasse quando ex eisdem actis non reuocatur.

Et ista omnia magis de stylo, quàm de iure, ne occasio ne modicarum expẽsarũ ingentes suscitentur lites, ut aliàs factum fuisse tempore suo, super contentione gallinacei pulli refert Signorell. de Homod. in consi. 167. incip. In curia Barani, &c. Quod etiam tempore meo in una Calaguritana usu feretri, nullius momenti, magnis tamen impensis sæpius disputata accidit. Et in alia Cæsar August. processionis coram D. Io. Clerici, seruari uidemus.

Redeundo igitur unde digressi sumus, dum quæritur, nunquid regula propter uerba procemii comprehendat illum, qui in ueritate souet iustam causam litigãdi, si non seruat regulam, dicendum est, q sic. Nam si non desistit, uel præsumptio contra eum militans, non tollatur per sententiam in eius fauorem latam, præsumptio semper contra eum capietur, q calumniosè egerit, & hoc propter stylũ, qui ita interpretatur regulam: de iure tamen strictè, attentis uerbis procemii, quę, ut dixi, causam finalem inducunt, posse teneri contrarium. Sed tenendo stylum Rotæ ad motiuum superius factum de ratione procemiali respondeti potest, uidelicet, quòd illud dictum procedit, quando ratio procemii cuilibet casui posito in regula conueniret: tunc enim bene denotat causam finalem, secus si ratio procemialis non est generalis omni casui: ita dicit Bald. in l. unica. in princ. ff. de orig. iur. quod dicit esse notandum Andr. Sicul. in proce. clem. in princ. & sequitur Ias. qui etiam ita limitat d. l. fin. in consi. 1. col. antepen. lib. 1. Vel tenendo utrãque opin. potest distingui, sm quod distinguit Soc. in l. demonstratio falsa. §. quod autẽ. 3. colum. ff. de cõd. & demon ut ibi per eum.

Non obstat dictio, vt, posita in isto procemio, superius ponderata: quia illa uario modo exponitur, ut tradit Albericus in Dictionario suo: & quod uario modo exponitur, eius ueritas ignoratur, ut dicit Bartol. in l. in ambiguo. ff. de reb. dub. Sufficit enim, quòd aliquãdo dictio, ut, non denotat causam finalem, sed impulsiuam, ut colligitur ex allegatis per Fely. in ca. cum Ioan. in 2. colum. de fi. instru. Et expresse tenet hoc Egid. deci. 632. Vbi dicit, q uerba procemii posita in reg. Greg. 11. uidelicet, ut honori cardinalium deferatur, non inducunt causam finalem, sed impulsiuam. Et ista omnia de plano, procedunt, loquendo in terminis iuris cõmunis

munis. Sed si loquimur habito respectu ad istam regulam, res non transit sine dubio propter contrarietatem, quæ resultat ex uerbis regulę. Nam si re ipsa in impetrante cessat improbitas, dispositio reg. ꝑ iā dicta cessare debet. Et tñ licet hoc iuuatur ex reg. ex eadem tamen apparet contrarium, cum appellet impetrantem beneficium annalis possessoris, improbum lites exquirentem. Vt igitur omnia ista ex integro resoluantur, subiicio sequentem quæstionem.

QVAESTIO SECVNDA.

QVæro, nunquid eo ipso, quòd quis impetrat beneficium annalis possessoris, & eum ad iudiciū trahit, dicatur improbus, uel iniustus litigator?

SOLVTIO. Tex. hic uidetur innuere, quòd sic; dum lites exquirentem appellat improbum. Et tamen lis dicitur per impetrationem & citationem inde factam. §. final. institut. de pœn. reme. liti. Et in hoc ista regula uidetur habere concursum iuris diuini, ut patet Prouerb. 16. & 17. cap. ubi huiusmodi homines lites exquirentes, peruersi etiam appellantur. Nam, ut inquit diuus Paulus ad Timoth. c. 2. seruos Dei non oportet litigare. pro quo est tex. in c. sicut. 2. q. 7. Et lex ciuilis etiam hoc improbat, dū dicit: Interest nostra litibus non uexari, ut in l. minorib. 25. annis. ff. de minorib. refert Cor. conf. 283. inc. pars dicti in pe. & fi. col. lib. 4. & ante ipsum Specul. titu. de homic. §. illud autem. Et propter istam causam, prohibitum est, ab interlocutoria sententia appellari, ut uidelicet litibus finis imponatur, secundum Bald. in l. ap ertissimi. in 5. notabili per illum tex. C. de iudi. & de hoc est expressa regula cancellariæ edita inferius nume. 35. quæ hoc disponit. quæ propter prædictam causam, ut finis litibus imponatur, illud statuit ut apparet in eius procemio: quę ratio adeo est potens, ꝙ per eam Rota noluit in una Roma. pecuniaria coram R. D. Ioan. Paulo die 15. Nouemb. 1536. pro Francisco Flores contra And. de Nouaria, ꝙ illi regulæ de non appellando à mera interlocutoria non posset per partes renuntiari ponderando dictā rationem procemii, quæ concernit utilitatem publicam principaliter, iuxta dictum Bart. in l. properādum. in princ. C. de iudi. Faciunt ea quæ ex hoc infert Bal. in l. qui se patris. col. fi. C. unde libe. quem ibi commēdant Alex. & Moder. & in notabili. q. consuluit Socin. consil. 4. uisis actis ad fin. lib. 1. Et adeo litium execratio honestam causam continet, quod dicit Ang. in quodam suo sermone, nil ita simile esse actibus dæmonū, quàm litigare, in qua re multa cumulat Bernard. de Bustis in 1. parte Rosarii, sermone 9. Inde euenit, ꝙ litigantes mali appellantur, ex quo boni uiri lites execrantur, ut dicit Ias. in l. filio pater. in 1. notabili. ff. de leg. 1. & tradit Corn. in consil. 283. col. penul lib. 4. Vnde meritò in l. item si res. in fin. ff. de alie. iudi. mu. cau. fa. laudatur uerecunda cogitatio eius qui lites execratur. Nec non ab re dictū fuit, Matthæi 5. c. Siquis noluerit tuam tunicam tollere iudicio tecum contendere, dimitte ei & pallium. Et transsumptiuè habetur in c. 1. 14. q. 1. & in c. suscepimus. de homic. & tradit Floria. in l. fina. in fi. ff. famil. erc. satis enim quis lucratur, si discedat à lite ut dicit Abb. in ca. quintaualli s. de iure iur. Nam melius est pati modicum, quā intrare litiū certamina, ut dicit idē Abb. in ca. 1. de appel. Nam huiusmodi litigiosos fugiendos esse tanquam pestem, admonet text. in cap. negotiatorem. 87. dist. Et adeò sacri canones huiusmodi homines execrantur, ꝙ eorum ordinatio ad sacros prohibetur, ut in §. ecce. 46. distinct. Nec litigiosi in testes, uel accusatores admittuntur, ut dicit Andr. Sic. in consi. 32. lib. 4. Quinimò timore litis, & in eius execrationem, ut ita loquar, inductum est, ꝙ Imperator hæres esse in testamento prohibetur, ut dicit text. in l. penult. ff. de hære. insti. Hinc est, quòd propter euitandas lites sæpe non concedenda conceduntur, ut tradit Fel. in c. in nostra. in 36. cōtro. in 4. col. de rescrip. Interest enim reipublicę, ut lites expediantur, & de medio auferantur, ut not. Bald. in l. fratris. C. de transact. Nam ob eam causam inductum est, quòd transactio, per quam à lite receditur, non rescindetur prætextu enormis læsionis, ut tradit Alexan. in consi. 42. col. 4. lib. 1. quia

quia magnum commodum consequitur, qui a lite recedit, ut in l. Lucius. §. fi. ff. ad Treb. cum concor. ut scribit Dec. in consil. 216. in 2. col. Et ideo indebitum solutum per transactionem non repetitur, l. in summa. ff. de condict. indeb. & l. 2. C. de trans. Et praetextu instrumentorum noui ter repertorum transactio non rescinditur quantacūque fuerit laesio. l. sub praetextu. C. de transac. Et quamuis in beneficialibus pacta fieri non debeant, & tanquam illi cita reprobentur, ut c. fi. de pact. & traditur toto titulo de simo, ubi tamē facta sunt ut a lite recedatur, pacta illa tollerantur, & Rota mādat seruari. Prout hoc anno ī una Toletana de Iunquera coram me praecepit domino Hieronymo de Biuero, qui con trauenerat cōcordiae factae inter ipsum & Io. de Tauera. Et sic uidemus ꝙ si aliquid detur ratione impensarum, ut fiat concor dia, & recedatur a lite, non dicitur simonia cum, ut innuit Collect. in c. forus, de uerb. sig. sequitur Hiero. Paulus antiquus litera rum apostolicarum uicecorrector, in libro practicae cancellariae, fol. 71. in 2. col. & eo dem modo uidemus, ꝙ licet pensiones im positae per inferiores a papa, non sint per petuae nec transeant ad successores, ut dixi in regula de nō iudicando secundum for. supplic. quaest. fi. in notabilibus signaturae, ubi tamen ordinarius pensionem impone ret causa cōcordiae, ut a lite recedatur, trā siret pēsio ad successores, ut tradit Host. in c. nisi. de praeb. Et ad istam materiam ex tinguendarum litium, faciunt ea quae dicā in quadam q. in regula de triennali, & quae tradit Pet. de Anch. in regula, possessor, de reg. iur. lib. 6. col. 3. facit l. singulis, ff. de ex cep. rei iud. quam ad hoc notat And. Sicu. in cap. cum dilecta, numero 143. de rescrip. cum concor. ut per Alex. in l. Seius. colum. 4. ff. ad leg. Falci. Et pro ista parte etiam ac cedunt, quae scribunt Abb post Hosti. in c. sicut. el 3. de iureiur. Vbi per plura iura ea dem ratione probāt, bellum in dubio sem per praesumi iniustum, proat idem de lite concludit And. Sic. & Barb. in cons. 7. lib. 2. Nam utrobique eadem ratio uidetur.

In contrarium tamen, & contra praedi cta facit tex. in l. illud. in prin. ff. de pet. hae red. ubi dicitur, ꝙ nemo debet ius suum indiscussum relinquere. Et sic tex. uidetur litigantibus fauere, imò eos sub poena ad litem prosequendam impellere, cum ius suum, propter timorem litis deserentes, ut segnes, desidiosi, & negligentes homi nes accusentur: contra quos, ut uidemus, usucapio introducta est. ut in l. 1. ff. de usu cap. & in §. 1. inst. eod. ti. Itaque leges casti gant, & puniunt ius suum in iudicio non prosequentes. Et ideo dicitur in l. iniuria rum. ff. de iniuriis. suo iure utentes, ne mi ni iniuriam facere. Nec immerito in c. pię latis. de homicid. lib. 6. clericis facultas cō ceditur repetendi res suas à latronib. Nā legimus Sanctū Thom. Cantuariēsem Ar chiepiscopum pro defensione causae ec clesiae suę occubuisse, ut traditur in cap. si cut dignum. de hom. Non. n. prohibitum est, bono & iusto uiro, ex causa litigare ut not. Bal. in cap. 1. in fin. per illum tex. ut lite pendente. Et non pręsumitur impro bus litigator, qui ex causa etiam post sen tētiam in lite perdurat, ut not. Old. in cō sil. 183. quia spes uictoriae iusta uidetur, ut Bal. tradit in l. fi. in 3. col. C. de edic. di. Hadr. tol. Improbus ergo litigator in re gul. ista intelligetur, uel is, qui per totam aetatem lites agit, ut dictum est, uel qui aliquam iniustitiae suspicionem ex lite cō trahit: uel qui ex euentu litis, ut iniustus & improbus fuerit declaratus, ut dicit hic text. regulę circa fi. Et secundum hoc uer ba istius prooemii causam finalem induce rent, iuxta vulga. l. fin. superius allegatā cum concord. quae tradit Rom. consil. 18. in antep. col. & Alexand. consil. 42. colu. 6. uol 1. Sed intelligendum est, iuxta ea, quę diximus in praecedentibus.

Vt tamen ista tota materia, & eius con traria resoluantur, distinguo duos casus principales. Primus casus est de iure com muni. Secundus est quo ad effectum istius regulae. Primo casu litigans non illi co pręsumitur calumniosus, nisi fuerit continuus & inueteratus litigator. Ita distingui debent, quae dicta sunt superius & quae tradit Andr. Sicul. in consil. 7. co lumn. 11. lib. 2. & consil. 31. incip. omnia quaecunq; in 2. col. lib. 4. & in cle. 1. de re iud. Vbi tū qa semel, aut bis causa repetē di, aut defendendi res suas ius suū in iudi

cio prosequitur, iudicio meo, non dicetur litigiosus. Sicut neque mercator dicitur, qui semel uel bis mercatur, nisi continue h c faciat, ut tradit Dom. in c. 1. de cle. non resi. li. 6. Secundò principali casu, uidelicet loquendo in terminis illius regulæ, nō omnis, qui impetrat in terminis regulę, potest dici improbus aut calumniosus litigator, sed ita demum, si per euentum litis per iudicem repertus fuerit iniustam impetrationem, uel causam fecisse, uel fouisse, ut dicitur hic in tex. regulæ, ibi, Et si possessorem ipsum, &c. Sed antequam hoc per sententiam sit repertum, impetrans nō dicetur improbus, dicitur tamen iniustus si regulā nō obseruat. Quod patet, quia punitur: & tamen si iustus fuisset non puniretur. Quia iustus & bonus nō incidit in legem, neque ius pœna debet teneri, ut dicitur in c. li cet, de reg. & gl. in l. ex his. ff. de legib. Qua autem pœna punietur unus & alter. i. tam primus, quàm secundus litigator, dicemus inferius in ultima pare regulæ. In dubio tamen impetrans beneficium possessum per annum, præsumetur iniustus, licet illa præsumptio non sufficiat, quo ad hoc, ut puniri possit pœna contenta in secunda parte regulæ, nisi, ut dixi, per euentum litis iudici constiterit esse talem. Et hoc est, quod dicunt illa uerba posita hic in secunda parte regulæ, uidelicet. Et si possessorē ipsum, &c. Vbi ponuntur tres pęnæ improbi & calumniosi litigatoris, diuersæ ab illis aliis tribus positis prima parte regulæ, quibus puniuntur non seruantes formam regulæ, antequam constiterit eos improbos litigantes esse. De quibus adhuc aliquid inferius in fi. reg. scribam.

QVAESTIO TERTIA.

QVæro, ibi, quicunque, &c. An quilibet inhabilis, etiam hæreticus, seruans cōtenta in ista regula, possit impetrare beneficium annalis possessoris?

SOLVTIO. Videtur prima facie, ꝙ sic, quia tex. regulæ dicit, quicūque quod uerbum est uniuersale, comprehendēs omnes. Et sic nō recipit restrictionem habilitatis personarum, ut dicit gl. in extrauag. execrabilis, & in cle. si summus, de præb. & tenet Rota in decis. 1. tit. de fil. presb. Ioan. & Mod. in tract. benef. q. 3. 1. partis, col. 5. cū conc. ut scribunt Mod. Pap. in l. quidam. §. nihil. ff. de edendo.

Præterea lex generaliter loquēs nō recipit restrictionem de habilitate, sed quemlibet admittit ad impetrandum, quia non refert per quem preces porrigantur, ut dicit tex. in l. uniuersis. C. de prec. imp. off.

In contrarium faciunt ista, quæ sequuntur. Primo, quia inhabiles ipso iure nō sunt capaces beneficiorum, l. quicunque, & c. filii, cum mulris, de hær. li. 6. tradit gl. & Docto. in capit. quo iure, 8. dist. & alibi sæpe. Igitur impetrare non possunt, ut patet in c. 1. & ibi dixi, de resc. lib. 6. Intelligetur ergo regula ista de habilibus.

Nō obstat dictio quicūque, quia licet illa de sui natura sit uniuersalis, & sic uideatur posse comprehēdere omnes, tam habiles, quam inhabiles, per ea quæ dicta sunt superius: tamen illa generalitas dictionis recipit restrictionem de habilitate, & regulatur secundum dispositionem iuris, ut in terminis probat Ias. per decem decisio. notabiles, in l. 2 §. prætor, ff. qui satisd. cog. Et reassumit Curtius iunior in cons. 1. in 1. & 2. col. & dicam latius in reg. de triennali, in 1. uel 2. q. Vbi enim lex prius inhabilitat personas, dispositio postea simpliciter, & generaliter loquens de personis, recipit restrictionem de habilibus, etiam si loquatur per dictionem quicunque uel per alia uerba uniuersalia, ut dicit Gemin. in cons. 31. col. fi. Cum igitur in casu isto reperiantur hæretici, & simplices personæ, alibi a iure damnatæ & prohibitæ, ut notatur, in c. quo iure 8. dist. & tradunt Moderni in c. 2. de rescr. regula ista permittens impetrationem, debet intelligi, hoc permittere personis habilibus ne sequatur absurdum. Nec obstat tex. in l. uniuersis. C. de precib. imper. offer. quia licet ad illum respondeat And. Sic. in rub. de rescr. in cle. & Fely. in c. nonnulli, §. 1. col. 13. eo. ti. & ego dixi latius, in c. 1. eo. ti. lib. 6. Tamen respondetur quòd ille text. procedit data scientia principis, quæ facit, ut inhabiles habilitentur, ut dicitur in l. idem Vlpianus. §. i. ff. de excu. tutor. Vel intelligitur de illis inhabilibus, qui non sunt a lege effecti in capaces

paces,& dānati ipso iure sicut hæretici,si moniaci,& rei maiestatis,& similes. Secus uerò de aliis incapacibus à lege,non ipso iure reprobatis,ut sunt homicidę,periuri, excommunicati,& similes,de quib. loquitur Inno.in c.cum nostris.de conceß.præbend. Nam tales impetrare possunt donec inhabilitentur,ut dicit ibi Innoc. Stat igitur conclusio, ꝙ omnes inhabiles admittuntur ad impetrandum,qui non reperiūtur expressè prohibiti. Et ista omnia procedunt de iure loquendo, quia de facto possent etiam inhabiles ipso iure impetrare:& nisi exciperetur,possent conniuentibus oculis ius impetratum prosequi. Et hoc,quo ad impetrantes agere uolentes contra annalē possessorem. An uerò reus possessor annalis hæreticus,uel illi similes defendantur regula, dicemus inferius in aliis quæstionibus.

QVAESTIO IIII.

QVæro,utrum regula ista per solā eius allegationem annullet ipso iure gratiam impetrantis,sicut lex communis absque aliqua productione in actis faciēda?

SOLVTIO. Videtur prima facie dicēdum,ꝙ sola allegatio istius regulæ, facta per aduersarium in iudicio, annullet impetrationem,& inde secuta quæcunque, quod ita persuaderi potest. Primo, quia ista regula habet decretum irritans, quod de sui natura annullat ipso iure gratiam, & inde secuta, etiam si non producatur. hoc patet,quia ligat ignorantes, ut in ca. si eo tempore. cum ibi notatis. de elect. lib. 6. Nam sufficit legislatorem aliquid prohibuisse,ad hoc,ut actus in contrariū factus, si nullus, ut latè tradunt Moderni in l.non dubium. C. de legib. Imò ꝙ fortius est,ipse iudex parte non opponente, potest reppellere sic nulliter agentem, ut tradit Bart.in l.ubi pactum.C.de transac. &in l.si unus.§.pactus ne peteret post gl. ibi.ff.de pact.& Paulus de Cast.in l.etiam §.item à debitore.ff.de pet.hære. Quia decretum istius regulæ prius ortum fuit, q̄ impetratio partis:unde quando. postea impetrās agit,exceptio istius regulę, quæ iam est in rerum natura producta, unà cum ipsa actione concurrit, in quo casu potest iudex ipsam exceptionem supplere:ut dixit Alex.per prædicta iura in apostil.ad Bar.in l.Iulianus.§.offerri.in addit. 1.ff.de actio.emp. Quia ista exceptio dicetur euidentis calumniæ, quæ æquipollet exceptioni ineptitudinis,quę à iudice suppleri potest,ut latè tradit Aret.in l. ita stipulatus.in 31.col.de uer.obli. Nam iudex non solum tenetur supplere circa ea,quæ sunt iuris,quando omittuntur à partibus sed etiam circa consuetudinem, ut tradit Ias.post Bal.& Salyc.in auth.iubemus.per illū tex.in 2.not.C.de iudic. & Ang.Aret. in §.1.in 2.col.insti.de excep. Et hoc adeo uerum est,ꝙ iudex posset ad iudicandum moueri etiam ex aliqua confessione, uiua uoce coram eo facta, licet non esset scripta in actis,ut singulariter dicit Bal.in l.1. circa fi.C.de ma.uin.quod dicit singulariter notandum Fely.in cap. cum uenerabilis.col.15.de excep & Alexan. in l. si is,ad quem.col.pen.ff.de acquir.hæred. Si igitur iudex absq; allegatione partis,uel productione regulæ,posset partem repellere, cui obstat exceptio : à fortiori poterit ipsa pars, cuius interest simpliciter regulam allegando, per uiam exceptionis ipsum aduersarium impetrantem & actorē repellere. Et isto casu iudex poterit ex his quæ uidit,licet in actis sibi non constet, iudicare:ut tradit Ang.in cons.343.in causa.col. fi.& seq. incip. primus punctus.& tenet Firmia.in tract.de episcop.li.4.par. q.2.ut referunt quidā Mod. in trac. nup. fol.142. Nam decretum irritans positum in aliqua lege,est tantæ potentiæ, ꝙ sufficit illud à parte, uel iudice allegari, ut actus sit ipso iure nullus, ut dicunt Anto. Imol.& Abb.in c.cęterum.de rescript. Per quorum dicta Rota in vna Mediolan. castrorum contra Sabiuen.de anno 1516. iudicauit pro cardinali Senogalien. contra contra Hieronymum de Cusano,ꝙ decretum irritans cuiusdam bullæ Sixti allegatum in causa appellationis,adeò afficeret aduersarium, ꝙ gratiam suam redderet ipso iure nullam.

Prædictis tamen non obst. contraria opinio est de iure & stylo uerior. Pro qua opinione primò facit, quia regula & eius decretum fauorem possessorum concernunt:ergo non ligant contrauenientes,ni

 si pos

si possessor dicto decreto irritanti utatur, ut late probat Dec. in l. pacta, quæ contra in 3. columna. C. de pac. & in ca. cum accessissent, in 3. col. de cōst. & ante ipsum Arc. & Claud. Aquen. in l. nemo potest, in 4. col. ff. de leg. I. Et hoc prius dixit Philip. Franc. in cap. ut nostrum, in 3. col. de appel. & in c. dispendia in prin. de rescr. lib. 6. & solet ad hoc allegari gl. in uerbo, referri, in c. 1. de concess. præb. lib. 6. Et iste usus certitudinaliter non habetur, nisi possessor regulam in actis producat, quia tunc manifeste apparet possessorem decreto regulę uti uelle, contra actorem eius aduersarium.

Nec isto casu autoritas iudicis uolentis supplere exceptionem istius regulæ omissam, aliquid facit: quia ubicunque aliqua sunt inducta principaliter in fauorem alicuius, si pars omittit iudex non debet supplere, neque potest ad priuatam utilitatē officium suum impartiri, iuxta uulgatam, l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudic. Si ergo huiusmodi exceptiones regularum pro omissis habentur, licet iudex sciat ea parti competere. Quinimo etiam si ea, quæ cōpetunt parti, producuntur ipsi iudici particulariter adhuc non sufficit, nec iudex secundum eam iudicare debet, nisi in actis producta & registrata sint. Et tunc dicuntur esse in actis, quando pars est citata ad dicendum contra producta, oblata copia, ut dicit Bar. (cuius opinionem pro stylo seruat hodie Rota) in extrauag. ad reprimendum, in gl. in uers. de plano. Et sequitur late Roma. in cons. 519. incip. In casu propositæ consultationis. Nam aliter non potest iudici de partis constare. Et cui nihil constat, nihil agit. Quia ut dicit Bald. in c. fi. de iureiur. iudex est quoddam prædicamentum, quod prædicatur de probationibus & actis: & ideo debet iudicare secundum acta, & probata, vulg. l. illicitas. §. ueritas, de offi. pręs. & Ang. inst. quib. mod. tut. in fi. in prin. & in § si minus, col. 5. insti. de act. ut latissime & eleganter prosequitur Luc. de Pen. in l. quicunque. C. de tab. & scrip. lib. 10. & Felyn. in capitu. pastoralis. §. quoniam, columna fin. de offic. deleg.

Ex quibus omnibus infertur, quòd si an alis possessor conuentus, non det & excipiat de regula in actis, licet iudex ex se ipso, uel per allegationem partis sciat talem exceptionem sibi competere, non cōdenabit actorem impetrantem, sed poterit canonizare gratiam suam contra regulam: nec propterea sententia erit nulla, ut in terminis concludit Fely. in c. 1. in 7 col. de re iud. in c. pastoralis. de fide instru. Cuius opinionem hodie de stylo tenet, & sequitur Rota. Et ita me præsente, in pluribus causis fuit conclusum & iudicatum, præsertim in una Tuden. parochialis corā R.P.D. Marcello Crescentio episcopo Marsicano de mense Maio, 1538. cui constabat absentem, contra quem procedebatur, per contradictas fuisse triennalem possessorē, & in partibus coram quibusdam iudicib. allegasse regulam: & tamen, quia illa non erat producta in actis, præfatus episcopus tulit sententiam contra illum.

Et ista in ratione consistunt. Quia, quo ad effectum, ꝙ regulæ Cancellariæ ligent, & in iudicio faciant ius, debent prius impetrari a papa, uel Vicecancellario, & deinde produci in actis, seruata solennitate de qua in regula 26. incip. Item attendens, supra eo. Quam quidem impetrandi solennitatem declarat Pauin. Rotæ audito r, in proœmio extrauag. Ioan. 22. & dicam in alia quæstione. Non obseruata igitur illa solennitate regulæ non faciunt fidem, etiam si habeant decretum irritans, & nihilominus iudici allegentur: & ita se habet stylus Rotæ, ut dicit etiam in d. cap. 1. Fely. alias rationes ponens, de quibus ibi per eum.

Non obstant modo, quæ in contrarium adducta fuerunt, quia ad illa dupliciter potest responderi. Primò, illa procedere, quando ea, quæ allegari poterant, sunt notoria, actis non repugnantia, ut dicit Bald. in d. § illicitas. & Firmian. in d. tracta. de episcopo. in 4. parte. 4. lib. quæst. 2. Vbi plures casus exceptos contra regulam ponit, in quibus iudex secundum conscientiam suam potest iudicare. & septem alios ponit Felyn. in d. capit. pastoralis.

Vel secundò responde, & ista est uerior & firma solutio, ꝙ in casibus prædictis iudex potest exceptionē omissam per parte opponere, quādo illa resultat ex actis: q̄a tali ca

tali casu actor dicitur calumniose agere. ita concludit Rom. in consf.42. uisis, quæ egregie, col. fin. Nam quæ resultant ex actis, dicuntur notoria, ut dicit Imol. & latissime Modern. in capitulo ex insinuatione, de appel. Et in notoriis iudex supplet, ut dictum est superius, quando constat de nullo iure partis, ut tradunt Mod. in d §. condemnatum, cum concor. ut per Rom. in consf. 227. Et etiam quando constat de iure partis, sed inefficaci: quia potest iudex sine parte repellere, ut dicit Fel. in c. ad aures, in 1. col. de resc. Et istud notorium ex actis resultans, non solum per partem nō debet probari, sed nec allegari, ut tradit Ang. in l. fi. ff. de pet. hę. cum conc. ut scribunt Ale. in l. 1. C. ut quæ desunt aduoc. & Fely. in c. cum ordinem, col. 9. de rescr. & Dec. in l. cum quid. ff. si cer. pe. Et tali casu limitatur, & declaratur dictum commune gl. in cle. appellanti, de app. & Bar. in l. si adulterium cum incestu §. idem Pollioni. ff. de adulr. uidelicet, ꝙ licet notorium non debeat probari, debet tamen allegari. Nam non procedit, qn̄ notorium resultat ex actis, ut prædicti doctores dicunt, Et ita etiam in puncto limitat Dec. in l. lecta, in 9. col. ff. si cer. pet. Licet in hoc contrarium teneat Rota, in nouis, tit. de appell. decis. 2. in addit. Sed ex dictis ibidem potest solui eius decisio. Ad propositum ergo redeundo, si ex actis apparet, possessorem annalem conuentū allegasse pro defensione sua, priuilegium istius regulæ, eam producendo, licet formaliter contra partem non opponat, iudex tamen repellere poterit agentem, obstante regula in actis producta. Et ita tota ista materia intelligi debet.

QVAESTIO V.

QVæro, quid si in prima instantia non fuit oppositum de ista reg. sed opponitur in secunda, utrum annullabitur impetratio, & acta facta in prima instantia, in qua tunc non fuit oppositum?

SOLVTIO. Iste casus pūctualiter cōtigit, & fuit decisus in Rota de ann. 1516. coram D. Gul Cassiod. in una causa Vilnē. canonicatus, & præb. ut ipse idem in memorialibus suis decisionum meminit. Et tunc Rota conclusit posse in secunda, & tertia instantia de ista regula opponi, qa per huiusmodi exceptionem regulæ non solum impetratio facta, sed omnia acta primæ uel secundæ instantiæ, uirtute dicti regulæ, nulla ipso iure esse decernuntur. Talis enim regulæ exceptio operatur effectum retro annullatiuum, & in futurū impeditiuum. Ratio istius decisionis fuit, quia exceptio istius regulæ est peremptoria, quæ potest quandocunque opponi. l. peremptoria. C. sen. resci. non pos. Et ideo opposita in secunda instantia operatur eūdem effectum, quo ad acta præcedentia, quæ operaretur, si in eadem instantia opponeretur. Et hoc ideo, quia per appellationem, quæ rescindit iudicatum, causa reponitur, & reducitur in eo statu, in quo erat ante sententiam, ut uidelicet, omnia in ea fieri possint, quę poterāt post litem contestatā in prima instantia, ut declarat Bar. in l. ita demum. C. de proc. & Abb. in c. 1. de excep. in 2. col. & in c. pastoralis, eo. tit. Poterant igitur exceptio istius regulæ peremptoria, & omnia alia incumbentia ad causam, deduci in causa appellationis, quę non fuerunt deducta in principali, ut in l. per hanc. C. de temp. app. & l. scio. ff. de app. & c. cū lo. de fid. instr. & c. fraternitatis, de test. cum aliis conco. adductis per gl. in c. constitutis, & in c. cum causam, de appell. Nam exceptio, quæ actionem propositam respicit, si deducatur in secunda instātia, nō dicitur noua, sed dependēs ex ueteribus causis. Tamen huic decisioni semper contradixit Dominus Mercurius de Vipera, tunc decanus Rotæ, motus dicto Alex. in auth. iubemus, C. de iudi. quē sequitur Fel. in c. 1. in 7. col. de re iud. Vbi dicunt, ꝙ q̄uis post terminum ad probandū possint allegari iura, ut per Bar. & Bal. in d. auth. iubemus, nō tamen potest allegari extrauagans, sed est alleganda, producenda, & probāda in termino quemadmodum consuetudo non notoria, quam non potest iudex supplere, nec allegare, cum eam probabiliter ignoret, ut in capitulo pastoralis, de fid. instru. Ex quibus inferebant Dominus Mercurius, quòd non poterat in secunda instantia excipi de ista

regula uel si exciperetur de ea, ꝙ non reuocarentur acta primæ instantiæ, nisi ex nouiter deductis. Pro quo facit decis Egidii 490. maximè, quia regulæ istæ Cancellariæ, quo ad istum effectum, ut non ligent ante productionem, dicuntur constitutiones speciales, ut dicit Pet. de Anc. consil. 292. Et ideo non ligat manum iudicis, nisi producantur: & per consequens acta, & sententia primæ instantiæ contra regulam non productā debuissent ualere.

Tamen istis non obstantibus, Rota tenuit, quod superius dictum est. Quæ decisio non solum procedit, quando opponitur de regula in secunda instantia causæ principalis, sed etiam si opponatur de regula in causa restitutionis in integrum, aduersus sententiam latam contra possessorem annalem, ut iudicauit Rota in una Tuden. coram me de mense Februario 1534. Et hoc idem dixerunt Domini in eadem causa de regula 29. de commissionib. causarum factis, literis non expeditis, ut uidelicet possit opponi de illa regula, & excipi in causa restitutionis, per prædictas rationes. Et idem dixerūt Domini in una Massiliensis canonicatus & præbend. corā me de mense Decembri, 1535. in qua oppositum fuit de ista regula annali per cōdemnatum in termino sententiæ declaratoriæ ferendæ contra ipsum, cui fuerant intimatæ executoriales, & uoluerunt sententiam retro esse nullam.

Et ad dictum Alc. allegatum per Merc. in d. auth. iubemus, responderunt Domini, ꝙ loquitur in termino ꝓbatorio unius instantiæ, non autem loquitur in diuersa instantia, ut est causa appellationis: quia dictum illius non esset uerum propter doctrinas prædictas. Vel dictum Alc. procedit, ubi cōstaret de malitia possessoris, nolentis in prima instantia opponere, ad effectum magis grauandi partem in expensis, & annullatione actorum. Quo casu doctrina Bar. in d. l. ita demū. & Abb. in d. c. 1. de excep. cum aliis allegatis, non procederent, ut notabiliter probat And. Siculin consil. 35. incip. in minimis. in ij. colum. lib. 3. & Fel. in c. ad audientiam, el ij. de rescr.

Et ista omnia procedunt, etsi annalis possessor, qui de regula excipit, fuisset cōdemnatus per primam sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam, & decretum contra illum fuisset brachium seculare, & uiolasset sequestrium. Nam non obstante tali uiolatione, posset exceptione istius regulæ iuuari, etsi per uiolationem prædicti sequestri perdiderit ius in beneficio. Ita concludit hodie Rota, quæ est prima Iulii, 1538. in una Nullius Abbatiæ coram R. D. Io. Paulo Ptolomæo. Ratio decisionis fuit, quia ista regula annullat impetrationem factam: & inde secuta quæcunq;, & sic annullat ipsam sententiam, & secuta ex ipsa sententia. i. sequestrum, quod est sequela sētentiæ, ita quòd uiolatio sequestri non impedit exceptionem regulæ. Est bene uerum, quòd licet nullum esset sequestrum propter decretum istius regulæ: tamen uiolans illud punitur, quia iure suo est priuatus, ut dicit decis. 2. de seq. pos. & fru. in antiquiori, & ideo pars uictrix, contra quam datur de regula, poterit nouiter impetrare dictum beneficium uacans prætextu huius uiolationis. Et ita in eadem causa tenuit Rota die 16. Nouemb. 1539. coram eod. D. Io. Paulo.

QVAESTIO VI.

QVæro, nūquid ista regula super dispositis in ea inducat, seu contineat formam?

SOLVTIO. Ista quæstio deseruit ad multa, quæ in sequentibus quæstionibus dicenda occurrunt. Et ideo sine disputatione dicas, quòd sic, quod multis modis probatur.

Primò, quia ista regula inducit nullitatem actus. Vbicunque igitur aliqua constitutio procedit, irritando actum, illa constitutio dicitur continere formam, ut est bonus text. in cap. si capitulo, de concess. præben. lib. 6. iuncto. c. dilectus. 2. de præb. & tradit Bal. & Moderni omnes in l. 1. ff. de libe. & posthu. & est gl. in l. fi. C. de uen. re. ciui. lib. 11. Facit tex. in c. quia propter, de elect. & in c. Pisanis, de rest. spol. cum concord. ut scribit Alc. in d. l. 1. & in l. hac consultissima. C. qui testa. face. pos. & Ias. in l. non dubium, in 5. col. C. de legib. & ante ipsos Rom. cons. 66.

Secun

Secundò, quia ista reg. imponit pœnā pecuniariam. Et ubi talis pœna apponitur, dato, quòd de annullatione actus nihil dicatur, forma inducitur: ut dicit Bal. in auth. qui semel. in antepen. colum. C. quomo. & quando iud. & tradit Bart. & omnes Moder. in l. prætor. §. i. ff. de ope. no. nunt. & est gl. in uerbo, tertiam. & ibi notat Bald. in ca. i. de mili. uasal. qui cōtu. est. & glos. in uerb. tertio. in clemen. i. de ui. & honest. cler. notat Ioan And. in c. p. ex tuæ. de cleri. non resi. & Anto. de But. in cap. prætereà. de dilat io.

Tertiò, quia ista regula tradit tres solēnitates, quæ non sunt inductæ à iure communi. Ergo ex hoc datur intelligi, quòd contineat formam, iuxta tradita per Pet. de Anch. in consil. 35. Visa quadam. & idem cōsil. 6. incipien. Viso themate. in secūda colū. & cōcord. Signorel. in cōs. 156. in processu. in secunda columna.

Quartò quia ista regula dat impetrāti modū procedendi. Ergo inducit formā, ut in cap. qualiter. el 2. & ibi Felyn. de accusa. & Ias. in l. 2. §. prius. ff. de uulg. & pupil. & solet allegari text. in cap. quia ꝑpter. de electione.

Quintò, quia regula ista apponit tēpus faciendi actum, quo casu per hoc induci tur forma: ut dicunt Bal. & Saly. in auth. quæ supplicatio. per illum textum. C. de preci. Imper. offer. Licet huic dicto uidea tur aduersari Alexand. in princ. C. de iu di. tamen concordari possunt dicta eorū ex iis, quæ tradit Abb. in consil. 92. sta tuto. in fi. lib. 1.

Vltimò hic uidetur inducta forma, ex eo, quia dispositio istius regulæ non solū concernit interesse priuatum, sed commodum & bonum publicū, ut patet ex proœmio. & ex pœna applicanda fisco. quo casu forma dicitur induci, adeò quòd consensus partium nihil operatur, ut in l. priuatorum. C. de pact. & probatur assumptum in l. tertia. ff. de re militari. Ex quib. omnibus apparet rosolutio istius quæstionis, quę potest esse utilis ad multa.

QVAESTIO VII.

QVæro, præsupposito quòd ista regula inducat formam, utrum possessores annales, in quorum fauorem inducta est regula, possint eius fauori renuntiare?

SOLVTIO Quidam antiqui tenuerūt quòd sic, ut refert Ioann. Aloisius Tuscanus Mediolanēsis, olim aduocatus eximius, in primo uolumine cōsiliorū. fo. 17.

Tamē pro uera intelligentia istius quę sti, ego considero duos casus. Primus est, in tacita renuntiatione, quæ resultat ex omissione exceptionis istius regulę, possessori competentis contra impetrantem: & ista renuntiatio tacita potest fieri dupliciter. Aut non producendo regulā, uel eam producendo, & probationes annalis possessionis omittendo. Nam non sufficit, quòd possessor excipiat de regula in actis, nisi probet se fuisse possessorem annalem, ut ei competat exceptio. Neq; etiam sufficit per testes probare, se esse annalem possessorem, nisi etiam regula in actis producatur & allegetur. Itaque paria sunt, uel non producere regulam, & non probare possessionem annalem. Istis igitur casibus tacitè potest possessor fauori suo renuntiare, sicut de iuramento calumniæ dicitur in cap. 1. de iura. cal. libi. 6. Et ideo sententia lata contra possessorem annalem non opponentem de regula, uel non probantem se esse annalem possessorem, ualeret, iuxta ea quæ dicit Fely. in capit. 1. de re iudic. & dixi superiùs in alia quæst.

Secundus casus est in expressa renuntiatione: & ista expressa renuntiatio potest etiam fieri dupliciter, uidelicet ante productionem istius regulæ, uel post: & utroque casu esset dubium, si ualeret renuntiatio expressa. Et posito quòd sic, nunquid possit posteà iudex possessorem probare uolentem repellere à probatione faciēda super annali possessione, sub prętextu, quia renuntiauit? & quid si post factam renunciatione de non utendo regula producta, possessor renuntians probet se annalem, qua probatione uti non potest stante renuntiatione: an tali casu iudex ex officio possit reppellere ipsum impetrantem? uideamus igitur de omnib. istis.

Circa primum est aduertendum, quòd duæ sunt partes regulæ principales. Prima, quæ durat usque ibi, Et si possessorē ipsum, &c. Et ista pars concernit interesse

priuatum partis. Et ita in illa prima parte ponuntur tres pœnæ introductæ in fauorem ipsorum possessorũ. Et puto, ꝙ quo ad illas pœnas, antequam impetrans inciderit in secundam partem, ꝙ possessores possint renunciare, argument. cap. statutũ §. in nullo. de resc. lib. 6. & l. filio, ff. de iniusto rup. & l. pen. C. de pact. Et hoc casu puto, ꝙ si de tali renuntiatione regulæ constaret ĩ actis, ꝙ iudex posset repellere possessorem a probando annalem possessionem, obstante renuntiatione, quia iudex potest repellere actum frustratorium, ut l. ubi pactũ. C. de trans. & dixi sup. in 4. q.

Sed quo ad secũdam partẽ regulæ, uidelicet quando impetrãs per euẽtum litis inuẽtus fuit calumniosus molestator, qui ob eam causam in alias tres diuersas pœnas hic impositas incidit: tali casu, quia dictæ pœnæ concernunt commodum, & interesse publicum, possessor non posset isti regulæ renuntiare, ut in d. §. in nullo. De quo tamen latè dixerunt Moder. in tract. de forma. c. quis possit dare & tollere formam. fol. 18. colum. 3. & in c. de potẽtia formæ, fol. 61. in 3. colum. Et isto secundo casu, si iudici ex probationibus & actis constaret, nullum ipsi impetranti ius competere, sed iniustè & friuolè possessorem ipsum annalem molestasse, licet possessor renuntiauerit uti exceptione regulę iam in actis productæ, ex quo tamen publicè interest calumniosos & iniustos litigãtes repellere, ut in clem. 1. de re iud. posset iudex impetrãtem ipsum punire, iuxta notata per Innoc. in c. 1. de offic. uic. & Bal. in l. 1. C. quo. & quando iud. in fin. & in l. 2. §. sed quia. C. de iu. cal. & no. Bar. in l. athletas. §. calumniator. ff. de his, qui no. infa. & dixi aliquid supra q. 4. Et quod possit iudex officio suo, eo casu, quo sibi constat de annali possessione improbos impetrãtes repellere, uidetur sentire Bar. in simili in l. propetãdum. in princ. uersic. sed uidi, C. de iud. Sequuntur Mod. Assess. in rep. cle. sæpe. in 17. col. de uer. sig. facit bene tex in c. nonnulli. in princ. & c. si de resc. Stat ergo cõclusio, ꝙ post probatam annalem possessionem & regulam productam, nõ possunt partes tacitè uel expresse huic regulæ renuntiare. Ratio generalis est, quia ex quo ista reg. est edita ad tollendas & puniẽdas calumniosas lites, per hoc dicitur cõcernere principaliter utilitatem publicam, & ideo renũtiari nõ potest, ut in terminis dicit Bart. in d. l. propetãdum, & Barba. cõsil. 56. in 8. & 9. col. lib. 2. considerato textu illius l. & sequitur Decius in c. de causis, col. 2. de offi. deleg. Et ita hodie 20. Nouemb. 1536. in simili casu cõcluserũt Domini in una Rom. pecuniaria, coram R. D. Io. Paulo Ptolomæo, pro Francisco Flores, contra Andream de Nouaria: uolẽtes Frãciscum Flores nõ potuisse renũtiare regulæ, de nõ appellando ante diffinitiuam sentẽtiam. Ex quo in proœmio illius regulæ papa exorditur se illam cõstitutionem fecisse, ut litibus finem imponeret: quæ uerba secũdum Rotam uidẽtur iuridica, & principaliter interesse publicum cõcernere, cui per dictum Frãciscum, contra quem erat producta, renuntiati non potuit.

Qvaestio VIII.

Qværo, quę est ratio, quare regula ista annalis defendit possessorem, etiã absque titulo, & triennalis regula non defendit, nisi habentem saltem coloratum titulum? Cuius tamen contrarium uidebatur dicendum. Nam ex quo est annalis possessio, & modici temporis, magis in ea uidebatur requiri titulus bonus, saltem coloratus, quàm in triennali, ut sic modicitas temporis per adiumẽtum tituli suppleretur. Non ita in triennali possessione, quæ ratione lõgioris tẽporis, sine aliquo titulo magis sustineri posset quę igitur est ratio tantæ diuersitatis?

Solvtio. Regula ista annalis fauet possessorib. & est inducta in odiũ impetrãtiũ, ut ex eius principio apparet. Et ita Rota interpretatione lõgæua tenuit. Triẽnalis uerò reg. nõ fauet principaliter possessorib. ꝓpterea requirit titulũ. Sed adhuc reincidimus in idẽ, quare magis annalis reg. fauet possessorib. ꝗ triẽnalis, cũ deberet esse cõtrariũ, ut plus possidẽs, plus hẽret fauoris: ꝓsertim cũ an. exce. sit odiosa respectu capiẽtis pos. ut patet ĩ l. 1. C. de an. exc.

Respondeo, data paritate possessionis sine titulo, magis fauendum fuit annali, quàm triennali: quia ille minus delinquit.

linquit percipiendo fructus sine titulo. At triennalis ex hoc grauiorem causam si bi constituit ex perseuerantia longioris temporis. Quia tanto grauiora sunt pec cata, quantò diutius infelicem animā de tinent alligatam. cap. fi. de consue. & ideo necessarius fuit titulus. Sed hoc non rele uat, quia etiam annalis possessor sine titu lo non deberet per annū, nec per mensem in peccato tolerari. Et ideo qua ratione titulum in triennali exigimus, in annali saltem coloratum exigere debemus. Et odiū impetrantium non debet esse tanti, ut detentorem annalem cum peccato de fenderet.

Quid igitur causæ fuit tam diuersi in stituti & contrariæ dispositionis? Respon deo, ꝙ diuersitas est in hoc, quia annali possessori nō fauet regula propter se prin cipaliter, sed propter negligentiam impe trantis. Nam alias non data negligētia im petrantis, annalis possessio nullum fauo rem tribuit possessori, cùm in potestate cuiuslibet sit, impetrare quando vult, & seruare contenta in ista regula: & seruan do ea, tunc annalis possessio non iuuat possidentem sine titulo, quominus condē netur impetranti in fructibus & expensis cum adiudicatione beneficii. Ubi uerò impetrans negligit ea seruare, quę hic cō tinentur, ipse sibi nocet, & causam damni dat, ut dicitur in l. Imperatores. ff. de iure fis. & tali casu punitur, ut molestator. Nō igitur ex hoc acquiritur annali possessori aliquod ius seu priuilegium, nisi ꝙ regu la punit impetrantem negligentem. Per hoc tamen non excluditur alius, & alius impetrans, quin seruata regula possit an nalem possessorē cōuenire, & rōnem suæ iniustæ possessionis quærere. Nam unius non seruantis regulam ignauia, & negli gentia non nocet alteri impetranti seruā ti regulam. Itaq; ad ultimum annalis pos sessor, si non habet titulum, luet pœnas, succūbet, & excludetur. Sed in reg de triē nali alia ratio concurrit: quia illa regula suspendit gratiam factam, & etiam noui ter impetrantes post triennium includit, & triennalem possessorem tanto tempo re uitæ suæ defendit, ac tuetur, adeò ꝙ uno exclusō alius impetrās nō admittitur, sed oēs pariter triennali possessore exclu duntur. Itaq; triēnnalis possessor, hoc me dio securus uiuit, & sine molestia fruitur. Sed in ista regula de annali, omnia ista ces sant, quia tantum annullat gratiam non seruātis regulā, nō alterius: triēnalis uerò omniū ēt nō negligētiū gratias suspēdit.

Posset tñ & alia facilior ratio differen tiæ inter utrasque regulas assignari. Nam in ista regula de annali ideo non requiri tur titulus, sed sola possessio, ex eo, quia regula annullat ipso iure gratiam impe trantis, non seruantis regulam, & reducit titulum ad non titulum, propter odium quod habet cōtra impetrātē certo modo beneficiū uiuētis annalis possessoris. Itaq; cū impetrans reperiatur medio exceptio nis istius regulæ exclusus, & nudus, pro pter annullationē tituli, quæ inducitur ꝓ pter decretū irritans regulæ, æquum erat possessorē, ēt nullū titulū habentē & nihil adhuc probantē in pari causa absolui de bere, iuxta c. fi. de iureiuran. & l. fin. C. de rei uend. quia in pari causa deficientis ti tuli possessori debemus magis q̄ actori fa uere, ut dicit tex. in c. in pari. de reg. iur. lib. 6. Sed in regula de triēnali, Papa nō an nullat ipso iure, sed tantum impetratio nem suspendit: licet possessori triēnali ex ceptionem regulæ cōtra oēs impetrantes perpetuò tribuat: nō tamē, ut dixi, annul lat titulū impetrātiū. Et quia iniquū uide batur, ꝙ triēnalis possessor sine titulo sal tē colorato acquireret exceptionē tantæ uirtutis cōtra habētē bonū, ideo Papa uo luit, ꝙ in dicta regula de triēnali, require ret titulus saltē coloratus, uel p̄sumptus. Qui quidem titulus coloratus, una cū triē nali possessione in pęnā negligētiæ, ip sius impetrātis titulū, licet bonū, obumbraret ac suspēderet. In regula igitur de triēnali post exceptionē titulus impetrātis bonus remanet, quāuis ope exceptionis ad uitā tātum triēnalis possessoris suspendatur.

Sed ulterius q̄rit, quare magis Papa in ista regula de annali impetrātis gratiā an nullare uoluit, quā ī regula de triēnali? Rō est, q̄a in regula de annali est imposita for ma impetrāti, quā si nō seruat, p̄sumit im probus molestator, & ob eā causā gr̄a an nullat. Sed in reg. de triēnali nō dat aliqua

scima,

forma,sed apponitur tempus actioni. Vnde si aliquis est negligens in non agendo infra triennium,sibi debet imputari,si eius gratia obfuscatur,& suspenditur in pœnã suæ negligentiæ. Damnum igitur quod quis sua culpa sentit,sibi debet imputare: iuxta c.damnum de re iudi.lib 6. Nec lex imposuit sibi hanc pœnam, sed ipsemet sibi ex negligentia sua eam incurrit. Et quia illa negligentia non est dolosa,sicut illa,quam hic incurrit,impetrans reg. istã de annali non seruando:ideo istiu gratia tanquam de doloso ipso iure annullatur. Illa uerò eliditur tãtum, non quia lex uoluit ibi punire actorem,sed quia actor ita uoluit,cum esset in facultate sua nolle excludi. Et ista sint dicta disputationis gratia: si quis tamen meliorem rõnẽ differentiæ inueniat, eam in medium proferat.

QVAESTIO IX.

QVæritur, nunquid regula ista debeat seruari extra Curiam coram legato uel ordinario?

SOLVTIO. Considerando rationem istius regulę prohibentis molestari possessores annales,certè uidetur tenendum,regulam ligare omnes etiam extra Curiam, quia licet dictum sit speciale: ubi tamen ratio est generalis,attenditur ratio,& nõ dictum:uulg.l.regula.ff.de iur. & fac. ign. Et hac ratione Rota sępe tenuit,regulam de infirmis resignantibus, habere locũ extra Curiam ut ibi dictum fuit. Suadetur hoc etiã ex uerbis procemii huius regulę, ibi,ut improbi motus perquirentiũ lites reprimantur,&c. Nam ista ratio procemij quæ finalis est,militat tam in curia,quàm extra quia utrobique improbi litigantiũ motus deprehenduntur. Et istud odium improbitatis quod non aliunde prouenit quam ex huiusmodi impetrationibus factis contra uiuentem possessorem annalẽ militat tam in impetrationibus, quæ fiũt à papa,quam à legato, uel ordinario extra curiam.Ergo debet fieri pariformis & æqualis interpretatio. Nam ut fraudes euitentur,& lites iniuste tollantur, regulæ uel leges,quæ alias essent restringẽdę, latè interpretari debent,ut utique locum habeant,ut dicit Dec.de alia regula Cancellariæ loquens,in cons.398. in fi. Et ibi refert sic fuisse iudicatum in Parlamento Franciæ. Postremo facit quia in prouisione ordinaria, & legatis etiam motu proprio motu factis requiritur mentio coloratæ possessionis alterius,ut tenet Abb.& communiter Doct.in cap. cum nostris.de conces.præb.Sequitur Fel. in c. in nostra. in 29.corrol.de rescrip.ł apus alleg.10.Et non solum in talibus impetrationibus requiritur mentio coloratę, sed etiam possessionis de facto,ut tenet Io.And.&Ant. in c.pen.per illum tex.de præb.& in c.litetas.de conces.pręb. Sed possessio annalis, aut est in dubio colorata,ut uoluit Fel. in d.c.in nostra.in 36. corro. & habemus intentum:aut est nuda possessio facti,& idẽ est dicendum,uidelicet ꝙ debet de ea fieri mentio:& quia ex detentione possessio arguitur:ut in c.2.ut lit. pend. tradit. Iaf. in § sic itaque.nu.30.Inst.de actio.Et quo ad istũ casum ista regula habere uidetur concursum iuris communis.

Prædictis tamen non obstantibus, contraria opinio uidetur uerior & communior.pro qua adducitur argumentum efficax:quia ratio quare prætendi potest istã regulam magis curiales, quàm exteros ligare,uidetur esse,quia impetranti à Papa est imputandum,& ad malitiam, & dolũ referendum, si non obseruat regulas ibi uigentes. Nam ex quo ibi publicantur à curialibus,& sciri, & perquiri debẽt, arg. c. t. de postu. ptæl. Sicut de extrauaganti ibi noua cuius ignorantia neminem excusat.tradunt Fel.& Abb.in c i.de re iu.& in c.pastoralis.de fi.instru. Sed ista ratio cessat extra curiam. Nam cum in curiis ordinariorum & legatorum rarò huiusmodi regulæ uentilentur,neq; publicentur possunt probabiliter ignorari iuxta tex. in c. 1.de const.lib.6. Et ideo impetrantes ab ordinario,non seruatã ista regula,debent excusari. Alias uideretur nimis durum,& iniuria plenum, ꝙ iuste ignorantes, & in partibus remotissimis habitantes,quia nõ didicerunt regulas Cancellariæ,punirẽtur tãgrauib.& acerbis pœnis hic designatis, contra tex.in cap. 2.de consti. lib. 6. Quæ quam sint à sensu aliena, nemo non facilè intelligit.

Adiuuatur hoc etiam alia ratione, secũdum Mo

dum Modern. Quia impetratio ab ordinario contra annalem possessorem non uidetur ita damnanda, ut calumniosa, sicut illa quæ obtinetur a Papa, ideo minus puniendа. Ratio est, quia ordinarius quando confert impetranti beneficium annalis possessoris, iam habet, uel habere præsumitur certam notitiam illius possessoris, cum uisitare soleat singulis annis oues suas, & teneatur titulos possessorum perscrutari, ut dicit tex. in c. ordinarii. de off. ord. lib. 6. Et tradit Fel. in c. ad aures. in 14. conclusione. de rescript. Et ideo conferendo simpliciter alteri beneficiũ, præsumitur annalem possessorem tanquam titulum non habentem negligere, ex quo melius cognoscit personas suæ diœcesis, quàm Papa, ut dicit gl. in clem. 2. de offi. ord. Et propter hanc causam nulla præscriptio etiam triennalis currit contra ordinarium, quominus possit remouere possessionem carentem titulo, ut tradunt oẽs, & ibi latius Fely. in c. licet Heli. de simo. & in cap. sicut. in 16. col. de re iudica. Et est expressum in concilio Basiliensi, titu. de pacif. pos. Et ideo impetrans ab ordinario, propter istã rationem non præsumetur molestator, nec improbus litigator. Secus tamen erit dicendum in impetrante à Papa, qui præsumetur iniustus impetrãs & molestator, si non seruat istam regulã, ex eo, quia Papa in dubio non intendit cõcedere gratiam contra annalem possessorem, non facta mentione istius regulæ: quia non habet, nec præsumitur habere, sicut ordinarii notitiam possessorum orbis terrarum, ob uarias occupationes rerum, propter quas multoties non concedenda concedit, ut dicitur in c. si aliquando. de sen. exc. & in l. 1. C. de pe. bo. subla. lib. 10. & no. in c. 1. de consti. lib. 6. Non. n. uisitat diœceses, sicut episcopi, nec perscrutatur titulos possidentiũ, sicut ordinarius, ut dicit gl. in c. statutum. de rescrip. lib. 6. Et ideo in dubio intendit possessoribus fauere, etiam si in effectu essent detẽtores intrusi, quia Papa in dubio iudicat potiorem esse causam possessoris. Cum igitur iustior & certior sit iustitia impetrantis ab ordinario, quàm à Papa, & diuersa ratio inter eos militet: merito in hac regula pœnali dicendum est, diuersum debere esse ius. Et forte ista ratione uoluit glo. in regula 19. de idiomate, illam regulam nõ habere locum in ordinario.

Sed aduertendũm est, quia ratio ista morderi potest. Nam licet ordinarius titulos possessoris beneficiorum in diœcesi sua existentium quando uacant, scire possit: non tamen scire præsumitur uacationes aliorum beneficiorum sui subditi possessoris annalis alibi contingentes, licet illę resultent ex facto possessoris annalis uiuentis, de quib. loquitur ista reg. Nam hic agitur de impetrante beneficium uiuentis possessoris. Vnde si aliquis impetrat beneficium, ex eo, quia possessor annalis est execrabilis, hoc genus uacationis potest ignorari ita ab ordinario, sicut à Papa, quia cum sint facti, censentur ignota etiã à prudentissimis. l. 2. ff. de iu. & fac. igno. c. 1. de consti. li. 6. Nec uisitatio ordinarii hoc detegere potest, cum possit possessor habere beneficia in uariis diœcesibus, & ostendẽdo titulũ beneficii diœcesis ipsius uisitantis, satisfacit ordinario. Alia uerò beneficia alibi existentia potest dissimulare, & sic ea ordinarius ignorare potest, sicut Papa. Ex quorum possessione ignota ordinario potest resultare incompatabilitas, quæ præstaret iustam impetrationis causam. Sic etiam impetratur beneficium annalis possessoris per contractum matrimonii fortè occulti & incogniti ordinario, uel per simoniam. Nam in istis modis uacandi uerificantur uerba istius regulæ, ibi, certo modo. & tamen in istis ita potest decipi ordinarius, sicut Papa. Nisi dicamus, ꝙ ordinarius uisitator põt subditum suum compellere etiam ad ostendendum omnes titulos beneficiorũ suorum, etiam alibi consistentium. Ex quibus resultare possem impedimentum aliquod ad retinendum beneficium existentis in diœcesi uisitãtis. Et hoc facere posset sub pœna excõmunicationis, quã in dubio non præsumitur quis incurrere uelle: arg. l. fi. C. ad l. Iul. repe. Et ita per diligentem inuestigationem haberi potnotitia omniũ beneficiorum ipsius subditi quæ omnia cessant in Papa nõ uisitãte. Nec obst. quod dictum est de impetratio

ne

ne per contractum matrimonii occulti, uel per simoniam: quia sic itè in illis uacationib. per quas agitur ad priuationem ista reg. non procedit, ut latius dicetur inferiùs in alia quæstione.

Præterea, quod ista reg. non habeat locum extra Curiam, tenuit in specie quidam celebris doct. antiquus Viuianus de Viuianis, aduocatus consistorialis, in quodam suo consilio reddito in causa Mussinensis parochialis.

Postremò, pro ista opi. adduci potest alia ratio satis concludens: quia reg. antiqua Eugenii 4. primi cõditoris huius reg. expresse loquitur de impetrante à sede Apostolica. Et omnia uerba illius reg. nullo pacto possunt adaptari ad impetrationem ab ordinario extra curiam faciendã. Vnde ex quo ista reg. moder. nihil addit ad illam Eugenii, sed simpliciter loquitur debet intelligi & declarari secundum illã antiquam, ut uidelicet restringatur ad terminos tantùm, in quibus antiqua regula loquitur: quia uulgatum est, leges posteriores secundum antiquas restringi & declarari debere, ut habetur in l. non est nouum. cum l. seq. ff. de legib. & tradit latè Rom. in consi. 34. incip. circa primum cõsultationis articulum. in pe. col. ubi multa iura ad hoc adducit, cum aliis cõcord. ut latissimè scripsi in c. 1. in gl. reuocare. de constitu. lib. 6. Et licet aliquando lex antiqua recipiat declarationem à moderna, hoc procedit, quando lex antiqua obscurè uel inuolutè loquitur, ut tradit And. Sicul. in c. super quæstionum. in 3. not. de offi. deleg. Et ante ipsum Alex. in cõsil. 108. col. fi. uel 3. Sic econtrà, quando lex moderna generaliter loquitur, potest declarari secundum antiquam, ne illam in dubio uideatur corrigere. Quod fieri non debet, nisi expresse dicatur, iuxta l. iubemus. C. de testa. & quæ latissimè dixi in c. 1. de cõstitut. lib. 6. Nec obstat, quòd papa in ista moderna regula omiserit illa uerba (à sede Apostolica impetrauerunt) posita in regula antiqua. Ex quo uidetur innui uoluisse reg. istam modernam indistinctè & generaliter in quacunque impetratione procedere, siue illa fiat ab ordinario, siue à papa: arg. eorum, quæ dicit Rota in decis. 50. tit. de rescrip. in antiq. & decis. 5. e. ti. in antiquiorib. & reassumit Fely. in c. super literas. in 8. col. de rescrip. dum ibi uolunt, quod quando papa in supplicatione porrecta delet aliqua, uidetur in omnibus aliis gratiam uelle concedere. Sed ad hoc respondetur, quod papa in moderna regula deleuit illa uerba, quia non erant necessaria: ex quo per sequẽtia uerba regulæ satis colligebatur, eam loqui in impetrationibus Apostolicis. quod manifestè colligitur ex genere pœnæ hic appositę. Nam papa iubet mulctari improbum impetrantem in quinquaginta florenis auri Cameræ apostolicæ applicandi. Nam ista uerba inferũt, loqui regulam de impetrãte in curia R. ab ipso papa, nõ aũt ordinario extra curiam. Et sic apparet, quod illa uerba (à sede Apostolica) posita in regula antiqua, non erant necessaria, sed potiùs superflua: cùm hoc idem poterat ex aliis uerbis regulæ comprehendi. Et breuitas in legibus commendatur, ut tradit Gem. in c. fi. in 5. no. de uer. sig. lib. 6. Et hoc etiam in ratione consistit, quia si papa uoluisset reg. in ordinariis extra curiam habere locum, dixisset, iuxta uulg. c. ad audientiam. de deci. Et isto modo arguendi utitur gl. in c. ut circa. in uerbo, adhærentes, & in c. cupientes. §. si uerò. in uerbo, priuetur. & in §. uel si personas. in uerbo, priuetur. & in c. si fortè. in uerbo, restitueret. de elec. lib. 6. Prætereà, quia uidemus regulam non habere locum in gratia motu proprio, ut dicam in seq. q. Et tamen gratiæ omnes ordinariorum censentur in dubio factæ motu proprio, ut tradit Fel. post alios, quos ibi allegat in c. in nostra. in 29. correlario. de rescr. & in c. ad aures. in 14. concl. eo. tit. allegat Card. in cle. 2. de offi. uic. qui hoc tenet. Ex quibus apparet istam opin. satis esse æquam & probabilẽ. Secundum quam ita iudicauit Rota coram R. D. Raynaldo Petrutio, in una Romana sancti Pauli & Cæsarei, in qua bis proposita, ita cõclusit die 14. & 18. Ianuarii, 1538.

QVAESTIO X.

QVæro, an ista regula habeat locũ in impetrante gratiam motu proprio?

SOLVTIO. Breuiter uidetur prima facie

facie dicendum, ꝙ sic. Pro qua opinione inducitur tex. in cle. 1. §. fi. quam ibi notat Card. in fi. de concess. præben. ubi text. ille qui loquitur in impetrante, habet locũ in gratia, motu proprio, ea ratione, ut litibus occurratur. Ad idem est tex. in extrauag. sedes apostolica. Ioan. 22. posita in tit. de præbend. qui uidetur loqui de impetrantibus, & tamen habet locum in gratiis motu proprio, cum in eisdem militet eadem ratio, ut latè dicit ibi gl. in uerb. concessæ. Postremò, pro ista opinione uidetur tex. in cap. cum nostris. de concess. præben. secundum quod ibi declarat Anto. Imol. & Abb. & communiter Moder. ubi est tex. ꝙ impetratio non ualet, non facta mẽtione de colorata possessione alterius, & tenet decis. 78. de rescript. in antiq. & tamẽ ille tex. procedit etiam si impetratio fuerit obtenta motu proprio, ut ibi dicunt prædicti docto. Sic est dicendum in ista regula: nam dato, ꝙ in illa nulla fiat mentio de gratia, Motu proprio, tamẽ debet suppleri, & subintelligi per alia iura de materia loquentia.

Sed prædictis non obstantibus, contraria opi. uidet̃ uerior, pro qua in primis põderanda sunt illa uerba posita hic in regula (Quicunque impetrauerit) quod quidem uerbum, Impetrauerit uere loquẽdo ad gratiam motu proprio adaptari non potest, cum sint inter se lõgè diuersæ, impetrare, aut motu proprio obtinere: ut est tex. quem ibi no. Bar. & alii in l. 1. circa fi. C. de pet. bo. sublat. lib. 10. Hinc est, ꝙ prohibitus impetrare, non prohibetur conseq gratiam motu proprio, ut ibi dicitur. & tradunt Moder. in ca. si motu proprio. de præb. lib. 6. Quod a. ita ratione suaderi potest: quia ille, qui impetrat in materia odiosa, præsumitur ambitiosus & importunus, ut dicit Io. And. in ca. duobus. de rescri. lib. 6. in nouel. per text. in c. quamuis. de præb. lib. 6. Adeò ꝙ papa uidetur potius ꝑ suggestionem ad impetrãtis importunas preces, q̃ spõte sua gratiã cõcedere: quamobrem de tali impetrante male præsumitur, ut colligitur hic in uerbis proœmii: Sed hę omnes præsumptiones maliti ę cessant in obtinẽte gratiam motu proprio, cui papa præsumitur potius ob eius meritũ, quàm ad eius importunã petitionem prouidere, ut dicit Bal. in l. quod fauore. C. de legi. & sequitur Io. de Plat & Moder. in d. l. 1. Ideo talis impetrans non cõprehẽditur sub dispositione istius reg. quia talis nõ dicitur improbus, nec exquirit lites, ut dicit hęc regu. Habebit ergo locum in casu suo, & non in obtinente gratiã motu proprio. Suadetur ulterius illa opi. quia ratio regulæ non uidetur posse adaptari ad gratiam motu proprio, ex eo, quia non est præsumendum papam sponte sua, seu motu proprio uelle concedere illud, quod per istam reg. grauissimè, ut illicitum castigauit. Regula. n. ista improbat factum & animũ illius, qui impetrat scięter, & ex proposito beneficium uiuentis annalis possessoris, & tales pluribus pęnis hic contentis punit. Sed clarum est, ꝙ ista improbitas considerari non potest in eo, cui fortè præter eius mentem & scientiã papa motu proprio beneficium contulit: ergo in eo regula locum non habebit. Pro qua opi. cõferunt ea, quæ Io. de Ana. dicit in c. cum sit, de Iudę. in 3. not. Vbi conclu dit text. illũ de impetrãtem loquẽtem nõ habere locũ in gratia Motu proprio, quia nõ est similis eadẽq; ratio utriusq; casus: pariter ẽt tex. in l. 3. cũ ibi no. ff. quod quisque iuris. quæ loquitur de impetrantibus secundũ cõmunem opinionẽ nõ procedit in gratia, Motu proprio, ut ibi notant omnes. Et tenendo istam partem, non obstant quæ in contrarium adducta fuerũt. Primo text. in d. cle. 1. §. fin. cum aliis. quia ad illa iura unica patet responsio, uidelicet ꝙ promiscuè & indefinitè loquuntur: neque aperiunt de qua impetratione papa intelligere uelit. Itaq; ratio ibi posita potest ad utrũque casum adaptari: quod cessat in casu nostro, ubi uerba istius regulæ sunt clara de impetrante loquentia.

Et ꝙ ista regula in gratia, Motu proprio locum sibi non uẽdicet, probatur euidenti ratiõne: quia, ut in proxima quæst. conclusum fuit, ista reg. non habet locum in ordinariis extra curiã: & tñ oẽs ordinarii concedunt gratias motu proprio, ut ibi dixi ex dictis Card. in cle. fi. de offi. ord. & Fel. in c. in nostra. in 29. correl. de rescript. Et ista quę dicta sunt, de plano procedunt

dunt in uera gratia motu proprio ex mera & spontanea liberalitate principis emanante. Secus tamen uideretur dicendum in gratia motus proprius procurata, & ꝑ fauores obtenta prout sæpe fit. Nam in tali casu posset teneri, regulam talem motũ proprium comprehendere, cum in eo militet eadẽ ratio, quæ militat in gratia impetrata. pro qua distinctione est notabile dictũ Card. in consi. 142. in fi. quem Mod. Mediolanen. sequuntur in c. 1. in 2. col. de rescript. facit gl. in uersi. liberalitates. in l. fi. C. de fruc. & lit. expen. quæ vult iuncto illo text. quòd gratia motu proprio, si fiat ad impetrationem, non dicatur proprie gratia motu proprio ideo lege 3. ff. quod quisque iur. quæ alias locum nõ habet in gratia motu proprio: procedet tamen in ista gratia motu proprio procurata. Nam talis procurans huiusmodi gratiam, debet reputari magis improbus & ambitiosus, quàm simpliciter & ordinario iure impetrans, per ea, quæ tradit Ias. in § sed & iste. insti. de act. cum concor ut latè ibi scribo in 8. col. Quibus accedunt ea, quæ And. Sicul. dixit in consi. 57. incip. prçclarè. in 3. col. in 1. uol. & consil. 56. incip. & quidem. in 1. col. eod. lib. Facit ad hoc dicta Iason in l. si quis id, quod in 6. col. ff. de iurisd. om. iud. & Petri And. Gammа. in tracta. lega. q. 18. lib. 10. Et quod in notabili quçstione tradit Bar. in l. si seruus communis. §. quod u eiò. ff. de fur. & Abb. post Inno. in alio casu in cap. sicut. el 3. in 6. col. de iureiu. Ex quibus omnibus resultat ista conclusio, ꝙ procurans habere titulum, seu gratiam motu proprio, ut excludat alium prout in casu nostro, in grauiori causa se constituit, quàm impetrans debito & regulari modo.

Sed aduertendum est, ꝙ ista distinctio non uidetur tuta, ex eo, quia Rota non tenet illud consilium Cardin prout uidi iudicatum bis tempore meo: quia sufficit, ꝙ gratia sit motu proprio, licet fuerit procurata: quia non attenditur quomodo quis gratiam obtinuit, sed qualiter uerba gratiæ sonant. Nam, ut inquit Satyr.

Vnde habeas quçrit nemo, sed oportet habere. Alias rarissimè gratiæ inuenirentur, quæ possent dici motu proprio cõcessæ, cum Pontifices hodierni iam sponte sua non moueantur ad concedendas gratias motu proprio, nisi requisiti & rogati ut experientia docet. pulsantibus enim & petentibus conceditur ille fauor, iuxta illud Euangelii Marci 7. c. Petite, & accipietis, &c. Alias sequeretur absurdum, ꝙ omnia iura loquẽtia de motu proprio essent hodie frustratoria. Quod non est dicendum, ut notat Fely. in c. si quando. col. fin. de rescrip. Et pro isto Rotæ stylo est notabilis decis. Bald. in ca. nisi specialis. in j. colu. uersic. pone in literis, &c. de of. leg. quem ibi multum commendat And. Sicu. in 2. col. nu. 38. & Fely. in d. c. si quãdo. ubi Bal. in fortioribus terminis dicit, ꝙ etiam si in supplicatione cõcessa motu proprio dicatur: Supplicauit nobis talis, &c. Si tamen papa motu proprio concessit, nihilominus gratia erit motu proprio concessa, & non ad impetrationem, & operabitur uirtutem suam, ac si nihil de supplicatione dixisset. Ratio assignatur per And. Sicu. ibi, quia concessiones apostolicæ sub duplici genere conceduntur, uidelicet uel ad instantiam, seu postulationem impetrãtis, aut motu proprio. ea. si motu proprio. de prædiis. lib. 6. Quando igitur usus supplicat, & instat, ꝙ papa ei concedat gratiam eo modo, quo petit, & papa in signatura sua non respondet, Fiat, ut petitur, sed fiat motũ proprio, & sic uult concedere gratiam magis priuilegiatam & pinguiorem, quã ab eo petitur, uidelicet motu proprio, est signum, ꝙ noluit concedere ad supplicationem impetrantis, sed ex suo motu proprio: quia concessio unius est exclusio alterius, ut dicit Rota in antiquis, titu. de rescrip. decis. 50. & in antiquioribus decisione 5. Nam ex quo plures sunt motus in principe, dignosci non potest quis sit ille motus, nisi per eius uerba in signatura expressa. Nam si intendit ad preces supplicantis gratiam concedere, & non sponte sua, ille motus detegitur per illa uerba signaturæ, fiat, ut petitur. Sin autem intendit facere gratiam, propter meritum impetrantis ex motu meræ liberalitatis, & non propter petitionem impetrantis, tali casu respondit, fiat motu proprio. Nam per huiusmo

di signaturam datur nobis signum, quòd papa propter preces motus non fuit, sed propter meritum petentis. Secundū quæ merita præsumitur, ut dixi, papam gratiā motu proprio concedere uelle, & non ad petitionem suam, ut dicit Bal. in d. l. quod fauore. quod est notandum. Et ideo si im petrans in supplicatione petat à papa sibi gratiam motu proprio concedi, & papa in signatura non responderet, fiat motu proprio: sed, fiat, ut petitur, gratia non censeretur facta motu proprio: licet in supplicatione hoc petatur, sed erit gratia facta ad postulationem: Nunquam igitur gratia dicetur motu proprio concessa, nisi papa hoc in sua signatura exprimat & concedat. Et ita debent intelligi omnia in iura de motu proprio loquentia. Et sic hodie practicatur in curia. Iste tamen stylus, & dictum Bald. in d. c. nisi limitatur notabiliter procedere, quando princeps absque petitione partis esset gratiam motu proprio concessurus, Secus, si aliàs non concessisset: quia tali casu gratia censeretur facta ad postulationem, licet papa in signatura dicat motu proprio. Ita nota. declarat illud dictū Baldi Decius in c. cum M. in 13. col. uersi. sed ad de. & in 14. col. uersi. non obstat dictum Salyc. & c. de consti. Pro quo facit gl. in d. l. fi. C. de fruct. & lit. expens. Quod dictum est nouum, & non tactum ab aliquo, quē legetim, secundum quod possunt plura dicta in ista materia concordari: sed uereor, ne subsistat: quia illa mens papæ an esset, uel non concessurus, uideri non potest, quia de his quæ in mente hominis cō sistunt, solus Deus est perscrutator. c. 1. ut eccle. bene. Et ideo illa mens principis deprehendi non potest, nisi ex uerbis: quia talis præsumitur mens illius, qualem uerba indicant. ut dicit tex. in l. Labeo. ff. de supellect. leg. quia non præsumitur papa uerbis exprimere, quod mēte nō cōcepe rit, ut dicitur in d. l. Labeo. in fi. & tradit Iaf. in l. 1. §. fi. in 2. col. ff. de uerb. obli.

Et ideo concludo, quòd quando papa in signatura sua dicit, Fiat motu proprio, dato quòd millies nunquam animum habuerit cōcedendi gratiam motu proprio: nihilominus erit uera gratia motu proprio, & in ea habebit locum text. in cap. si motu proprio, & in c. si plurib. de præben. lib. 6. cum omnibus aliis de motu proprio loquentibus.

Et prædicta omnia procedunt, quando sumus in claro, quòd gratia motu proprio conceditur. In dubio tamen, quando nescimus, nec apparet, an gratia motu proprio, uel ad postulationem sit concessa, tenendum est, gratiā motu proprio censeri concessam, & sic ex spontanea & libera principis uoluntate, ut tradit Decius in consil. 341. uiso puncto. in 2. col lum. Tamen ego etiam multùm dubitarē de isto dicto Decii, ex eo, quia in dubio rescriptum debet interpretari potius iustitiæ quàm gratiosum, & sic magis ad postulationem, quàm motu proprio concessum, ut dicit Gemi. post Ioan. And. & alios in c. si cui nulla. colū. 1. de pręb. lib. 6. ut dixi in titu. de rescrip. eod. lib. numero 16. & in trac. signaturę nu. 8. ubi latiùs scripsi.

QVAESTIO XI.

QVæro, an ista regula de annali, obstet impetranti habenti fortè mandatū de prouidendo ad monasterium monialiū, ad quod solent per electionem & confirmationem assumi?

SOLVTIO. Pro resolutione distinguendi sunt duo casus. Primus, in monasteriis consistorialibus, & in illis ex quo non fit prouisio per uiam impetrationis regula non procedit, ut dicetur in alia quæst. & dixi in regula de infir. resignant. Aut uerò loquimur in monasteriis non consistorialibus. & puto idem dicendum, ex eo, quia regula loquitur de beneficiis, quæ de sui natura certo modo impetrari solent, ut innuūt uerba istius reg. ibi (si q̄s impetrauerit.) Secus uerò de beneficiis, quæ sunt electiua, ut monasteria monialium, iuxta c. indemnitatib. de elect. lib. 6. quæ communiter impetrantib. nō conceduntur. Et licet aliquando impetrentur, illud accidentaliter euenit: regulariter tamen per electionem dantur: & iste naturalis modus prouidendi attendi debet, non accidentalis: arg. l. qui habet. ff. de turel. c. requisisti. de testa. cum concor. ut scribit Iaf. in l. 3. in fina. ff. de offic. assef.

Præ

Præterea, quia qualibet dispositio in dubio interpretari debet iure ordinario, non extraordinario: uulg. l. Seio. §. medio. ff. de annu. leg. cum concord. ut tradũt Moderni Mediolanen. in c. inter cætera. in 3. col. de appel. Cùm igitur ista regula loquatur de beneficiis certo modo impetrãdis, debet intelligi de beneficiis quę regulatiter, & uia ordinaria impetrantur, non autem de illis, quæ extraordinariè conceduntur. Nam propterea, quòd beneficium electiuum semel impetretur, non desinit esse electiuum, nec perdit naturã suam. Sicut non mendicans, propterea ꝙ semel mendicet, non dicitur mendicans, quia non perdit naturam suam: ut dicit Feder. de Senis in consi. 140. Nec doct. dicetur mercator, licet aliquando mercetur, ut probat Alexan. in l. cætera. §. si quis. ff. de leg. 1. Bar. in l. 1. §. 1. ff. de exerci. cũ aliis, de quibus per Fely. in procemio Decretali in uersic. Gregorius colnm. fi. Regula igitur ista loquens de beneficio impetrabili, intelligetur de illo, quod regulariter, & de natura sui est tale: sed monasteria non sunt huiusmodi, sed ad ea personæ per electionem assumuntur. Ergo regula loquens in uno, non habebit locum in alio: iuxta capitulo cum in illis. §. illis. de præbend. lib. 6. & in capitulo final. eodem titulo, in antiq. Et quamuis uerbum, Beneficii, aptum sit comprehendere maiora beneficia, hoc tamen non habet locum in materia odiosa, nisi exprimatur: ut tradit Abb. in capitulo penult. de uerbo. sign. Et ideo Ioan. Mon. in cap. inquisitores. de hæret. li. 6. attestatur se uidisse papã declarasse dispositionem loquentem de dignitatibus, non comprehendere monasteria. Et hoc idem dicit Archi. in cap. 2. de præbend. lib. Præsertim, quia regula respectu impetrantium (dato ꝙ indefinitè loquatur) est pœnalis, ut apparet in ea. Quo casu in materia pœnali indefinita loquutio non æquipollet uniuersali: iuxta doct. Dy. in rubr. de regu. iur. lib. 6. l. si seruitus, ff. de seruit. urb. prædio. Nam si papa uoluisset istum text. ad ista monasteria extẽdere, hoc dixisset, saltem ꝑ uerba uniuersalia, prout fecit in regula de triennali, ꝑ per uerbum, Quęcunque. & in regula, de uerisimili, notitia obitus. & in regula, de subrogan dis, & multis aliis. Sequẽda est igitur consuetudo principis, iuxta l. cum uniuersorum. ff. de ret. permut. Et quia ista beneficia electiua habent suam determinationem, ut in d. §. illis. Et sunt speciali mentione digna, & si non exprimantur, non comprehenduntur, ut habetur in cle. 1. de præb. tradit notabiliter, & latissimè Fely. in cap. in nostra. in 31. & 32. col. de rescrip. Maximè quando beneficiũ electiuũ, est monasterium, & sic dignitas Abbatialis, quæ requirit maiorem expressionem: adeò quòd non solùm appellatione beneficiorum, sed etiam inferiorum dignitatũ non comprehenduntur, iuxta not. per Archi. in ca. 2. de prębend. lib. 6. & tenet Old. consi. 14. maximè colum. fin. Et facit, qđ dicit Dom. in consil. 131. & pro ista opi. cõferunt omnes rationes, quas ponit Lap. alleg. 84. col. penul. Ex quib. omnibus concludo, regulam in talibus dignitatibus nõ habere locum, & per consequens non obstare habenti prouisionem, nec etiam impetrationem. Et ita reperio in terminis istam opinionẽ adnotasse Reuerendissimũ cardinalem Sanctorũ Quatuor, seniorẽ, in suis memorialibus.

Ego tamen de ista opinione multum dubito, ex eo, quia ista regula fuit edita in fauorem possessorum, & in odium impetrantium, propterea, quia uexant possessores uiuentes. Et ideo regula in sui procemio tales impetrant[...] improbos appellat, qui uiuentes possessores insequuntur, Vnde ob eam causam huiusmodi ambitium, & illaudatæ cupiditati modus est hic positus, quem impetrantes, si uoti cõpotes fieri cupiunt, seruare tenentur: alias malè de tali impetrante suspicatur. Quod si pœna istius regulæ regulariter in quocũque beneficio locum habet, & talis impetrans improbus iudicatur: multò magis improbior & ambitiosior iudicabitur is, qui monasterium monialium, natura sui electiuum, impetrare conatur. Quia tunc peccat in duobus, uidelicet, non seruãdo regulam, & quia impetrauit monasteriũ, natura sui non impetrabile, nec solitum ꝑ impetrationem concedi.

Et ista omnia de plano procedant, nisi

monasterium iam esset solitum impetrari: quia per hoc uideretur amitti natura sua primæua: argu. c. cum de beneficio. de preben. lib. 6. Sicut uidemus, ꝙ regula procedit in Archidiaconatib. quæ sunt maiora & pstantiora monasteriis, ut dicit Abb. in c. per tuas in uersic. excellentiores. de simo. Et ista opi. facit, ut dicamus regula contra taliter impetrantes locum habere, ne religiosi, & monachi in monasterio residentes, & diuinis insęruientes, per lites certo modo procuratas distrahantur, quod toto tit. ne cler. uel mon. prohibet.

Finaliter, ut tota hæc materia concludatur, distinguendi sunt duo casus. Primus, qñ aliquis de monasterio prouidetur, & tali casu regula non habebit locum, per ea, quæ dicta sunt. Secundus casus est, qñ monasteriũ impetratur, tunc obstat regula rationib. supradictis. Et ita per prædictas rationes iste casus modernis temporis in Rota decisus fuit coram D. Nicolao de Aretio in quadam Consentina monasterii, ut tunc D. Io. Bap. de Senis, & Iacobus de Nigris Sacri consistorii aduocati adnotarũt.

QVAESTIO XII.

QVæro, an impetranti beneficium contra capitulum alicuius ecclesię possessorem annalem obstet ista reg.

SOLVTIO. Fuit dubium hoc positũ tempore Pauli 2. in Rota. Et tunc quidam A. de Benzis ex primariis illorum temporũ aduocatus, tenuit regulam isto casu non habere locum. Quod ex eo persuadebat, quia uerba regulæ non poterant in c. possidente uerificari, quæ requirit expressionẽ nominis, gradus, & nobilitatis possessoris in impetratione faciẽda: hęc. n. potius singulares possessores, q̃ capitulũ uel collegiũ respiciunt. Ergo tali casu regula nõ habebit locum: nam quib. uerba legis non conueniũt, neq; ipsa dispositio conuenire uidetur. l. si seruũ. §. nõ dixit ptor. ff. de aqua quot. & æsti. Quòd uero nomẽ, gradus, & nobilitas capituli exprimi nõ possint, manifeste apparet: quia capitulũ est persona repræsentata. l. mortuo. ff. de fideiuss. c. Rom. §. in uniuersitate. cũ ibi notatis. de sent. exc. li. 6. In quo nec gradus, aut nobilitas subsistere põt, nisi forte uelimus singulos de capit. cõsiderari qđ fieri minimè potest, iuxta ea. liberti. 12. q. 2. & §. qui manumittitur. & l. sed si hac l. §. qui manumittitur. cum uulg. ff. de in ius uoc. Esset enim absurdum, quòd in impetratione beneficii tot canonicorũ nomina, tot gradus, & singulorũ nobilitatẽ impetrãs exprimere teneretur. Quòd etiã si cõmodè talis expressio fieri posset: alia tamen ratio repugnat, cùm alia sit capituli, alia singulorũ possessio. Et dato, quòd aliqua particularis persona nomine capituli possideret: illius tamẽ nomẽ gradũ, aut nobilitatẽ exprimere nõ licet: quia ille non dicitur possidere, q alieno nomine possidet. c. cũ uenissent. de re. spo. Procedit ergo regula in terminis suis, quãdo cõtra singularẽ possessorẽ fit interpretatio. Nec etiam secunda pars regulæ hoc casu potest habere locum, cùm depẽdeat a prima, quasi eã in necessariũ antecedens præsupponens.

Addo unum aliud, quia satis notũ est, ꝙ dispositio simpliciter loquens de personis, nunquã cõprehendit collegium, uel capitulũ, nisi expressè dicatur, ut latè per plura iura & rationes probat Rom. de collegio auditorum Rotæ loquens, in consi. 436. incip. quòd indultum, &c. Sed in eo reg. nulla fit mẽtio de cap. igitur in eo regula non habebit locum.

Sed istis rationibus non obstantibus cõtraria opi. defendi potest istis fundamentis. Primò, quia reg. ista, quæ indistinctè loquitur, nõ astringit impetrantem præcisè contra graduatũ possessorem impetraret sed impetrandi licentiam generaliter contra graduatũ & non graduatum cõcedit. Si igitur possessor graduatus est, exprimet impetrans gradũ, & ea quæ hic dicuntur. Si uerò graduatus nõ est, aut in eo possessore cadere gradus, nec nobilitas potest, tali casu regula impetrantem ad ea exprimenda non astringit, sed seruabit alia cõtera in reg. quæ seruari possunt, in quibus regula procedet, & locũ habere poterit. Concludo igitur, ꝙ si in re inanimata & in corporea, seu in corpore repræsentato, quale est capitulum, fieri prædictarum qualitatum expressio non possit, in eo regula non procedet, quo ad illam particulã: seruabit tamẽ impetrans regulã in aliis eius partibus substantialibus, propter

quas principaliter fuit edita. Nam & quot annis capitulum possedit, & causam, quare illi ius non competat, exprimere debebit, & omnia quæ in secunda & tertia parte regulæ continentur, ꝙ si non fecerit obstabit ei regula, quę magis in istis aliis requisitis seruari debet, quam in parte illa expressionis gradus & nobilitatis, quæ nihil importat, & quibus communiter derogari solet. Nam ratio regulæ in sui procemio (ut lites reprimantur) magis respicit res alias, quàm expressionem gradus & nobilitatis, ut de se patet. Et ideo istius secundæ partis, quæ iustificationem & prosecutionem causæ respicit, nunquam aut raro fit derogatio.

QVAESTIO XIII.

QVæro, nunquid reg. ista procedat contra impetrantem, qui ad effectum, ut contra eum de ista regula recipi non posset ante suam impetrationē, possessorem ipsum ante completum annum a possessione deiici curauit?

SOLVTIO. Videtur dicendum ꝙ nō, quia exceptio istius regulæ datur possessori dūtaxat, & nō oī possessori, sed tm̄ possessori immediato. Ista omnia probantur in tex. ibi (per annum immediatè præcedentē pacificè possessum &c.) & ibi infra (sex mēses possessorem ipsum, &c.) Itaque tota ista regula est fundata in possessione illius, contra quem impetratur. Sed in casu proposito expoliatus ab alio, amittit possessionem. Ergo illi non competit exceptio istius regulæ: quia cui non adaptantur uerba dispositionis, neque competit ipsa dispositio. l. si seruum. ff. de acq. hær.

In contrarium facit, quia fraus & dolus nemini patrocinari debēt, ut in c. sedes, & c. ex tenore, de rescri. Sed si iste possessor dolo & fraude impetrantis spoliatus de regula excipere non posset, impetrans ex dolo & malitia sua commodum reportaret, contra tex. in c. eum, qui. de præb. li. 6. ergo, ut in eo puniatur, in quo deliquit, est dicendum hoc casu, possessorem expoliatum in odium impetrantis, reputari ꝓ possessore annali, ad effectum excipiendi de ista regula, cum per eum non steterit quominus integrum annum compleret, ac per impetrantis malitiam factum sit, quominus possideat, iuxta tex. in l. i. §. sed & Aristo. cum conc. ibi positis in gl. ff. qđ ui aut clam. Et ista omnia a fortiori procedent, quando idem impetrans post impetrationem factam contra possessorem eūdem spoliaret sua possessione prout contigit in causa Hispa. Scholastriæ, in qua Sebastianus Ponze post impetrationem spoliauit d. Francis. Solis, episcopum Balneoregien. ad effectum, ꝙ episcopus exciperet de regula, prout excepit: Sebastianus spoliator replicaret, episcopo exceptioni regulæ non esse locum, quia episcopus non erat possessor tempore exceptionis regulæ, & ideo isto casu per Rotam conclusum fuit locum esse regulæ: quia per episcopum factum non fuerat, quominus possideret, & ideo pro possessore habitus fuit ad effectum exceptionis regulæ. Et ita post plures informationes in dicta causa Hispalen. decisum fuit hoc dubium die 17. Octobris 1533 coram D. Nicolao Aragona. Et ille punctus decisus fuerat per Rotam præsupposito uero spolio d. Sebastiani, de quo fuit postea latissimè disputatū, ut dicetur inferius in proxima, & aliis q. Et sic patet responsio ad contraria. Nam sicut pro possessore habetur, qui dolo desiit possidere. l. qui dolo. ff. de reg. iur. Ita & ille qui dolo aduersarii desinit possidere, reputabitur possessor, in damnum & præiudiciū dolosi, ut est text. & ibi gl. in c. contingit, de dolo & cont. & in l. quamuis ff. de bo. au. iu. po. Itaq; poterūt & verba, & mēs istius reg. in tali possessore uerificare.

QVAESTIO XIIII.

QVæro, an impetrās impeditus per possessorem annalem, quominus causam impediret infra annum excusetur à pœnis regulæ?

SOLVTIO. Iste ēt casus uētilatus fuit in Rota in præd. causa Hispal. Scholastriæ.

Pro cuius intelligētia in facto ꝓmittendū est, ꝙ d. Franc. de Solis eps Balneoreg. cōmisit causam super d. Scholastria in possessorio, & petitorio contra Sebastianū Pōze aduersarium, a quo se spoliatum prætendebat uigore cuiusdam Breuis apostolici de d. Scholastria Sebastianus uero contrariū asserebat, ex eo quia in d. Breui erat illa clausula apposita, uidelicet ꝙ capere possesf

possessionem posset sine uitio spolii, &c. uigore dictæ commissionis, eps Sebastianū infra sex menses ad iudicium euocauit, & sic impleuit unā partē istius reg. Deinde Sebastianus cum procederet contra episcopum & seruaret aliquos terminos in petitorio, episcopus petitorium suspēdit, & contra d. Sebastianum commissionē reductoriam Breuis ad ius commune impetrauit, uigore cuius obtinuit primam sententiam contra Sebastianum in spolio, cui purgato spolio Sebastianus paruit, & causam petitori contra episcopum continuauit. Verum, quia propter suspensionem petitorii per episcopum obtentam factum, fuit, quominus Sebastianus super petitorio causam usq; ad sententiam inclusiuè, iuxta formam istius reg. prosequeretur, episcopus contra illum de regula ista excepit. Sebastianus respondebat per ipsum factum non fuisse, quominus impleret requisita istius regulæ, sed suspensio petitorii per episcopum facta in causa fuit, ne ipse causam usque ad sñiam prosequeref.

Dubitatum fuit, quid iuris? Solutio. Super isto puncto Rota conclusit Sebastianū excusari, & illi regulam non obstare. Non quo ad primam partem, quia ex quo episcopus traxit Sebastianum infra sex menses in iudicium, & sic seruauit primā partem istius regulæ diligentia episcopi Sebastiano prodesse debuit: arg. l. petendæ. C. de temp. in integ. rest. & in notabili casu tradit Bart. in l. in sacris. la 3. in fin. C. de prox. sacr. scrin. lib. 12. Nam talis diligētia est communis, & prodest utriq; parti, prout de appellatione dicitur in l. ampliorē. C. de appella. & de dilatione in d. l. petendæ. sicut etiam dicitur de commissione uel rescripto per unam partem impetrato, quia efficitur commune inter ipsos litigantes, ut in dec. 2. de dolo & cont. in antiquiorib. tradunt Fel. & Mod. in Rub. de rescri. facit tex. in l. fi. C. de fruct. & lit. expen. & est decis. 7 & 47. & 61. in no. quę bene in proposito faciunt. Per quæ modò de hoc mense Decemb. 1539. uentilatur in Rota pulchra difficultas corā R. D. Petro Vortio in causa Bonon. fideicōmissi nūquid appellatio cum illa clausula, Quatenus sententia ueniat contra se, iuuet ad uersarium non appellantem? Pro quo uidendū est per Deciū, & alios in c. si duob. & in c. oblatæ. de appel. per Philip. Fran. in c. sæpe. col. 7. eo. tit. Et quia causa pendet, nihil amplius dicam. De quo tamē adhuc aliquid dicā inferius in alia q. Et ita procedunt quantum ad primam partem reg. Sed ut dicam in alia q. quo ad secundam partem regulæ, idem concluserunt Domini, ista ratione, quia si Sebastianus usque ad sentētiam causam super petitorio prosequutus non fuit, hoc impedimentū causatum fuerat per dominum Episcopum eius aduersarium, qui petitorium suspenderat, & stante suspensione nihil poterat Sebastianus agere. Et quamuis posset dici Sebastiani culpa impedimentum obuenisse, qui episcopum expoliare non debuerat nihilominus spolium processit principis autoritate, qui uoluit in suo Breui Sebastianū possessionem capere posse, sine uitio spolii, &c. Nec obst. ꝙ Sebastianus cogitare poterat Breue apostolicum ad terminos iuris communis potuisse reduci, prout reductum fuerat, quo casu facta reductione cedere debebat: quia ad hoc responsum fuit, ꝙ Sebastianus ēt sperare poterat de liberalitate eiusdem principis, qui Breue suum cōfirmare & manutenere posset. Nam litigans non debet diffidere de iure suo, nec de uictoria, usque ad finem litis. ut dicit Bal. in l. fi. in 4. col. C. de edic. di. Adria. tol. Quia in re dubia non tenetur quis cedere, sed potest expectare sentētiā, per quam res fiat clara, ut in notabili casu tradit Gemi. in c. 2. in gl. fi. de resc. lib. 6. & ante ipsum Rom. in cons. 329. col. 3. uers. cæterum. Quorum dicta approbauit Rota in causa Leonen. parochialis de Iared, coram d. Nicolao Piccolomineo die 17. Feb. 1533. Vnde sicut eps sperauit reductionē Breuis, & obtinuit: ita Sebastianus poterat sperare reualidationem Breuis, attento bono titulo suo. Nam in istis beneficialibus futuri euentus sunt considerandi propter uaria iura, quæ quotidie ex liberalitate Papæ in signatura nascuntur. Et ob eam causam dicitur in l. quod debetur. ff. de pec. ꝙ dubii sunt euētus litis. Potuit igitur Sebastianus sperare ius suū reddi melius, prout postea apparuit ex detectione nō iuris, epi in

in petitorio, qui non poterat possidere Scholastr iam, quæ prius ipso iure per pro motionem ad episcopatum, ob non expeditionem literarum retentionis, infra sex menses uacabat, ut cautum erat in Breui promotionis episcopi. Itaque cum in istis beneficialibus nō possimus nobis crastinū polliceri, cum quotidie, ut dixi, nascantur iura ex ubertate sedis apostolicæ, non tenebatur Sebastianus ilicò cedere, sed euentū sententiæ expectare, prout fecit: nam quā primum in possessorio condemnatus fuit Sebastianus, statim possessione cessit. Suspēsio igitur petitorii in causa fuit, quominus Sebastianus ius suum usque ad sentētiā prosequeretur: illud igitur impedimentum debuit eū excusare quo ad requisita istius regulæ. Nam satis est Sebastianum hoc casu fraude & dolo caruisse, a quibus quælibet causa etiam iniusta & supina excusat, uulg. l. si plagii. ff. de plag. Per quę iura uoluerunt Doct. maximè Io. And. & Anto. in c. dudum, de elect. & in c. non potest 1. de præb. lib. 6. Vbi notat Dom. & in c. fi. de elect. eo. lib. & Io. And. & Ant. in c. cōstitutum, de ap. p. & in c. de multa. de præb. ꝙ dispensatio q̄uis subreptitia excusat asse quentem secundum curatum, à pœna extrauag. execrabilis. Quod dictum sæpe ap probauit Rota, t. pe meo, & de t. porib. suis idē attestat do. Gul. aud. in collect. decis. ri. de reg. iur. præsertim, cum prochuiores simus ad absoluendum, q̄ ad condēnandū, iuxta l. Arrianus, cum uulg. de act. & oblig.

Præterea, pro ista opin. Rotæ facit, quia dum in medio causæ aliqua incidentia discutiuntur, tempus istius reg. currere non debet, ut uoluit Gloss. hic, & Bal. in simili in l. contra maiores, C. de inof. test. qui notabiliter per illum tex. dicit, ꝙ qn̄ duo sūt in iudicio, quæ non possunt simul intentari, tunc diligentia, circa unum, prodest alteri remedio, & facit ꝙ non currat tp̄s in eo. Et idem dicit Bal. in l. 1. C. de iur. cal. col. 2. versi. ulterius nota. & quod not. Do. in c. cupientes. §. ꝙ si per uiginti, in uer. ui debitur, de elect. li. 6. cum conc. ut notab. scribit Dec. in capitulo pastoralis, in 6. columna, numero 10. de exceptio. Sed in casu nostro ista duo uidelicet, petitoriū & possessorium simul intentari non poterant, p̄p suspensionē petitorii, sed diligētia tantum facta reperitur ab utraque parte in possessorio. Ergo diligētia illa faciet & operabitur, ꝙ tempus istius reg. interim ad decidendum petitorium non currat, & per consequens nō debet hoc Sebastiano hoc Sebastiano præiudicare, quia per eū non stetit, ut dicit Dom. in c. 1. §. solet. in 5. notabili. de resti. spol. lib. 6.

Accedat prædictis, quia per istam reg. quædam præscriptio annalis induci uidetur, quo casu ubi præscriptio ex lapsu t. pis consideratur, quodlibet impedimentum etiam iniustum excusat a lapsu termini, ex eo, quia in tali præscriptione solum attenditur agendi potentia, uel impotentia & sic negligentia, non autem delictum. Ita no. dicit Host. in c. r. uer. item si. de præ scri. Vbi per hoc cōclusit, ꝙ ep̄o hæretico, ex quo est impeditus agere p̄ p̄ hæresim, non currat præscriptio, per iura quæ allegat in principio illius capituli. & tn̄ cōstat hæreticū fuisse impeditū culpa sui, in cuius facultate erat remouere impedimētū. Ita hic est dicēdū, & a fortiori in Sebastiano, qui de facili remouere impedimentū non poterat propter fauorem, & priuilegium possessorii.

Postremò, prædicta omnia iustificata fuerunt, ex eo, quia possessio ep̄i fuerat infecta p̄p decretū irritans in Breui, promotionis suæ positum. Nam eo ipso, ꝙ non expediuit bullas retentionis infra sex mēses, inducta fuit uacatio Scholastriæ ipso iure, & intrabat regressus Card. Sanct. quatuor. Ex cuius cessione habuit Sebastianus talis igitur infecta possessio nō erat consideratione digna, prout in similibus termi nis quo ad istā reg. cōsuluit Ioach. de Narnia, olim aduocatus excellēs ī quodā suo cōs. inc. do. Herneus, posito ī li. 1. allegatio nū. fo. 392. in causa Nanetē. ecc. S. Nazarii.

Pro contraria uero parte, & sic pro ep̄o fuerunt per Dominos adducta motiua sequentia. Primò, quia ista reg. inducta est in odium impetrātis, quo casu impetrantis negligentia non attenditur, ex quo p̄p non factū imponit pœnas. Vnde resultat illud, ꝙ ubi impeditus potuit tollere impedimētū, & nō fecit, sibi imputatur, ut in c. unico, de cust. euch. & tradit Rom. consi

lio

lio 9. cum conc. ut scribit Fel. in c. cum in ter, col. 10. uersic. utrum excommunicatus, de excep. & in c. ex transmissa, col. 1. de pr(a)escrip. Sed Sebastianus potuit tollere, ceden do spolio. Igitur, &c. Nam paria sunt, quę nō fuisse impeditum, uel potuisse impedimentum tollere, c. si. cum ibi notatis, de elect. qui. n. pōt ... cere, ut possit, iam uide tur posse. l. qui potest. ff. de reg. iur. cum cō cord. de quibus ibi per Modernos.

Secundò, quia præsupposito q Sebastiano tempus non curreret, debuit tamen Sebastianus protestari auditor coram ordinario, per ipsum non stetisse, quominus causam super petitorio expediret, iuxta gl. in uerbo, proposita. in c. cupiētes. §. quod si per uiginti. de elect. lib. 6. & sequitur Glossator hic in 4. col. & Ias. in l. properandum §. si autem uterque. C. de iud. & alibi sæpe Fel. Et ita in terminis istius reg. fuit olim dictum in Rota, in causa Salzeburgen. beneficii S. Nicolai, ut patet in consil. Ioachini, tunc aduocati, incip. Vacante, &c. posito inter suas allegationes, uol. 14. fo. 264. alias 60. col. fi. Et p ista opinione optime facit, quod dicit Rota in no. deci. 102. quę uult q si appellans, qui habet annum ad prosequēdum appellationem, infra annū committat causam super attentatis, sit appellans, habet uictoriam in attentatis, nec currit sibi tempus, sed excusatur. secus aūt, si succubuit. Et illam decisionem sequitur Philippus Francus in c. ex rōne. in 8. col. de app. Pro qua est expressa autoritas Bald. in auth. ei, qui. circa princ. C. de temp. appel. cum igitur in casu isto Sebastianus in possessorio succubuerit, meritò dicendum est illi cucurrisse tempus regulæ.

Ex istis igitur apparet articulum esse disputabilem, quibus omnibus bene ac diligenter discussis Rota die 17. Oct. 1533. co ram eodem domino Nicolao tenuit, conclusit, & firmauit primam opinionem, uidelicet Sebastianum excusandum fore, & in pœnas regulæ non incidisse. Pro qua opinione ultra prædicta faciunt ista quæ sequuntur.

Primò, quia clarum est in iure, impedimentum superueniens non attendi, ut inquit Bal. in l. sicut. C. de præscr. 30. anno. in 1. col. Sed isto casu impedimentum Sebastiano superuenit, igitur non debet attendi.

Secundò, quia quando impedimentum non euenit facto impetrantis, sed extrinsecus contigit, non debet sibi imputari, ut tradunt Doct. in c. quia diuersitatem, de conceß. præben. & ibi Abb. col. fin. Sed in casu isto Sebastianus à principio non præstitit impedimentum, quominus posset super petitorio procedere. Nec breue Sebastiani a principio dedit causam immediatā huic impedimēto. Ergo nō obstat Sebastiano. Suadetur hoc, ratione, quia causa immediata impedimenti, quominus Sebastianus posset petitorio agere, fuit cōmissio episcopi reductoria ad ius commune, & suspensio petitorii facta per eundem episcopum. Quibus licet breue Sebastiani de capiendo possessionem, causam dederit, non tamen immediatam, sed mediatā, quia breue non fuit ordinatum ad hoc, ut prohiberetur prosecutio in petitorio. Quo casu quando culpa non est ordinata ad casum, casus non debet imputari, ut tradunt communiter Doct. in l. 2. ff. si quis caut. & Rom. consi. 6. inci. q pars. Nam sola negligentia in istis punitur. Vbi igitur non fuit aliquis negligens, non impeditur agere, sublato impedimento, ut tradit Bal. in authe. nisi triennale, circa princip. C. de bon. mat. cum uulg. traditis per Fel. in c. ex trāsmissa. de præscrip.

Tertiò, quia licet de iure ciuili impedito culpa sua currat tempus: tamen hoc non ita procedit de iure canonico, ut dicit Alex. in cons. 58. uiso & perlecto. circa fi. lib. 5. sequitur Ias. in §. rursus. instit. de actioni. allegant tex. in cap. quia diuersitatem, de conces. præbend. quem ad hoc dicunt singularem. Et hoc sequitur ibi Imol. & Præpos. in cap. 1. in 4. col. quo tempore mil. in usib. feud.

Non obstant, quæ in contrarium adducta fuere. Primò, q regula ista inducta fuit in odium impetrantis. Nam respondetur hoc esse uerum, quando deprehenderetur in negligentia notabili, nec aliquam haberet excusationis causam, ut hic. Nam tunc pœna regulæ procedit, secus uerò ubi est causa excusationis, ut superius deductum est.

Nec obstat, Sebastianum potuisse tollere impedimentum, quia respondetur non esse uerum, quia pendebat ex uoluntate episcopi aduersarii, qui suspenderat petitorium. Et sic non pendebat ex uoluntate uel potestate Sebastiani. Nec obstat, quod Sebastianus dedit causam, quia respondetur, quod illa causa impetrationis breuis non fuit ordinata ad hoc, quia per illud breue non fuit prosecutio causæ impedita. Nec obstat etiam, quod Sebastianus debebat eedere, quia ut dictum fuit, non reperitur hoc iure expressum. Nam nemo tenetur ius suũ indiscussum relinquere, ut dicit tex. in l. illud in princ. ff. de pet. hær. Vltimò non obstat illud de protestatione, quia respondetur illud procedere, quando impedimentũ prouenit a iudice: secus, si prouenit a parte. Quia tali casu licet protestatio ad cautelam sit utilis, tamen quando impedimentum non obuenit culpa iudicis, protestatio, non est necessaria, ut dicitur in l. cum ipse. de exeus. tu. & traditur in c. ex insinuatione, de app. & per Bar. in l. Senatus. ff. de offi. præsid. Inno. in c. ex ratione, de app. Et ibi hoc late probat Philip. Francus in 4. colum. Et ita debet intelligi, quod dicit Ant. de Butrio in cons. 28. Abb. in c. plerunque, de rese. Et cum prædictis concurrit Pet. de Anch. in d. c. cupientes. & Imol. & Mod. in c. fi. de appel. Et ita in terminis istius regulæ & impedimenti declarat ille doctus Glossator Prag. sanctio. titulo de pacifie. poss. in uer. protestari, col. fi. De qua tamen protestatione in specie dicetur inferius in sua propria quæstione.

Non obstat etiam decisio Rotæ 102. superius allegata: quia loquitur quando idẽ appellans causam commisit super attentatis. Sed in casu nostro Sebastianus impetrans non commisit causam super spolio, sed episcopus. Igitur sumus extra casum. Nam primo casu ipse idem præstat sibi impedimentum, secus in secundo casu. Vel dicas quod illa decisio non est ita simpliciter uera: sed debet intelligi, secundum ea quæ notat Ias. in l. contra maiores. in fi. C. de inoff. testa. Et ad eam respondet etiam Dec. in c. ex ratione. de app. Stat igitur conclusio firmata per Rotam, quòd prædictum impedimentum excusat a pœnis istius regulæ. Et ita in una Comuersana Archipresbyteratus coram me concludit Rota 27. Februarii, 1534.

QVAESTIO XV.

Quæro, an derogatio regulæ facta in cõmissione directa primo auditori iuuet ipsum impetrantem, quo ad gratiam subrogationis, Vel si neutri, impetratam coram secundo auditore in secunda instantia?

SOLVTIO. Alias tẽpore felicis recordationis Sixti papæ 4. in Rota iste casus discussus fuit, uidelicet Io. Carlin. & Adam impetrarunt beneficium possessum per Io. Erphreum conuentum. Sed Adam, qui erat posterior in data, commisit causam contra dictum Ioannem possessorem annalem cũ derogatione istius regulæ, in totum. Ioan. Erph. possessor dat de iure dicti Io. Carlini primi impetrantis. Et quia dictum ius Io. Carlini oppugnabatur ab Adam, ex illo capite, quia non fecerat mentionem de ista regula, nec unus, nec alter obtinuit tanquã scinuicem confundentes. Sed Io. Erph. obtinuit in ista prima instantia absolutoriã tantum a qua appellauit Adam. Et lite pẽdente coram secundo auditore moritur Ioan. Carlin. Adam obtinet mandatum de subrogando, directum isti secundo auditori, continens, Si neutri, absque derogatione istius regulæ, quod illi auditori secundæ instantiæ citato Io. Erph. ad dicendum cõtra, præsentauit Ioan. Erph. reus excipit de ista regula contra dictam gratiam, Si neutri. In qua huic regulæ, ut dixi, non fuerat derogatum: Adam replicat sufficere ci in prima commissione primo auditori directa fuisse derogatum. Quæ derogatio sufficere siue uidebatur. Io. Erph. replicabat nihil habere commune illud iudicium cum isto: quia derogatio illa non iuuat, quo ad gratiam subrogationis, Et si neutri, impetratam in ista secunda instantia, coram secundo auditore. Dubitatur modò, quis istorum melius, ac uerius dicat. Licet iste casus contigerit, ut dixi, tempore Sixti 4. tamen ignoro quid tũc concluserit Rota. Et ideo ego ex facti specie colligam aliqua motiua, quæ ui

debuntur

debuntur magis iuridica, decisionem po stea eius sapientioribus relinquens.

Quòd autem isti subrogationi & gratiæ, Si neutri, obstet regula, ex eo probatur: quia tempore primæ commissionis impetratæ per Adam, non cogitauit Adã, neque papa concedens de gratia, Si neutri, postea concedenda. Quod apparet, qa tempore primæ commissionis Adam impugnabat ius dicti Ioannis Carlini, ex eo capite, quia non fecerat mentione istius regulæ. Ergo tunc non cogitabat, q debet se subrogari in eo maximè, quia tunc uiuebat Ioan. Carlin. & non poterat de futuris diuinare, ut dixit textu in c. ut nostrum. ut eccle. benefi. Nam solius, & proprii est scire futura Dei. l. quòd quidam. §. quod dicitur. ff. de acquirend. hæred. l. cùm ad præsens. ff. si cer. pet. gl. in l. relegatorum. ff. de pœnis. Ergò ad incogitata animus concedentis non extenditur. l. tres fratres, ff. de pact. l. qui cùm tutorib. in fi. ff de transact. Et consequenter, nec extẽditur concessio, quia actus agentis non operatur ultra intentionem eius, uulgata l. non omnis. ff. si cer. peta. & c. si sacerdos. ubi notat Abb. de offic. ordi. Præsertim, cũ signatura concessionis poterat habere effectum in eo, quod tunc erat, uidelicet ut admitteretur ad prosecutionem causæ, ac si annus duraret, absque eo, quòd extenderetur ad istam nouam gratiam, iuxta notata per Gul. de Cu. in l. itẽ. §. ad litẽ. ff. de procurat. Pro quo optimè facit decis. 19. incip. fuit dubitatum. in nouis.

Infertur igitur ex hoc conclusio firma quòd commissio illa prima non suffragatur, quo ad istam nouam gratiam & multò minus, quo ad diuersam materiã, qualis erat ista. Nam diuersum est, quòd in fauorem Adæ sit derogatum isti regulæ in commissione primæ instantiæ, ut regula non obstante admittatur ad prosecutionem causæ, ac si annus duraret. Et quòd sit derogatum regulæ in fauorem iuris Ioã. Carlini, qui uiuens regulæ non derogauerat. Cùm igitur ista sint diuersis non sit illatio. uulg. l. fi. ff. de calumnia. & l Papinianus exuli. ff. de minoribus.

Et hoc à fortiori locum habet, qa Adã in dicta commissione primę instantię hoc non solùm cogitauit, sed nec petiit, cùm ius Io. Carlini potiùs impugnasset ex isto capite, uidelicet, qa reg. non derogauerat. Ergo nec papa uidetur ultra, quàm petierat cõcessisse: argum. capit. inter dilectos. §. cęterùm. de fide instrumentorum. Maximè contra regulam, quæ est ius scriptum, notat Fede. in tracta. permut. quęst. prima. iunct. cap. si Papa. de priuileg.

Prætereà, quia impetratio Ioan. Carlini qui non seruauit requisita, non solũ fuit nulla propter dicentem hic positum: sed adeò Ioan. Carlin. inhabilitatus fuerat, q non poterat, si uiueret uenire ad istud ius commissum, etiam per uiam subrogationis, uel gratiæ, Si neutri, ut patet hinc in tex. Et ista inhabilitas non repetitur in gratia subrogationis, Vel si neutri purgata. Cùm igitur hæc de nouo emergant, & nouo auxilio indigeant, concludendum est, gratiam istam non suffragari: quia commissio non extenditur ad nouam gratiam posteà superuenientem, & longo interuallo in alia instantia concessam, quia signatura nihil plus dat, quàm uerba important: argument. cap. ex tenore. & cap. porrò. de priuilegiis. Et commissio solùm continebat, quòd Adam tantùm admitteretur ad præsentionem causæ, non obstãte regula, cui non derogabat in sua prima impetratione: quę quidem derogatio illi non sufficiebat ad uincendum propter obstaculum iuris dicti Ioannis Carlini. Quod quidem ius licet esset inefficax ad obtinẽdum cõtra d. Io. Erph. possessorem annalem, propter exceptionem regulæ, quam dictus Ioan. Carlini non obseruauerat: erat tamen efficax ad repellendũ d. Adam posteriorem in data. Itaque dictus Ioan. Carlini erat sicut canis hortorum, q brassicas comedere non potest, nec alios pmittit eas comedere, ad instar l. Fusię Caniniæ. Adã igitur in ista secunda instantia non poterat obtinere contra possessorem ex suo iure antiquo nisi ex nouiter impetrato, cui obstat regula, cuius derogatio facta in dicta commissione primæ instãtię, non uidetur extendenda, ut prosit isti nouæ gratiæ subiectæ exceptioni regulæ. c. statutum. de elec. li. 6. Cum unius inclusio sit alterius exclusio: uulg. c. nonne. de præ

sump. Nã cõmissiones sunt stricti & limitati iuris, ut notatur in cap. 1. & in c. dispendia, & in c. statutum. de resc. lib. 6. Ergo limitatum effectum debent producere. c. si quem. de procur. lib. 6. Nam quantum petitum, tantum concessum, ut notat Fely. in cap. postulasti.

Ex quibus omnibus concludo, derogationem factam in illa commissione primę instantiæ, non suffragari, quo ad istam gratiam, Si neutri.

Vnum tantum prædictis obstat, quia qua ratione dicimus, ꝙ Adam uigore primæ commissionis semel admissum ad prosecutionem causæ, uigore iuri sui posset admitti etiam in secunda & tertia instãtia donec esset finita, eadem ratione & quãdo fuit subrogatus: quia illud ius acquisitum est effectum unum & idem cum suo argumento l. hæreditas. ff. de acq. hær. Quia quando iura duorum perueniunt ad unũ, iudicantur pro uno, ut habetur in l. singularia. ff. si certum petatur. pro quo facit notabile dictum Bal. in l. 3. §. sed utrum. in prima quęstione. ff. de minoribus. ubi dicit, ꝙ consensus patris præstitus filio agenti in causa principali, uidetur durare etiam in causa executionis: quia sufficit, ꝙ autorizauit in prima causa, siue sit actor, siue reus. quod dictum refert, & sequitur Fel. in cap. edoceri. in 4. colum. uersic. & adde. de rescrip. Sed ego in meo libro non inuenio: magna tamen est autoritas Fely. Et licet sit diuersa instantia, est tamen eadem causa. Et quicquid iuuare poterat eundẽ Adam in prima instantia, potest iuuare in secunda & tertia, per ea, quę dicta fuerunt superius in quinta quæst. quia sufficit, ꝙ semel quis sit admissus ad prosecutionem causæ, non obstante ista regula. Quia illa admissio debet intelligi usque ad finem causæ, quæ per tres instantias terminatur. Cogitandũ tamen est super istis, quia materia est ualde dubia.

QVAESTIO XVI.

QVæro, nunquid impetrans impugnãs possessionẽ annalem, possit postea eam approbare, opponendo de regula cõtra ius tertii?

SOLVTIO. Videtur dicendum, ꝙ nõ: quia ex eo, ꝙ quis impugnat, non debet cõmodum reportare, uulg. regula, ex eo. de reg. ius. lib. 6. Tamen, ut perfecta resolutio habeatur, distinguo duos casus. Primus est quando impugno possessionem annalem aduersarii mei, excipientis de regula ista. Et tali casu contra eundem non possum me ex possessione sic impugnata tueri ad effectum, ut sub prætextu dictæ possessionis annalis à me impugnatæ debeam uti exceptione istius regu. & ita procedit tex. cum materia sua in d. c. ex eo. Aut uero impugnaui possessionem aduersarii mei annalem in uno casu. & ille postea possessionem suam ex alio iure tertii defendit, & tunc contra ius tertii ad illius exclusionem potero me ex possessione aduersarii, quam alias impugnaueram, iuuare, quia directè non iuuo me ex possessione aduersarii contra ipsum, sed contra ius tertii ab eo productũ. Ita limitat illum tex. in d. c. ex eo dominus Anton. in c. cum olim. in 8. col. uersic. quandoque reprob. de censi.

Sed aduertendum est, quia ista limitatio non ad plenum mihi satisfacit: quia ius tertii hoc casu reputatur istius aduersarii possessoris opponentis de eo. Et exceptio contra illud ius effectualiter tendit cõtra possessorem, non contra tertium, quia nõ est in lite. Itaq; illa iuris regula, de qua in d. c. ex eo. adhuc militare uidetur. Et ideo consideranda est alia limitatio, quam tradit Abb. in cap. capitulum in fi. de rescript. quam ibi Fel. latius & clarius exponit, & sequitur, uidelicet, ꝙ ex eo, ꝙ quis impugnat, potest se fundare, pendẽte impugnatione, pro qua adhuc pronuntiatum non fuerat, quia cum euentus litis sit dubius, si si non posset se ex materia impugnata iuuare contra aliud ius. posset sequi: ꝙ si in impugnatione succumberet, etiam in isto secundo iudicio, in quo quis se ex actu impugnato tuetur, grauaretur, quod esset inconueniens, ut latius hoc declarat Rom. in consil. 347. incip. quo ad articulum, &c. in c. dubio. Et ad propositum d. ca. ex eo. plures alias limitationes prosequitur Fely. loco superius allegato, quæ ibi uideri possunt. Sed quicquid sit, prima resolutio D. Anto. mihi magis placet. Pro qua faciunt

ea, quæ

ea, quæ dixi in regula de non toll.iu.quæſ. q.14.& optimè declarat Ro.in d.conſ.& il lud conſil.& dictum Abb. tentum fuit in Rota in una Vrbeuetan. archipresbytera tus de menſe Decemb. 1539. coram R. D. Ioan.Paulo,dum contra fundantem ſe in alleg.Lap.89.allegabatur illa regula iuris, ꝙ non poterat ſe in ea fundare, ex qua prius impugnauerat titulum prædeceſſo ris: fuit pro reſponſione allegatum dictū Abb.& Rom.in locis ſuperius allegatis, cū quibus tranſiuit Rota.

QVAESTIO XVII.

QVæro, dicitur hic (quicunque benefi cium,&c.)quid ſi aliquis impetraret officium alicuius annalis poſſeſſoris, puta ſcriptoris apoſtolici uel aliud ſimile, nun quid obſtet regula?

SOLVTIO. Videtur ꝙ non:quia regu la loquitur de beneficio eccleſiaſtico, qđ ſolet per collationem, ut aliam prouiſio nem dari.Sed officia huiuſmodi dantur ꝑ uenditionem.Ergo in illis nec mens, nec uerba regulæ uerificantur. Nam diſpoſi tio ſimpliciter loquens de beneficiis, non comprehendit officia ſecularia, cuiuſmo di ſunt iſta,ut tradit Decius in l. fi. not.3. C.de pact.Super hoc tamen uidenda ſunt, quæ latius ſuperius dixi in regula de infir. reſignantib.& in regula de impetran.ben. per obitum famil. Card. & dicam in regu la,de triennali.& alibi ſæpe.

QVAESTIO XVIII.

QVæro,an regula iſta procedat in om nibus beneficiis etiam curatis,an ue rò ſimplicibus?

SOLVTIO. Si proprietatem uerbi be neficii conſideremus,intelligenda erit de ſimplicibus tantum:ut in ca.fin.de præb. Si uero capiamus beneficiū largo modo & tunc uenient curata ut dicit glo. 1.in c. 1.de reg.iur.li.6.Difficultas igitur eſt,quo modo hic capietur. Dicet fortaſſis aliquis ꝙ ex quo ſumus hic in pœnalibus, uerba ſtricto modo capi debent & ſimpliciter, non autem largo modo.d.c.fi.

Breuiter omiſſis diſputationibus, mihi uidetur,regulam intelligi debere generali ter de quibuſcunque beneficiis, tam ſim plicibus,quàm curatis. Nam ex quo ratio regulæ uniformis, eſt utroque caſu, nec poteſt aſſignari rationis diuerſitas, milita bit diſpoſitio iſta pariformiter in omni bus. Et hoc procedit etiam in odioſis, in quib. fit extenſio,ut dicit gl.in c.1.de tēp. ord.li.6.in uer.Italiæ.& glo.in uer. eligat. in clem.1.de elect.& tradit Iaſ.in l. fi.ff.de in ius uocan. Præſertim, quia iſta diſpoſi tio,quæ lites execratur, concernit utilita tem publicam, ut eſt probatum ſuperius in 1.& 2.quæſt.& fauet poſſeſſoribus. Igi tur capienda eſt interpretatio ampla in fa uorem,eorum,quorum commodum regu la iſta reſpicit.ca.odia.de reg. iur. lib.6.& uulg.l.quod fauore. Eſt bene uerum, ꝙ quidam antiqui fuerunt in iſta opinione ꝙ regula iſta tantum haberet locum in ſimplicibus beneficiis:moti præcipuè iſto fundamento, quia quando uerbo benefi cii additur aliqua qualitas,nunquam com prehenditur ſub diſpoſitione de benefi ciis ſimpliciter loquente:ut eſt text. in c. licet canon.& c.ſtatutū.de elect.lib.6. Sed beneficium curatum habet qualitatem. Ergo non comprehenditur appellatione beneficii.facit cap.cum in illis.de preben. lib. 6. Sed tenendo primam opinionem ad iſtud argum.reſponſum fuit ſuperius in prima, tertia, & quarta q. procem.iſta rum regularum, & etiam reſpondebo in quæſtione ſequenti.

QVAESTO XIX.

QVæro,an habeat locum iſta regula in epiſcopatibus?

SOLVTIO. Iſta difficultas uidetur de cidi ex his,quæ Lud. Rom.ſcribit in conſ. 340.circa primum,in ſecundo dubio.ubi tenet,regulā diſponentē literas quaslibet gratiarum de beneficiis cōceſſas,infra ſex menſes expediri debere, alias eſſe nullas, locū non habere in gratiis factis de epiſco patu ꝑꝑ excellentiā dignitatis, ut in c. di lectus.de conceſ.præb & aliis rationibus, ut ibi per eum.Et hoc,quod de epiſcopa tibus dictum eſt,Io.Aloiſius Tuſcanus Me diolanen.quōdam aduocatus inſignis, & poſtea à Sixto 4.eius exigentibus meritis cameræ apoſtolicę factus Auditor,in quo dam ſuo conſ.inc.cōſtat ex actis, reddito in cauſa Nūburgen.præpoſituræ in 1.uol. extēdit habere locū in aliis dignitatib. in quibus

quibus expresse uoluit istam regulam nō habere locum. Rationem assignat quia regula est odiosa, exorbitans, & pœnalis, & in tali materia restringibili, & non fauorabili, appellatione beneficiorum non ueniunt dignitates, nisi expresse dicatur, ut patet in cle.1.de sequest. poss. & fruct. ubi papa non fuit contentus loqui de beneficio: sed subiunxit etiam si dignitas, &c. Ad idem cle.1.de caus. poss. & prop. Addo ꝓ ista parte duas rationes. Prima est, quia ex uerbis colligitur mens disponentis: vulg. l. Labeo. de sup el. lega. Sed uerba istius regulę, iuncta regula de triennali, arguunt, Papam nolle regulam istam habere locū, nisi in simplicib. ex eo, quia hic dicit (quicunq; beneficium ecclesiasticum, &c. impetrauerit) in reg. uero de triennali dicit (quicunque ecclesiastica beneficia qualiacunque sint, &c.) Et sic ex isto modo loquēdi apparet, ꝙ in reg. de triennali uoluit comprehendere dignitates. In regula uero ista, sola simplicia beneficia: nam alias papa apposuisset hic, sicut ibi uniuersalia uerba, ꝑ quæ comprehendi possent. Apparet ergo, ꝙ istum casum tāquam omissum relinquere uoluit sub dispositione iuris cōmunis: arg. l. commodissimè. ff. de lib. & posth.

Secunda ratio est, quia dignitates ut plurimum per regulas & extraua. sunt reseruatæ, ut patet superius in regulis suis. Et tamen constat, regulam istam in reseruatis locū non habere, ut alia quæstione dicetur. Quia in reseruatis, non est dare possessionem neque detentionem, obstante decreto, iuxta text. in ca. si hi, contra quos. ut lit. pend. lib.6. Et tenet decis. 5. ut lit. pend. in antiq. & decis. 1. de rest. spol. & decis. 1. ut lit. pend. in antiquio. ubi dicitur ita seruasse Rotam. & Collector ibi dicit se ita pronuntiasse & absq; possessione uel detentione exceptio istius regulæ non procedit: argu. c. fine possessione. de reg. iur. lib.6.

Posset tamen prædictis non obstant. cōtraria opin. aliquibus rationibus suaderi. Primò, quia ista regula est edita in fauorē possessorum: ergo debet intelligi, prout loquitur generaliter de possessoribus quorūcunq; beneficiorum, nemine excepto: ita ꝙ uerbum. beneficium, hic appositum, fauore possessorum, & odio molestantiū in telligetur largo modo, ut comprehendantur dignitates. Et ista opi. posset hoc medio suaderi: quia clarum est, argumentum ualere de personis ad res, ut patet in l. qui furere. ubi Alb. & Bal. notant. ff. de sta. ho. & in l. si quis inquilinos. §. si ita. ff. de leg. i. Sed ista reg. non capit restrictionem personarum possidentium, ut in alia q. est dictū, & patet ex uerbis regulę ibi, quicunq;, &c. Ergo nec capere debet restrictionem respectu rerum, id est beneficiorum: cum fauor, qui datur personis, est respectu beneficiorum. Præterea, quia licet alias in materia stricta & odiosa appellatione beneficii nō ueniāt curata, nec dignitates. fallit tñ hoc nisi uerbū beneficii sit prolatū à lege: quia tunc etiam in materia odiosa comprehenduntur curata & dignitates. Ita dicit Fel. in c. postulasti. in 16. col. uer. facit etiam decisio. &c. de resc. ubi plura ad hoc allegat. Sed in casu nostro uerbum beneficii, profertur a lege. igitur, &c. Et per ista potest etiam responderi ad arg. quorundam antiquorum, positum in præcedenti quest. qui uolebant istam regulam non procedere in curatis, ex eo, quia qualitas curæ adiecta uerbo, uidebatur mutasse dispositionē simpliciter de beneficio loquentem. d. c. statutum. Quia ad hoc respondet Aret. & Moder. repe. in l. 2. in princ. de uerbor. obli. & Pet. de Anch. in d. c. statutum. qui uideantur. Et licet episcopatus propter excellētiā dignitatis sub dispositionibus simpliciter loquentibus non comprehendatur, iuxta not. per gl. in c. 2. de præb. lib. 6. Et ibi Io. And. refert, ita Nicolaum 4. declarasse. Et tenet expresse Dom. in c. si pp. in 3. col. de rescr. lib. 6. & Mod. in tract. benefi. in 3 q. 1. partis. Illud procedit quando dispositio est odiosa ecclesiis, quæ aufert electionem Capitulo, quæ illi competit de iure communi, & est ecclesiis multum fauorabilis, ꝑ iudicium plurimorum de meritis, & sufficientia electi perquirentium: quod cessat in Papa, de quo loquitur tex. in d. c. 2. & in c. quia periculosum, de sen exc. li. 6. Secus est in cōstitutione fauorabili: nā quatenus eorum fauorem concernit, dispositio sub illa comprehenditur: arg. eorū quę dicit Bar. in l. item si ptāte, ff. de his, qui sūt sui, ut dicit Pet. de Anch. in c. i. de re iu. li. 6.

QVAESTIO XX.

QVaero, an habeat locum ista regula in administratione perpetua data per testatorem, aut in altaribus, seu oratoriis?

SOLVTIO. Crederem ꝙ non, quia ista non sunt beneficia ecclesiastica, de quibus loquitur ista regula: quia illa dicuntur ecclesiastica beneficia, quae habent signa beneficii ecclesiastici: ista non sunt huiusmodi, quia pro illis dantur certa stipendia annua, ut officientur, & plura teneri possunt nec incompatibilitatem inducūt, nec sub dispositionibus de beneficiis ecclesiasticis loquentibus, comprehenduntur, ut ꝓbat And. Sicul. post alios in clem. gratiae. colu. pen. & fi. de rescrip. ergo non possunt beneficia propriè appellari. pro quib. faciūt ea, quae tradit Fely. in c. in nostra. in primo correl. & in c. ex parte. el 2. de rescrip. Si uero altaria de consensu episcopi erigerentur, uel darentur in titulum, tunc, quia in illis concurrit eadem ratio, quae in beneficiis, per ea quae scribit Rochus Curtius in tract. iur. par. in uersic. construxit. in 79. q. in talibus administrationibus, altarib. uel capellis haberet locum regula. Et ita concludit Decius in consil. 210. col. 1.

QVAESTIO XXI.

QVaero, an regula ista habeat locum in impositione pensionis impositae super beneficio per annum possesso? Exempli gratia. Duo litigant super beneficio à tertio nullum ius habentem per annum detento, & unus ex istis duobus litigārib. ad ius dicti beneficii pertinebat, resignauit in alterum: imposita pensione certi ualoris, Papa pensionem cōcessit: dubitabatur, nunquid dictae concessioni pensionis obstet ista regula?

SOLVTIO. Videtur dicendum, ꝙ nō cum regula loquatur de beneficiis impetratis, & pensio propriè loquendo, non est beneficium ecclesiasticum, ut patet in cap. quis. de praeb. lib. 6. & late Fel. post Abb. in c. ad audientiam. de rescrip. Et dixi in regul. de infir. resig. Vbi igitur beneficium non impetratur, cessat dispositio regulae. Nam ut dicit Bal. in tit de pace Const. ubi non est subiectum, corruit correlatiuum. Et hoc adeo uerum est, ꝙ licet per contractum matrimonii, uel consecrationem in episcopum, uacet primum beneficium ipso iure, non tamen uacat pensio, quia non est beneficium, ut dicit Card. in cle. 1. in 6. q de sup. neg. praela. Hinc est, ꝙ habens pēsionem, non obligatur ad residētiam, nec assumere aliquem ordinem sacrum, nec ad tria onera, ad quę beneficia obligantur, uidelicet, ad hospitalitatem, onera episcopalia, & procurationem debitam uisitantibus, ut in c. extirpandę. de praeben. c. prohibemus. de cens. unde iura praedicta, quae de beneficiis loquuntur, meritò in pensionibus locum non habent. Sicut etiam titulus de permutatione beneficiorum, non habet locum in permutatione pensionis cum beneficio, inter quae non habet locū permutatio, sicut inter beneficia, ut not. Card. de Imol. in d. cle. 1. & tradit latè Pau. Rom. in tract. pensio. q. 7. pariformiter dicendum erit hic, ꝙ regula ista de impetratione beneficiorum loquens, non habebit locum in pensionibus.

In contrarium tamen facit tex. in c. ad audientiam. de rescrip. ubi pensio & beneficium aequi parantur. Et illi etiam competit beneficii diffinitio: nam dicitur beneficium, quasi benefaciens: sed illa etymologia militat in pensione: ergo dicitur beneficium. Suadetur hoc, quia pensio est pars quaedam beneficii substantialis: ergo reputatur beneficium, quia idem iuris est de parte, quod de toto, capitul. maioribus. de praebend.

Sed ut omnia ista resoluantur, pensiones dupliciter considerari possunt, uidelicet, quando dantur in titulum, uel in stipēdium. Primo casu posset habere locum regula, prout dicit Fely. in c. de quarta. in 3. col. de rescr. fuisse iudicatum in Rota super reg. Cancellariae 24. quae simpliciter sicut ista de beneficiis loquitur. Et tamen illa reg. procedit in pensione, quae datur in titulum, quae impetrari posset. Et ita etiā nouissimis temporibus tenuit Rota 12. Maii. 1536. in vna Placentina pensionis, coram R. P. Domin. Marcello episcopo Marsican. Quę uoluit sententiam priuatiuam quorūcunque beneficiorū, comprehendere tantùm pensiones, quae dantur in titulum, per superiùs dicta, & per ea quae tradit Ioan. Baptist. Caccialup. in tract. pensio.

sio.quęst.30.Si uerò non dantur in titulū, sed simpliciter constituuntur super beneficiis ecclesiasticis, tali casu iudicantur ut res temporales, adeò, ꝗ illegitimi, & bastardi illas sine dispensatione obtinere poterunt: Vt 20.die huius mensis Maii 1538. tenuit Rota in una alia Cęsaraugustan. portionis, aliàs pensionis coram R. P. D. Petro Vortio episcopo Aquen. pro qua decis. conferunt ea, quæ Curt. tradit in tract.iurispatron. in uerb. competens. in secunda quæstione principali. & quia non reperitur hoc à iure prohibitum. Et pro ista distinct. faciunt ea quæ scribit Old.consil.81.& Geminia.in c.fi. de pręb. li.6.& Doct.omnes. d. cle. 1. de suppl. negli. prælat. Cum aliis de quibus per Fely. in c.postulasti.in 11.col.de rescrip. quæ addi possunt ad ea, quę dixi in regul.de in infirmis resignantibus.

QVAESTIO XXII.

QVæro, an ista regula habeat locum in hospitali?

SOLVTIO. De ista quæstione dixi in regula de infirmis resignantibus, & in aliis regulis. Et dicetur etiam infrà in regula de triennali possessore. Et quia ex ibi dicti. poterit haberi resolutio, quo ad pręsentem regulam, non repetam.

QVAESTIO XXII.

QVæro, nunquid exceptione istius regulæ possit uti detinens beneficium reseruatum?

SOLVTIO. Hæc quæstio pendet modo in Rota, coram me in una Lucen. capellaniæ Sancti Michaelis, & nihil adhuc est decisum. Quamobrē quæstionē istā breuiter pro utraque parte disputabo.

Pro parte negatiua, quòd locum non habeat regula, facit unū. Quia uerba istius regulæ loquuntur simpliciter de beneficiis. Ergo debet ītelligi de beneficiis nō habētibus qualitatem reseruationis: arg. l. quæsitum. §. illud. de leg. 3. & c. statutum. de elect. lib. 6. quia uerba simpliciter prolata, debent intelligi simpliciter non secūdum quid. l. 1. ff. de don. l. fi. C. de his, qui ue. ęta. impet. l. hoc legatum. ff. leg. 3. Accedat prædictis: quia uidemus, ꝗ possidens ex prouisione ordinarii beneficium reseruatum, non facit fructus suos, ut uidetur tenere Specul. & Ioan. And. in ti. de disp. §. uidendum restat. in ultimo fol. uersi. sed pone quòd aliquis. & facit decisio Rotæ 4. de rest. spoliat. Inno. & Abb. in ca. cum dilectus. penult. notabili. de iur. patro. in c. dilecto. col. 2. de præbend. Adeò, ꝗ posset condemnari in fructibus, qui percipi potuerunt, ut sentit Rota in antiquis decision. 130. nota, quòd ubi agitur. &c. Ergo non debet iuuari regula, quia aliàs iniiceret laqueum animæ eius, quod esse nō debet. c. de uiduis. 27. q. 1. præsertim quia ista constitutio est iuris canonici, cuius principalis intentio est respicere animarū utilitatem, ut dixi latè in c. 2. de consti. lib. 6. Sed præsupposito, ꝗ talis detentor faceret fructus suos, ut plerique Moder. uoluerunt, ut est Hispanus noster Anto. Burgos in c. ad nostram. in 10. col. de empt. & uend. & Fely. in c. de quarta. de præscrip. Ex alio iste detentor iuuari regula non debet. quia detentio reseruati beneficii non est considerabilis, nec approbata à iure, sed est dannata & punibilis. Hoc probatur, quia ubi aliàs detinens de facto beneficium, si spolietur, uenit restituendus, ut tenet decisio 1. tit. de renunt. in nouis. Iste tamen detentor beneficii reseruati, si spolietur, non agit spolio, prout tenet Rota in decisio. 16. in no. incipi., si contra agentem. Et hodie hoc etiam seruat Rota, ut sæpe uidi per decis. 7. in antiq. incip. nota. ꝗ ubi agitur. & 475. & Egid. decis. 536. in possessorio. & tenet Ant. Corset. in tract. de potestate regia. in 41. limitat. Ergo neque debet adiuuari exceptione istius regulæ. Ratio istarum decisionum esse potest: quia possessio beneficii reseruatio non solum est nulla: sed etiā detentio caret omni adminiculo iuris, ut decisio. 17. in not. & decisi. 5. in antiquis. tit. ut lit. pendent. & eodem titul. in antiq. decisio. 1. sequitur Romab. in consi. 499. in præmissa consultatione. columna final. Et ratio rationis est, quia reseruatio generalis habet uim cōstitutionis & legis, ut dicit Gemini. & Moder. in cap. si à sede. colum. pen. de præbend. lib. 6. & idem Gemin. consi. 30. & omnis constitutio continet decretum irritans. ut notant Modern. in l. non dubium. C. de legibus. Et decretum irritans

(ut dicere solebat Guliel. de monte Laud. in cle. si Romanus. super uerbo, cum eu ra. de præb.) est penetrabilius omni gla dio ancipiti omnia interiora, & occultis sima afficiens, & astringens. Nam est tam malignantis naturæ, ꝙ quicquid inuenit destruit, & in oppositum ducit.

Postremo, pro ista parte faciunt omnes rationes generales, quæ communiter in materia ista pœnali considerari solent, ui delicet, ꝙ cum regula ista sit odiosa, est re stringenda. l. qui exceptionem. ff. de cōdi. indeb. Secundò, quia exorbitans à iure cō muni, cum beneficio ab alio male posses sa, passim de iure possint impetrari & con ferri. c. in nostris. de conces. præb. & c. licet episcopus, de præben. lib. 6. Tertiò, quia est pœnalis multipliciter, & ideo omni re spectu restringenda, iuxta regulas uulga res. c. odia, & c. in pœnis, de reg. iur. lib. 6. Cum igitur regula nullam mentionem fa ciat de beneficio reseruato, non habebit locum in eo. Ista sunt in effectu, quæ pro ista opinione adduci possunt, quibus ad de consilia duo Io. Aloisii Tuscani olim aduocati doctrinæ singularis, & postea Ca meræ apostolicæ auditoris, reddita in cau sa Colonien. incip. utrum constet. in 7. du bio, in fi. fol. 27. & in alio consil. in causa Nuremburgen. Præpositure, fol. 52. in 1. parte consiliorum. Qui per ista ultima mo tiua tenet etiam regulam non habere lo cum in dignitatibus, ponderando uerbū beneficium, positum hic in tex. ut ibi late per eum, & dixi superius q. 19.

Contrariam partem, uidelicet, ꝙ regul. ista habeat locum in beneficiis reseruatis, uidentur tenere Moder. in tract. de benefi cio. in tertia parte. q. 11. Quorum opin. suadetur, ex eo, quia licet possidens bene ficium reseruatum per annum, dicatur de tinere: tamen de tali detentione annali in impetratione facienda est mentio: alias gratia est nulla, ut tenet expresse Rota in decis. 783. incip. dic. ꝙ ordinatio papalis. Quid tenendum? Quia casus pendet, non curabo modò hic decisionem ponere, do nec uidero quid Rota iudicauerit: quam uis ex his quæ dicit Fely. in c. in nostra, in 36. corr. in 2. col. de rescr. qui in specie po nit istam quæst. posset resolutio sumi. Nā tenet ibi huiusmodi detentorem benefi cii generaliter reseruari, uti non posse ex ceptione istius regulæ propter notorieta tem decreti, quod scit, uel scire tenetur detentor. & istam opin. tenet dominus Guli. Cassiodorus in suis decisionibus, tit. de reg. Cancel. decisio. 14. dum examinat illum articulum, an regula ista hæreticis defendat? Nam ibidem in discursu d. quæ stio. num. 9. tenet istam opin. sequutus Fe ly. in dicto cap. in nostra.

QVAESTIO XXIIII.

QVæro, an procedat regula in benefi ciis consistorialibus?

SOLVTIO. Audiui Angelum de Ces sis quondam famosum aduocatum dice re sic, & etiam in regula de triennali sic obtinuisset. Tamen pro ueritate huius pū cti, uidenda sunt, quæ superius late dixi in regula de infirmis resignant. Et ut bre uiter me expediam, certe non uideo ratio nem, quare regula ista in illis habeat locū, cum loquatur de impetratione: & benefi cia cōsistorialia non impetrantur, sed per promotione papæ, & prouisionem conce duntur: & talis promotio fit per schedu lam Itaq; forma illius prouisionis est lon gè diuersa ab impetrationib. de quib. ista regula loquit. Reliqua dicas, ut in d. reg.

QVAESTIO XXV.

QVæro, utrum Titius possidens per an num pacificè unum beneficium, ut vnitum, possit, uti exceptione istius regu læ contra impetrantem dictum beneficiū unitum in titulum, & tāquàm de per se?

SOLVTIO. Dominus Gulielmus hic in quadam decisione incip. utrū obtinēs, dicit, ꝙ sic, quia Rota ita tenuit in vna cau sa Bono. de sola, corā D. Iacobo Sim. Nā fratres sancti Saluatoris possidētes benefi ciū, ut unitū, exclusērūt, per istā regulā im petrātes beneficium tanꝗ perpetuū. Et ra tio istius decisionis fuit quia impetrans in sua impetratione asserebat, beneficiū esse de per se, nō autem tanquā alteri annexū. Quo casu, ex persona agentis ius meti mur. l. 1. §. 1. ff. si pars hæred. pet. l. edita cum ibi noratis. C. de eden. Ergo obstabat. ei regula. pro qua decis. facit, quod not. Card. in clem en. unicā. in 8. q. de seq. poss. & fruct. Et ita transit domin. Guliel.

Sed aduertendum est, quia uidetur dominum Guliel. hanc quæstionem non pertinenter adaptare ad istam regulam, ex eo, quia si præsupponitur, actorem impetrasse beneficium tanquàm membrū de per se alteri non unitū, tali casu impetrās non tam uidetur repelli uigore regulæ, quàm exceptione unionis. Quia impetrās petit beneficium, quod non est, & ita excluditur. Nec, iudicio meo, exceptio istius regulæ adaptari potest, quia regula loquitur de possessore. Et beneficium alteri unitum, quia iam per unionem omnino est extinctum, nō possidetur: sed illud principale beneficium, cui est facta unio, possidetur, & primum unitum confusum fuit & effectum unum corpus cum illo, cui unitur, adeò, quòd nomen beneficii perdit, ut dicit Rota decis. 10. de reb. eccle. non alie. in antiq. Et ideo uidetur frustratoria ista quæstio. Nisi distinguendo species unionis, ut facit Fely. in ca. in nostra. in 33. correl. de rescript. uelimus pertinentiam. q. sustinere: aliter autem non uideo quid faciat an propositum. Vel ista decisio locum habere potest, quando aliter non cōstaret de unione: & hoc puto magis consentaneum, quia sufficit possessori annali, quo ad exceptionem producendam, & absolutoriam obtinendam probare, quòd possedit per annum pacificè illud beneficium, ut unitum, licet aliter de unione non doceat.

QVAESTIO XXVI.

QVæro, an regula procedat in beneficio commendato?

SOLVTIO. Istam quæstionē examinaui in regula de infir. resignantibus. & in regula de idiomate, & in aliis regulis, & plenissimè examinabo in regula de triennali. ubi accidit tempore meo de hac q. in specie dubitari in Rota, quę plenissimè discussa fuit: ideo ad ibi dicta ꝑ cōplemēto dicendorū recurrendū erit, ne totiens idē repetatur. Interim tamen ne hic illotis, ut dicitur, manibus transeamus, uidetur prima facie dicendum regulam in cōmenda non habere locum ex eo, quia, ut dicūt Docto. in ca. nemo deinceps. de elect. lib. 6. commenda non est titulus, sed quoddā depositum, donec papa aliter disponat. Inde est, quòd commendatarius interim tenetur procurare, ne bona beneficii commendati dissipentur, sed eo modo, ut procurator res domini distribuere solet, dispensentur. Quamobrem commendatarius procurator dicitur, ut in cap. qui plures 21. quæstio 1. Et tradit Alexand. in consi. 96. in 2. col. lib. 4. cum concord. ut ꝑ Pauinum in tracta. de offi. & pot. c. sede uac. fol. 21. Sed ista regula loquitur de beneficio, quod datur in titulum, & certo modo uacare prætenditur, in quo prædicta nō cōcurrunt. Igitur regula in commēda locum non habebit.

Breuiter istis non obstan. posset concludi contrarium, ex eo, quia regulariter uidemus, cōmendas nostri temporis ad uitā concedi: & sic iuxta l. 1. ff. pro socio. perpetuæ reputātur: & ob id titulis ęquiparantur, ut sæpe in Rota tentum est, prout dixi in dictis regulis, pręsertim, quia negari nō potest, per mortem commendatarii, dari aliquam uacationem, adeò, quòd gratia ad beneficium uacaturum capit beneficiū uacans per mortem commendatarii, ut cōcludit Mar. Soc. in consil. 32. in 6. col. li. 1. post Ro. in quodam suo cōsilio, qđ ibi allegat. Et ita in terminis Rota in quadam causa iudicasse refert bo. me. Car. Iacobatius, ex ordine nostro, tunc primarius auditor, in quibusdam suis apostillis ad istā regulam manu propria eius scriptis: ubi asserit omnes dominos ita tenuisse. Reliqua, quæ hic desiderantur, in dicta regula de triennali uideas.

QVAESTIO XXVI.

QVæro, an in beneficiis iurispatronatus laicorū uendicet sibi locū hæc reg.

SOLVTIO. Recordor hoc dubium motum fuisse in Rota tempore meo in causa Agrigentina prioratus, seu decanatus, coram Reuerend. P. D. Marcello, & nihil tunc fuit decisum. Tamen in illa causa erat unum plus, quàm præsupponatur in q. ista, uidelicet, quia iurispatronatus illius prioratus erat Imperatoris. Itaque fuit positum dubium, nunquid ista regula procederet in iurepatr. Imperatoris? Sed ut dixi, nihil fuit tunc decisum, uel quia causa ex alio capite exitum habuit, uel ꝗa partes concordatunt.

Pro

Pro resolutione igitur istius dubii, considerandi sunt tres casus. Primus est in præsentatione, uidelicet, quando ad beneficiũ post annũ ab alio possessum quis præsentatur. Et in isto casu ex parte præsentati non requiritur obseruatio istius regulæ. Quia iste textus requirit expressionem hic requisitam in impetratione, quæ in præsentatione patroni non debent, nec solẽt seruari. Item quia ista regula loquitur de impetratione, quæ tribuit ius impetranti statim, & ideo in tali debet fieri diligentia, & seruari forma hic requisita, sed præsentatio ante institutionem non tribuit ius de præsenti efficax, ut tradunt omnes in cap. cum Bertoldus. de re iud. & dixi in reg. de non tollen. iu. quæsi. quæst. 1. ideo in præsentatione regula ista nõ procedet. Adiuuatur ista opinio ex uulg. dictis, ui delicet, ꝙ ista regula est pœnalis & odiosa, ideo restringenda. c. odia. de reg. iur. li. 6. Quibus accedunt ea omnia fundamenta, quæ latè quidam Moderniores congerunt, in tract. nouo iur. pat. in 22. articu. 6. q. prin. primę partis, est fol. 213. Vbi tenẽt regulas Cancellarię loquentes generaliter de beneficiis non habere locum in beneficiis iurispatronatus, considerato respectu istius quæstio.

Secundus est casus, in quo exemplificari potest ista regula uidelicet, in institutione beneficii iur. patr. Exempli gratia: Hodie uacat beneficium iur. patr. & Titius se intrudit, & possidet per annum pacificè. Postea peruenit ad notitiam patroni, ꝙ beneficium uacat, & infra quadrimestre, qđ currit patrono à die notitiæ, ut dicunt Io. And. & Abb. in cap. fi. de iur. patr. & Rochus in tract. iur. patro. in uersi. honorificum. in 27. q. patronus præsentat Ioannẽ. Ioan. petit institui ab ordinario. Nunquid institutioni obstet regula? Et certe isto casu etiam uidetur, ꝙ non habeat locum regula in institutione, quia ista regula loquitur de impetratione & collatione, quę est libera, respectu conferentis, ut Abb. dicit in cap. autoritate. col. 1. de institu. Sed institutio non est huiusmodi: quia non potest instituens instituere, quem uelit, sed cogitur præsentatum, si idoneus est, instituere ut dicit Abb. in d. c. autoritate. & in cap. ex frequentibus. de insti. Cùm igitur ista sint diuersa, dispositio loquens in vno, non habebit locum in alio, iuxta tradita in ca. cũ in illis. de præben. lib. 6. Et ità per ista, & alia motiua tenet Decius in consil. 224. regulam de infir. resig. non habere locum in beneficiis iur. patr. Quæ opinio satis mihi placet loquendo in institutione facta cũ ordinatium, cum qua concordant omnia motiua adducta per Mode. loco superius allegato.

Tertius casus est in noua prouisione, uel in prouisione simpliciter impetrata à papa. Et hic est maior difficultas propter diuersitatem rationum. Et iste casus modò decisus fuit in Rota in causa Hispalen. capellaniæ S. Catharinæ, coram R. D. Ioan. Mohedano: in quo duo aduocati pro utraque parte latius scripserunt: Et ut res ipsa facilius percipi & intelligi possit, facti series ita se habuit. Quidam impetrauerat simpliciter à papa dictam capellaniam, dicens esse forsan de iure pat. laicorum: Papa gratiam concessit cũ clausula, Dummodo accedat consensus patroni. Cuius quidem consensus posteà accessit. cũque impetrans intrusum ad iudicium euocari faceret, intrusus de ista regula opposuit. Fuit igitur dubitatum, nunquid isto casu esset locus regulæ? Pro parte negatiua dicebatur, regulæ non esse locum, quia noua prouisio præsupponit alium titulum præcessisse, nec facit ius purum & simplex de per se subsistens, ut tradit Glossator in regula Cancellariæ 62. in 3. col. infra eo d. tenet Rota decis. 24. de concef. præbend. in antiq. & Egid. decis. 116. Regula igitur ista quę loquitur de impetratione, debet intelligi in dubio de simplici, pura, & libera collatione. arg. l. 1. ff. de dona. Nam uerba in dubio, præsertim in materia odiosa & pœnali, cuiusmodi est ista, debent intelligi simpliciter, & purè, non secundum quid: cap. statutum. de elect. lib. 6. Bar. in l. 1. §. hoc interdictũ. ff. de fonte. & c. pen. de senten. excom. & l. hoc legatum. ff. de leg. 3. Præsertim, quia regula ista simpliciter loquitur, de beneficiis, & non facit mentionem de iurepatr. igitur non habebit locum in illis, quia dispositio quantumcumque fauorabilis, de

bene

beneficiis loquens, non comprehendit beneficia iur. patr. laicorum, nisi expressè dicatur: ut tradit Ioan. And. Gemin. & communiter Doct. in cap. 2. per illum text. de præben. lib. 6. Et hoc ideo statutum fuit, ne Laici retrahantur à fundationib. ecclesiarum, idem tenet Lap. alleg. 84. & 96. Igitur iste lex. simpliciter loquens de impetrationibus, debet intelligi de puris & simplicibus, non autem de qualificatis, prout sunt beneficia iurispatronatus.

Secundò principaliter pro ista opi. facit quia noua prouisio, est quid accessorium, & dependens à præsentatione: siue igitur præsentatio, uel consensus patroni præcedat, uel sequatur, ut tradunt Mod. de Curte in tracta. iur. patr. in uerb. pro eo, ꝙ de diœcesani consensu. in 4. quæst. & accessorium sequitur naturam sui principalis. Vnde, qua ratione dicimus, præsentationem non comprehendi sub dispositione istius regulæ, per superius dicta: pariter nec noua prouisio ei accessoria, ut in similibus terminis intellexit Rota regulam disponentem commissiones causarum non ualere literis non expeditis, procedere tantū in principali, non accessoria, & opitulatiua, qualis est noua prouisio, quia illa expeditionem non requirit, ut ibi diximus. Præterea, quia regula ista loquitur de prouisionibus & impetrationibus quæ innitūtur gratię: sed impetratio & prouisio, quę fit cum consensu patroni, prout est ista, de qua agitur, innititur iustitiæ, iuxta not. in cap. ex frequentibus. de institu. & regula non habet locum in illa: quia qua ratione si patronatus præsentasset, & papa instituisset, regula locum non haberet, eadem ratione locum habere non debet, quando papa confert cum dicta clausula, Dummodo accedat consensus patroni. quia ex hoc apparet papam nolle libere conferre cum posset, sed uoluit consensum patroni requiri. Itaque talis prouisio æquipollet institutioni, & sapit iustitiam, & non gratiam. Nec obstat, quòd prius papa prouiderit, & posteà consensus accesserit patroni: quia idem est, quòd anteà, uel post consensus patroni accedat, ut dictum est: nam utroque casu prouisio facta censetur institutio.

Istis tamen non obstan. hodie, quæ numeratur 10. Ianuarii. 1439. Rota in dicta causa corā eod. Reuerend. D. Mohedano tenuit contrarium, uidelicet, regulam habere locum in impetratione facta à papa de beneficiis iurispatronatus. Et ratio istius decisionis fuit, qa in dictis beneficiis, ratio procœmii, & uerba istius regulæ militant. Nam regula ista punit desidem impetrantem. quæ uerba in impetrante beneficium iur. patr. uerificantur: & imputet sibi, qui elegit uiam impetrationis a papa, & regulam non seruauit. Nam licet postea accedat consensus patroni ad confirmādam impetrationem, illud, quod principaliter pars egit, debet considerari, uidelicet, ipsa impetratio, de qua regula loquitur. Nam. ea ratione, qua hospitalia, & beneficia patrimonialia, si impetrantur, subiiciūtur regulæ, eodem modo & beneficia iu. patrō. Nec obstat, ꝙ laici patroni per hoc distrahantur à fundationibus ecclesiarum. Quod non est uerū, quia per hoc patroni non impediuntur præsentare, licet præsentatus in sua prouisione impetrata a papa teneatur obseruare contenta in ista regula: ita ꝙ patroni non excludantur perpetuò, cum prohibitio istius regulæ sit temporalis, & annalis possessor carens titulo poterit ab alio excludi, contra quem præsentatus obtinere poterit. Et licet interim præsentatus, propter suam negligentiam excludatur, illud non est inductum in odium patroni: nam licet præsentatio uideatur per exclusionē præsentati non habere effectum, hoc tamē non est principale præiudicium patroni, propterea non debet esse in consideratione, iuxta gl. in c. 2. de pact. li. 6. & quæ no. Fel. in c. super eo. de offic. deleg. Et ꝑ hoc respondetur ad doctrina Doct. in d. c. 2. de præb. lib. 6. cum aliis, ꝙ ideo ibi non comprehenduntur beneficia iur. patr. laicorū, quia principaliter prohiberentur præsentare: & sic inferretur illis præiudiciū principaliter, & non secundariò: quo casu illud fieri non debet, propter prædictam rationem, ne abstrahantur a fundationib. Sed in casu nostro patroni principaliter non prohibentur præsentare, & si in aliquo pręiudicatur illis, præiudiciū illud, ut

ut dixi,est secundarium, quod attendi nō debet,iuxta late tradita superius in regula de non tol.iut.quæsi.q.3. per Mod.& in l. si quis nec causam.ff. si cer. pet. Et hac ratione uidemus,ꝙ extrauagās, Execrabilis, locum habet in beneficiis iurispat. laicorū ut ibi tenet Io. Fra.Pauinus quondam Rotæ Auditor. Et ratio est, quia per hoc patroni non prohibentur præsentare, quia pœna illius extrau.sicut istius regulæ, habet locum, postquam patronus præsentauit.& sic functus est officio suo. Vnde si ex post præsentatus, propter suam negligentia uel dolum excludatur,illud non debet considerari,quia non est inductum in odiū patronorum:arg.l.r. ff. de in lit. iur. Nec obstat,ꝙ regula non uidetur habere locum in impetrationibus,quæ conceduntur per uiam iustitiæ, quia illud est uerū, qñ impetratiōes sunt meræ iustitiæ, secus si sunt mistæ.Nam tali casu regula illas cōprehendit, ut lites exquirentes per huiusmodi impetrationes reprimārur. hinc est, ꝙ si fiat renuntiatio in fauorem Titii, clarum est,ꝙ prouisio quæ Titio à papa fieri debet,est per uiam iustitię, ex eo, quia renuntians aliter non esset renuntiaturus, nisi in fauorem Titii: & est iustum ꝙ papa Titio conferat beneficium. Et tñ in tali prouisione habet locum ista regula, ut inferius dicetur in alia q. Adeò, ꝙ si resignatarius in sua prouisione non faceret mentionem regulæ,excluderetur eius exceptione. Et per hoc respondetur ad consilium Decii 224.ꝙ non faciat ad propositum,ex eo,quia termini sunt diuersi. Nā si illa regula de infirm.resignantibus,haberet locum in beneficio iurispatron.generaliter excluderentur à præsentatione,cū uacatio per renuntiationem propter quam patroni præsentare possent uel consentire,in illa regula annulletur,&inducitur noua, & ficta uacatio per obitum, propter quam patroni pręsentare non possunt,sed prouisio pertinet ad papa,ut ibi dixi.q.5. & in summa longa est differentia inter casum nostrum,& illam regulam, prout ex motiuis Decii in d. cons. satis colligi pōt Et in hoc stylus Cancellariæ plurimum ualet,qui declarat mentē principis. Nam solet cancellaria etiam in prouisionib. beneficiorum iurispat.in literis narrare istam regulam: quod nō faceret,si teneret regulam talia beneficia non comprehendere. Et ista opin. certè ex hoc iustior uidetur, quia per eam lites calumniosæ, quæ per huiusmodi impetrationes beneficiorū uiuentium fomentantur, tolluntur. & hoc respectu regula ista fauorabilis dici pōt, per ea quę dixi in princ. istius regulę.Et finaliter ad hoc uidetur notabile cons. Ro. in consil.465.incip.in re presenti, &c. ubi uoluit,collationem factam de beneficiis iurispatr.esse subreptitiam,si non fecerit mentionem de colorata alterius possessione. Et pariter uoluit pręsentationem patronorum esse nullam, non facta mentione de detentione tertii, qui ueniebat priuandus,ut ibi per Rom.quem sequitur Felyn.in c.nostra in 36. cottela. de rescript.

QVAESTIO XXVIII.

QVæro, an regula habeat locum in impetratione gratiæ,Si neutri?

SOLVTIO. Ista quæstio in Rota uentilata fuit tempore Nicolai 5. per episcopum Spoletanum locumtenentem, & tēpore Sixti papæ 4.ut inuenio in memorialibus illorum temporum. Non tamen ibi dicitur quid fuerit decisum.Et ideo, ut ueritas clarius elucescat, motiua pro utraq; parte ponam.Pro quorum comprobatione conferre poterunt omnia argumenta, quæ in similib.quæst.scripsi in regula, De nō iudicādo literis non expeditis.& ea, quæ dixi in quæst.prox. præcedenti, in ultimo membro.& dicam in regula de ualore exprimēdo.Et ꝙ regula locum habeat, adducit pñtes rōnes sequētes.Prima,quia regula generaliter loquit de qualibet impetratione beneficii, nec distinguit siue per uiā,Si neutri,siue alias fiat impetratio. Ergo nec nos distinguere debemus c.solitæ. de maio.& obe.pſertim,qa uerba regulæ, ibi,(quod uacare ptēdit) adaptant gratiæ, Si neutri. vulgata.l.4.§.quotiēs.de da. inf.

Præterea,quia gratia,Si neutri,cū sit noua gratia,debet cōtinere oēs illas expressiones,q̃ debēt de iure fieri in aliis gratiis bñficialib.ac si de nouo impetraretur,alias uitiat, ut tenet Rota in dec.239. idem ꝙ

impetrans gratiam,Si neutri.in nouis. Et Rom.in conf.322.Sequitur Fel.in c. in nostra,in 15.corre.de rescr. Sed certum est, in aliis impetrationibus requiri obseruationem istius reg. Ergo idem dicendum erit in gratia,Si neutri. Praeterea, ratio in proœmio istius regulæ expressa,cum sit finalis,iuxta l.finalem.ff.de hære. insti. uendicat sibi locum in gratia.Si neutri. Ista sunt,quæ sine fuco,sed succinctè, & breuiter adduci possunt pro ista parte.

In contrarium,ꝙ regula non habeat locum in gratia,Si neutri,faciunt uerba posita in fine istius regulæ, dum dicit. Nec ullus alius uocationis modus etiam per literas, Si neutri, &c. suffragetur impetranti,&c. Nam ista uerba innuunt, ꝙ regula in principio loquitur de primæuis impetrationib.simplicib.non de istis accessoriis & conditionatis. Quia uerba simpliciter prolata debent intelligi de actu puto, & simplici,non conditionali, ut dicit tex. in l.1.ff.de dona.cum similibus. Ergo ubi aliquis,qui non impetrasset primæuam gratiam,haberet gratiam,Si neutri,non cogetur seruare regulam.

Præterea,quia gratia,Si neutri, non impetratur,nisi lite pendente,ut paret in decisione 320.in nouis,& melius 270. Ergo si est lis, beneficium non est pacificè possessum,& per consequens regula ista non suffragabitur.

Sed tenendo primam partem,ad istas rationes posset responderi. Primò ad illa uerba hic in regula posita(neque ullus uacationis modus, &c.) ꝙ illa uerba sint apposita in odium impetrantium, & ad maiorem eorum exclusionem. Ergo non debemus illa detorquere, & interpretari ad sensum contrarium,uidelicet,ut fauorem inducant,& restrictionem regulæ, argu.ꝗl. quod fauore.C.de legib. & l. legata inutiliter,de leg. 1. Nam aliter interpretando regulam, implicaret contradictionem, & seruiret nobis de uento. Mens igitur illorum uerborum finalium istius regulæ est, secundum quod a multis intelligitur, ut præsupponat,principium regulæ loqui in quacunque impetratione, siue illa sit gratia simplex,siue gratia,Si neutri:uel perinde ualere,dummodo illa sit prima gratia.

Itaque facta una impetratione ex supradictis impetrans certo modo tenetur in illa satisfacere regulę:aliàs illa prima impetratione nulla existente ob non obseruationem regulæ,non posset se ex alia iuuare. Et hoc sonant illa uerba (nec alius quàm præmissæ uacationis modus) illa enim dictio,Præmissæ,non est demonstratiuæ impetrationis ad oculum, cum in regula nullus uacationis modus sit expressus, sed demonstratiuus ad sensum gratiarum, quas contingeret de huiusmodi beneficiis impetrari.Et ista uidetur mens regulæ,quam sequi debemus.cap.intelligentia,de uerb. signif.& vulg.l.scire.ff.de leg.Præsertim,cũ etiam seruamus uerbis:atg.l. ille aut ille, §.cum in uerbis,de leg.3. ut fugiamus absurda,iuxta notata in cap.dudum,de præbend.lib.6.

Sed ulterius circa expositionem istorũ uerborum uidenda sunt ea, quæ scribam inferius in 79.q.cum duab.seq. Et ꝙ ista regula in dicta gratia, Si neutri,locum habeat,suadet generalitas proœmii istius regul.(ut improbi lites, &c.) Quæ ita habet, locum in gratia,Si neutri,sicut in principa. lib. prouisionib. & illa ratio proœmii est, hic expressa iuxta notata per Bal.in §. quibus in prima constitutione C. & in secunda cõstitutione,in principio. Et ideo quicquid sub ea comprehendetur, dicitur etiã sub regula comprehensum, uirtute cõprehensiua,non extensiua, iuxta notata in c. postquam,de elect.lib.6. & in l. prætoris, in princ.ff.de oper.no.nun. & in l.non possunt,de legib.cum similib. Et quia illa indefinita locutio illorum uerborum(siquis impetrauerit,&c.)posita ĩ principio istius regulæ,perinde stat,ac si omnem modum impetrandi inclusisset,iuxta notata in c.ut circa,de elect.lib.6. & in l.si plures,de leg. 3.& in l.uxori meæ,de usufr.leg.cum similibus.Nec obstat,ꝙ gratia, Si neutri, impetratur eo tempore, quo annalis possessor non est pacificus,& sic lite pendente:quia respondetur hic præsupponi possessorem iam fuisse annalem, quando lis illi mouetur,ut patet hic in tex.ibi tunc per annum immediate præcedentem,&c. alias regula non procederet. Et alia annalis possessio præcedens obstat etiam gratiæ, Si neutri impe

impetratæ, lite pendente. Itaque contrarium in nihilum resoluitur.

Teneri igitur potest ista conclusio pro firma, uidelicet, regulam procedere in gratia, Si neutri. Quam opinionem tenuit, & approbauit Rota tempore Sixti in una Brixien. præbendæ, coram D. Ioan. Cæsarino, tunc auditore, pendente. Nam tunc fuerat dubitatum, nunquid gratiæ, Si neutri, de qua impetrans magnum faciebat fundamentum in iudicio, obstaret regula. Et fuit dictum, ꝙ sic, propter identitatem rationis, & ea, quæ dicta sunt. Pro quo uide quę dixi q.15. & dicam q.42.53. & 79.

Vt tamen ista conclusio resoluatur, est aduertendum, ꝙ nouissime q. ista fuit in Rota proposita, in qua ita distinguebatur: ꝙ aut prima gratia est nulla, propter non obseruatam regulam. Et isto casu, ne delinquens sit melioris conditionis, quàm prudens, in eius pœnā erit dicendum, gratiā, Si neutri, sibi non suffragari, nisi in ea requisita regulæ seruentur, & ita procedunt omnia quinque fundamenta, quæ ad regulam de non acceptando literis non expeditis, facit Gem. in cons. 128. quæ hic applicari poterunt. Et ita in simili conclusit Rota in una S. Andriæ uicariæ, de mense Iunio 1539. corā R.P.D. Marcello episcopo Marsicano: dum uoluit, ꝙ reg. Clementis, disponens, ꝙ in supplicationibus, seu concessionibus gratiarum de beneficiis tunc uacantibus, de mense, in quo uacarent dispositiue mentio fiat, alioquin gratię sint nullius momenti, &c. Nam uoluit habere d. regula locum in nouis prouisionibus, quæ sunt concessiones: & hoc, quia uerba regulæ adaptantur nouis prouisionibus. ergo mēs papę talis esse p̄sumitur, qualē uerba denotant, uulg. l. Labeo. de supellect. leg. plura tamen pro & contra, super hoc aduocati scripserunt, quæ non refero, ut uidendum est in informationibus eorum. Aut uerò gratia fuit nulla ex alio capite, quàm propter regulā nō seruatam, forte quia errauit in expressione uacationis, & tunc erit concludendum, gratiam, Si neutri, ualere, regula non obseruata. Ratio fuit, quia hoc casu reg. ista, quæ de impetratione loquitur, debet de prima & principali intelligi, non de secundaria & accessoria: arg. l. si quis nec causam, ff. si cer. pet. Et quia uerba simpliciter prolata, intelliguntur de primo actu, non de secundo, uulg. l. boues. §. hoc sermone. ff. de uer. sig. prout Domini regulam de publicandis resig. intellexerūt ut ibi dixi. Et ita in terminis istius quæstionis conclusit, & iudicauit Rota die 18. Ian. 1538. in una Rom. parochialis S. Pauli & Cæsarei, coram d. Raynaldo Petrutio, pro d. Eurialo de Syluestris contra Felicem de Caualleriis.

QVAESTIO XXIX.

QVæro, an ista regula obstet pariter reformationi factæ ad primam gratiam, quæ erat nulla, ex eo, quia non fecerat mentionem de ista regula?

SOLVTIO. Super isto puncto, qui ante direptionē urbis uentilabatur in Rota, ego consului pro episcopo Iustinopolitano in causa beneficiorum Bergomen. & Brixie. Et tunc fiebant aliqua motiua pro inualiditate reformationis, ex eo capite: quia si principale non ualuit, nec reformatio tanquam accessorium, quod sequitur naturam sui principalis, iuxta notata in lege, non dubiū. C. de leg. cum uulg. de quibus per Rom. in cons. 246. & Ias. in l. sub prætextu, la 1. in fi. C. de transa.

Quibus, & istis similibus motiuis non obstantibus, ego consului contrarium. In qua opinione nunc eo libentius persisto, quia tunc fuit illa opinio a Rota recepta & approbata. Et inter plura, quæ in dicto consilio scripsi, quæ breuitatis causa omittentur, fuit hoc principale motiuum: quia licet principalis gratia fuerit nulla, reformatio tamen tendit ad hoc, ut det illi spiritum uitæ, & quod in illa omissum fuerat per istam suppleatur. iuxta decisio. in antiquis. 180. Nam relatum est in referente cū suis qualitatibus, ut tradunt Mod. in l. certū. ff. si cer. pet. maximè cùm constet de mēte concedentis. Nam ex noua causa potest quis redire ad ius amissum, ut dicit tex. in c. cum inter, de renunt. cum conc. ut per Ro. in cons. 163. & Ang. in cons. 52. do. Gilius. col. 2. & Cor. cons. 305. lib. 4. & Capra cons. 12. Et in summa pro decis. est glo. per quam moti fuerunt Domini in c. si Apostolicę,

ftolicæ,in gl.pen.de præb.lib.6. Quã post Roma.in consilio 283.in princ.eam sequitur,& tenet Fel.in c.in nostra.in 16.corre. de rescrip. Faciunt ea,quæ scribit Bald. in cons.369.in primis sciendum.lib.1. Quæ omnia cum uerificentur in dicta reformatione,non est dubium eam ualere,non obstante regula,cui in ea fuerat derogatum, Et ad illud, quod dicebatur, ꝙ accessoriũ debet sequi naturam sui principalis,est uerum,quãdo est eadem ratio: secus,si diuersa,ut hic,& tradit Perus. in d. regula accessorium,de reg.iur.lib.6.&reassumit Alex. in cons.4.col.3.uol.1. Plura alia fuerunt deducta,quæ breuitati studens omitto.

QVAESTIO XXX.

QVæro ibi,nomen, gradum ac nobilitatem,&c. an expressio nominis possessoris in impetratione sit de forma substantiali:an uerò sufficiat,nominis expressionem fieri per æquipollens?

SOLVTIO. Tenendo, ꝙ regula ista inducat formam in casibus hic expressis, uidetur dicendum hic,ut conclusum fuit superius in 6.quæstione, formalem nominis expressionem requiri,non æquipollẽs, ut est tex.in l.hac consultissima.ibi, nomina hæredum,& dignitates singulorũ, &c. C.qui test.fac.pos. Tenet Alb.in rub. de testam. Ex quo quidem textu d.l. hac consultissima.putabat R.P.D.Iac.Simonet. olim auditor Rotæ,& postea cardinalis summę scientiæ & eruditionis, sumpta fuisse uerba regulæ nostræ. Est igitur ibi text.ꝙ quãdo expressio nominis requiritur pro forma,non potest per æquipollens impleri. Et hoc tenet Alex.in cons.96.col.fi. lib. 4. Pro qua opinione adducit Ias.decem decisiones,seu rationes notabiles in l.1,in 3.colum.uers.tene regulam affirmatiuam.ff.de lib.& posthu. quas breuitatis causa non refero. Facit etiam,quia iste tex.adeò uoluit esse certam & indubitatam personam possessoris, ꝙ non fuit contentus sola nominis expressione, nisi gradum & nobilitatẽ eiusdem exprimeret impetrans. Quod putat esse multum necessarium Bart. in l. de monstratio falsa.in 7. q. ff.de condi. & demonst.& in l.libellorum,in prin.col.fi. ff. de acc. Præsertim,quia uerba istius regulę sunt præcisa,& geminata. Dicit enim ꝙ impetrans nomen ipsius possessoris exprimere debeat,& teneatur,&c. Sed ubi ponuntur uerba geminata præcepti, non dicitur satisfactum præcepto,quando fit expressio per æquipollens, ut statim dicetur. Igitur,&c.

Contrariam opinionem tenuit Gloss.in regula, de impetrãtibus beneficia per obitum familiarium cardinalium.ubi uoluit, ꝙ licet tex.ibi, sicut hic, requirat pro forma, impetratione expressionem nominis & tituli cardinalis; tamen si hoc fiat per æquipollens eo modo, ut certa reddatur persona de qua loquitur, satisfactum erit formæ datæ in illa regula.Quia nihil interest,quid ex æquipollentibus fiat. Pro qua opinione faciunt plura motiua,quæ cumulant Alex.& Ias.in d.l.hac consultissima,& in l.1.ff.de lib.& posth.Vbi Aretinus more suo notabiliter loquitur. Quorum rationes ibidem uideantur.quia moris mei nõ est transcribere dicta aliorum de charta in papyrum.Sed sufficiet eos tantum allegare,qui plura scripserunt,ut docet Fel.in c. Rodulphus,in 14.col.uers.hortus autem, de rescr.

Quid dicendum? Certè inter tot disputationes doctorum, mihi proculdubio prima opinio quo ad propositum tex.nostri uidetur uerior, Nã licet uerũ sit,ꝙ expressio nominis requisita a lege,uel statuto,in rescriptis, possit fieri per æquipollens eo modo,ut intelligatur,ut tradit Dom.& cæteri in c.2.super gl.quorum de rescr.lib.6. cum pluribus alijs concor.ut scribit Alc.& posteriores in d. l. i. & in l. hac consultissima. Tamen istam conclusionem limitant ibi Doct.omnes,nisi in lege,uel statuto sit decretum irritans. Nam tali casu expressio requiritur in forma specifica, præsertim quando præceptum est geminatũ. Sed in ista reg.ponitur decretum irritãs, & pceptũ geminatũ: in qua nõ solũ papa annullat rescriptũ, siue gratiã, si talis expressio nõ fiat,sed & addit alias pœnas hic expressas.Igitur cõcludendũ est, requiri specificã & indiuiduã noĩs expssionẽ.De quo tñ in seq.q.aliqd ulterius dicemus. Et pro ista opin.stringit unũ, quod est bene considerandum

siderandum. Quia si dicimus nomini expressionem per æquipollens exprimendi hic sufficere, sequeretur magnum absurdum, ꝙ reg ista saltem in ea parte, quæ talem nominis expressionem requirit, frustratoria, & uacua penitus esset. Quod ita probatur: quia quando illud, quod de iure cõmuni statutum fuit, quod forte posset per æquipollens adimpleri, postea per constitutionem particularem uel generalem specialiter est repetitum, tunc nũquã talis solennitas uel expressio, uel æquipollens fieri, uel impleri potest, ut cõstitutio, quæ postea additur, non sit frustratoria, sed aliquid ultra ius commune operetur. Ista fuit not. doct. Bar. qui in hoc communiter approbatur in l. 3. §. si rem, ff. de leg. 3. Vbi uoluit, ꝙ licet de iure communi caueatur, ꝙ uictus uictori condemnetur in expensis, nisi habuerit iustam causam litigandi. Si tamen illud idem postea per aliquod statutum disponatur, uidelicet, ꝙ uictus uictori condemnetur in expensis, ut statutum aliquid ultra ius commune operetur, intelligetur includi casus, in quo qs habuerat iustam litigandi causam, ut uidelicet non excusetur talis iustam litigandi causam habens, sed condemnetur in expẽsis, ut illud statutum nõ sit penitus frustratorium, sed aliquis operetur. Ita tenet ibi Bar. quem plures ubique sequuntur, quos latissime enarraui in Commentariis meis c. 1. de consti. lib. 6. super gl. in uerbo, facti. Per quæ dicta alias Rota in una Gebenen. de benigno pulcherrimam decisionem fecit, quam refero in d. c. 1. num. 145. circa fi. multa enim contra ius strictum (ut actus aliquid operetur) inducta sunt, quæ alias non concederentur, ut tradunt Moder. in c. i. de rescr. Cum igitur in casu nostro regula ista disponat nomen possessoris in rescripto exprimi debere, quod prius de iure communi statutum fuerat, in c. fin. de rescrip. & in iuribus superius allegatis, posito ꝙ de iure communi talis expressio per æquipollens fieri possit. Nihilominus ne ista regula, quæ hoc idem quod ius commune disponit, frustratoria censeatur, est dicendum, expressionem nominis in casu nostro, in forma specifica fieri debere, nõ per æquipollens.

Est bene uerum, ꝙ circa regulam de impetrantibus beneficia per obitum familiaris Cardinalium, quæ requirit similem expressionem nominis, Domini mei auditores (ut audio) tenuerunt expressionem illã nominis & tituli per æquipollens fieri posse, ut dicit ibi Glossator: sed hoc nõ refert cum ille casus ab isto sit longe diuersus? Rationem diuersitatis forte ibi ponam, licet pro nunc istæ contrariæ decisiones cõcordari possent ex dictis Abb. in c. quanto in ultimo notabili, de his quæ fi. a prælat. Posset etiam dici in dicta regula familiarium cardinalis illud de expressione nominis, statutum fuisse in cõsequentiam fauoris, & non principaliter, prout in l. cum ex oratione. ff. de excus. tut. Quo casu in formalibus inductis in consequentiam, alterius finis expressio, & complementum per æquipollens fieri potest, ut est tex. notabilis in l. i. §. fi. ff. de uerb. oblig. quem ibi ad hoc notat doctissimus Moder. Lancellotus Galiaula in secundo notabili, & Moder. sequuntur. Nam in istis sufficit seruare finẽ, ad quem ipsa dispositio tẽdit licet forma non seruetur, ut est tex. in c. quoniam contra, ubi Abb. & Modern. notant, de proba. Sed in casu istius regulæ alia, & diuersa ratio concurrit, ut dicere debeamus nominis expressionem formaliter requiri, uidelicet, in odium ipsius impetrantis, in cuius detestationem, & possessoris fauorem inducta fuit hæc solennitas expressionis nominis. cui impetrans renũtiare non potest, cum sit (ut dixi) hęc forma in fauorem possessoris inducta, & ideo iuri alterius ex causa mea acquisito renuntiare nõ possum, ut in l. cũ à socero. & ibi no. Bal. C. de iur. do Et hoc est, quod in proposito dixit Io. An. à quo sumi põt decisio istius q. in c. 2. de resc. in nouella. su ꝑ gl. in uers. cognomina. Vbi post alios per eũ ibi alleg. dicit hanc formã, uidelicet, ꝙ in rescripto reorum noĩa exprimerentur, nec sufficere per circumlocutionem & æquipollentiã expressionem fieri, inductũ fuisse in odiũ impetrantiũ. Pro quo faciunt ea, q̃ tradit Ias. in l. j. in 14. col. ff. de uulg. & pup. post do. Ant. & Imo. in cle. const. perillum tex. de elect. Et qđ dictũ est, nomẽ possessoris in rescripto exprimi debere, ĩtelligẽdũ est,

de nomine proprio. Et licet nominis appellatione non solum nomen proprium, sed etiam appellatiuum & singulare comprehendatur, ut tradit And. Sic. in ca. quoniam Abb. in 4. notabili. de offic. delegat. nihilominus in dubio in dispositionibus pœnalibus, qualis est ista, nominis appellatio, de proprio, non de appellatiuo nomine intelligi debet, ut est tex. in l. seruus hæreditarius, iuncta gl. ff. de stipulatione seruorum, & gl. in cle. 1. in uerbo, nominatim. de uita & hone. cle. Ratio prædictorũ esse potest, quia nomen proprium significat unum corpus, uel ens, seu aliquod indiuiduum, ut Petrus, & similes: sed nomẽ appellatiuum significat plura, ut species, uel genus: ut homo, uel animal. Quod declarat And. Sic. in dicto cap. quoniam. Et quia in rescriptis, quod certius est, debet exprimi, ut in c. ad hæc, & in c. fi. de rescri. Meritò expressio nominis in ista regula tãtum de proprio fieri debet, tanquam de certiori, non de appellatiuo, & ita hodie de stylo practicatur, ut dicit Ioan. And. ubi supra. Quid autem sit nomen singulare, & qn eius expressio sufficiat late scribit And. Sic. in d. c. quoniam, in 4. & 5. notabilibus. Vbi sumpta occasione nominis singularis plura de nomine & proprietate Phœnicis extra propositum congerit, ut ibi per eum.

Et ista omnia de plano procedunt in rescriptis, & gratiis beneficialibus, de quibus loquitur ista regula. Sed in aliis materiis & contractibus, an debeant exprimi nomina propria contrahentium, uidendũ est per Spec. in tit. de emp. & uend. §. sciendum, uers. primo autem eodem modo. & circa nomina actionũ in libello exprimenda, not. in l. edita. C. de edend. tradit Alber. in l. qua quisque. ff. eod. tit. Et idem dicit in procemio digestorum. Et quòd sicut nomina dignitatum in literis uel instrumentis, sic etiam nomina iudicum in syndicatu exprimi debeant, tradit idem Albe sic. in l. nulli. ff. quod cuiusque uniuer. no. plurimum enim confert in negotiis agendis, proprii nominis expressio. Hinc est, ꝙ in sacra scriptura ad signum magnæ familiaritatis refertur, aliquem proprio nomine appellari, ut de Anan. refert gl. ord. in Actib. Apostolorum. c. 9. Et propterea dicitur de Moyse Exod. 23. c. Inuenisti gratiam coram me, & teipsum noui ex nomine. Magna enim est beneuolentia magni principis, quando subditum agnoscit, & nominat proprio nomine, ut dicunt sacri Doctores, eod. lib. c. 33. Adeò ꝙ apud ueteres eius omissio, seu immutatio ad derisum & contemptum referebatur, ut probat per exẽpla diuus Hieronymus in quæstione super Paralipomenon. Sic etiam Ozias ædificando non meruit, ut suo nomine Porta uocaretur, sed uallis nomine. Et Ephron, eo quòd uẽdiderat sepulturã, diminutionem nominis meruit, ut idem Hiero. paulò inferius loco superiori testatur. Eodem modo Iechoniæ nominis immutatio in Choniam, amata uocatur, ut idem Hier. tradit super Hieremiam, ca. 22. Et propter indignitatem, uel peccatum alicuius, priuatur quis nomine proprio, ut dicit Arch. & Præpos. in c. qui nec. per illum tex. 2. q. 7. Licet aliquando in sacra Scriptura crebræ nominũ immutationes uel repetitiones ad magnum mysterium, & singulare personæ meritum, & gratiam specialẽ pertineant, ut sacri Doct. referuut super illud Lucæ, Et uocabis nomen eius Ioannẽ. Et alibi sæpe. Quanti igitur momenti sit nomen exprimere, quid etiam nomine prę se ferant, deq; eorum origine, ut alios omittam, plura scribunt Cælius lib. 13. Antiquarum lectionum, c. 5. & 6. & Patritius Senensis, lib. 6. de institut. reip. tit. 7. & longe plura accumulant Mod. in magna rep. c. Raynutius, fol. 8. cum duobus sequenti. de testament.

QVAESTIO XXXI.

QVæro, dicitur hic, ꝙ impetrans exprimat nomen. Quid si possessor habet plura nomina, prout sunt Vascones, qui quadrinomi sunt, ut inquit Io. Fab. in §. item si quis in fraudẽ, in 5. col. de act. & Romani ueteres, qui communiter tribus nominib. nũcupabãtur, ut dicit Cy. in l. fi. quã una cũ l. 1. & 2. legit. C. si quid in frau. pat. col. 3. & meminit latius Franc. Sylui us in Grypho Auzonii. fol. 46. & Apinianus Alex. in proę. libri, qui Libycus inscribiť & Crini

Crinitus li.3.de honesta disci.c.4. & idem fuisse apud ueteres, sacri Docto. testantur in lib.Paralip.c.1.& Hie.contra Heluidiũ. Dubium igitur est, an omnia eiusmodi nomina exprimere teneatur impetrans.

SOLVTIO. Licet nominum pluralitas non præsumatur in dubio, & eam allegans teneatur probare, ut tradit Alex. in cons.172.nu.7.in 6.uol.& Soc.in consi.28. in 3.col.lib.3. Tamen ubi apparet aliquẽ habere plura nomina, si per expressionem unius nominis, non habetur certitudo personæ, exprimenda sunt omnia, alias secus, & ita debet intelligi, quod dicit Innoc.in c.cum accessissent, de const.& Bald. in sua Margarita, dum uoluerunt in rescriptis nomen proprium & appellatiuum exprimi debere. Sufficit.n.ꝙ habeatur certitudo possessoris, ne laboretur in ambiguo, ut tradit Old.cons.100.inci.in executione, & Alc.cons.7.& 110.lib.1.& cons.68.col.3.& 108.col.5.lib.2.& cons.112.in 3.col.lib.3. & cons.114.in 4.col.lib.4. cum similibus.

QVAESTIO XXXII.

QVæro, quia dictum est superius; ꝙ expressio nominis non potest fieri per æquipollens, quid si nomen possessoris, cõtra quem impetratur, scribatur abbreuiatè, & non extensè, an sufficiat?

SOLVTIO. Arch. in c.1.25.q.2. tenet sufficere nomen possessoris, ꝙ abbreuiate scribatur. Secus tamen dicit in nomine impetrantis, quod scribi debet extense, ut ibi latius per eum, qui postea sumpta occasione, ponit formam eorum omnium; quæ in literis apostolicis abbreuiatè, uel extensè scribi debent. Et hoc idem ante ipsum latius tradidit, & in terminis quæstionis nostræ Spec.in tit.de resc.præsent.§.1. igitur, uers.circa dictiones, & in ti.de citatione §.1.uer. quid si impetro literas contra P.& alibi sæpe. Ratio prædictorum est secundum ipsos, quia ad impetrantem pertinet rescriptum suum, & personam de qua sensit declarare. Itaque rescriptum ualebit à principio, quod posteà poterit declarari.l.si quis intentione.ff.de iud. Ita ibi Specul. Pro cuius opinione facit text. in capit. P. & G. de offic.deleg.& capit.cum M.de constit. Sed in contrarium facit ista regula, dum papa vult nomen possessoris exprimi debere per impetrantem. Et illud dicitur expressum, quod legi potest, & nominatim scribitur.§.si utro. in authen.de hæred.& fal.& not.in l.nominatum. ff.de lib.& posth.facit tex.in l. 2.C. de uet. iur. enucl.ante fin. Vbi præcipitur, ꝙ nomina prudentum, qui leges composuerunt, debeant scribi per consequentiam literarũ, & non abbreuiate.

Quid dicendum? Certe de iure & de consuetudine uidetur uerior secunda opinio. Nam nemini dubium est, ꝙ si nomen illius, contra quem impetratur, scribitur abbreuiatè, potest de facili breuiatio uariè interpretari: ut si pro Bernardo, pono B.illud B.potest.& pro Benedicto, uel Bartholomæo capi. Quo casu orietur incertitudo aduersarii, ex qua facile error nasci potest. quod à iure reprobatur, ut est text. in cap.ad hæc.& in c. fi. de rescript. Nam euitanda est periculosa abbreuiatio, ut dicit Fel.in c.1.col.5.de fide instru. & Alex. consi.152.lib.1. Et pro ista opinione uidetur decisio Egid.185.incip. licet cum agitur, &c. Ista tamen non ita militant in abbreuiatione nominis ipsius impetrantis, quæ magis tolerabilis uidetur, & minus periculosa: ut probare uidetur text. in ca. fin.de præbend.lib.6. Ratio est, quia licet in rescripto nomen actoris impetrantis abbreuiatè scribatur: nihilominus postea ex prosecutione causæ, & libelli oblatione, nomen eius de necessitate declarabitur ut in l.1.ff.si pars hære. peta. Non sic rei, qui fortè negabunt se illos esse, qui sub abbreuiatura includuntur. Et ideo non abre dicunt Imol.& Felyn.in c.cum accessissent.in princ.de consti. ꝙ de stylo hodie non nomen illius, contra quem rescriptũ impetratur, ita debet esse certum extensè scriptum, sicut nomen impetrantis, per d. l.2. Et ad text.in d.cap.fi.respondet ibi Geminia.in primo notabili, ut ibi per eũ. Et hoc idem seruari de stylo dicit And. Sicu. in capit.dilectus.in 2.column.de rescript. nume.11. Et latius reassumit, & probat idem And.Sicul.in d.ca. cum accessissent. nume. 7. column. 3. Et habemus hodie text. hic.

Opin.igitur Archid. & Specul. quæ nullo iure probatur, posset saluari, quãdo fortassis ex cognomine, uel agnomine haberetur certitudo illius, contra quem impetratur, prout plures reperiuntur, qui frequẽtius à cognomine, quàm à nomine denominati pariuntur. Nam tali casu fortè nomen posset abbreuiatè, scribi quando agnomen uel prænomen extensè describitur, ut si dicatur, Petrus cõmittit causam contra B.Sagãta. Nam ex illo prænomine Saganta, denotatur persona certa, licet nomen abbreuiatè scribatur, ut in l. Aemilius.ff. de administ. tuto. Vbi prænomen Aemilij, tantum reperitur, omisso nomine, quia per illud intelligebatur persona certa. Et ibi hoc notat Nicolaus de Neapoli. Alias si non ita intellexit Specu. non puto opinionem eius, nec iure, nec stylo esse ueram. Non obstat tex. in dicto c. cum M. & in d.c.P.& G. Quia illæ abbreuiaturę nõ fuerunt factæ, prout ibi scribunt in rescripto impetrato, neq; ibi prædictæ literæ ad istud propositum pinguntur, ut formã rescriptis impetrandis imponant: sed illa abbreuiatio fuit ibi facta per compilatorem Decretalium, qui propter euitandam prolixitatem plures dictiones & nomina breuiatè scripserunt, pleraque etiam (ut breuitati studerent) resecarunt: adeò q; de pluribus locis. Io. And. conqueritur, partẽ Decretalium mutilatam, sine decisam, allegando. Et nisi ita fecissent compilatores, in immensum uolumen illud cresceret, & magis fortassis, quàm illud decisionum Rotę uolumen, de quo dicit Alex. in l. si cũ dotẽ.§ eo.aũt tpe.ff.sol.mat. quod erat adeò magnũ & numerosũ, q; nõ ueheretur vno curru. Et egu cum essem Panormi, uidi antiquarum Decretalium volumen adeò immensum, q; ab homine ferri nõ poterat. Cõpilatores itaq; Decretalium ex plurib. dictionib. & nominib. alias in Pandectis originalibus extensè scriptis, plerunq; primam apposuerunt literam, ut ad breuitatis compendium antiquarum Decretaliũ uolumen reducerent: quod ex illa dictione, & infra, sæpe in Decretalibus apposita manifestum redditur, de quo loquitur Io. And. in procemio Decretalium. & in c. nobis. de iure pat. & Bar. in l. Gallus. §. idem credendum, in fi.ff.de lib.& posth. Et ista de plano procedunt in abbreuiatione nominis rei propter prædictam rationem. Secus tamen in abbreuiatura nominis ipsius impetrantis: quia, ut dicit Spec. loco superius allegato, in eo non licita abbreuiatio. Tamen hoc etiam dictum in persona impetrantis & actoris uidetur dubitabile, ut dixi. Præsertim, quia est cõtra tex. in c.fi.de resc. Vbi æquiuocatio nominis impetrantis non uitiat rescriptum. Ratio redditur, quia ille qui reperitur rescriptũ habere penes se, & eo uti, ꝑsumitur illud impetrasse: arg. eorum, quæ notat Alex. in l.1.C.de proc.& Fel in c.coram, col. 3. de off.deleg.& in c.2.col.8.de testib. Licet circa istam rationem uideantur uariare Doctores. Et uidi secundum uarietatẽ casuũ, istam rationem uaria obseruatam in Rota. Nã Old.cõs.136.in 2.col.tenuit q; supplicatio pręsumatur impetrata ab eo, in cuius fauorem loquitur etiam si ille sit absens. Eadem de cõmissione dicit Spec. tit.de app.§.nunc breuiter.uers. q; si apparet. Contrarium tamen tenuit Car. in consil.25.col.2.& Ful.consil.23.in 2.col. & facit Egid.decis.584 & Gem. consil. 33. Rota tamen sæpius istam contrarietatem cũ distinctione resoluit, uidelicet, q; quando in supplicatione, uel aliquo alio actu facta est aliqua considerabilis impẽsa, tunc procedit opinio Old.& sequacium, uel quando postea absens ratam habuit, ut loquitur Spec.& Are.cons.68. Contraria uerò opinio procedit, quando est modica impensa, per ea, quæ Moderni tradunt in c.1. de iud.& in l.cum seruus.ff.de uer.obl. Ratio igitur superius assignata, licet non impleat intellectum: dictum tamen in se est uerum, sicut uidemus in procuratore sub nomine B. & in reo sub nomine A. ut tradit Egid.decis.184. Licet illa decisio mendosè habeatur. hoc tamen de procuratore rectè procedit, quando non reperitur alius, qui sit eiusdẽ nominis, & constitutẽs in iudicio, ambiguitatem declarauit, & requirit Egi.in dicta decis. ubi tamen essent duo eiusdẽ nõis, licet esset ꝓcessum cõtra unũ: nihilominus, nisi per alias cõiecturas de certo corpore cõstaret, mãdatũ esse nullum. Ita declarauit Rota in una Toletana

thesaurariæ, præterito anno coram me, quod quidem Rotæ decretum nouissimè fuit confirmatum hoc mense Nouembri 1539. corā R. P. D. Marcello episcopo Marsicano. & quod dictum est de errore procuratoris, idem dicendum uidetur in errore diœcesis, in rescripto expressa. Nam ni si de corpore constet per testes, uel aliter, illa impedit, ne prouisio canonizari possit: ut Rota conclusit in una Dolen. parochiali de Pleguen. 28. Martii 1530. coram me. In nomine uerò iudicis, Vincen. & Cōpostel. uoluerunt in d. cap. fi. ꝙ idem esset, quod in nomine impetrantis, illa ratione, quia impetrans in prosecutione rescripti declarabit, de quibus iudicib. loquatur. & sequitur And. Sicul. in c. cum M. de const. Pro quib. facit gl. in c. quoniam. de off. de.

Tamen contra illos facit text. in cap. ad hæc. de rescrip. ubi dicitur, ꝙ non ualet rescriptum, per quod incerti iudices dantur, uel futura negotia committuntur. Nec obstat, ꝙ de incertitudine impetrantis dictū fuit: quia talis incertitudo ex abbreuiatione resultans præsumptione iuris certificatur, & eodem modo in incertitudine rei, quia consistit in facto impetrantis, merito ad ipsum spectat declaratio. d. l. si quis intentione ambigua. Sed incertitudo delegatorum procedit ex facto papæ, merito ad ipsum spectat declaratio: ut tenet Abb. in d. c. quoniam de offi. deleg. Card. in cle. 2. in 4. q. de rescrip. Itaque rescriptum tali modo incertum, nullum effectum habebit c. inter. de sent. exc. l. ex facto. ff. de uulg. & pupil. & quia sub tali inuocatione posset in iudicio fraus machinari, non ita per incertitudinem actoris, uel rei.

QVAESTIO XXXIII.

QVæro, nunquid ista regula defendat minorem possessorem beneficii cu rati sine dispensatione?

SOLVTIO. Dicendum est ꝙ sic, quia sicut triennalis regula, in qua titulus colorātus & alia requirūtur, minorem defendit, ut ibi dicetur. à fortiori regula ista, quæ nō requirit titulum, neq; uetam possessionem sed sola detentione nuda facti est contenta.

QVAESTIO XXXIIII.

QVæro, nunquid ista regula habeat locum, si impetretur beneficium uacans ex persona alterius, quàm possessoris annalis?

SOLVTIO. Dictum fuit olim, ꝙ sic, & sic reperio adnotatum in quibusdam notis antiquis reuerendissimi Domini mei Laurentii Cardinalis Sāctorum Quatuor, nihil tamen ibi allegatur. Sed hoc plenius examinabo in illa quæst. de resignatorio. Tamen interimtenendum est, regulam obstare, quia etiam ꝙ tertius possideat, & alter litigantium, qui nunquam possedit, pōt dare possessione tertii annali: ut tentum fuit in una Hispalen. Capellaniæ, coram R. D. Io. Paulo, anno præterito. Et ista est conclusio generalis, ꝙ ista regula procedit in quibuscunq; impetrationibus & cessionibus, ut tenet Rota. Nam sicut cedens si manet in possessione per annum pacifice, poteſt de regula excipere: ita & cessionarius in gratia successionis tenetur regulam obseruare, ut tenet Rota, & refert do. Guliel. hic in decisio. impressit, rationib. de quibus per eum.

QVAESTIO XXXV.

QVæro, an illa uerba regulæ (quod certo modo uacare prætendit, &c.) intelligātur de illis modis uacationis inductis per cancellariam, uidelicet ingressum religionis, contractum matrimonii, uel assecutionem, &c.

SOLVTIO. Ista disceptatio accidit coram Do. Nicolao Aragona in causa Zamoren. thesaurariæ, de mense Octobri 1533. super regula de ualore. In qua eadē sunt uerba. Et tunc aduocati unius partis dicebant illa uerba (Certo modo) interpretari debere de modis superius expressis: quia illi sunt certi modi uacandi à cancellaria diffiniti, ut exemplum ponit Glo. in prin. Commenti sui super regula 15.

Breuiter Rota post plures procuratorū aduocatorum disceptationes tenuit dicta uerba in dicta regula de ualore posita, intelligi debere generaliter de quocunq; modo uacandi. Pro qua interpretatione allegata fuit ista regula in eisdem uerbis, & regula 60. ꝙ omnes utuntur eodē modo

do loquendi, & generaliter dictam interpretatione circa modos uacandi reciperunt, ut exemplum ponam in alia quæst. & facit decis. 407. in nouis. & dicam in regula 61.

QVAESTIO XXXVI.

QVæro, quia regula ista loquitur de expressione gradus, quid intelligemus per gradum? Et quid si possessor plures gradus habet, an teneatur impetrans oẽs exprimere? Et qualiter probetur gradus? & quid si esset graduatus clandestine?

SOLVTIO. Ista quæst. quatuor continet capita quorum quodlibet de per se discutietur. Circa primum aduertendum, ꝙ gradus hic non capitur eo modo, quo describitur in arbore affinitatis & consanguinitatis, sed pro quadam dignitatis uel doctrinæ prærogatiua.

Primo modo capiẽdo, erit sensus istius regulæ, uidelicet ꝙ impetrans tenetur in sua impetratione exprimere non solum nomen impetrantis, sed & gradum ipsius id est, dignitatem. Nam hoc uerbum, gradus, de iure adaptatur ad dignitatis honorem, ut patet in l. edicimus, C. de murilegulis. lib. 11. & in l. 1. & l. fin. C. de off. præfec. urb. & l. poriosis. C. de offic. recto. prouin. Et tali modo capitur ab iis, qui bonas literas profitentur. sic enim apud Ciceronem in Catilinam, & in oratione pro Plancio hoc uocabulum capitur ibi (per omnes honorum gradus.) & idem pro Milone, (qui non honoris gradum spectat.) Et in Verrem (Questura primus gradus honoris.) Et ita sæpe hoc uocabulum in isto significatu ab aliis autoribus ubique expẽditur. Itaq; ex his facilè intelligi potest, quis esse possit sensus huius textus.

Secundo modo hoc uerbum, gradus, in isto text. interpretari potest pro quodam doctrinæ loco, siue qualitate meritis differente, quo unus ab altero distinguitur, & hoc modo capitur superius in regula 15. & inferius in regula prerogatiuarum Iulii in 4. parte, cum duabus sequentibus. & in ista significatione accepit M. Tullius Cicero libro sexto epistolarum epistola incip. Magnam. Et isto modo potest capi hic. in quo etiam sensu Hispani, & fere omnes Vltramontani capiunt. Nam gradus apud ipsos etiam nihil aliud est, quàm honos quidam digniotis laureæ, siue eminentioris doctrinæ, doctoratus, magisterium, Bacchalaureatus, uel licentiatura: quæ quidẽ honoris species in prædictis regulis, gradus nuncupantur, iuxta quas regulas non erit absonum istam etiam intelligere, ut uidelicet si annalis possessor sit doctor, magister, licentiatus, uel Bachalarius, teneatur impetrans de tali gradu mentionẽ facere, sicut & de nomine. Et iste gradus ponitur ad differentiam nobilitatis hic expressæ, quæ ad generis & domus splendorem refertur, & horum uerborum interpretationi respondere uidetur tex. not. in c. de multa de præben. ubi pari modo gradus scientiæ, nobilitati coniũgitur, & æquiparatur. Et sicut illi papa rationem habet nobilitatis & doctrinæ, ita hic intendit illis fauere. Nam ob eam causam requirit expressionem gradus: quia forte propter insignem & eminentem annalis possessoris scientiam, non concedet papa gratiam huiusmodi impetranti, iam multis de causis odioso, ut in primo q. huius apparatu diximus. Et licet hic intellectus (communi usu loquendi considerato) huic regulæ applaudat, & conuenire uideatur: nihilominus de stricto iure aliter dici posset. Nã de iure communi, excepto doctoratu, alius gradus non reperitur. Licet consuetudo aliquarum prouinciarum quosdam alios, præter istum, doctrinæ gradus, sicut uirtutum inuenerit, uidelicet Bacchalaureatum & licentiatum, inter quos gradus uoluit prælationem dari, ut patet in dictis regulis. Et quamuis de iure doctoratus gradum non faciat, sicut neq; papa uel Imperator inter gradus dignitatum, uel magistratus non dicuntur facere gradum, quia non habent alios supra se, sed sunt fontes dignitatum, ut per plura probat Ias. & omnes Moder. in l. 1. col. 1. de offic. eius. sic nec doctoratus, inter gradus doctrinæ, facit gradum, cum sit supra omnes gradus: argu. l. ubi autem. ff. de uer. obl. Nam gradus dicitur, ubi est ascensus de minori ad maius, ut d. l. 1. & fi. qui quidem ascensus doctoratui non potest adaptari. & ideo tex. in cle. 2. de magist. doctoratum non appellat gradum, sed honorem.

Circa

Circa secundum caput, uidelicet, quando possessor haberet plures gradus, dicendum est, quia ista reg. non requirit expressionem omnium graduum, ex quo loquitur in singulari, & ideo iudicio meo sufficit gradum digniorem exprimere: arg. l. 1. §. qui in perpetuum. ff. si ager uectig. & c. 1. de except. lib. 6. Nam papa si uoluisset omnes exprimi debere, dixisset gradus, & nõ gradũ: præsertim, quia quo ad hoc, facilè derogatur regulę.

Quo ad tertium caput, uidelicet, quomodo iste gradus probetur? dico sufficere, per communem reputationem probari, & quando incidenter de gradu quæritur, non data oppositione aduersarii, fortè ad probandum gradum unus testis cũ iuramento sufficeret, iuxta ea, quæ dicit Ias. in l. huiusmodi. §. legatum. col. fi. ff. de leg. j. Vbi in probanda prima consura, idẽ tenet, & reassumunt Moderni in l. 1. §. idẽ Cornelio. in fi. ff. de quæst. Fely. post Bald. in ea. licet uniuersis. & in c. nuper de test. Et hoc putarem uerum, quo ad effectum istius regulæ, sed quo ad prærogatiuas regularum de expectatiuis loquentium, quibus cauetur graduatum alteri nõ graduato cæteris paribus præferri, fortè prędicta probatio non sufficeret, ex quo agitur de magno prę iudicio alterius. Tunc enim deberet quis probare doctoratum, seu aliũ doctrinæ gradum per literas: uel si casu eas amisisset, per testes: quod est uerum, nisi per decennium quis pro doctore se gereret: quia tali casu non teneretur ostẽdere priuilegium suum, sed sufficeret probare, ꝙ se gessit ꝓ doctore per decenniũ. Ita notab. dicit Paul. de Cast. Bal. & alii in l. si solennib. C. de fid. instru. & in l. etiã. C. de appel.

Circa quartum caput, quando aliquis accepisset gradum occultè, & non per publicum examen, putarem huic regulæ locum non esse, ut tenet glo. hic. ratio est, quia non erat imputandum impetranti, si non expressit quod iustè ignorauit, cap. 2. de constitu. libr. 6. Nam non tenebatur diuinare, ut in cap. 1. ut eccl. bene. Nam de non entibus, & non apparentibus idẽ est iudicium. l. cum lege. ff. de peri. & cõ. rei uen. & ob eam causam dicit Bald. in d. l. solennibus. quòd ad probandũ se doctorem, non sufficit priuatum examẽ probare, nisi probet publicum examen. & idem tenent Moder. in tract. de Doct. in prima parte.

QVAESTIO XXXVII.

QVero, quare uoluit hinc papa exprimi debere in impetratione nobilitatẽ possessoris, & quomodo probetur ista nobilitas?

SOLVTIO. Quia in collationib. faciendis habeť cõsideratio magna nobilitatis, ut dicit gl. & Doct. in c. cũ adeò. de rescrip. & in cap. de multa. de præb. ideo papa uoluit, ꝙ exprimatur nobilitas. Nam cognita nobilitate annalis possessoris, cõtra quem impetratur, fortassis papa derogationem regulæ uel gratiam impetrãti non concederet. Nam per expressionem noĩs, & nobilitatis possessoris papa certior redditur de qualitate nobilis. Nam fortè posset esse adeò grauis persona, & potens ad defendendum ecclesiam, tẽporibus persecutionum, quòd papa eum potiùs fauorib. & gratiis afficeret, quàm ꝙ permitteret per huiusmodi impetrationes ab aliquo molestari, iuxta tradita per Philip. Perusi. & alios in c. constitutus. de appel. Vel fortè talis nobilis esset boni exempli, & laudabilis opinionis, & famæ, ꝙ posset plures exemplo sui ad frugem melioris uitæ traducere. Quo casu non temerè contra tales nobiles concedenda esset impetratio. Quorum intuitu solet à regulis iuris recedi, ut per decem principales decisiones probat latè Ias. in l. iubemus. in penult. & fin. col. C. de iudic. Videmus etenim à communiter accidentibus, per manus nobilium ecclesias sæpe sustentari & augeri, ut in c. constitutus. de appel. per manus uerò clericorum pauperum expoliari, ut dicit Lud. Ro. in sing. 38. incip. utrum nobilis. Et sequuntur Moder. in tractat. beneficiorum in 12. q. 3. partis. Requiritur igitur ob eam causam expressio taliũ qualitatum, ut sciat papa, quæ iure concedi, uel qua honestè denegari debeant: quorum taciturnitas magnum detrimentum, & scandalum eccle. producere posset. Bona igitur fuit hæc constitutio talium qualitatũ expressionẽ requirens, ut sic perso

nis ex merito deferatur.

Et ita quæ de expressione nobilitatis dicta sunt, procedunt quo ad dispositio nem istius regulæ: secus de iure, de quo nō requiritur expressio nobilitatis possesso ris, sicut non requiritur mentio nobilita tis impetrantis, ut tradit Abb. & commu niter Docto. in c. ad aures. de rescrip. Licet ibi Hostien. & Barb. tenuerint contrariū. Et sic patet, q̄ in hoc ista reg. est cōtra ius, aut saltē præter ius cōmune. Quomodo autem probetur ista nobilitas, quia non attinet ad pręsentem quęstionem, ideo omitto. Sed uidendū est latè per Moder. Brixien. in trac. nobilitatis in 6. parte. per totum. post Bart. in l. 1. C. de dignitatib. lib. 12.

QVAESTIO XXXVIII.

QVæro, quid est hoc, quod dicitur hic exprimi debere impetratione, quot annis possedit beneficium possessor?

SOLVTIO. Hæc expressio uerborum si ad dispositionem iuris, & stylum curiæ respicimus, uidetur inutilis, & non neces saria, imò ipsi impetranti plurimum dā nosa, ut colligitur ex dictis Bald. in consi. 209. incip. Casus est, Titius impetrauit. li. 1. ubi Bal. concludit q̄ si impetro archi presbyteratum, & in mea impetratione non facio mentionem, quòd Caius diu, & de facto illum per plures annos detinuit, quòd talis impetratio non est subreptitia, sed sufficit in ea exprimere, q̄ Caius archi presbyt. de præsenti de facto detinet, abs que eo, quòd annos exprimat, ut ibi per eum. Ratio esse potest, quia si impetrans in sua impetratione annos possessionis aduersarii sui exprimere debet, proculdu bio intentionem rei aduersarii cōtra seip sum probaret. ex eo, quia secundum sty lum curiæ reus possessor ad effectum, ut exceptione istius regulæ contra impetran tem uti possit, requiritur, q̄ ipse probet se annalem possessorem. Cuius contrariū de huiusmodi expressione annorum, in impetratione requisita, resultat: quia ubi reus in hoc de iure & stylo grauari debet, releuaretur ab onere probandi, & graua retur impetrans. quod esset absurdum & contra ius, & practicam Curiæ: quia uide mus quòd si reus opponens de reg. non probat se fuisse annalem possessorem, repellitur.

Quid igitur dicendum? Respondeo, q̄ prædicta uerba regulæ, & quot annis ille possunt pluribus modis intelligi. Primo, quando interpretatio fit de beneficio specialiter reseruato, & tali casu dicta uer ba intelligi possunt. Nam isto casu, ante istam regulam facienda etiam erat men tio in impetratione de annis possessionis rei conuenti, ut dicit Rota decis. 78. inci pien. dic, quòd si ordinario papalis. in ti. de rescript. in antiq. sed quia de isto casu in ista regula nulla fit mentio, puto sub ea non includi.

Secundo modo ista uerba intelligi pos sunt, quando impetratur beneficiū, quod scimus aliquem colorato titulo possedis se post annum. Et iste casus uidetur bene adaptari ad istam regulam, secundum Fe ly. in c. in nostra. in 39. corrol. de rescrip. & isto modo intelligendo regula in hoc cō cordat cum iure communi, de quo in c. cum nostris. de conces. prębend. Vbi Abb. in 3. col. uers. Et quia p̄ talem, &c. assignat rationem istius articuli, uidelicet, q̄a quā do possessio est colorata, id est, prætensa ex ligitimo titulo, posito, quòd titulus non fuerit uerus: tamen papa non de faci li isto casu daret literas sine expressione temporis, ne uideatur conferre beneficiū uiuentis, quod est odiosum. Ita formali ter dicit ibi Abb. Requiritur igitur isto ca su, quòd impetrans exprimat quot annis possidetur, ut hic dicitur. Tamen neq; etiā hic intellectus satisfacit, ex eo, quia uerba regulæ indistinctè loquuntur, & ita solēt hodie intelligi per Rotā, ut uidelicet, re gula defendat non solum coloratum, sed merum & illicitum detentorem sine ali quo titulo colorato. Quod est contra ius cōmune, & aduersatur prædictis: & in hoc regula aliquid inducit de nouo, & nō est frustratoria, prout uideretur, si totaliter in terminis iuris intelligeretur. Nam de iu re communi de possessione non colorata mētio fieri nō debet, ut tenet Cal. Comp. Imo. & Abb. in d. c. cum nostris. uersi. sed debemus distinguere. Et ideo procedit di ctum Bald. in d. consi. Cum quibus concor dat Fel. ubi supra.

Et

Et ideo ego aliter intelligerem ista uerba regulæ, ut dicamus, quòd si impetrans petit in sua impetratione derogari huic reg. tali casu procedit quod hic dicitur, uidelicet, ut impetrans narrare debeat, quot annis possessor tenuit beneficium. Si uerò non petat derogari, tunc nulla requiritur mentio annorum possessionis, sed tantum in impetratione diceret, quòd Titius illud beneficium detinet occupatum, ut dicit Bald. in dicto consilio 209. & ita practicatur propter absurdum superius dictum. Et sic uidemus quòd hodie practicetur. Vel posset & ultimo dici, quòd indistincte requiratur mentio annorum: tamen propter clausulas quæ hodie in supplicationibus apponuntur, impetrantes excusantur, ut dicit Io. And. in d. ca. cum nostris. Cessantibus tamen clausulis mentio temporis saltem indefinite necessaria est in impetrationib. certo modo factis, & ita se habet forma cõis dictæ impetrationis. Nam in ea dicitur, ꝙ tale beneficiũ per Titium possessum ad præsens uacat, & tanto tempore uacauit, ꝙ eius collatio Lateranen. statuta concilii ad sedem apostolicam deuoluta censetur. Ecce qualiter de tempore possessionis intrusi fit mẽtio; saltem per uerba indefinita temporis, quæ omne tempus comprehendunt. Quod factum est, ut euitaremus absurdum, de quo superius dixi, si impetrans certum numerum annorum exprimeret, ex cuius confessione posset reus aduersarius annalem possessionem probare.

QVAESTIO XXXIX.

QVæro quare requiritur expressio causæ in impetratione?

SOLVTIO. Potest dici, hoc fieri ad iustificandum concessionem. Nam dicitur hic, ꝙ debet esse talis expressio causæ, ex qua clare cõstare possit, possessori nullum ius cõpetere. Hæc. n. expressio requirit ad effectũ, ut papa ad cõcedẽdũ, uel denegandũ impetrationem moueatur, licet uerba tex. aliud innuant: ex quo requirit expressionem causæ ad effectum, ut iudici cõstet, an impetranti ius cõpetat, uel nõ. Quod non est uerisimile, quia per solã causæ expressio nẽ in impetratione facta iudici cõstare non potest, an ius impetranti competat, cũ potius hoc dependeat ex meritis & euentu litis, quæ discussionẽ, & actorũ apparatũ requirit iuxta c. qm̃. de prob. nã ex allegatis & probatis iudex hoc perpendere debet, modo simplici ratione, ut in c. j. de re iud. lib. 6. Et tamẽ text. hic expressionem talẽ causæ requirit, ex qua manifestè apparet nullũ possessori in bñficio ius cõpetere: uides ergo q̃liũ ista iter se pugnẽt. Et ideo ut iste casus clarior reddatur, est aduertendũ, ꝙ causa hic ponitur pro modo uacãdi. itaq; sit sensus, ꝙ impetrãs in sua impetratione modũ uacãdi exprimat, ex quo clare cõstare possit possessorem nullũ in beneficio ius habere. Et ita hodie ĩ practica seruatur, quia fit impetratio isto mõ Supplicat S. V. deuotus illius orator Titius, ut sibi specialẽ gratiã faciatis de tali beneficio, qđ uacat ad præsens: & tanto tẽpore uacauit, ꝙ eius collatio, secundum Lateranẽsis cõcilii statuta est ad se dẽ apostolicam legitimè deuoluta: licet quidam Caius illud idebitè detineat occupatũ, &c. Ex huiusmodi, uel simili narratiua colligitur expressio causæ, ex qua papa mouetur ad cõcedẽdũ gratiã. ex ea prima facie constat si est uera, ꝙ nullũ possessori ius cõpetit, quã causam in impetratione expressã postea in iudicio iustificabit impetrans seruando alias partes regulæ, uidelicet, citari faciendo possessorẽ infra sex menses, & litẽ ꝓsequendo usq; ad sniam, ut hic dicit. ꝙ si causam expressam uacationis impetrans in prosecutione litis non probauerit, tunc tanquam indebite molestans condẽmnabitur ad pœnas hic contentas. Hic est uerus sensus istorum uerborum.

QVAESTIO XL.

QVæro, dicitur hic, ꝙ si impetrans non seruat hic contenta in prima parte regulæ, ꝙ tenetur possessori ad interesse: de quo interesse intelligemus?

SOLVTIO. Videt prima facie dicendũ, ꝙ ad nullũ interesse teneatur, quia ex quo agit de bñficio ecclesiastico, nõ uidẽ ĩ cõsistere dãdũ interesse, quia in spiritualib. interesse peti nõ põt, sicut in profanis, ut dicit Inn. in c. q̃relã. de elec. Et latius Rota decis. 104.

104.inc.nota ꝙ ubi aliqs.In antiqs.posita sub tit.de procur.num.8. quæ notabiliter disponit, quòd licet iurans non reuocare procuratorem, non obstante iurō illū re uocare possit, iuxta gloss. ordinariam in uer.reuocans. quam ibi notat Dom. in c. fin.de procur.lib. 6. Tamen ubi quis pro curatorem constituisset ad renuntiandum cum iuramento, tali casu non posset reuo care, ex eo, quia ille in cuius fauorem de buit fieri renuntiatio, nō posset alias age re contra reuocantem ad interesse, sicut in materia profana: quia in beneficialib. nō agitur ad interesse. Ista est notabilis deci sio, quam sequitur Fel.in c. si diligenti. in 8.colu.uers.amplia etiam. de foro comp. quod etiam latè prosequitur idem Fel.in c.ex parte decani. col. 6.de rescrip. Eò ma xime, quia iam impetrans ultra interesse condemnatur in expensis possessori: an nullatur eius impetratio, & inde secuta quæcunque, &c.Sic igitur satis, & ultra cō dignum fortassis puniretur absque eo, ꝙ tenetur ad interesse. Hoc enim uidebatur absurdum repugnāte subiecta materia, & etiam alia regula iuris, quæ habet, nemi nem ex uno delicto debere multiplici pę na puniri: vulg.c.at si clerici.de iud. Et hic non solum duplici, sed quadruplici pu niretur.

Sed istis nō obstan.tex. hic determinat contrarium, uidelicet, ꝙ temerarius impe trans debeat ad interesse condēnari. Quid dicendum? Pro uera resolutione aduertē dum est, ꝙ interesse, de quo loquitur ista regula, non consideratur respectu benefi cii: in quo casu procedunt ea, quæ supe rius in contrarium allegata sunt, sed consi deratur interesse respectu incommodita tis & impensarum quas reus & possessor conuentus indebite occasione istius litis motæ passus fuit, ut est text. notabilis in clem.1.§.fi. de rescript. & quod ibi, & hic interesse appellatur, tex. in c.fi.de resc. & in l.sancimus.C.de iudiciis. illud interesse in eo.casu dānū nominat. itaq; interesse, sc. & damnum isto casu conueniuntur, & illud damnum cōsideratur respectu uiati ci, solutionis aduocatorū, & incōmodita tis, ut sigillatim enumerantur in d. l. sanci mus. & tradit Bar. per illum text. in l.eum quem temere. ff. de iudi. Ex quibus iurib. ista reg. quo ad hoc conflata uidetur. Nec obstat, quòd hic impetrans pluribus pœ nis punitur, contra text. in cap. at si cleri ci.de iudic. quia illud ꝓcedit ratione uin dictæ publicę: sed respectu commodi pri uati quis potest pluribus, pœnis puniri, ut declarat Abb. in ca.de causis.de offi.de leg. Presertim quia annullatio impetratio nis, de qua hic text. loquitur, non ui detur propria pœna, ut tradunt omnes Mod. in c. 3.de constit.

Et istud interesse, de quo ista regula lo quitur, hodie non est in usu, illa (ut opi nor) ratione: quia in illo exigendo reus longè maiore incommoda pateretur, quā in beneficio defendendo, propter difficul tatem probationis. super qua re posset for tassis protendi lis usq; sententiam: ideo rei possessores hodie sola condemnatione expensarum, & nullitate impetrationis aduersarii contentantur, cum absolutoria ab imperitis.

QVAESTIO XLI.

QVæro, quare non dicit iste text. de expensis?

SOLVTIO. Quia illa condemnatio fit in Rota, quando quis succumbit, & sic eo tempore, quo possessorem cōstat dam num, uel interesse fuisse passum, ideo nō fit hic mentio. Vel dicas, rationem esse il lam, quam pono hic in fine istius q. Et ad uertēdum est, quod ista expensas semper Rota impetrantem succumbentem con demnat, siue ille iustam causam litigandi habuerit, siue non: quia nunquam in Rota causa litigādi condemnatum ab expensis excusat. Nam eo ipso, quòd quis condem natur, præsumitur habere iniustam cau sam litigandi, licet in ueritate iustam ha buerit, ut notat Abb. in cap. calumniam. de pœn. Et propterea in sententiis Rotæ semper dicimus, quòd iniustè perperam, & de facto molestauit, ut condemnatio expensarum quadret. Et uerba istius regū læ inferius posita, ibi, ꝙ si possessorem ip sum iniustè, friuolè, ac indebitè molestas se repertus fuerit, &c. sonant hoc. Quæ uerba in omni sententia poni possunt ꝓp ꝑsumptā temeritatē impetrātis & succūbē

tis,

tis, quæ in dubio præsumitur, ut dixi supra in 1. & 2. q. Præsertim ubi essent aliquæ coniecturæ doli, ut in casu ultimæ partis regulæ: tunc impetrans temerarius, & calumniator posset appellari, ut declarat Abb. in d. ca. calumniam. in 1. notabili. Patet igitur ex prædictis, quis sit stylus Rotæ circa condemnationem expensarum. Et hoc facit Rota ad euitandas lites super expensis, quę possent super re parua fortè maiores fieri, quàm super sorte principali. Et ita negotii principalis cognitio in longum differretur, & sic lites ex litibus oriretur, contra l. quidam. ff. si cert. pet. & ca. finem litibus. de do. & contu. Et licet de iure communi quęlibet iusta causa excuset ab expensis, ut tradit Abb. in d. cap. calumniam. in fin. tamen ut dixi, Rota nunquam istam iustæ causæ allegationem admittit, ne aduersarius appellet, & dicat non esse iustam causam, & fiant lites immortales. Et licet quædam decisio in not. 182. incip. probabilis causa dicat, quòd causa probabilis excuset ab expensis, quam exemplificat Egid. decision. 190. nihilominus illæ decisiones debent intelligi de iusta causa, ratione sententiæ latæ. Nam habens sententiam pro se, licet ex nouiter deductis reuocetur in secunda instãtia, nihilominus tali casu excusatur ab expensis iure compensationis. Nam habuit iustã causam litigandi, ut tradit Egid. decis. 319. Hoc tamen, ut dixi, procedit, quando reuocatur ex nouiter deductis: quia si ex eisdem annullatur sententia, non excusat ab expensis, propter rationem quam ponunt Domin. in decis. 251. licet sentẽtia. in no. alias est decis. 10. posita in titu. de dolo & contu. quam sequitur Milis in uerb. impensarum. & Abb. in cap. fi. col. 12. de dol. & con. & latiùs Guido papa decis. 436. q. 48. & dec. 137. eiusdem. Et omnia ista dicta approbat parlamentũ Tholosanum in decis. capellæ. 222. Philip. Frãcus in cap. 1. §. fin. in fi. de appel. libr. 6. Corneus consi. 181. col. fi. in 3. uolu. Francus in cap. quoniam. in 3. col. de prob. Et hoc quod dictum est, procedit in causis, quæ originaliter committuntur in Rota. Si uerò committeretur auditori una causa, non ut auditori, sed ut prælato, & q̃ solus in domo de illa cognoscat, prout sæpe committi solent causæ Romanorũ Capitolinæ, tali casu si auditor pro sua satisfactione faceret de illa causa uerbum in Rota, prout est de more, & iuxta resolutionem datam pronuntiaret, tunc si cõdemnatus iustam haberet causam litigandi, non condemnaretur in expensis, prout fit in Rota, cuius stylus isto casu non seruatur. Ita fuit conclusum apud Dominos isto mense Octobri 1536. coram domino Paulo Capisucco, in una causa Romana dotis, seu domus. Attenditur enim tali casu persona iudicis repræsentati, nõ quòd sit auditor, quia illi causa commissa, ut auditori non fuit: sed ut prælato, & ut soli, q̃ debet sequi stylũ aliorũ iudicũ curiæ, qui habentem iustam causam litigandi in expensis condemnare non olẽt nisi in casu quem tradit Bart. in l. 3. §. si rem. ff. de leg. 3. De quo dicto latiùs scripsi in ca. 1. in glos. facti. de constit. lib. 6. Nam putant satis uictorem lucrari, si obtinet rẽ: & uictũ satis puniri, si expensas, & labores plures simul cũ ipsa re amittat.

Et aduertendum, quòd non sine mysterio in ista regula non dicitur de expensis, quia fortè sub illo uerbo, Dãnis, comprehenduntur. Nam licet appellatione damni in conuentionalibus impensę nõ includantur, ut in cap. in nostra. de iniur. secus tamen est in iudicialibus, ut notabiliter declarat Archi. in ca. in primis. in 2. col. in uerb. Damnum. 2. q. 1. Vel secundo potest dici hac de causa non de impensis, sed de damnis mentionem fieri: quia dãna, siue interesse uenit iure actionis, quæ nascitur ex prædictis legibus, & ex ista regula, sed impensæ ueniunt accessoriè, & officio iudicis, ut dicit Bar. in l. 1. ff. de ali. iud. mu. causa facta. & ideo de illis non requiritur mentio.

QVAESTIO XLII.

QVæro, an impetranti in forma iuris, qui petit aliquem priuari propter crimen, obstet regula?

SOLVTIO. Glossator hic tenet quòd non, duplici ratione. Prima, quia ista regula loquitur de impetratione beneficiis uacantis

cantis de iure & de facto. Sed ille, qui impetrat in forma iuris, non petit sibi conferri beneficium iam uacans, sed illud intendit, ut beneficium, quod per priuationem uacabit, sibi conferatur. Secunda ratio est, quia talis causa priuationis nō est beneficialis, sed profana, iuxta gl. in cap. 2. in uerbo, finita. ut lit. pend. lib. 6. Et priuandus ante priuationem poterit renuntiare, uel cum altero permutare: & sic priuatio non habebit exitum. Quę omnia cū sint diuersa à mente regulæ, est concludēdum, regulā isto casu locū non habere. Ita dicit Glossator.

Adde pro ista opin. Moder. quondam Sabinensem practicum & eruditum, qui in quadam apostilla super ista regula asserit Rotam tempore suo ita iudicasse, & se ita in facto obtinuisse, illi enim est nomē Aeneas de Falconibus, qui quandam ad Panor. paraphrasim edidit, & notabilem illum Tractatum reseruationum & commendarum nobis reliquit. Et ita secundū quod ipse dicit Rotam sic iudicasse, reperio adnotatum per bon. me. Dominicum de Iacobatiis tunc Rotæ auditorem primarium, & posteà Cardinalem, in quibusdam suis causarum notis, manu sua propria scriptis. Et reperio hoc idem tempore Sixti, in causa præceptoriæ Lugdunensis pro Matthæo, contra Claudium, Ioachinum de Narnia, tunc aduocatum celebrem in quodam suo cōsi. reddito in causa Naneten. S. Nazarii pro quodam Henrico adnotasse. Et ne longiùs exempla petamus, sic etiam tempore meo iudicauit Rota de mense Febr. 1534. in causa Conuersana Archipresbyt. pendente coram me. In qua Domini ad hoc tenendū moti fuerunt, hac ratione: quia ubi non uerificantur uerba dispositionis, neque ipsa dispositio habet locum. Sed uerba istius regulę. ibi (quod uacare prætendit) non uerificantur in casu pręmisso: quia beneficium per priuationem non uacat, sed uacare speratur. Igitur regula tali casu locū non habebit. Nam aliud est, quòd beneficium certo modo uacet, uel quòd speretur uacare, ut not. omnes in ca. cùm nostris. de concess. præbendarum. & reassumunt Moderni or. in ca. 2. de rescript. Cū igitur regula ista loquatur de beneficio certo modo uacanti, non habebit locum in beneficio, quod per priuationem uacare speratur. Hinc est, quòd Imol. in c. dilectus. el 2. post gl. ibi de præben. & Roman. l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acquirend. hæred. uoluerunt: quòd mandatum de beneficio uacanti, non comprehendit uacaturū, quia se habent ut diuersa, ut ibi per eos, & latiùs scribit Fely. in c. constitutus. in pe. col. de rescript. Item, quia ista regula loquitur, quando impetratur beneficium possessum per annum ex antiqua uacatione ante collationem factam possessori: secus, si dicatur uacare ex persona, uel facto ipsius possessoris: ut in quæst. ista: & dicemus inferiùs in alia simili. Et quia uidemus, quòd huiusmodi priuationes sæpe committuntur in partibus, ut est factum in causa Plebaniæ Verchiani, & quotidie usu experimus.

Præterea pro ista decisione efficax est ratio Glossatoris: quia quando agitur ad priuationem, potest possessor antequam priuetur, renūtiare, ut concludunt Moder. in c. 1. de rescrip. & latiùs repetit idē Fely. in c. inquisitionis. in 3. col. de accusa. Et hoc prius dixit Rota in titulo, de re iudic. decis. 5. in antiquiori. Et reassumunt Moderni Ferratini, uidelicet Thomas. Ferratius, in tractat. cautel. caute. 44. Hoc autem uerificari non posset in beneficio iam uacanti. ut notat Felyn. in capitulo in nostra. in 37. correl. in 2. columna de rescript. Nam priuatio præsupponit habitum præcessisse: & sic renuntiatio præsupponit possessionē. Et ꝓ ista opi. faciūt ea quæ dixi in simili quæst. in regula de subrogandis.

Et tamen circa hoc aduertendum, ut casus distinguantur, quòd non omnis priuandus indifferenter & indistinctè pōt beneficio renuntiare: sed ita demum, si ignorat impetratione ab alio factā fuisse: secus, si sciat, ut notab. concludit Ant. de But. in consil. 44. incip. casus, quidā præsbyter. &c. cum quo concordat dicta decisio Rotæ 5. in antiquioribus. titulo de re iudic. Sed illa Rotæ decisio in alio est magis mirabilis, quia ibi fuit facta renuntiatio beneficii per priuandum post inquisitionem

ftionem, ac post sententiam perpetui carceris, latam contra homicidam, ac etiã post acceptationem expectantis, & nihilo minus concludit ibi, ꝙ ualet renuntiatio, eo solo motiuo: quia licet fuerit lata sententia perpetui carceris: non tamen per hoc fuit lata sententia priuationis beneficii, & istam opin. decisionis prædictæ sequitur Fel. in c. inquisitionis, in 3. col. de acc. Differt ergo illa decisio a dicto Ant. de Bu. in duobus. Primò, quia ibi renũtiatio fuit facta post sententiam: in cons. d. Ant. ante sententiam priuationis. Item in dicta decisione nulli fuerat prouisum ante renunciationem, licet quidam expectans acceptarit: sed in consil. d. Ant. fuerat facta prouisio a papa ante renuntiationem cum decreto irritanti, & tamen d. Ant. tenet, ꝙ ualet renuntiatio, si ignorauit prouisionem papę.

Sed modò circa ista aduertendum est, quia contra istud consilium d. Ant. est unũ consilium Gem. 105. incip. ad supplicationem. Vbi loquitur in periuro, qui etiam est priuandus, contra quem papa cuidam commisit, ꝙ si constaret illum fuisse periurum, conferret beneficium supplicanti: concludit ibi Gemin. ꝙ ualet interim renuntiatio, etiam si sciuerit prouisionem factam alteri. Tamen potest nihilominus iudex, cui fuit hoc commissum procedere ad ueritatem delicti post renuntiationem & etiam post mortem, & constito de delicto, conferre beneficium supplicanti, & renuntiatio rettò non ualebit. Ita ibi concludit. Et ad istam contrarietatem non aduertunt Mod. in c. in nostra, inferius allegãdi. Sed cum ista allegarētur R. D. Card. Simonetta, uiro undecũque doctissimo, ac multæ obseruationis, & tunc Rotæ auditori, dixit, ꝙ consilium Gemi. non erat uerum, & ꝙ uideret sæpe in Rota obseruari prædictam decisionem quintam, & consilium Anto. & sic ipse adnotauerat. Pro qua opi. adduco rõnem, quæ ponit gladium ad radicem: quia negari non potest, per prouisionem papæ in euentum priuationis, nõ esse illi impetranti ius quæsitum irresolubiliter, sed conditionaliter in incertũ euētum, quem lis producet, iuxta l. quod debetur. de peculio. Et ideo prouisio per resignationem interim facta, & clausula, Dũmodo alteri non sit ius quæsitum, ualet: quia illa clausula intelligitur de iure puro & irresolubili, non de conditionali, & incerto, ut tradit notabiliter Rom in consil. 256. quem refert. & sequitur Fel. in cap. super literis, in 9. col. de resc. & dixi in reg. de non tollendo ius quæsitum, q. 3. Cum itaq; ius quæsitũ ex illa prouisione papæ in euētum priuationis sit conditionale, meritò prouisio pura medio tpe facta, ualet, per tradita in c. si pro te. de rescr. lib. 6. Quia beneficia non debent esse in pendenti: uulg. capitulo, si tibi absenti. & c. 2. de elect. lib. 6. Et pro ista opinione contra dictum consilium Gem. est notabilis decis. Egid. 737. incip. si quis obtinens præbēdam, &c. col. fi. qui notabiliter loquitur, & istis adde Socin. & quosdam alios consulentes, de quibus in regula de non tollen ius quæs. q. 3. mentionem feci. Et quantum ad illud, quod dicit Gem. in d. cons. iudicem uigore illius impetrationis posse post obitum priuate periurum, & de ueritate delicti ad effectũ adiudicandi illud impetranti cognoscere, hoc non est uerum, & contra illum est decisio in terminis Rotæ, in nouis, tit. ut lite pend. decis. ultima alias, nu. 491. incip. itē ꝙ Titius, quàm sequitur D. Gund. Hisp. q. Rotæ auditor insignis, in tract. leg. in 14. q. 1. partis, col. 15. Limitarem tamen ista, quę dicta sunt de renuntiatione priuandi, nisi papa in literis narrasset uacare beneficium propter tale crimen, licet in ueritate illud crimen non induceat priuationem ipso iure. Nam talis assertio papæ, adeò beneficium, afficit, ꝙ renuntiari non posset, ut dicit Pet. de Anch. in consil. 293. inci. ultra alia sequitur Fel. in c. 2. in 3. col. & in c. nõnulli. in 17. col. de rescr. & in d. c. inquisitionis, in 3. col. Et licet Pet. de Anc. & Fel. nõ dicant, ꝙ renuntiari non possit, tamen reuera opi. Petri, est hoc a fortiori dicendũ. Quia si ubi papa solum committit priuationem faciendam renũtiatio impeditur a fortiori ubi disponit asserendo uacare, fundans in hoc intentionem suam, quod est multum notandum. Tamen illud dictũ Pet. de Anc. ita simpliciter intellectum, nõ puto uerum. Nam ultra hoc, ꝙ contra illũ latissimè consuluit Iaso. in cons. 86. incip.

Redemptoris Crucifixi,&c.in 5.col. lib. 3. illa opi.dura uidetur, per quam alicui per assertionem papæ contrariam ueritati ius quæsitum tollitur. Et alias legendo cle. 1. de prob. multis modis reprobaui. Nam clarum est, ꝙ ubi agitur de tertii præiudicio, Papæ non creditur, ut not. Fel. in c.cũ a nobis, de testi. post Paulum de Castro in conf.46.lib.2. quem sequitur Dec. in con sil. 151.col.4.& Gem.conf.53. maximè ubi assertio papæ est contra ius: per l. nec dã nosa.C.de prec.Imp.offe.& ita Fel. fortas sis de illa opin.dubitans impugnat, & declarat dicta Pet. de Anch. in d.c.cum a nobis, in 2.col.& latius in c.causam, quæ. in ueibo, impetratio. in 1.& 2.col. alias est secundum seriem foliorum, col.6.de rescr. Vbi uidendum erit, ne sim prolixior. Redeundo igitur ad propositam q. habes cõclusionem hic, ꝙ ista regula non procedit in impetrante per priuationem. Circa quam conclusionem considerandum est adhuc diligenter, ꝙ Rota in quadam causa Capellaniæ Placen. coram D. Staphileo. 29. Octob. 1529. tenuit contrarium. Nam uoluit istam regulam procedere, siue quis possederit per annum ante priuationem, siue post. Et ita etiam adnotauit Do. Petr. And. Gamma. in quibusdam recollectis decisionum, a quo ego etiam uiua uoce audiui. Et sic uides, ꝙ Rota moderna bis uariauit. Nam in causa Conuersana prioratus, quæ coram me diu fuit discussa, conclusit regulam non habere locum, & corã Staphileo tenuit contrarium.

Quid igitur tenendum? Dicas pro concordia opinionum, distinguendos esse duos casus. Primus est, in priuato ipso iure, ut in execrabili, uel similibus, & procedat decisio coram Staphileo. Vel illa decisio procedit in priuato ob non solutionẽ pẽsionis, quia ex quo ab initio ipse se huic pœnæ subiecit per proprium eius consensum, non debet iuuari regula, ut dicetur in alia q. Aut uerò est priuandus, & procedat opinio tenta in causa Conuersana. Ratio est, quia prima innititur gratiæ, ista secunda iustitiæ. Et quod dictum fuit in homicida, idem dicendum est in rebelli, ut uidelicet antequã priuetur beneficio, possit illi renuntiare, ut est tex. in c. cum inter de re iud. quem ad hoc ponderauit Præp. in c. ius Quiritum. 1. dist. pro qua opi. facit optimè conf. Ias. 86. lib. 3. Et ita in una Perusina plebis conclusit Rota die ij. Iunii. 1529. coram R.P.D. Pet. Vortio epis. Aqu.

QVAESTIO XLIII.

Qværo, ex quo regula ista loquitur de pacifico possessore, quis dicatur possessor pacificus, quo ad effectum istius reg.

Solvtio. Resolutionem istius quæstionis scribam latissimè in regula de triennali, & aliquid dicam in q. sequentib. Vnũ tamen interim omittendum non est, quòd licet impetrans agens super solo possessorio non satisfaciat regulæ, quæ de petitorio loquitur, ut inferius in alia q. dicetur: nihilominus talis lis super possessorio tantum, bene est sufficiens ad interrumpendã pacificam possessionem, ut hodie Rota conclusit in una Gienen. prioratus de Villanoua coram R. D. Ioan. Mohedano 19. Decemb. 1539. per quæ do. Guliel. Cassiodorus scribit in decisio. 9. de caus. poss. & prop.

QVAESTIO XLIIII.

Qværo, an ille, qui post sententiam contra ipsum latam, quę transiuit in rem iudicatam, possederit per annum, dicatur possessor pacificus, ad effectum, ut uictorem aduersarium, uel aliũ, exceptione istius regulę repellere possit?

Ista Qvaestio depẽdet ab hoc utrum per sententiam, quę transiuit in rẽ iudicatam, sit totaliter finita, uel extincta lis? Nam si finita est lis possident postea per annum sine perturbatione, erit pacificus, & exceptione regulæ uti poterit. Sin autem lis totaliter extincta per sententiã non fuit, sequitur contrarius effectus.

Quid igitur dicendum? Solutio. Ista difficultas antiquis temporibus, pluries in Rota uentilata, rarò tamen decisa fuit, modò etiam in una Conchen. præstimoniorũ de Yuesca, & Priego coram R. D. Io. Clerici iterum uentilatur, & postea in alia causa de qua statim dicam, similiter ista eadẽ q. proposita fuit, & multum disputata. Operæpretium igitur erit pręscrutari, quęnam istarum opinionem sit uerior.

Vt

Vt dixi iste articulus nõ solum antiquis temporibus, sed etiam tempore meo sæpe propositus fuit io Rota, non tamen fuit ita passim propter eius difficultatem decisus. Et idem temporibus suis accidisse referebant do. Seniores. Tandem post uarios dispniantium conflictus meis temporibus casus iste certam recepit decisionem. Nam cum dicta causa Conchen. propter insanã partium contentionem sine aliqua côcordiæ spe, per annum côtinuum, & amplius, aduocatorum & procuratorum informationibus tunderetur, & adhuc partes ini quis odiis certarent, oportuit nos per huiusmodi quæst. decisionem, in qua uicto riatota causa consistere uidebatur, finem aliquem iratis partibus ponere. Et ita factum est, φ post infinitas propemodum causæ positiones, Rota in hanc sententiã concessit, ut uidelicet possidens per annũ post rem iudicatam, nondum executioni mandatam, tueri se non possit ista regula. Quam opinionem Rota pluribus rationibus comprobauit. Prima fuit, quia certum erat post rem iudicatam, nõdum executioni mandatam quasdam adhuc litis primæ reliquias durare. Quod ex eo adparet, quia iudex sententiam, quæ transiuerat in rem iudicatam, potest infra annum executioni mandare. c. quærenti, de off. deleg. Sed nemo inficiari poterit in illa executione facienda, aliquam iudicii telam requiri, uidelicet obseruationem quatuor terminorũ, & sententiam declaratoriam, brachium seculare, & similia. Ex quibus apparet in illa tela, aliquas adhuc inesse litis reliquias. Nã licet sit lata sententia, illa non dat ius, sed est medium ad illum acquirendum, ut traditur in l. Iulianus. ff. de cond. indeb. & c. cum inter. de re iud. & ob eam causam oritur ex illa sententia duplex actio ad illius executionem prosequendam, uidelicet iudicati actio, & in factum. Quæ quidem actiones dum ad dictum effectum in iudicio prosequuntur, litem profectò faciunt, sola ergo sententia litem omnino non sustulit, ergo illa durante certum est possessorem dici non posse pacificum. Nam donec superest sententiæ executio, nihil potest dici actum, iuxta l. fin. C. ad Silla. sicut uidemus in appellatione extraiudiciali, quæ licet deserta fuerit: dimittit tamen aliquas priori litis reliquias, donec per executionem sententiæ omnino sopita sit: uigore cuius appellationis, etiam deserta, potest appellatus, seruatis terminis, appellantem condemnare, adeo φ interim donec hæc agitantur possessor pacificus dici non potest, ut patet in decis. 36. de re iud. in antiq. & dicam in reg. de triennali possesso re. quæstione 25. quo in loco illã q. latius disputo, quia ibi in facto contigit.

Secundò, pro ista opi. facit quia non uidetur conueniens, nec iuridicum, φ condemnatus, & conuictus post sententiam per annum possidẽs, pacificus dici debeat, ad effectum, ut exceptione istius regulæ uictorem repellat, quia ex hoc sequeretur illud maximum absurdum, φ sententia multis laboribus & impensis quæsita, & eius executio frustrarentur, & condemnatus possessor ex malitia sua commodum reportaret, & per consequens delinquens, & uictus plus iuris haberet, & melioris conditionis esset, quàm uictor bonum ius fouens, contra æquitatem, & rationem, l. φ Seruius, ff. quod ui aut clàm, & c. cum qui de præb. lib. 6.

Tertiò, ista opinio comprobatur d. Io. Fabri. qui secundum Ias. in tit. de actio. in princ. in 7. col. in fin. est uir in hac nostra iuris discipli. magnæ autoritatis. Nam eũ insignem, & fundamentalem doctorem appellat idem Ias. in l. naturaliter, §. nihil cõmune, in 2. col. de acq. poss. Nec mirum: fuerat. n. per 13. annos aduocatus, ut idem Io. Fab. dicit in §. fin. inst. quib. ma. licet, & ob. eam forte causam Alex. de Imol. illum doctorem subtilem uocat in rubrica, ff. de ope. no. nunt. col. 2. Sic igitur Io. Faber hãc opi. Rotæ uidetur tenere in l. 1. C. de litig. dum uult, post sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam, ante eius executionem durare effectus litis pendentiæ. Nam, ut dixi superius, ad executionem consequendam, ex eadem sententiam nascitur duplex actio, & sic eadem causa in uno instãti est finitiua & ꝓductiua litis. Quinimo præter actiones prædictas iudicati, uel in factũ, in qb. inest noua iudicii tela, in qua, solet produci nouus libellus, ut tradit in l. intra, & in l. a diuo Pio. ff. de re iud. & in l. 1.

l.1.maxime per Bal.C. de iur.& fac. ig.ad executionē sententiæ iudicis,ēt offm merce nariū cōpetit in quo licet libellus nō pro ducat,neq; lis quouis mō cōtestet: tñ in il lo iudicis officio exercēdo,inest adhuc qui dā modus litigādi,ut expressè dicit Bal.in l.2.in 2.col.uersi.modo q̄ro.C.de exec.rei iudi.qui quidē litigādi modus certè aliun de fomētari nō pōt, quàm ex primæ litis remanētib. reliquiis. Nā ex quo, ut dictū est,in tali officio exequēdo libellus nō da tur,nec lis cōtestatur, iste modus litigādi de nouo ex facto partiū oriri nō pōt, cum nō habeat materiā præexistētē. Et esset mi nus incōueniēs, dicere ꝑ snīam oīno litē nō esse finitā,quousq; iudex illā exequat, ut illud iudicis offm ex litē priori fomētū recipiat,q̄ ꝙ dicamus,per sententiā litē esse finitā,& ex ea litē nouā oriri, ut dicit idē Bal.in d.l.2.in princ.uerf.quæro nunquid Nam una & eadem res non debet esse pro ductiua contrariorū.l.1.cū vulg.C.de furt.

Concludendū igit est, per sententiam li tē totaliter nō extinctā fuisse, sed adhuc reliquias quasdā eiusdē litis remanere: in quib. executionis iudiciū fundari uideat, qua executione peracta, dicemus litē fini ri,cū antea nihil potuerit dici actū, cū ali quid supereat ad agendū. vulg.l.Titia. ff. de uer.obl.Cū qua opinione uidetur con cordare idem Bal.in l.1.C.de iur.calum.& Bar.in l.litibus.C.de agri.& cens.lib. 10.& istam etiā opin.tempore Sixti reperio Ioa chinum de Narnia,& L.de Interamne,tūc famosissimos aduocatos,in terminis regulę de triennali,defendendo causam Monaste rien.decanatus tenuisse. Et ita etiam secū dum istā opinionem tempore meo Rota pluries iudicauit uidelicet,in una Ouetea. Corā R.D.Io.Clerici de mēse Decēb.1533. Et in alia Mediolanensis prioratus,pro Re uerendissimo Cardinali Cæsarino: Et in alia Leodien.præposituræ,coram R.D.Io. Mohedano. De qua mentionem faciam in regula de triennali. Et postremò in dicta causa Conchien. præstimoniorum die 16. Ian. 1534 Pro qua decisione ultra prædi cta facit una alia ratio iuridica. Quia certū ęst post latā sententiā, quæ trāsiuit in rē iu dicatā executionē usq; ad triginta annos fieri posse:quia,ut dictum est,ex sententia oritur actio in factum & officium iudicis. l.actori.C.de iurei ur.& tradit Bald.in l.ta le pactum.§.qui prouocauit.ff.de pact.cū similib.Et istæ actiones quæ dant ius pro sequendi, durant per trigiuta annos, nec minori spatio præscribūtur: uulg.l.sicut. & l.cum notissimi.C.de præscr. 30. ann.si igitur dictę actiones per triginta annos du rant,non poterit eas cōdemnatus sub præ textu annalis possessionis post sentētiam inchoatam, & pacifice cōpletā beneficio istius regu.excludere.Patet igitur,durante illo iure prosequendi,possessorem dici nō posse pacificū. Et per istā rationē illa cau sa Monasteriē.excludebat reg.de triēnali.

Accedit ad hoc text.qui uidetur facere ad propositum in cap.r.de except.lib.6.in prin.iuncto.§. fi. Nam dicitur in pri.illius tex.ꝙ exceptio excōicationis pōt ꝓponi i quacūq; parte litis.Quærit postea in §. fi. nūquid posset dicta exceptio ꝓponi i exe cutione snīæ?uidebat dicendu ꝙ non,cū lis uideat extincta ꝑ snīam.Tñ hoc nō ob stante,textus dicit contrariū, uidelicet,ꝙ potest, cum exequitur sententia oppo ni. Per quod manifeste datur intelligi adhuc durare litis reliquias, quod etiā ex stylo hodierno, quo utitur Rota, clarius ostenditur,dum capiens possessionem rei iudicatę,etiam cum executorialibus uide tur attentare,nisi prius post dictarum exe cutorialium intimationē, quatuor termi nos cōtra intrusum non seruauerit, & de inde ad aggrauationem, & reaggrauatio nem usque ad brachium seculare proceda tur,ut refert Fely.in ca.ad probandum.in 4.col.de re iud.Facit decis.101.in antiq.& meminit d.Guliel.in dec.6.tit.de cau. pos. & prop. Si igitur post sententiam aliquæ litis reliquiæ durant, dici non poterit pos sessor aliquo modo pacificus, ut requirit ista regula. Quæ quidem opinio adhuc suaderi potest ex l.inter. ff. de arbitris.ubi probatur post sententiam quendam ad huc calorem iudicii durare, donec execu tioni fuerit demandata. Nam illud no tissimum est in rebus tractum successi uum habentibus, finitum negotium non dici, donec totaliter perficiatur,ut dicit Are.in l.substōne.in 4.col.ff.de uul.& pu.

Et q̄uis ꝑdicto stylo Rotę relato ꝑ Fel.& domin.

domin.Guliel. obstare uideatur decisio finalis, in tit. de caus. poss. in no. quam sequitur Milis Auditor, in uerbo, attentatum dici non potest. Cum quibus uidetur concordare, licet in casu dissimili, Egid. decis. 466. & Rotæ decis. 102. & 344. in no. inci. licet in causa. quæ disponunt tunc non dici attentatū, qn possessio cum legitimo titulo, etiam propria autoritate capitur, ut etiam Ange. de Cesis, antiquus & excellēs aduocatus sic in una Toletana spolii tentum fuisse dicebat. Nihilominus cōtrariū ut dixi, practicatur: quæ quidem practica & stylus, nec autoritate aut ratione caret. Nam fundari uidetur in decisionib. 23. & 101. & 411. in no. & in dictis Nicolai Milis, in uerbo, possessorio recuperandæ. & in uerbo, executio sententiæ. quas breuitatis causa non refero. Satis est, ꝙ ista diuersitas concordari potest, ex his quæ scribit Fel. in ca. de cætero. col. fi. de re iud. & Moder. Auinionen. in rep. ca. sæpe col. 12. de test. spo. & Philip. Fran. in c. cum, qui. §. 1. de præben. lib. 6. Quæ omnia non examino, cum hic incidenter occurrant. Nam sufficit, ꝙ ex prædicto stylo Rotæ manifestè colligitur post sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam, etiam executorialibus intimatis, non finiri litem, donec sententia executioni demandata fuerit. Et hoc idem dicendum uidetur in causa Salamātina canonicatus, quæ modo de hoc mense Iunio coram R. P. D. Petro Vortio pendet, in qua dubitatum fuit nunquid possidens per annum pacifice post sententiam latam contra interesse petentes possit tanquam pacificus exceptione istius regulę tueri contra tertium in locum defuncti collitigantis possessoris subrogatū de ista regula mentionem non faciente? & certè hoc dubium potest ex prædictis facile resolui, licet tunc super hoc in dicta causa Salamantina nihil fuerit diffinitum.

Et tenendo istam opinionem, ad motiua & argumenta pro contraria parte adducta facile respondetur. Nam primo non obstat dictū Bal. in d. addi. ad Spec. in rub. de cessio. actio. in princi. ubi dicit, ꝙ actio iudicati cedi potest, quia non dicitur litigiosa res, lata sententia. Quia ad istud dictum respōdetur, ꝙ stant ista simul, quòd res non sit litigiosa, & ꝙ duret lis ad effectum impediendi pacificum possessorem, ut tradit Ant. de But. in c. 1. de confir. util. uel inuti. Et sic uidemus in alio simili casu beneficium non desinere litigiosum, licet quis absoluatur ab obseruatione iudicii, ut dicunt Innoc. in cap. causam, quæ de testi. & Bar. in l. litigator. C. de fruct. & lit. expen. Nam licet per illam sententiam citatio conducatur, secundum Innoc. in c. consuluit. de offi. del. effectus tamen litis causatus remanet, ut probat Bar. in l. fi. C. de litig. ibi, hodie uero, &c. & sequitur Nico. Milis in uers. litigiosum beneficium. & contra Bald. in d. addit. si eius est illa apostilla, facit dictum Bart. in l. 1. C. de præscr. longi tempor. Præterea, potest dictum Bald. aliter resolui, uidelicet, ꝙ res non dicatur litigiosa, lata sententia, ut intelligatur, qn sententia est executioni demandata, ut concordet cum practicis. Et ita etiā eodem modo posset responderi ad decis. 10. in titulo, ut lit. pen. in nouis. alias sub nu. 411. quę communiter solet ad hoc quotidie in curia allegari, ꝙ lis finitur per sententiam: nam intelligitur de sententia executioni mandata. Quamuis etiam ex eo reiici illa decisio posset, quia nihil pro assertione sua allegat, prout etiam illam impugnat Nicol. Milis in uerbo, litis pendentia. & in uerbo, lite pen. & Hispanus noster Glossator in reg. Cancellariæ. 27. Tamen tenendo eam potest dici procedere in suo casu, declarando ut per Nicol. Milis, loco supra allegato.

Sed ut prædictorum omnium clarior habeatur resolutio, est ulterius aduertēdū ꝙ litem finiri per sententiam, potest cōsiderari dupliciter. Vno mō circa ea, quæ recipiunt instantiam, & tunc lis non finitur secundum Rotam, nisi per sententiam. Et ita procedit illa decisio. Aut uero consideramus causam & effectū litis, ut ꝙ quis efficiatur malæ fidei, & sic teneatur de fructibus, & ꝙ sit res litigiosa, & ꝙ interrumpatur præscriptio: tunc isti effectus causati ex prima lite, data sñia, nō extinguuntur sed durant per triginta annos, donec sententia sit executioni mādata. Et isti effectus militāt in casu nostro, & interrūpūt annalem possessionem. Pro quo uidetur notabilis

bilis doctrina Bar.in l.2.uers.quæro igitur C.de fruct.& lit.expensis, & istam doctrinam Bar.sequuntur Mod.in l.2.C.de ede. & reassumunt alii Mod.Taur.in tract.præscri.in 4.parte 6.q.principalis.q.2.Ex quo tñ dictis potest et declarari, & limitari dictum Bald.in d. addit. ad Specul. superius allegatum.

Et ista omnia procedunt de plano in regula de annali, de qua loquimur. Sed quo ad regulam de triennali, forte non procederent propter uerba posita in dicta regula, uidelicet, Antiquas lites penitus extinguentes,&c. De qua dicemus fortasse ibi in ultimis quæstionibus.

Postremò, ista omnia quæ dicta fuerũt, procedunt, quando sententia fuit lata contra possessorem beneficii, quia tunc durãt adhuc litis reliquiæ, quousque sententia sit executioni mandata. Secus uerò, quando sententia fuisset lata pro possessore, quia tali casu lis omnino finitur per sententiã, & poterit uictor post eam possidendo per annum dici pacificus, ad effectum istius regulæ, & illius de triennali, ac aliarum de pacifica possessione loquentium, & sic potest intelligi prædicta decis. 10 ut lite pendente, in not. quæ uoluit litem finiri per sententiam. Et ita in terminis omnia prædicta declarauit Rota in una Taruisina decanatus coram R.P. D. Marcello episcopo Marsicano de anno 1536. ut ipse idem adnotauit.

QVAESTIO XLV.

QVæro, nunquid possessio pacifica annalis, de qua loquitur ista regula, interrumpatur per citationem nulliter factam, quæ peruenit ad notitiam citati?

SOLVTIO. Ista quæstio fuit proposita per D.Camillum de Balionibus, anno 1531. mense Octobr. in Rota, in causa Cęsarauguſtan. Cantoriæ, inter Io. Munyos re., & Petrum Villauerde actorem aduersariũ. Et etiam eadem quæstio accidit super reg. de triennali, in una Segonien. parochiali de Paladinas coram R. D. Raynaldo Petrutio. Et in alia Virdune. canonicatus, & pręben. coram R. P. D. Petro Vortio, ut ibi dictam. Super qua multa hinc inde dici possent. Tamen, omissis superfluis, quædam motiua pro utraque parte scribam, quæ totam materiam istius quæstionis clarissimam reddent, & ad rem ipsam proximè accedent: deinde subnectam opinionem Rotæ.

Quòd igitur talis citatio in proposito non interrumpat possessionem pacificam adducitur. Primò, quia actus iudicialis nullus cõcernẽs ius ipsius beneficii, non interrũpit pacificã possessionem, si facti molestia non interueniat, ut probatur in decis. 3. de cau. poss & prop. in antiq. Sed in casu isto illa citatio concernebat titulum & ius beneficii. Igitur nõ inducit interruptionem pacificæ possessionis annalis.

Sed ad hoc responderi potest, ꝙ istud argumentum non concludit ad citationẽ nullam, cum etiam si ualida fuisset, militarent argumentum. Nisi dicamus, ꝙ citatio nulla, non potest dici actus iudicialis. Quia ea, quæ seruato ordine iuris non expediuntur, de facto fieri dicuntur. c. si. de desp. duo. notat Bar. in l. creditores, in 5.q. C. de pign. Et quæ de facto fiunt, molestiã extraiudicialem inducunt. ut in l. uerum, de minor. tradunt Doc. in l. stipulatio ista. de uerb. obl. cum conc. ut scribit Moder. in tract. clausularum compromiss. fol. 49.

Punctus igitur est, nunquid ista possit dici molestia facti: & posito, ꝙ sic, utrum sufficiat ad interrumpendam pacificam possessionem annalem? Quidam dicebãt, ꝙ non. quia molestia facti est illa, quę fit extraiudicialiter, & de facto: non autem in forma iudicii, ut colligitur ex notatis per Imol. & Card. in clem. gratiæ, de rescript. Vbi ponunt, molestiam iudicialem differre ab ea, quæ de facto, & extraiudicialiter fit, ut sunt tex. in l. Lucius. §. tres. ff. ad Treb. & in l. prohibere §. fi. ff. quod ui, aut clam, & in l. clam possidere. ff. de acq. poss. Bal. in l. causas. C. de trans. Et pro isto rum dicto facit, quod dicit Mar. Soc. in repet. §. quod super. c. quoniam. ut lite non contest. col. pen. Vbi notab. uoluit, ꝙ licet per expulsionem coloni propria autoritate dñs perdat ciuilem possessionem, ut traditur, in l. peregrè. §. quib. & in l. iuste. ff. de acquiren. possess. tñ hoc nõ ꝓcedit in iudice q licet de facto & ꝓpria autoritate expellat

pellat: nihilominus quia illa expulsio fit in forma iudicii, & non egit, neq; intendebat possessorem extraiudicialiter expellere, tali casu non perdit ciuilem. Quod dictum sequuti sunt Domini mei in quadã causa Bononien. Cruciferorum, pendente coram R. D. Raynaldo, mense Nouemb. 1536. Sed ista citatio, de qua hic, licet nulla, tamen fuit in forma iudicii decreta. Igitur non inducit molestiam facti, de qua in proposito loquimur. Cõfirmabant hoc quia talis citatio in casu nostro fuit nulla ex defectu iurisdictionis, per regulam Cãcellariæ annullantem commissionem, quę emanauit, literis non expeditis. Clausula igitur anullatiua posita in dicta regula, adeo annullauit citationem emanatam uigore dictę commissionis ut nullus ex ea effectus iuris uel facti sequi potuerit: iuxta l. si quis Sempronium, ff. de hær. inst. & in auth. en. sacramenta puberum. Vbi Bar. & Ang. C. si aduersus uend. iunctis notatis per gl. in cle. 1. de immunit. eccl. per quam gl. ita in simili tenuerũt Domini in una Sala mãtina beneficiorum de anno 1539. mẽse Martio coram me. ubi uoluerunt, quod ex quo regula Clementis 7. reuocatoria facultatum conclauistarum, dicebat, quod resignationes factæ uigore illarum facultatũ essent nullius roboris uel momenti, illa uerba importabant tantum, acsi nunquam fuisset de iure, nec de facto facta aliqua resignatio. Sed si dicamus, talem citationem interrumpere possessionem annalem, producere effectum iuris. Hoc autem esse non potest per prædicta. Igitur, &c.

Adde, pro ista opinione, uidelicet, quod talis citatio non interrumpat, Bart. in l. accusaturus. ff. de adulte. Card. in clem. 1. in 1. & 3. not. & in cle. fi. in 4. q. ut lite pend. qui dicit, quod rescriptum nullum non inducit litis pendentiam: propterea, quia actus agẽtiũ nõ operantur ultra intentionem agentis. l. non omnis. ff. si cer. peta. Sed qui obtinuit citationem, non intendebat molestiã iuris inferre. Hoc tamen ei non obuenit, quia fuit nulla. Igitur non debet inducere molestiam facti, cum hoc non intellexerit facere. Et actus agentium non debent operari ultra eorum intentionẽ, ut dicit Abb. in notabili casu, in cap. si sacerdos. de offi. ordin. facit l. obligationem substantia. ff. de act. & oblig. Et ita in similibus terminis tradit Rom. in consil. 368. circa princip. in 1. dubio. facit ca. cum super. de off. deleg.

Sed etiam ad ista motiua potest respõderi. Quia sine ista citatione resultat molestia facti extraiudicialis, siue in forma iudicii, siue mista molestia facti, erit, quæ sola sufficit. per notata in d. cle. gratiæ. Nam molestia iuris dici non potest, cum citatio sit nulla. Ergo sequitur quod sit molestia facti uel mista: & extra hos casus molestiæ nõ põt alius cõsiderari. Nec obstat, quod clausula annullatiua, annullat citationem, & eius effectum. Quia illud est uerum, ad effectum iuris, ad quem ordinatur ista citatio, uidelicet, ut iudicium super ea fundetur. Quia omnia acta, quæ ex tali citatione fient, erunt nulla: non tamen annullatur effectus, extraneus & accidentalis facti, resultans ex ea, quia ille non cõprehenditur sub decreto: argu. l. si quis nec causam. & ibi no. ff. si cer. pet. & optimus tex. in l. 1. ff. de in litem. iur. Et hoc probatur in l. fi. de reb. co. & in l. cum, qui duas. C. de adul. & in cap. 1. de spons. lib. 6. cum cõcor. ut latè scripsi in cap. 1. de constit. li. 6. & in fallentia mea 17. quæ hodie impressa est ad Socin. in tract. fallen. ubi hoc multis modis limito. Nec est mirum, quod actus iste facti producat effectum ultra intẽtionem agentis: quia hoc prouenit accidentaliter ex dispositione iuris, prout limitãdo illam theoricam d. l. non omnis. ponit exẽplum Ias. in l. si unus. §. pactus ne peteret. in 3. col. ff. de pact. & aliud exemplum ponit Bald. in l. quod siue. C. de testi. Iunctis his, quæ dicit in l. cum allegas columna tertia, C. de usur. cum concord. quæ scribo ad fallen. Socini, numero 20. nouiter impressas. Et ideo ex alio capite mihi uidetur, dictam citationem nihil obstare. Quia præsupposito, quòd induceret aliquam molestiam facti, non tamen illa est sufficiens ad interrumpendam annalem possessionem pacificam. Quia talis interruptio requirit, quòd perceptionem fructuum, uel perturbationem possessionis concernat, iuxta ea quæ not. Bald. in lege ordinarii, in 4. columna, uersic. deinde quæro, ego ago contra te. C. de

C.de rei uend. Faciunt ea, quæ Innocen. tradit in c.2.de in integ.restit.& Aret.in l. prætor ait.col.pen.ff. de acquir. hæred.& Pau.de Castr.in consil.221.uol.2. Pro qua opinione,uidelicet,ꝙ citatio nulla non in terrumpat,plura allegat Felyn.in ca. illud col.3.de præscript.& in c. ex tenore. de re script.col.4.Ias.in l.fi.col.2. uers. 6. limit. ff de eo per quem factum erit,Et Modder. Bononien.in repet.rubric. C.de probatio. num.211.

Sed ad ista etiam respōdetur. Primo,ꝙ dictum Bal.in d.l.ordinarii.cum similibus ꝓcedit in interdicto uti possidetis.In quo requiritur uis turbatiua respectu possessio nis,quam quis prætendit se habere. l. 1.& l.si duo.§. hoc interdictum. ff. uti possid. adeò,ꝙ si interueniat lis, uel molestia iu dicialis, si tamen non inducit controuer siam,respectu possessionis,non sufficit· ut notat Bald.in l.incerti.& Bart.in l. 1.§ hu ius autem.ff.uti possid.Sed in casu nostro sufficit quælibet molestia, quamuis quis nō contendat se possidere, ut dicit Lapus alleg.66.post Bart.in l.si prius.in 5. oppo sit.ff.de operis no.nunt.Imol.Alex.& Ias. ibi plus uoluerunt, ꝙ in confessoria, in qua sufficit molestia uel inquietatio.satis est quem pati controuersiam uerbalem, non autem illa sufficit in interdicto uti possidetis. Et ꝙ talis molestia sufficiat in proposito,tenet Domi.in consi.140. alias 78.& quæ notant Bart. Roma. & Ias.in l. iustè in fi.de acquiren.pos.Et ita bonæ me moriæ Martinum Spinosa iudicasse in una Beneuentana Archipresbyteratus,adnota uit Dominus Berengarius Saganta, anti quus procurator,ut ipse mihi retulit.Et ꝓ ista opinione potest etiam adduci unum, quod bis,me præsente,tenuit Rota,ut scri bam in reg.de publicandis,uidelicet,ꝙ no ua prouisio, etiam nulla, supplet diligen tias regulæ, ista ratione: quia licet noua prouisio nulla non producat effectum iu ris,uidelicet prouisionem: inducit tamen publicationem propter illam propositio nem supplicationis coram Principe factā, quæ in facto consistit:arg l.omnium.C.de testam.Vnde illud factum, licet nullum, publicationem inducit, quæ etiam consi stit in facto, ut latius dicam in dicta regu la. Ita uidetur dicendum in proposito de citatione nulla. Et pro ista parte faciunt, quæ scribit Fely.in c.cum inter,in 9.col.de excep.ubi tenet,ꝙ processus factus per ex communicatum licet sit nullus, tamen in terrumpit præscriptionem, per ea, quæ ibi allegat.

Ista sunt motiua,quę in hac materia fie ri possunt pro utraque parte. Quæ etiam ampliari possent ex his, quæ con gerunt Moderni in locis superius allega tis, & ex his, quæ dicentur inferius in se quenti quæstione.

Breuiter in hac materia,omissis ambagi bus,tenenda est ista opin.quæ est uerior & æquior,uidelicet,per huiusmodi molestiā ex citatione nulla resultantem, non inter rumpi pacificam possessionem, de qua lo quitur ista regula, sed requiri molestiam turbatiuam fructuum,aut possessionis. Et ita heri 13.Octob.1531.iudicauit Rota in prædicta causa Cæsaraugustana. Pro qua decisione ego adducebam doctrinam Bal. in auth.offeratur, in 4.col.C.de lit.contest. Vbi tenet in uno ex tribus casib.ibi per eū positis,ꝙ quando citatio est nulla ex defe ctu iurisdictionis,nihil omnino operatur: sed in casu nostro citatio fuit nulla ex de fectu iurisdictionis, igitur nullam mole stiam inducet.Et pro ista parte faciunt plu ra alia similia,quæ tradit Ias.in rub. ff. de in ius uocan.& ea, quæ congerunt Mod. Bonon.in §.emancipati.inst.de exhęr. lib. Cum igitur reg.de literis non expeditis an nullauerit iurisdictionem eum inde secu tis,illud decretum est tantæ potentiæ, ꝙ tollit omnem effectum iuris uel facti illius citationis,& iudicii:iuxta gl.in uers pro in fectis,de immun.eccle.ut dixi superius. Hinc uidemus, citationem nullam non ꝑ petuare iurisdictionem, ut concludit Arc. in c.non ita 2.q.6.dicens, ꝙ citatio nulla nihil operatur,facit gl.in c.placita 15.q.4. quæ dixit citationem nullam non astrin gere citatum,& idem dicit glo.fin.in c.ue niens.de accus.Quia non entis nullæ sunt partes, nec præstat impedimentum,quod de iure non sortitur effectum,ut dicit reg. iuris,& tenet gl.in c.cum plures.de offi.de legati.li.6.& reassumunt Moderni Tauri. post Ias.& alios Mod.in l.more,in 17.col.

num.

numero 114 ff. de iur. omn. iudic. Et hoc in ratione consistit. Nam si citatio nulla non interrumpit præscriptionem, quę sola notitia malę fidei interrūpitur, ut tradit Bal. in l. cùm notissimi, §. imò, in secunda col. C. de præscr. 30. an. & in l. & postea edictum. §. 1. ff. de iud. quantò fortius non interrumpet possessionem pacificam, cuius interruptio requirit plus facti? Concludo igitur cum opinione Rotę, quod citatio nulla non interrumpat possessionē ex illa molestia, quæ considerari potest ex citatione nulla. Et ita etiam in terminis te perio tenuisse gl. in Concilio Basiliensi. ti. de pacifi. pos. in prag. in uerbo, iudicio. Et istam opin. tenuerunt antiqui aduocati, uidelicet, Ioachinus de Narnia, in quodam suo consilio pro Angelo de Scapampis, in causa Alben. Præpositurę coram A. Crassis Auditore, ut in uol. 1. alleg. fol. 31. in fin. Et Ioan. Aloisius Tuscanus Aduocatus, & postea Auditor Camerę, in quodam suo consil. incip. posito fine præiudicio, &c. reddito in causa Maioricēsi. parochialis ecclesię de Ginen. Nam ad hoc, ut interrumpatur pacifica possessio, requiritur perturbatio in ipsa possessione, uel fructibus, iuxta d. Bald. in dicta l. ordinarii, & est text. in l. cum nemo. C. de acquirenda possessio. cum concordan. ut scribit Guido Papę, qui hoc etiam tenet in consil. 171. columna fin. Et pro hoc est gl. magistra. in l. extat, ff. quod met. caus. & no. in c. quoniam, ut lit. non contest. & l. si finita, § si forte, ubi Bart. ff. de dam. infec. & per Dom. in c. cū, qui. de pręb. lib. 6. Et quo ad hoc solus conatus non sufficit: quia requiritur factū, à quo differt conatus, ut in l. si quis non dicam rapere. C. de episc. & cler. & ita loquuntur Doct. in c. commissa. & in c. licet episcopus, de elect. & de præb. lib. 6. Et secundū istam opinionem iudicauit Rota etiam tēpore Sixti, coram d. Io. de Cæsarinis, tunc auditore in causa Brixien. pręb. de mense Feb. 1475. ut attestatur Io. Aloisius Tuscanus in quodam suo consilio incip. an gratia, Si neutri, posito in 1. uol. suorum consiliorum, fol. 47. De qua decisione facit mētionem latius ad aliud propositum superius, q. 28. Et tunc Rota iudicauit in fortioribus terminis, quod citatio male executa, uigore cuius processus factus fuerat, non interrumperet pacificam possessionem. Et quamuis ibi citatio esset bona, respectu iurisdictionis, tamen executio fuit male facta, ex eo, quia in aliis locis, quàm ubi habitabat canonicus. Et ideo facta fuit alia citatio, & executa in loco habitationis, & ab illo tempore incepit fieri non pacificus.

Non obstant, quę in contrarium adducuntur, quia ad illa responderi potest, secundum distinctionem Bal. in d. auth. offeratur. Vel dicas, quod ubi agitur de pœna incurrenda, actus nullus potest operari aliquem effectum, cū nemini intersit, & ita procedit, l. eum, qui. C. de adult. cum similibus. Sed in casu nostro agitur duntaxat de interrumpenda pacifica possessione, quę interruptio debet fieri ex actu ualido. Nam cum regula ista loquitur simpliciter de citatione facienda, debet intelligi in dubio de ualida & efficaci, iuxta text. in capitulo. Cumana. de electio. & l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud. cum similibus. Et ita ex prædictis firma manet decisio Rotę.

Limitantur tamen prędicta decisio, nisi citatio nulla fuisset geminata, quia tunc bene interrumperet pacificam possessionem. ita notabiliter dicit Alex. in apost. ad Bal. in d. l. cum notissimi. allegat gl. quam ibi ad hoc pro notabili commendat Fulgosius in l. qui bis idem, ff. de uerb. obl. super quo cogitabis. Tamen si consideretur hæc limitatio cōfunditur ex superius dictis, maxime quando citatio est nulla ex defectu iurisdictionis, quam geminatio non restaurat. Nam etiam si fierent mille citationes nullæ, si citatus eas sperneret, & nollet comparere, certe in nihilum resoluerentur. Non igitur per eas inquietatur in aliquo, neque in titulo beneficii, neque in possessione. Licet secus sit ex noui operis nuntiatione nulla, quæ in dubio afficit, & turbat nouum opus, ut in lege prima, ff. de operis noui nuntiatio. Rationem uide ibi per Bartol. & alios. Vbi tamen citatus compareret per citationem nullam, tunc non tam uigore citationis, quàm comparitionis sibi noceret, ut tradit

Rom.

ctum Card. in clementi. prima. in 18. q. de sequest. possess. & fruct. Vbi uult, quòd sequestrum adpositum absque consensu partium, non priuat possessorem sua possessione, quin ea utatur ad usucapionem & prescriptionem, cōtra se, & cōtra aliū, pet. l. interesse. ff. de acqui. pos. & qđ ibi tradunt Doct. hoc idem dicit Henricus Boich. in cap. examinata. de iudi. Vbi dicit, quòd manus regia adposita rei contentiosæ, non priuat aliquem possessione. Et sequuntur Moder. in tract. benefi. in secūda parte quæst. 10. & alii Moderni Taurinen. in copioso tract. præscript. in 6. & ultima parte. uersicu. uenio nunc ad secundam speciem. Et ante ipsos hoc idem tenet Fely. in cap. illud. colum. 12. de prescriptio. quorū dicta intelligenda sunt modo prædicto. Et in summa, ista est communis opinio, quòd sequestrum absque uoluntate utriusque partis positum, non priuat quem possessione: & maximè, si per iudicem in competentem adpositum fuit, ut hic: & hoc idem expressè tenet, & probat quidam doctus Modernus Bart. Cassaneus in consi. 48. per totū. Ex quibus potest de facili teneri consilium illud Geminiani nō esse uerum, nisi aliquid ad illud suppleatur, prout plura alia illius consilia solent per Rotam non teneri.

QVAESTIO XLVII.

Qvarto, an regula ista habeat locum in possessore, qui nō percipit fructus, fortè ex eo, quia non soluit iura ecclesiæ, uel quia iuxta consuetudinem, uel statutum ecclesię nō residet priùs per aliquod tempus, uel quia fortassis debentur pro primo anno capitulo, uel episcopo, iuxta cap. si propter tua debita. de rescrip. lib. 6. uel qa beneficiū nullos habet fructus?

Solvtio. Videtur prima fronte, regulam non tueri huiusmodi possessorem. quod multipliciter probo, Primò, quia uerba istius regulæ, quæ de possessore simpliciter loquuntur, debent intelligi de possessorib. effectualib. qui fructus percipiunt, & alia faciunt, quæ ueri possessores facere solent. arg. c. si tibi concesso. de præbend. lib. 6. Hoc enim est proprium & uerū signum possessionis uerę. uidelicet, fructus percipere, ut in l. Titia. ff. de solu. & in ca. inter dilectos §. præterea. de fide instrum. & l. qui uniuersas. §. quod per colonum. cum similibus. ff. de acq. poss. Nā uerba in dubio, in ꝓprio & pleniori significatu intelligi debent. c. penul. de sentent. excommuni. l. 1. ff. si ager uecti. Et licet duplex sit possessio, una, quæ animo, & alia, quæ corpore tenetur, iuxta notata in l. clàm possidere. §. qui ad nundinas. ff. de acquiren. possess. & l. naturaliter. eod. titu. Et sic qui semel possessionem accepit, posset eam animo retinere. d. l qui uniuersas. §. quod per colonū. Illa tamen est uerior, plenior, & potetior possessio, in qua utrunque, scilicet, corpus & animus concurrunt, ut in l. 3. in princ. & §. Neratius. & ibi notant Doct. ff. de acquirend. poss. & tenet Bal. in l. mater. C. ad Tertullia. l. raptores. § sin autē. C. de episcop. & cler. Sequitur Ias. in l. huiusmodi. § ędes. in 2. col. num. 7. ff de leg. 1. Hine est, ꝙ quando duo possessores cōcurrunt, & quilibet dicit alterum spoliasse, & producunt instrumenta suæ possessionis facta eadem die, illa possessio in Rota iudicatur prior, quæ fuit effectualis cū perceptione fructuū, & ita semper Rota temporibus meis iudicauit.

Cùm igitur ista de iure uera sint, regula in tali possessione intelligenda est. argu. l. quæritur. ff. de sta. ho. Eo maximè, quia ista regula considerat solùm factum possidentis, magis, quàm titulum. Adeo, ꝙ etiam si consideremus communem usum loquendi peritorum, & imperitorum, & uulgarium, regula de possessione effectuali erit intelligenda, ut in l. stipulatio ista. §. hæc quoque. ff. de uerbo. oblig. & dicta l. 3. in princip. & §. in amittenda. Hinc est, quòd dispositio cap. de multa. de præbē. & cap. licet canon. cum similibus, quę de possessione loquuntur, non habent locū, nisi illa possessio effectualis fuerit cum fructuum perceptione, ut patet in dicto cap. si tibi concesso. de præbend. lib. 6.

Præterea, quia beneficium sine reditib. nō dicitur beneficium, ut not. Collecta. in c. 2. in 2. col. de concef. præb. & in d. c. de multa. & ibi no. Abb. & tenet Rota in decis. 25. aliàs sub num. 443. tit. de p̄ṡb. colum. fi. in no. Sed regula ista loquitur

Pro parte affirmatiua, ꝙ ista regula intelligatur de beneficiis possessis absque perceptione fructuum, facit primò, quia ea, quæ in potentia sunt, reputantur esse in actu. l. penul. de testamen. mili. tradit Ias. in l. 2. C. de inoffic. testam. & in l. quædam puella. in 2. col. ff. de iu. om. iud. & dixi in §. pœnales. in fi. inst. de act. Sed beneficiũ quodlibet ecclesiasticum est in potentia habendi reditus, ut tradunt omnes in c. de multa. de præb. ut ibi notat Petrus de Ancha. in secundo notabili, & Salyce. in l. cùm in te. in fina. C. de don. ante nuptias. igitur tale beneficiũ reputabitur effectuale, quo ad effectũ. ut dispositio istius regulæ in eo uerificetur.

Prætereà, pro ista opin. facit optimè cõsilio Decii 210. uiso puncto. ubi probat beneficium, quod nullos habet reditus, posse cùm altero permutari: quia dispositio loquens de permutatione beneficiorum, locum habet in dictis beneficiis, ut ibi per eum. Breuiter, omissis multis, quæ hic dici possent, pro resolutione istius q. arbitror duos casus esse distinguẽdos. Primus est in beneficiis, quæ nunquam habuerunt aliquos reditus, nec sperantur habere. Secundus casus est in beneficiis, quę tempore suæ fundationis habuerũt reditus, sed calamitate tpum perierũt, uel ad tps aufetuntur, rõne alicuius priuilegii.

Primo casu pro firmo teneo, in talib. beneficiis regulam non procedere, ne sit imposita uerbis: nam non existimo aliquẽ ita insanum reperiri, qui super beneficio nullius ualoris litem mouere, & se pro nullo commodo obseruationi istius regulæ subiicere uelit, ut nihil aliud inde, quã improbi impetrantis cognomen consequatur: nam proculdubio hoc factum nõ prudentis, sed parum rebus suis prospiciẽtis uidetur. quid enim aliud est de beneficio nullius ualoris litem & tragœdiam mouere, quàm de umbra Asini, ut est in prouerb. disputare? Sic igitur ex quo talia beneficia sunt uentosa & abusiua, teneo in talibus regul. non uerificari, ꝓ ea, quæ in parte negatiua dicta fuerunt. Ex quo infertur, bene iudicasse Rotam in illo Tarrac. q̃cq̃d dixerit Dec. in d. cõs. 210.

Secundo casu puto reg. in tali beneficio procedere, quia licet de præsenti beneficiũ reditus non habeat: tñ ab initio habuit: & sufficit, ꝙ à principio tpe erectionis beneficiũ omnia requisita beneficii ecclesiastici habuerit, arg. gloss. notabilis, in verb. canonicis, in capit. statutum. de rescri. lib. 6. ubi dicitur, ꝙ sufficit tempore commissionis fuisse canonicum, licet postea desinat esse. Ita dicit ibi gl. quam cõmendat Dec. in c. post cessionem. in 10. col. de probat. cum concord. ut scribit Soci. consi. 81. in 3. col. lib. 3. Et ista opin. ex hoc solo tenenda est, ut possessoribus faueamus, pro quibus ista reg. principaliter edita fuit in odium molestantium. Et q̃a ista beneficia, ut dixi, sunt in potentia recuperandi reditus, & isto casu inspicimus, quod euenire potest. l. sed an ultrò, ff. de neg. gest. Nam sæpe de facultatibus suis ampliùs, quàm in iis sint, spetant homines ut dicit tex. in §. in fraudẽ. inst. q̃b. ex caus. man. non licet.

Hinc uidemus, quòd habens ecclesiam parochialem, cuius alius maiorem partẽ fructuum possidet, tenetur promoueri infra annum ad sacerdotium, aliàs priuabitur, iuxta c. licet canon. de elect. lib. 6. Et tenet Rota decis. 61. in quadam addi. in no. licet secus, quo ad c. de multa. quia illud respicit nudam assecutionẽ fructuũ: sed c. licet. administrationem curæ, & sic exercitium: sicut regula ista respicit etiã possessionem, non autem perceptionem fructuum, & hoc priuilegium annalibus possessoribus ratione possessionis, non ratione fructuum conceditur, quia hoc nõ uidetur necessarium, etiam in re in qua fructus percipiuntur, per l. Titia. cum ibi not. ff. de solu. l. litibus. C. de agricol. & censi. lib. 11. Sufficit ergo quòd quis faciat actus pertinentes ad possess. licet fructus non percipiat, ut puta agrum colere, & similia, quæ notat Pau. de Cast. in l. 3. C. fi. reg. & Bal. in l. iudicia. C. de rei u℈. Sic igit̃ concl. ꝙ possidens beneficiũ, licet fructus nõ percipia, utitur priuilegio istius regulæ: quia licet fructus corroborent, & magis possessionem firment: nõ tamẽ sequitur, ꝙ sine ipsis possessio capi, & retineri non possit, ut etiam latiùs probat Claudius Aquen. in repet. l. Celsus. 9. col.

col. uersi. qualiter autem. ff. de usucap.

Et ex istis ad plures alias consimiles, & affines quæstiones inferri posset, uidelicet an statuta, uel pacta de soluendis gabellis de animalibus, intelligatur de mortuis, an de uiuis? & nunquid statutum imponens pœnam manus, comprehendat manū aridā & inutilem? De quibus quæstionibus uidendum est per Fel. in c. inter cæteras. 4. col. de rescrip. per Philippum Franc. in ca. fi. in 2. notabili. de homicid. lib. 6. per Paulum de Cast. in l. institor. §. de eo. in fi. de instit. per Moder. post Bar. in l. q te in fin. ff. si cer. pet. cum sexcentis concor. congestis per nouissimos Asten. in tract. formæ, fol. 7. in prima & 3. col. quia omnia addi possunt ad text. in c. 2. de transla. episcopi, & ad l. 3. §. q si quis. ff. arbor. fur. cæs. quæ solent ad hoc propositum allegari, q nullum & inutile æquiparantur. Quibus conuenit illud quod dici solet, uanos, & insulsos homines non nisi nomine tantum homines esse, ut inquit Cicero in Offic. & est tex. in c. multi. 40. dist. Tales enim non ueniunt appellatione hominum, sed iumentorum, quorum similitudinem gerunt, iuxta ea, quæ dicit Abb. in ca. prudentiam de offic. deleg.

QVAESTIO XLVIII.

QVæro, an possessori annali excipienti de regula, obstet confessio procuratoris sui resultans ex commissione causæ super molestationibus infra annum dictæ possessionis facta, quam commissionem ipse possessor post annum ratam habuit?

SOLVTIO. Hodie, quæ numeratur 20. Octob. 1533. ista difficultas per R.P.D. Marcellum de Crescentiis in Rota proposita fuit in una causa Agrigentina decanatus, in qua quidam Ioan. Guerrerius decanatum possessum per Antonium impetrauerat: & cum in partibus coram iudicibus secularibus regiis contenderetur, procurator possessoris in curia super iactationib. & molestationibus commissionem contra dictum Io. impetrantem post 16. dies impetrationis ipsius obtinuit. quo quidem tempore satis dubitari poterat, an procurator prædictus uerisimiliter in curia Ro. & in tam breui tempore notitiam de molestatione suo principali facta Agrigenti habere poterat? Euenit, q post aliquos dies idem possessor constituens alios procuratores, ratificauit gesta per primos. cumque in curia litem suam impetrans prosequeretur, possessor excipit de ista regula: impetrās replicat regulam pacificum possessorem requiri. ipse uero non erat pacificus, igitur. &c q non esset pacificus ostēdebat ex commissione prædicta per dictū procuratorem impetrata, in qua fatebatur principalem suum molestari: quæ quidē commissio per ipsum possessorem ratificata fuerat. Dubitatum fuit nunquid illa cōfessio ad probandum illum pacificum possessorem non fuisse, sufficiat? Conclusum fuit per omnes Dominos, excepto uno, q non. Ratio istius decisionis fuit, quia ista regula principaliter in odium impetrātiū & in fauorem possessorum condita fuit. Ergo ut fauor possessoris conseruetur, probatio non pacificæ possessionis, ex qua est obiectus, dari debet, & per concludentes probationes probari, ad effectum, ut præsupposito pro possessore, & contra impetrantem inducta, tollatur. l. scire. §. scire. ff. de excus. tuto. cum concord. ut per Fel. in c. pastoralis. in 4. col. uers. signa. de excep. Cum igitur illa probatio ex confessione procuratoris resultans, non erat clara, nec concludens, quia poterat intelligi de molestia post uel ante impetrationem facta, quarum altera pacificam possessionem interrumpere poterat, altera uero non, talis probatio ambigua & dubia non debet admitti, per ea, q dicunt in c. in præsentia. de probat. eo maxime, quia illa commissio fuerat impetrata post impetrationem aduersarii: & sic eo tempore, quo uerisimiliter procurator non poterat habere notitiam molestiæ. Fuit igitur illa molestia potius imaginaria & præsumptiua, & ad cautelam inducta, quàm uera, potuit procurator confitendo molestiam, quam ignorabat ad excludendum beneficium istius regulæ domino præiudicare, iuxta not. in l. 1. C. de pact. Debuit ergo in istis dubiis probationibus contra impetrantem; & pro possessione impetratio fieri, quia clara est regula iuris, in dubiis reo magis, quàm

quàm actori fauendum esse Hinc euenit, ꝙ ius tertii per solam supplicationem pro ductũ nõ releuat, quia nõ reputatur clarũ quousque super supplicatione literę expe ditæ sint: & ob eam causam res efficitur dubia, quæ probantem non releuat. Et in illa etiam ratione fundatur illud, quod Rota in una Cremonen. pensionis coram Domino Christophoro panigarola. 10. Decembr. 1529. conclusit, uidelicet, ꝙ ad effectum incurrendi priuationem ob non solutionem pensionis, non sufficeret noti tia uaga & incerta, uel etiam, ꝙ procura tor sciuerit, & dominus ratum habuerit: sed requirebatur clara & indubitata noti tia principalis, quo ad incurrendum cẽsu ras & pœnam, per ea quæ scripsit Fely. in capitul. quoniam. §. porrò, colum. antepe. ut li: non cont. & in c. cum contingat. col. pen. de rescrip.

QVAESTIO XLIX.

QVæro, nunquid possessor pacificus di ci poterit ad effectum istius regulæ, si causa contra eum infra annum nomine meo committatur per assertum procura torem meum, quam commissionem ego post annum ratam habui?

SOLVTIO. Hodie, quæ est 4. Februa rii 1534. ista dubitatio per Dominos in causa Tuden. decanatus coram R. D. Ioan. Clerici pro parte negatiua decisa fuit. Et inter alia pro ista decisione adductũ fuit dictum Bald. quod communiter approba tur in l. fin. C. ad Macedonianum. ubi ratifi catio, quę fit tempore quo actus nihil ope ratur, propter lapsum temporis, non ualet quia inuenit obstaculum in medio, quod impedit, ne tempora, siue extrema coniun gantur. Sed in quæstione præsenti, licet cõ missio facta fuerit infra annum possessio nis, ex quo tamen illa non ualebat ex de fectu mandati, & ratificatio uenit post an num, est dicendum, possessori nullum de trimentum adferre, quia res deuenit ad ca sum, à quo incipere non poterat: arg. ca. si eo tempore. de rescript. lib. 6. Et quia rati ficatio per dominum de actu nullo potest fieri in pręiudicium sui, non autem in dã num alterius, ut dicit decis. 1. de procu. in anti. ratificatio enim debet fieri infra tẽ pus, infra quod actus geri potest: uulg. l. bonorum. ff. rem rat. hab. & gl. iuncto tex. & ibi not. Gemin. & Alex. in c. non solent. 2. q. 6. & hoc uidetur in terminis expone re gl. in c. rati habitionem. de reg. iur. li. 6. cum concor. ut scribit Alex. in cons. 101. uiso processu. col. 1. lib. 2. & in consil. 135. ponderatis his. eod. libr. præsertim, quia hoc casu per possessionem annalem ante ratificationem fuit ius quæsitum possesso ri, & sic ratihabitio impeditur ut dicit gl. in d. c. ratihabitationem. cum concor. de quibus per Dec. in consi. 147. in causa. col. pe. & consil. 216. in 2. col. & alibi sæpe, ut dixi in d. c. ratihabitionem. Et in summa ista est apud omnes uera & recepta cõclu sio, ꝙ ubi de præiudicio alicuius agitur, ra tificatio locum non habet, ut habetur in dictis locis. Et tradit Alex. in consil. 78. ui so & diligenter. in 4. col. lib. 5. sed in casu isto est idem. igitur, &c.

Vltimo, pro ista opin. uidetur esse gl. in in c. nonnulli. de rescrip. quę uult, ꝙ com missio impetrata nomine meo non potest per me ratificari, ex quo ad illam impetrã dam requirebatur speciale mandatum. Et ista est una de fallentiis, quæ dantur ad re gu. ratum. de reg. iuris. lib. 6. quam ad hoc ponderat Fely. in cap. causam. el 1. in pen. & fin. colum. uersi. fallit tamen. de iudic. quod est multum notandum in proposito quæstionis nostræ.

Accedũt prędictis, quæ in una Hipori gen. parochialis coram D. Nicolao de Are tio de mense Iunio 1521. Rota tenuit, ui delicet, ꝙ lis mota per assertum procura torem post obitum collitigantis ad effe ctum regu. de subrogandis, ratificari non possit. Pro qua decisione faciunt ea, quæ scribit d. Anto. in capit. cum uenis sent. in fin. de restitut. spoliatio. ubi di cit, quòd si aliquis tanquam procura tor meus possessionem huius beneficii pro me capit: & deinde ille assertus procurator ab alio spolietur, non pe teto ego ad effectum, ut mihi actio spo lii competat, possessionem illam ratam habere. Ita dicit ibi dominus Antonius, & asserit Rotam ita tenere. Cuius dictũ latè sequitur, & comprobat Alex. in l. qđ

meo

meo.in 2.col. ff. de acquirenda possessione. Reliqua circa praesentem quaestionem uidēda etūt in seguia de triennali. ubi eā dem quaestionem, quę ibi in facto contingit, scribam.

Qvaestio L.

Qvaero, an possessio annalis ad producendam exceptionem istius regulae sufficiat, quòd ad sit tempore impetrationis, citationis aut sententiae, licet posteà desinat esse?

Solvtio. Ista quaestio per Dominos meos in Rota, in causa Hisp. Scholastriae coram D. Nicolao Aragona de mense Octob. 1533. discussa fuit. Et quia causa ex alio cap. tunc fuerat resoluta, inter loquēdum dictum fuit, possessionem annalem, pacificam saltem tempore impetrationis requiri debere, quo tempore aliarum qualitatum hic requisitarum expressio fieri debet, prout regula hic in prima sui parte disponit. Vnde sicut sufficit dictas qualitates impetrationis tempore adesse, licet posteà cessent, per not. p glo. in uersi. canonicis. in cap. statutum. de rescrip. libro sexto eodem modo, & qualitas possessionis annalis ad producendum istam exceptionem sufficere debet tempore impetrationis interuenire, licet pósteà possessio perdatur. Quia exceptio ex annali possessione praecedente impetrationem nascitur, non ex sequenti, unde sufficit impetrationis tempore iam esse annalem, ad effectum, ut impetrans seruare hic contenta teneatur, & possessori exceptio regulae competat. & hoc clarè innuūt uerba istius regulae ibi, per annum immediatè pręcedentem, &c. Nec obstat, si dicatur, quòd si possessor post impetrationem actoris desinat possidere, impetrans non poterit usque ad sententiam causam prosequi, ut hic dicitur. Quia illud esset uerū, quando ageretur possessorio, sed regula ista secundum Dominos, ut etiam inferiùs in alia q. dicetur, petitorium cōcernit, super quo possessor ad iudicium trahitur, & super quo debet dari sententia, ut innuunt uerba reg. ibi, & causam quare sibi ius non competat, &c. nō igitur refert, nec requiritur reum conuentum tempore prosecutionis causae, uel sententiae, sed tempore impetrationis annalem fuisse, quo ad hoc, ut impetrans implere debeat, quod ei incumbit: quia forma illi per istam regulā imposita est, quae eū ipsum impetrantem cōcernat, & in sui odiū introducta sit, debet ad unguē obseruari, & ideo causam contra reum cōuentum usque ad sententiam prosequi tenetur, ut hic dicitur. facit clemen. 1. ut lit. penden. & cap. 1. & 2. eod. titu. lib. 6. Nec ista regula requirit sententiam contra possessorem ferri, quia non respicit factum possessoris, sed impetrantis: & ideo regula impersonaliter loquitur, quòd eā prosequi teneatur: & sic, licet reus conuētur desinat esse possessor, hoc facere tenetur, iuxta l. properandum. §. sin autem reus. C. de iudic. quia defectus rei actorem non prosequentem excusare non debet. Quod est ex eo etiam suadetur, quia licet regula faueat possessoribus: tamen principaliter in fauorem publicum introducta, ut lites terminentur, ut dixi superiùs in quadam quaestione, ponderando uerba regulae, ibi: ut improbi exquirentium lites motus reprimātur, &c. & genus poenae Camerae apostolicę applicando. Et ideo impetrans causam terminari facere, intra annum adstringitur, ad effectum, ut litis euentu uideatur, an impetrans improbus litigator fuerit, & puniatur ut sic molestatores iniusti ex grauitate poenae deterreantur, aliique impetrantes cautiores in posterum reddantur, cùm se per regulam ita interpretatā ad causam usque ad sentētiā prosequendam adstrictos esse cognouerint. Discantque pariter, non nisi ex claro & bono iure, impetrationes suas obtinere, & possessores ex eodem ad iudicium euocare: & hoc est, quod uerba istius regulae prae se ferunt, ibi, specificam, & determinatam causam, ex qua clarè constare poterit, q̄d nullum ipsi possessori in dicto beneficio ius competit, &c. Non igitur curandum est, an reus dimiserit possessionem, uel ne. Quid, sufficit eum per annum immediatè pręcedentem impetrationē possidere, ut dicitur hic: unde si post citationē desinit

finit esse possessor, nihilominus exceptioni regulæ locus erit.

Ex quibus omnibus adparet in prosecutione causæ priuati factum non tam considerari, quàm publicum: arg. eorum, quæ not. Bar. in l. agraria. ff. de ter. amot cum similibus. Ex quo infertur, priuatam personam facto suo a lite, se abdicando interesse publico præiudicare non posse, ut no. in l. 1. ff. ad Tertul. Imò si possessor post motam litem possessionis cessisset: nihilominus à dicto impetrante damna & interesse, quæ possessionē suam contigissent, repetere posset, per istum text. arg. glo. in c. præsenti. de offic. ordin. lib. 6. & c. ceterū de dona. Possessio igitur ad effectum prosecutionis causæ, de qua loquitur ista regula, nihil facit: nam sufficit qualitatem possessionis adesse tempore uerbi, id est, tempore impetrationis iuxta uulgat. l. in delictis. §. si extraneos. de noxal. Et hoc dicendum suadet dictio, Exnunc, quæ extremitatem principii refert, secundum glos. in clc. 2. de hæred. & in clem. 1. de iure patronat. cum similibus.

Nec obstat, si dicatur regulam ita demū impetranti obstare, quando per possessorem annalem opponitur, & sic uidetur requiri qualitas possessionis tempore exceptionis, cum hæc exceptio fauore possessoris inducta sit: & isto mō bene quadrat, quod dicitur in d. l. in delictis. §. si extraneos. uidelicet, ꝙ qualitas adiecta uerbo, debet adesse tempore uerbi, id est, exceptionis proponendæ, cum exceptio non detur non possessori. Sed ad hoc respondetur, ꝙ possessio sequens impetrationē non est illa, quæ impetrantem afficit, sed præcedens: unde impetrans tempore suæ impetrationis ad faciendam mentionem possessionis præcedentis, non sequentis, adstringitur, & tunc requisita regulæ circa expressionem nominis & gradus tunc possessoris adstringitur. Vnde ex quo impetratio semel adfecta fuit, dato, quod possessor post impetrationem desinat possidere: impetratio, quæ à principio fuit nulla, non ualidatur, quominus reus conuentus tunc possessor excipere de regula possit, dato, quòd tempore exceptionis non possideat. Et ad illud dictum, ꝙ qualitas adiecta uerbo, & cap. respondetur, ꝙ illud dictum procedit, quando qualitas non habet tractum successiuum, sicut possessio, quia tali casu potest qualitas uerificari secundum aliud tempus. Ita notabiliter illud dictum limitat & declarat Cardina. Zabarel. in repe. c. perpendimus. in 8. col. de senten. excommuni. Vbi etiam aliam limitationem ponit, quam uideas, pro quibus allegat bona iura. Et ita reperio tēpore Sixti, secūdum istam opinionē excellētissimos Doctores in quadam causa Burgen. Abbatiæ de Villalbuea, consuluisse, ut patet in primo uolumine consiliorū Io. Aloisii Tuscani Mediolanensis aduocati tunc consistorialis, fol. 43. Quibus accedent ea, quæ in illa quæstione, De possessore cedente dicam.

QVAESTIO LI.

QVæro, nunquid regula ista inhabiles ipso iure etiam per extrauag. Bonifacii, Pii, Alexand. & Iulii, contra non soluentes annatas editas, uel quemcunque alium inhabilem defendat?

SOLVTIO. Respondetur, ꝙ sic, quia ista regula non recipit restrictionem de habilitate. Nam licet iura loquētia de personis, intelligi debeant regulariter de habilibus: leg. 1. C. de sacrosan. eccle. & & uulg. l. ut gradatim. ff. de mu. & ho. hoc tamen fallit nisi constitutio respiciat animæ uel reipublicæ commodum: quia tali casu lex generaliter loquens, intelligitur etiam de inhabili, ut est tex. singularis in l. si quis in graui. §. utrum. uersic. is quoque. ff. ad Sillan. quem ad hoc pro singulari notat Ias. in l. qui seruum in 3. col. ff. de uerb. oblig. Et prius Alex. in l. cum mulier. in penu. col. ff. sol. mat. & And. Sicul. in c. 1. col. 24. de const. & in c. nouit. num. 133. de iud. & in rub. de rescr. in clem. col. 11. & in rub. de reb. eccl. non alien. in 4. columna nu. 19. & col. 73. nu. 225. & alibi sæpe, ut latius scripsi. in §. in personā. inst. de ac. Sed ista regula respicit fauorem reipublicæ, cuius interest lites reprimi, ut dicitur in l. properandum, de iudic. ut dixi superius in primis quæstionib. istius regulæ. Ergo debet gnāliter de quocūq; possessore

intelligi. Et ita semper ista regula interpretata fuit. Inhabiles igitur quomodocũque inhabilitati, ista regula defenduntur, quæ sola detentione satisfieri uidetur, secundum interpretationem longæuam Rotę.

Limitatur tamen ista non procedere in duobus casibus. Primus casus est in inhabili, ea inhabilitate, ut nec etiam rem detinere possit. prout est hæreticus, cuius non solum possessio, sed etiam nuda detentio rei prohibita & damnata est a lege, ut probat Card. Alex. post gl. ibi in c. quo iure. 8. distinct. de quo statim dicam in sequenti quæst.

Secundò fallit in eo, de cuius non titulo notoriè constat, quia talem non defendit regula, ne malitiis & fraudibus detur locus, contra c. sedes, de rescrip. facit, quod tradit Ias. in l. 1. in 1. col. ff. de oper. no. nũtiatione. ubi dicit, ꝙ licet in dubio nuntiatio noui operis, de qua in ueritate nuntiãti nullum ius competit, debeat attendi, & liger, ut ibi est text. ubi tamen notoriè cõstat de non iure nuntiantis, talis nuntiatio debet sperni. Nam regula ista loquitur in eo possessore, de cuius titulo ignoramus, uel sumus in dubio, an habeat titulum, uel non: quia licet in rei ueritate titulum non habeat, dummodo illud notorium non sit defenditur a regula: secus, ut dixi, in notorio: arg. eorum, quæ dicit Abb. post Innoc. in c. ecclesia. de causa pos. & ꝓprie. & in c. ex parte, circa fi. de resti. spol. cum conc. & scribit Alex. in l. naturaliter. § nihil cõe. ff. de acq. poss. qui uolunt, ꝙ licet regulariter expoliatus restitui debeat fallit tamen, nisi notoriè de non iure expoliati constaret. Regula igitur ista debet intelligi de detinente, quem credimus habere aliquem titulum. Nam possidens per annum beneficium sciente & patiente impetrante, qui prætendit ius habere, præsumitur ex possessione illa annali titulum habere, ut dicunt Doct. in c. 2. in fi. si de inue. feu. inter domi. & uasal. & in c. Titius. in fi. si de feu. contr. fue. cum conc. ut per Mod. consulentes, uidelicet, Stephanum Bertrandum in consil. 1. in 10. col. nu. 56. in 1. uol. & ante ipsum hoc sequitur Domi. in cons 14. circa fi. sed quicquid sit de iure in spoliato.

In hac regula tamen contrarium seruatur, quia siue notorie de non titulo annalis possessoris constet, siue non constet, impetrans seruare tenetur hic contenta, & sic si possessor nullum ius habet in prosecutione litis, condemnabitur, & a sua intrusione cum fructuum restitutione amouebitur.

QVAESTIO LII.

QVæro, an regula ista defendat hæreticum?

SOLVTIO. D. Gul. Cassiodorus auditor egregius & diligens in quibusdã suis collect. decis. nouissimarum Rotæ, discutit istum articulum pro utraque parte, & certè, iudicio meo, impertinenter. Nam ex quo sup isto puncto, ut ipse refert in una causa Illerden. præpositurae, de an. 1519. & 1520. coram D. Paulo Capisucco iudicauit Rota, quæ mota fuit una tãtum ratione iuridica superuacuum uidetur argumẽta contraria contexere, & illa quidem minus efficacia, quę occupantis uiris legendis melioribus impediti, negotium dare possunt. Visum igitur est mihi solum circa illam rationem decisionis, qua tunc Rota mota fuit, insistere: quæ si uera est, non attinet amplius scholasticorum more rem per disputationes in dubium refricare: sin autem ratio non subsistit, alia fortior quęrenda erit.

Ratio igitur decisionis in illa causa Illerden. fuit, quia in hæretico reprobatur a iure non solum possessio, sed etiam detentio ipso iure, ut tradunt gl. Dom. & Alex. in c. quo iure 8. dist. ubi igitur non datur possessio, nec detentio, regula non procedit. Ista est summa decisionis Dominorũ comprobata multis rationib. sed ista cæteris est efficacior & magis proxima, aliæ uerò ab extra tendunt.

Vidẽdum est igitur, num ratio isto subsistat: & certe non uideo ubi probetur in iure, ꝙ hæreticus priuetur ipso iure detentione, & ꝙ talis detentio adeò in eo sit dãnata ꝙ illi defensio istius regulę prohibeatur: cum igitur non reperiantur hoc iure cautũ, erubescimus sine lege loqui. c. ego solis, 9. dist. facit tex. in c. illa. ne se de uac. Nam ut inquit Bal. in c. nihil. de ele. quod lege non cauetur, in practica non habetur,

quia

quia paria sunt, aliqua sine lege facere, uel contra legem, ut ipse idem Bal. dicit in c. in Genes. in fi. col de elect. sequitur Ias. in l. singularia, in 7. col. ff. si cert. pet. Hinc illud emanauit, quod Ant. de But. dixit, ꝙ possumus iudicare contra commu nem opi. non habentem casum legis pro se. ut refert Ias. in l. illam. C. de coll.

Pro qua opin. adduco duas rationes iu dicio meo efficaces. Prima est, quia, ut dictum fuit supra q. proxima, regula ista re strictionem de habilitate personarum non recipit: sed quicunque inhabilis, & nu dus detentor tueri se regula ista potest, q̃a non tam possessoribus ipsis fauet, quàm impetrantes insequitur, & sic principali ter regula inducta est in odium exquiren tium lites, sed istud odium calumniosè im petrantium non purgatur, nec cessat pro pter hoc, ꝙ possidens sit hæreticus, ergo debet habere locum regula, quia propter hoc hæreticus non manet impunitus, cum possit ab alio impetrante seruante requisi ta in regula priuari beneficio, & amoueri a possessione. Nec obstat, ꝙ hæreticus ex poliatus non restituitur: quia hoc non fa cit quominus uti non debeat regula: quia uidemus execrabilem expoliatum non re stitui. Vt cõclusit Rota in una Ginen. prio ratus coram R. P. D. Petro Vortio, de anno 1530. per rationes, & autoritates, de quib. inferius in q. de execrabili, & etiam in reg. de triennali, in 10. q. dicam, & tamen ille utitur beneficio istius regulæ, & etiam de triennali, ut meminit Cassiod. hic. Et dicã latius utroque loco. Igitur argumentum non est concludens.

Secunda ratio est, quia uidemus, quòd licet hæreticus sit priuatus ipso iure bene ficiis: tamen nõ potest amoueri, nisi prius citetur, & sententia declaratoria contra eũ promulgetur, ut dicit text. in c. cum secun dum de hær. lib. 6. Et hoc idem est in exe crabili, ut patet, in c. licet episcopus, de prębend. lib. 6. Sed antequam declarentur, certum est eos beneficia detinere, quia hære sis uel execrabilitas facultatem facti non auferunt, quia talis facultas non potest ni si a iudice tolli. Nam fieri nullo pacto potest, ut dicit lex, quominus quis aliquid detineat, uel de facto faciat, uel etiam in seipsum sæuiat, nisi prohibeatur a iudice, ut no to rit ff de his, qui sibi mor. consci. Nam licet lex prohibere possit detentionem iuris non tamen potest prouidere, quin aliquis si uult beneficium de facto non occupet, & illa detentio facti sufficit, quo ad istam regulam secundum interpretationem Dominorum.

Non obstant notata in d. cap. quo iure, quia licet illa negari possent, cum non sit lex aliqua hoc prohibens: nihilominus di ci põt, ꝙ illa detentio, quæ prohibetur hæ retico, debet intelligi in dubio de deten tione iuris, non autem de detẽtione nudi facti, qua sola contẽta est regula ista: quia secundum communes regulas, appellatio ne detentionis intelligitur de detentione iuris, non facti, ut late tradit Alex. in l. 1. in prin. in 16. col. uers. quærit Bart. ff. de acq. poss. Et licet dicta decisio istis rationib. ex pugnari potest, tamen in iudicando ma gno est autoritas illius Gloss. Gemi. & Præ positi, licet nihil allegent. De hoc tamen in regula de triennali adhuc aliquid dicã. Et ista omnia, quæ dicta sunt, procedant in possessore hæretico: in impetrante uero hæretico, dixi superius in 3. q.

QVAESTIO LIII.

QVæro, an ista regula defendat posses sorem priuatum beneficio, ob non solutionem pensionis?

SOLVTIO. Rota istum casum de an. 1529. mense Octob. coram Staphileo, deci derat, ut adnotauit D. Pet. And. Gam. audi tor insignis in memorialib. suis. Et conclu. Dñi, ꝙ talis possessor reg. non defendatur. Rõ fuit, q̃a licet ista reg. sit inducta in odiũ impetrantis, tñ ex quo consentiens pensio ni, uidetur a principio cõcessisse priuatio ni ob non solutionem, non debet adiuua ri regula, nec põt in hoc conqueri, quia cõ sentienti, & uolenti non fit iniuria: uulg. l. scienti. de reg. iur. lib. 6. Et sic isto casu ini tium attenditur: arg. eorum, quæ dicit Lap. alleg. lib. 24. Hinc est, ꝙ licet pau pertate oppressis soleat concedi beneficium c. Odoardus, de sol. secus tñ est in debito re pensionis, ut dixi late in trac. signaturę.

QVAESTIO LIIII.

QVæro, an regula ista defendat execra bilem possessorem annalem?

SOLVTIO. Potest dici ꝙ sic, quia defendit quemlibet detentorem, dummodò detentio non sit improbata a iure, ut in hęretico, de quo proximè q. 52. dixi & in execrabili expeditū uidetur: quia pluries fuit dictum in Rota execrabilem saltem detinere: quia a detentione non repetitur prohibitus, quinimo neque possessionē amittit, sed ut ea priuetur, debet prius citari, ut patet in c. licet episcopus, de præb. lib. 6. & faciunt ea, quæ dicit Pet. de Anc. cons. 117.

Sed pro uera resolutione istius q. distinguendi sunt duo casus. Primus est, qñ beneficia incompatibilia non detinentur ultra tempus contentum in d. extrauag. execrabilis. Et tali casu, quia datur possessio, aut saltem detentio, iuuatur ista regula, & ita procedit tex. in d. c. licet episcopus. Secundus casus est, quando execrabilis detinet beneficia ultra tempus præfixum in d. extrauag. & tunc, quia extrauag. prædicta seruationem inducit, cum decreto posset teneri, execrabilem non defendi ista reg. Ratio est, quia per decretum reseruationis annihilata & improbata fuit qualibet possessio, & facti detentio, ut dicit notabilis decisio. prima, in titulo de restitutio. spolia. decisio. 1. in antiquiori. Et ubi non datur possessio uel detentio, ista regu. non habet locum. Hinc uoluit Rota in una Gienen. de qua in proxima q. faciam mentionem, ꝙ talis expoliatus non restituatur. Quod etiam tenuerunt Mod. in tract. reseruatio. in 41. effectu. Sed quicquid sit, Rota tempore meo tenuit utroque casu contrarium, quia ex quo ista regula nullum requirit titulum, neque bonam fidem, quælibet occupatio sufficit in odium impetrātium beneficia possessorum uiuentium certo modo.

QVAESTIO LV.

QVæro, an regula ista obstet impetranti beneficium per alterius assecutionem, uel per non promotionem?

SOLVTIO. Quidam antiqui Doct. ut Ioachi. de Narnia. Io. Aloisius Tuscanus Med. & alii plerique tenuerunt, reg. hoc casu non habere locum, ut adparet lib. 1. & 14. allegat illorum temporum: moti hac tātum ratione, quia regula loquitur de beneficio uacāti ex persona alterius, quàm possessoris. & sic ex antiqua uacatione ante possessionem annalem, uel post, & tali casu impetranti post possessionem annalem obstat regula. sed hæc non uerificantur in uacatione contingente ex persona possessoris, eo maximè, quia ista est quædam priuatio iuris.

Tamē quicquid ipsi dicant, Rota contrarium tenuit, ut refert hic Glossator in fin. & sequitur do Gul. in collect. decisionum Rotæ. Et ita etiam in una causa capellanię Plac. coram d. Staphileo 29. Oct. 1529. conclusum fuit, ut attestatur d. Pe. And. Gam. in quibusdam suis memorialibus decisionum Rotæ. Ratio decisionis fuit, quia ista regula indistinctè loquitur, ergo non est facienda differentia, an aliquis ex persona possessoris, uel alterius impetrauerit: quia dummodo aliquis sit intrusus per annum antea, & pacifice per dictum tempus possideat, erit locus regulæ, & hoc idem in execrabili. & non promoto locum habebit: quia illi antequam possessione priuentur, possunt per annum beneficia detinere: & talis possessio, siue detentio ante sententiam consideratur a iure, ut patet in c. licet eps, de pręb. lib. 6. ubi tex. disponit execrabilem antequā citetur, a possessione amoueri non debere, ex quo adparet possessionem illam ante amotionis tempus coloratam dici posse. Hinc est, ꝙ est locus restitutioni, si illa expolietur, ut dicit Compilator decis. Rotæ in tit. de test. spolia. deci. 3. in ult. addit.

Sed ulterius cogitāti uidetur adhuc primam opin. sustineri posse, in qua Glossator hic, & antiqui aduocari fuerunt. Ratio istius opi. est. quia illa impetratio, de qua hic quæritur, est quædam priuatio iuris: Et quemadmodum superius diximus in alia q. regula ista locum non habet in impetrante per priuationem, rationibus & argumentis, de quibus ibi latius dixi. Tum etiam, quia si constat possessorem esse execrabilem, adparet de notorio non iure eius, & per consequens eius possessio & detentio improbatur a iure, adeò quòd si spolietur, restitui non debet, sicut de hęretico superius diximus, & licet Compil. in d. decis. 3. tenuerit execrabilem expoliatum, esse restituendum, eius opinio. ultra hos

hoc ꝙ est unius tantùm doct.nihil tamen pro sua opi.allegar. Imò cōtra eius opin. conclusit tempore meo Rota in una Gienen. beneficiorum coram R. P. D. Petro Vorrio, nunc episcopo Aquen.1533. die 8. Octob.contra Rodericum Lopez pro quodam capellano, & familiari Reuerend. Card. Gienen.aliàs Baren. ut ego tunc ad notaui, quę uoluit execrabilem expoliatū non esse restituendum. Pro qua decis. inter plura, quæ breuitatis causa omittuntur, allegatum fuit consil.Old. 127. ubi expresse tenet execrabilem non esse restituendum.& idem probat Rom.in cons.499.& est decis. Dominorum in antiquis, num. 371.cum qua transit Abb.in dispu.Titius, in 3.dubio,& in c.in literis,col.pen. de resti.spo.Corset.in tract.de rest.spol. fallen. 17.& 33. Non enim uidetur iure nec ratio ni consonum, unde quis pœnam meretur præmium & fauorem reportare.l.cōgruit de off.præt.& quia reseruatio d.extrauag. inficit etiam detentionem, ut probo superius in alia q.sublata igitur detentione, regula ista locum non habebit, nisi dicamus, prout in illa q.de hæretico dixi, execrabili prohiberi detentionem iuris, prout in dubio præsumitur non autem detentionem nudi facti.quæ quo ad istam regulam sufficit:& quia regula de triennali execrabilem defendit, ut renuit Rota, & ibi latissimè dixi:ergo idem dicendum esset in ista regula, aut eodem modo tenendum esset in utraque, nec titulus coloratus in regula de triennali deberet illum iuuarem; quia si execrabilis prohibitus est possidere & detinere, sine possessi. præscriptio non procedet, ut dicit reg.iuris: nec titulus quo ad possessionem aliquid facit, quando illa prohibetur, præsertim, quia Gem. in d. c. licet.negat execrabilem habere possessionem, neque titulum coloratum. Pro resolutione igitur istorum uidenda sunt, quæ in dicta regula scribam.

QVAESTIO LVI.

QVæro, an primus resignans possessor annalis defendi possit ista regula cōtra tertium resignatarium habentem causam a secundo resignante?

SOLVTIO. Ista quæst.fuit proposita per d.Iacobum Simonettam mense Iulio 1531. in causa Hispal.beneficiorum,& tūc prima facie fuit dictum per Dominos animo melius deliberandi, ꝙ non, quia talis resignans uidetur habere improbam detē tionem, adeò ꝙ spoliatus non restitueretur, sed nihil super hoc fuerat informatū: sed ea omnia per Dominos fuerunt ex tē pore dicta. Nam certè cōtraria opi.n.uidetur firmior, quia clarū est, ꝙ licet primus resignans ex resignatione, quam fecit, trāsferat titulum,& possessionem, ut dicit de eis.in not.23. tamen potest manere in detentione, quam non transfert, ut ibi dicitur, quæ sola sufficit ad se tuendum beneficio istius regulę:quia, ut sæpe dictum est, omnes intrusi, excepto hæretico, in quo reperitur reprobata detentio, iuuātur ista regula, ut concluserunt sæpe Domini, & maximè in casu isto, in quo detentio primi resignātis est tanti momenti, ꝙ si in ea perseuerasset per triennium, præsumeretur retrocessio, ut tenuerunt Domini propter æquitatem, alleg.Lap.89. In casu nostro si primus resignas non fuerat triennalis detentor, sufficit ergo sola asinina occupatio, ut iuuet eum, quo ad exceptionē regulæ, sicut iuuat excommunicatum, homicidam,& alios criminosos,& intrusos, imò expoliatorem non uiolentum, ut dicam in alia q.nec reperio ꝙ in isto primo resignante detentio fuerit improbata a iure, prout tunc de improuiso dicebatur, quia hoc iure non cauetur, imò in hæretico, q est cæteris peccatoribus deterior, quem Domini uoluerunt iuuari regula, non reperitur reprobata detentio, nisi per dictū Geminia. & Alexandrini tenentis hoc, absque aliqua autoritate iuris. sed in hæretico potest decisio tolerari, ex quo habet salrem aliquos doct.egregios ꝓ se: licet sup hoc fuerit multū disceptatū. Sed in casu nostro nullus unq̄ hic dixit, ꝙ sit reprobata detētio.sed ꝓ opi. Dñorū uide q̄ dicā in q.seq.Et interim tenēda est op.j.

QVAESTIO XVII.

QVæro, nūquid annalis possessor renuntians alteri beneficium suū, q post renūtiationē in eius posses. ꝑ annū pacifice remāsit, de ista reg.cōtra impetrantē dictū beneficiū per obitū resig. excipere possit?

SOLVTIO. Iste casus in indiuiduo in Rota propositum fuit per R. D. Siluestrũ Datium 18. Decemb. 1536. in causa Burg. canonicatus de Veruiesca, & tunc inter loquẽdum in partem affirmatiuam inclinabant Domini: quia renuntians continuauit suam possessionem priorem, quam habuerat ante resignationem post renuntiationem, ita ꝙ tempore impetrationis reperitur annalis. Præterea, facit, quia licet istius renuntiantis possessio per renuntiationem amissa fuerit, ut superius in proxima q. dixi est uerum respectu possessionis ciuilis, quæ animo retinetur: secus uerò respectu naturalis, quam per resignationem nõ dimisit, sed illam detinendo continuauit, ut dicit Cald. cons. 4. de renun. & deci. 1. de renun. in no. & propterea illa detentio, ex quo est annalis, debet esse in consideratione. Suadetur hoc, quia qui detinet utiq; possidere uidetur, saltem largo modo, ut dicit Alex. in l. 1. in prin. in 5. col. nu. 8. & §. adipiscimur. nu. 9. ff. de acq. posses. & uidetur gl. in ca. causam. de præscript. Et ideo detẽtori interdicta recuperãdæ detẽtionis cõcedit, ut dicit prædicta decisio, & tradũt Inn. & alii in c. literis. de res. spolia. & Alex. in d. l. 1. in pri. nu. 66. & Inn. in c. super hoc. de renũt. Et secũdũ dictas decisio. ita Rota de anno 1516. coram d. Io. Siaphileo in vna Segobien. Archid. pro N. de Roias. Et iterũ corã R. P. D. Petro Vortio in alia Calagurtana abbatiæ de Logrogno ꝓ Franci. de Sylua cõtra Aluarũ de Gabredo 3. Nouemb. 1531. iudicauit. Si igitur Rota restituit ad talẽ detentionẽ, utique erit talis detẽtio cõsiderabilis, quo ad istã regulã quæ nullũ titulum requirit. Et ꝙ in tali detentione habeat locum ista reg. tenuit nũ per Rota 20. Maii. 1538. corã R. D. Io. Paulo Ptolomæo in vna Hispalen. capellaniæ sanctæ Catharinæ, in qua Domini in hãc partem inclinabant, uidelicet, regulæ esse locum & uerum, quia postea constitit per testes, Antoniũ del Corro, de cuius possessione an[illegible] dubitatur, non percepisse fructus post renuntiationem quam fecerat, & per consequens non detinuisse: & possessio eius ante renuntiationem non sufficiebat ad annum. nisi iungeretur cum detentione facta post renuntiationem, ideo ex isto capite non iuuit illum regula.

Et licet prædicta ita se habeant: nihilominus cõtrarium de iure sustineri posset, uidelicet, ꝙ prædictus detentor, qui renũtiauit beneficio suo, non possit ratione prædictæ anterioris possessionis annalis se tueri ex ista regula, sub prætextu quòd ante renuntiationem fuerat annalis possessor.

Pro quo est diligenter considerandum, ꝙ triplex est detentio. Quædam est iuris, quam tenent possidentes, & vsufructuarii. Alia est facti, ut colonorum, & seruorum, de quibus per Bar. & Alex. in l. 1. ff. de acq. poss. Tertia est meri facti, & bestialis, quæ dicitur asinina, de qua loquuntur Doct. in l. 3. de acq. poss. & est illa, quæ tenetur ex nullo iure, sed de facto, & propria autoritate, qualis est ista de qua loquimur, retenta per illum, qui renuntiauit iuri siue beneficio suo: quia, ut dictum fuit, per renũtiationem huiusmodi, renuntians perdidit ius. & possessionem ciuilem & naturalem, ut latè probant decis. Rotæ in antiq. 67. tit. de renun. quæ incipit, nota ꝙ resignans, &c. Et Ioan. And. Innoc. & Abb. in c. solicite, de restit. spol. & est text. in l. 3. §. in amittenda. & in l. si quis ui. §. differentia. ff. de acq. poss. & ibi not. expresse Alex. Solo enim animo utraq; perditur. ut ibi dicitur. Ergo si adhuc ille, qui renuntiauit, insistit beneficio, dicitur de facto tenere, & ideò fructus non acquirit, sed probata renuntiatione condemnabitur in eis a tempore resignationis, ut tenet Rota decisione 158. incip. licet reus. tit. de renun. in no. Et ratio esse potest, quia iste talis, ex quo non habet titulum, neq; possessionẽ, non habet colorem possidendi, & ideo fit talis condemnatio: secus uerò, ubi haberet possidendi colorem: quia tunc a tempore motæ litis fieret condemnatio, ut declarat Rota decis. 24. tit. de resil. spol. in no. Igitur ista detentio, quę incepit a die resignationis, tali detentori regulæ auxilium non præstat. Nec dicatur, ꝙ illa detentio fomentari uideatur ex possessione præambula, quia hoc esse non potest, pluribus rationibus. Prima, quia iste renuntians ante renuntiationem non detinebat, sed uerè iustè possidebat, & illa possessio per renuntiationem

tiationem fuit extincta, & mortua, & sequens detentio de facto de qua loquimur post renuntiationem incoepit, & ideo nō potest dici possessio conglutinata, nec cū detentione cōtinuata, sed magis de nouo acquisita, ex eo, quia animus continuandi operatur nouam acquisitionem, secundum Bart. Angel. Imo. & Alexand. in l. 3. in prin. ff. de acq pos. quæ cum non sit annalis, nec habeat aliquod alimentum ex possessione anteriori, sed sit multum diuersa ab ea, cum aliud sit possessio, aliud detentio, tu dicitur in l. stipulatio ista §. hęc quoque. ff. de uer. obl. & l. quod seruus. ff. de acquit. poss. cum simi. ut ibi tradunt Mod. ex diuersis non fiet coniunctio. l. Papinianus, ff. de minor. c. in præsentia, de ptob.

Est igitur concludendum, istum detentorem regula non iuuari. Nec obstat ꝙ detentor habet remedium recuperandæ detentionis, si ab ea eiciatur, ut decis. 1. de renun. in no. quia illud est uerum in detentore iuris & facti, qui habet colorem possidendi, ut declarat Alex. & Mod. in d. l. 1. in 16. col. num. 66. de acq. poss. Secus uerò est in detentore asinino, & de facto, qui nullum colorem possidendi retinet, ut colligitur ex l. 1. §. deiicitur. ff. de ui & vi arm. Nam talis etiam de stylo hodierno Rotæ non restituitur, quia restitutio non datur sine colore, iuxta doctrinam Innoc. in c. in literis. de resti. spo. Nam ex quo hic deficit primum extremum, non potest agere spolio, iuxta no. in c. consultationibus, de off. de leg. Nec obstat dictum Innoc. in d. c. super hoc. quia loquitur in prophanis, ut patet ex iuribus allegatis per eum: licet Abb. in d. c. solite, aliter respondeat, distinguendo, ꝙ aut ille qui renuntiat, stetit longo tempore post cessionem in beneficio, & tunc præsumitur iustè possedisse, quia potuit ius de nouo acquirere, & ita procedit d. 1. decisio. quod ueri simile est, ad c. illud, cū materia, de præsumptio, quia alias cum ordinarius eum sine titulo tanto tempore non tolerasset, ut dicit Lap. alleg. 89. & Milis in uer. beneficium impetrans, & Anch. consil. 117. Et tunc si talis detentor expoliaretur, esset restituendus, & eodem modo iuuaretur ista regula: ad quam sufficeret stetisse per annum, quo ad iustificandam detentionem, licet Lapus requirat longius tempus, saltem triennium secundum interpretationem Rotæ, cuius opin. etiam quo ad regulam de triennali, est canonizata in curia. Sed ubi detentor non esset annalis, nec triennalis, sed quadrimestris, ut in casu nostro, ex quo nullum habet colorem iustæ detentionis, non debet iuuari beneficio istius regulæ, nec restitutionis, licet quo ad hoc de restitutione uideatur magis dubium, propter alleg. Lapi 52. lætatus sum in fin. & dictum Abb. in d. c. in literis, decisio. 1. de renunt. in not. quæ contrarium tenent. Tamen contraria opin. hodie practicatur, uidelicet, ꝙ in beneficialibus requiratur colorata possessio, quo ad restitutionem petendam. Et ita hodie seruat Rota, & olim per decisionem septimam, in titulo de probatio. in not. alias secundum numerum 257. & Egid. decisio. 49. cum sequent. & 99. & hoc fuit introductum, ne caretur uitiosus ingressus. capitulo unico, de eo, qui mit. in possess. caus. rei seruan. in 6. & ne ex uitio suo commodum sentiat: iuxta l. quod seruus, ff. quod ui aut clam, & ideo restitutio adminiculum iuris desiderat, ut tradit Bald. in l. unica. C. si de mo. poss. in 2. col. & ideo dictum Innoc. & decisio Rotæ superius in contrarium allegata, isto casu non procedent, cum loquar in prophanis, uel in detentore cum aliquo alio titulo, pręsertim, quia dicta decis. 1. de renun. non se firmat, sed incidenter illud tenet. Nec minus obstat decisio nouissima facta de anno 1516. coram Staphileo, quia illa non loquitur in casu nostro, sed cum spoliatur quis a tertio iniustè, & de facto: & ideo ex colore longæ detentionis potest restitui, & sic facit illa decisio pro ista parte, & pro ista ēt resoluitur consilio Calderini non esse uerum, cum per renuntiationem utraque possessio amittatur, ut superius dictum est, & posito quòd retineret naturalem, ut ipse dicit illa sine colorato titulo non sufficit, per ea, quæ dicta sunt. & tradit Socin. in l. rem, quæ nobis. ff. de acquirend. possess. & sunt casus in dicto capitulo solicite, & cap. accepta, de restitut. spol. qui indistinctè loquuntur quo ad effectum restitutionis. Nam possessio à iure damnata

non iuuat possessorem, nisi sit tãti tempo ris, de quo non est memoria, ut dicit Bal. in l. ius eius. C. de probat. & in l. 2. uersi. quæro nunquid. C. de sentent.

Nec obstat, ꝙ detentor largo modo di citur possessor quia est uerum detentore iusto, ut in colono, usufructuario, & simi libus. secus uero in iniusto, temerario, & de facto, ut in isto de quo loquimur, quia talis non dicitur possessor largo mo do, nec stricto. Et præsupposito, ꝙ huius modi detentio sub possessione comprehẽ deretur, non posset tamen isto casu iuua re detinentem, ex eo, quia licet ante renũ tiationem possidens diceretur detinere, il la detentio iũcta cũ possessione, fuit iusta: ista uero quę post renũtiationẽ tenet, siue fuit possessio, siue detentio, est iniusta, di uersa à prima, & alterius speciei, quo ca su nõ pôt cõtinuari, nec coniungi cũ pos sessione, uel detentione anteriori, quæ iu sta fuit, iuxta gl. in l. 2. §. si sub cõditione. ff. pro empto. & ideo non data cõiunctio ne præcedentis possessionis, ista sola detẽ tio non est sufficiens ad istã regulã. Et pro ista parte faciunt ea quæ dicta fuerunt in præced. q. & quæ dicentur infra q. 58. inc. quid si quis possidet, &c. Tamen licet ista quæ dicta sunt, de rigore iuris sustineri possunt, nihilominus quo ad istam regu. non militant, in qua ex longæua interpre tatione Rotę sufficit sola detentio, etiam asinina & iniusta. Ratio est, quia lex impe trantes certò modo beneficia uiuentium multũ abhorret: ut in c. 2. de concess. pręb. & dixi latius in reg. de impetr. benefi. ui uent. & regula ista non tam iniustam pos sessionem, q̃ improbum impetrantis ani mum improbat: & ideo dictis impetranti bus imponit formam hic contentam ob seruandam. qua obseruata, si bonum ius prosequentur, iniustus detentor condem nabitur, alias in dubio papa possessori fa uere intendit: & ita sæpe Rota tales ad ex ceptionem regulæ admittit, ut refert D. Guliel. hic, & ꝙ ista regula locum etiã ha beat, quando quis subrogatur in ius alte rius tertii, quàm possessoris, tenuit tota Rota in una Hisp. cantoriæ coram R. D. Raynaldo, die 7. Februarii 1539 & dicetur infra alia q. Nec obst. ꝙ nudus detentor expoliatus nõ restituitur: quia est uerum, quando se sine aliquo titulo intrudit: se cus uero ubi titulum habet ab eo qui dare potuit, etiam si fuerit reuocatus, quia tali casu detentio est restituibilis. & ita proce dit decis. 1. de renuntiat. in no. & possunt prædicta omnia concordari.

QVAESTIO LVIII.

QVæro, nunquid ista regula defendat illegitimum possessorem annalem, de cuius clericatu, ordinatione, uel dispen satione non constat?

SOLVTIO. Ista q. in Rota coram R. P. D. Marcello de mense Martio 1534. in vna Placentina decanatus discusa fuit in ter Ioan. Vergazactorem, & Lazarum Al phonsum reum possessorem & opponen tem de ista regula pro parte negatiua, ut delicet, ꝙ illegitimus non defendatur re gula. Adducebatur primò, quia regula de possessore loquens, debet intelligi de habi li, uulg. l. ut gradatim. ff. de mu. & hon. sed illegitimus non est huiusmodi. igitur, &c. Secundò, pro ista parte facit, ꝙ dispositio generaliter loquens de clericis, non habet locum in illegitimo. Hoc probatur: quia canones uolunt, ꝙ quilibet possit clerica tum suum sola reputatione probare, ut de cis. 4. & 14. in tit. de probat. in antiquis. Et tamen illæ decisiones non procedunt in il legitimo, ut tenet Rota: & est ratio, quia in illegitimo est præsumptio contra eum, iuxta ea, quæ not. Rota decis. 13. de prob. in antiq. Et secunda eo. tit. in antiquior. Et sic ad paret, ꝙ dispositio generalis de cleri cis, non habet locum in illegitimis. ergo idem dicendum uidetur in ista regula, ex quo est odiosa & pœnalis. Pro quibus fa cit gl. in clem. 1. in uerbo, liberi. de baptis. quæ uult illegitimos nõ includi in dispo sitione legali, quantum ad commodum.

Præterea, quia illegitimus expoliatus nõ restituitur, ut tradit Abb. in c. constitu tus. de fil. presb. hoc autẽ non procedit, ni si quia in eo improbatur possessio & de tentio, sicut de hęretico, dicit cardin. Alex. in c. quo iure. in 3. col. 8. distin. igitur, &c. Ista sunt, quæ pro ista opi. facere uidetur.

Quib. non obstan. contrarium uidetur

uerius

uerius. In primis non est uerũ, istam reg. restringi se ad habiles, ut in propriis terminis, & in eodem casu Rota iudicauit in regula de triennali, ut ibi latius dicam & hoc manifestius in discursu pluriũ qq. istius regulæ adparebit. Nec obstat, quem in dubio laicum reputari, ut tradit Dec. consil. 125. col. 1. & Ripa in c. 2. in 2. col. de iud. quia hoc est uerum in dubio, sed hic uidemur esse in claro: quia iste Lazarus per plures annos celebrauit in ecclesia præsentibus & patientibus superioribus, qui si talis non esset, nõ eum permisissent ut not. in capitu. ordinar. de offi. ord. lib. 6. & tradit Pet. de Anch. consi. 117. & Lap. alleg. 89. Moder. in capitulo illud. de præsumpt. facit decis. Rotę. 84. incip. nota, ꝙ ubi contra aliquem, &c. in antiquis. & decis. 404. & Bellam. decis. 645. Igitur talis præsumitur clericus. & Doctores loquuntur, quando nullæ præsumptiones militant in contrarium, sicut hic: tali casu recedimus à pręsumptione iuris. Prout in simili casu uoluerunt Domini in præterita audientia huius mensis Iunii 1538. in una causa Placentina legati coram me, uideli cet ꝙ præsumptio §. defuncto. l. miles. ff. de adult. ꝙ quis præsumatur filius mariti in dubio, quando uxor eodem tempore moratur cum marito & amasio, tollitur, quando in contrarium sunt plures præsumptiones, ut ibi. de quo tamen latius in meis notulis scripsi.

Nec obstat bastardũ spoliatũ nõ restitui: quia hoc est falsum. Nã Abb. in d. c. cõstitutus. non dicit hoc, & casus positus ibi per Abb. secundũ regulã procedit, qui nõ adaptat casui nostro: quia ibi agebatur de beneficio possesso per illegitimum, quod patet eius immediate possedetat: & iste defectus tituli erat notorius, ut ibi dicit, quo casu regulariter procedit. ꝙ spoliatus etiam si sit legitimus, debeat repelli, exceptione notoria de non titulo, ut tradit late Corset. in tracta. de rest. spol. in 1. colu. post Abb. in c. cum ecclesia. de caus. poss.

QVAESTIO LIX.

QVæro, quid si quis tempore unius papæ per sex menses, & illo mortuo tpe successoris per alios sex mẽses pacifice beneficium possideat, an poterit iuuari regula ista contra impetrantem?

SOLVTIO. Videtur concludendũ, ꝙ non: quia tempore primi pontificis non possederat, nisi per sex menses, & sic non poterat uti regula: quia mortuo illo primo Pontifice, expirauit regula. Successit alius Pontifex: & tempore istius Põtificis militabat regula pro suo tempore, sed illa non potest trahi retro: quia sicut lex in dubio respicit futura, non autem præterita, nisi de præteritis caueatur, ut in ca. 2. & fin. de constit. Præsertim, quia regula tẽpore eius conditoris tantum uiuit, & non trahitur retro. Et uerum est dicere tempore istius secundi Pontificis, nisi per sex mẽses possedisse: & regula non afficit, nec ligat impetrantem, nisi tempore quo uiuit regula & quo ad hoc, ut illa locum habeat requiritur, & possessio annalis impetrationem non præcedat, quæ in q. proposita non concurrunt igitur hoc casu regula locum non habebit. Nam & ita in facti cõtingentia Io. Baptista de sancto Seuerino, uulgo Cacialupus, quibusdam respondit.

Tamen saluo meliori iudicio, ego putarem contrariam opinionem esse ueriorẽ, uidelicet regulam obstare impetranti non seruanti requisita in ea. Ratio est, quia tẽpore secundi pontificis iste possessor reperitur annalis, & regula istius Pontificis capit ipsum annalem: ergo illum defendere debet, quia regula non requirit aliud, nisi ꝙ tempore impetrationis possessor per annum immediatè pręcedentem possideat, ut hic: & illa cõsideratio Cacialupi est quędam fallacia æquiuocationis, ut de se patet. Videnda sunt tamen quæ ad istam q. latissime scribam in regula, De publicandis resig. quęstio. 6.

QVAESTIO LX.

QVæro, nunquid ista regula procedat in eo, qui resignauit, & reseruauit sibi omnes fructus, in quorum percipiẽdi possessione existit?

SOLVTIO. Ista q. modo de mense Martio 1534. fuit proposita per R. D. D. Marcellũ in vna Placentina Decanatus, in qua conclusum fuit per Dominos, ꝙ si

resignans

resignans fructus cum denominatione, ac stallum in choro, & uocem in capitulo si bi reseruauerat, tali casu regula iuuaret, quia talis æquiparatur titulari: Aut uero resignans non nisi solum fructus reserua uerat, & quia habentur loco pensionis, & regula ista loquitur de titulo, quod impe trarunt: ideo nō habet locū illre text. Et istā quæst. etiam latius attingam in regula de public. resig.

QVAESTIO LXI.

QVæro, an licet mihi impetranti allega re annalem possessionem mei aduer sarii ad excludendum ius tertii, de quo ex cipit contra me dictus aduersarius meus possessor annalis, attento φ prius impu gnaueram eius possessionem annalem sub prætextu simoniæ?

SOLVTIO. Quia q. ista uarios habet sinus, ac propterea ancipitem materiam continet, propterea eam ad utranque par tem disputabo, ut si postea casus cōtingat habeat quisque argumenta, quib. partem suam tueatur, quousque Rota ultimū cal culum sua sententia ponat. In primis igi tur dicendum uidetur, impetrantem hoc casu minime se regula ista tueri posse, ex eo, quia ista regula in fauorem possessoris & non impetrantis edita fuit: ergo posses sori annali competit exceptio eius, non impetrāti, non possessori: alias sequeretur φ odium impetrantis hic consideratum, in eius fauorem conuerteretur, contra l. quod fauore. C. de legi.

Sed ad hoc potest responderi, regulam esse realem, & sic quilibet etiam non pos sessor de ea excipere potest, nec satis con stat regulam in odium cuiuslibet impetrā tis editam fuisse: sed calumniosi & impro bi duntaxat, ut in tex. adparet.

Secundò, φ impetrans regula se tueri nō possit, facit: quia in casu proposito im petrans prius contra possessorem, tanquā intrusum & simoniacum, & ꝑpterea tan quam contra nulliter possidentem ratio ne simoniæ commissæ litem mouerat, & sic eius possessionem impugnauerat: & ideo ex illa possessione contra eundē pos sessorem, & cōtra ius tertii ab eodem pos sessore contra ipsum impetrantem produ ctum iuuare se non poterit, ut in c. ex eo. de regu. iur. lib. 6. & tradit in notabili ca su Abb. in c. diuersis. col. pen. num. 4. uersi. sed tunc remanet. de cler. coniug. Nam in iudicio in præiudicium tertii uariare non licet, ut dicit regula iuris in ca. mutare. de reg. iur. lib. 6. & in l. nemo mutare. ff. eo. ti tu. & declarat Bart. in l. Papinianus. §. sed nec impuberi. ff. de inoff. testamen. & præ sertim hoc in personis ecclesiasticis dete statur, ut in c. 1. de renunciat. cum simili bus. Et sic licet quilibet de possessione an nali alterius contra impetrationem tertii excipere possit, cum regula sit realis: non tamen ille qui possessionē illam reproba uit & impugnauit. Nam uiam quam ele git, & adprobauit, illa sibi patere debet, argu. l. si mulier. ad Velleianū. Sed ad hoc etiam responderi potest, neminem prohi beri uariis exceptionib. uti. capi. nemo. de reg. iur. lib. 6. & quod quis impugnat una uia, potest ex alia adprobare, ut not. Abb. Moderni in c. cum uenerabilis. de excep. & in c. cum inter. de renuntiat.

Quartò, pro d. opi. facit, quia impetrans nec quiuis alius non possessor, non potest de iure tertii excipere ad infringendum gratiam tertii. iuxta not. per Barto. in l. 2. ff. de except. rei iud. & hoc sequitur Rota. Sed ad hoc etiam respondetur, φ impe trans excipiendo de regula non dat de iu re tertii: quia regula est ius publicum uni cuique competens. Ex prædictis igitur ad paret quæstionem istam esse dubitabilem, & ita eam sub dubio relinquo, quia eadē q. pendet modo in Rota super regula de triēnali, & ideo illius decisionē ibi scribā.

QVAESTIO LXII.

QVæro, nunquid exceptio istius regulæ competens cedenti beneficium, com petat cessionario?

SOLVTIO. Videtur prima facie dicē dū, φ non, prout in quadam causa Isclāna coram D. Iacobo Simonetta tentum fuit tpe Leonis, ut ipse idē adnotauit, & memi nit D. Gul. Algatē. in memorialib. decisio nū Rotæ, sub ti. de reg. Cāc. dec. 16. ubi cō cludit. impetratē non teneri causam pro sequi infra annum hic. designatum cum

cessio

cessionario, quando possessori infra illum annum renuntiat. Quod ista ratione probat, quoniam sicut contra mortuum possessorem annalem nō teneretur impetrās causam infra annum terminare, etiam si alius in locum defuncti subrogaretur: ita neque quando possessor annalis renuntiat, quia renuntiatio est mors ciuilis, ut in cap. susceptum. de rescript. lib. 6. & habet eundem effectum, quem naturalis: & ideo utrobique militare debet eadem ratio, iuxta tradita in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & posthu. & istā opin. pluribus aliis rationibus comprobat, quas ibi sub num. 7. eiusdem deci. usque ad fi. prosequitur, quæ ibi uideri possunt. Hinc uidemus, ꝙ text. in clem. fi. de procur. qui loquitur in morte naturali, locum haberet etiam in morte ciuili, uidelicet renuntiatione, secundùm Rotam, decisio. 388. fuit dubitatum. in no. Sequitur Rom. in consi. 374. præsens &c. Et licet contrariū tenuerit Guido in decisionib. Parlamenti quæstio. 547. cum quo cōcord. Stephanus Bertrandi in consil. 250. in 2. uolumi. tamen prædicta decis. Rotæ est uerior, secū dùm quam nouissimè iudicauit Rota in una Oxonen. Archidiaconatus coram me 13. Decemb. 1538. pro Roderico Lopez, contra Alphonsum Enriques, & in pluribus aliis causis, quas breuitatis causa non refero. Et ad prædicta facit, quod dicit Felyn. in cap. licet. col. 2. de offic. deleg. & text. cum glo. in clem. 2. in uersic. mori. ut lit. penden.

Suadetur hoc, quia quantum ad commodum, seu ius beneficii, nihil plus commodi remanet cedenti, quàm morienti. Ergo qua ratione impetrans non tenetur prosequi causam cōtra mortuum uel subrogatum, nec illi contra impetrantem de regula excipere possent, pariter ac eadem ratione, neque ipse cessionario de regula excipere poterit, neque impetrans ad illam seruandam teneri debet.

Præterea, quia regula uidetur habere respectum ad possessorem annalem, non ad beneficium, ut uidelicet impetrans cōtra eum teneatur causam prosequi infra annum, quod adparet ex genere pœnę in fautorem possessoris inductæ: Cessante igitur possessione, morte, uel renuntiatione, cessat dispositio & fauor regulæ. l. adigere. ff. de iure par. cū concord. ut in uulg. cap. cùm cessante.

Postremò, quia secundum stylum Cancellariæ ista regula est personalis, ergo extinguitur cum persona: & ita olim Paulus de Castello, & N. de Herrera, & N. de Parma abbreuiatores illorum excellentes, in quibusdam suis formulariis adnotarunt, fol. 78. Et pro ista opin. facit, quia quādo exceptio oritur propter actionem intentatam, si actio excluditur anno, ita & exceptio: quia tali casu non habet locū illud, quod dicitur in l. licet. C. de except. uidelicet quòd annalia ad agendum, sunt perpetua ad excipiendum, ut declarat notabiliter Abb. & ibi omnes Moder. in cap. si autē. de rescript. & Socin. in l. qui agnitis. col. fi. ff. de except.

Prædictis tamen non obstantibus contraria opin. de facili defendi potest, quam in primis sequuti fuerunt plures excell. uiri temporib. Sixti & Alexand. ut Ioannes Aloisius Tuscanus tunc aduocatus cōsistorialis, & posteà auditor Cameræ, in primo libro consiliorum suorum, folio 43. ubi plura dicit quæ ibi uideri possunt. Et ista etiam opin. quibusdam Dominis senioribus Rotæ placuit ista ratione motis: quia uerba istius regulę in rem prolata uidentur, & sic magis beneficiū, quàm personam concernunt. Ergo ad paret ex hoc, quia exceptio regulę erit realis, & quilibet de ea excipere poterit.

Præterea, quia ut sępe dictum est, ista regula odium impetrantis respicit, & istud odium ita militat post cessionem, sicut post mortem possessoris, dummodo detur certus contradictor, quo deficiente secundum stylum citari debent interesse putantes, iuxta capitulo fin. de electio. li. 6. cum ibi not. & tradit Bal. in authen. si omnes, C. si mi. ab hæ. se ab. Nam hoc iure utimur, quòd mortuo altero ex colitigantibus, processus contra interesse putantes per contradictas decernitur, qui bus citatis, tunc ualidè pronuntiatur, ut tradit Egid. decisio. 156. Nam per cessionem, uel mortem lis non extingui tur in Rota, ut dicit decisio. 10. ut lite pen

pendente.in nouis. Et sic actor impetrans potest sine aliquo impedimento eam prosequi, iuxta clementinam primam, ut lite pendente. Tenetur igitur & cogitur prędictus impetrans in omnem euentum sententiam infra annum prefixum à regula obtinere: quia cùm regula ista sit realis, quilibet etiam centesimus possessor excipere contra impetrantem, & illum sub prætextu non seruatæ regulæ excludere poterit, & absolutoriā ab ipetratiōe ipsius petere, iuxta decisio. 1. de re iud. in nouis. & tradita in l. qui accusare. C. de edendo. & c. fin. de iureiur. Sic ergo prouisus per obitum uel cessionem poterit opponere, sicut poterat eorum antecessor, quanuis iste successor possessionē nō habeat, sed tertius: quia satis illi erit, prædecessorem suum per annum præcedentem pacificè possedisse, quo ad hoc, ut reus conuentus in eodem iure & lite fortè succedens, ab impetrante conuentus, excipere de non iure agentis possit, ut actori saltem perpetuum silētium imponatur, iuxta prædictam decis. 1. de re iu. in nouis. & tradita per Alex. in consi. 100. in fi. & Philip. Fran. in c. 1. de eo, qui mit. in pos. cau. rei ser. lib 6. Rursus accedit, quia uerba illa, ut improbi exquirentium lites reprimantur, &c. posita in procœmio istius regulæ, denotant causam finalem, ut superiùs in 1. quæstio. dictum fuit: quæ quidem causa finalis, & improbitatis præsumptio, quæ contra impetrantem militat, non tollitur per cessionem, uel mortem possessoris. Ergo non est per illam satisfactum regulæ, nisi impetrans effectualiter infra annum causam usque ad sententiam prosequatur, per quā præsumptio regulę contra ipsum militans discutiatur: quæ quidem sententia haberi non potest sine contradictore uero, uel ficto, ut dictum fui. Vbi autem uerus contradictor datur, ut potest esse cessionarius, de quo loquimur, non uideo quare ille de regula excipere non possit, quia tertius se opponens consequitur idem, quod prædecessor, cùm per cessionem subrogatus ad litem & locum cedentis uideatur, & subrogatus sapit naturam illius, in cuius locum subrogatur: argu. eorum, quæ dicit Abb. in capitul. ne pro defectu. in pen. notab. de elect. & quod dicit Ias. in l. possideir. col. 1. nu. 11. de acquir. pos. cum concord. ut scripsi in §. fuerat. in 4. colū. insti. de actio. Hinc dicimus, quod exceptio, quæ repellit accusatorem, repellit ēt iudicē inquirētem, qui in eius locū subrogat, ut tradunt Mod. Medio. in c. 1. in 2. lect. de iudic. Accedit ad hoc, quia huiusmodi exceptio regulæ non solùm continet interesse cessionarii, sed etiam cedentis beneficium propter pensionem, uel regressum, quam sibi fortasse cedendo retinuit: uel quia cedentis interest, quod cessionarius habeat beneficium fortè propter seruitia sibi impensa, iuxta c. relatum. de testa. uel quia anticipauit sibi solutiones pensionum pro subentione cōsanguineorum pauperum uel in expeditionibus bullarum, uel alia necessaria impensa præcedente exposuit, aut etiam: quia sperat illum propter hoc magis sibi ad antidora obligare, uel quia alteri tertio concedi fecit accessum, aut etiam fortè, quia cessio ex causa permutationis facta fuit, quę omnia non sustinerentur, si per renuntiatione possessoris reg. exceptio extingueretur, & nō trāsiret ad cessionariū: & quia pensionis uel regressus reseruatio nō subsisterent, nisi ualida fuisset cessio. Interest igitur possessoris cedentis ac etiā cessionarii, qui agit de damno euitando, si fortè beneficium ex causa permutationis habuit, uel si ex simplici cessione, qui tractat de lucro iam acquisito perdendo, quod in effectu damnum reputatur, iuxta l. liberto octuaginta. ff. de bon. liber. uti beneficio, & exceptione reg. qua si uti non posset, de facili beneficium amittere seu perdere posset, quod sæpe magnis laboribus & impensis acquisiuit. Quæ quidem considerationes, quādo coram papa renūtiatio fit, licitæ sunt, ut tradit Fel. in c. ad audientiam, uersic. 3. conclusio, de resc. & tenet clare Ang. in summa in uer. simonia el 3. in uer. fin.

Et per hoc respondetur ad motiuum contrariæ partim, dum dicebatur, quod nihil plus commodi manet cedenti, quam morienti, quia est falsum, per supra dicta, imò ista ratio retorquetur, quia per mortem possessoris non expirat beneficium regu

le,quod est reale,& transit ad quoscúque ut,diximus in q.proxima. Ergo eodẽ modo,neque per renuntiationem possess. cessabit,cum reg. sit inducta in odium impetrantis. Nec etiam obstat, ꝙ reg. ista uidetur habere respectũ ad possessorem, quo ad hoc,ut contra illum impetrans habere sententiam teneatur:quia non est uerum cum ista reg.non obliget impetrãtem sententiam contrã possessorem obtinere, sed iste textus tantum dicit, ꝙ impetrans causam usque ad sententiam diffinitiuam ꝓsequi teneatur, & sic respicit solum beneficium, quod fuit possessum per annum, ut patet ibi: Quicunque beneficium per annum possessum impetrauerit,&c. Et sic regul.impersonaliter loquitur: unde licet reus deficiat morte,uel renuntiatione:iuxta l.properandum.§.fin autem reus. C. de iudic.certe defectus rei non debet actorẽ non prosequentem excusare prẹsertim cũ reg.utilitatem publicam concernat, & secundario commodum priuatum,id est,ipsius possessoris,unde licet ratione pœnæ si bi acquirendæ. Nam si possessor mortuus naturaliter non fuisset,beneficio renuntiaret:nihilominus impetrans ad pœnam cõtentam in reg.illi teneretur, hoc est ad dãna,interesse,& impensas, quæ possessionẽ suam contigissent.arg. glo.in ca.præsenti. de offi.ord. lib.6 & ca.cæterum. de dona. Et ad istum effectum persona possessoris bene hic consideratur. Concludo igitur ꝙ mortuo possessore, impetrans alias partes reg.quẹ rem ipsa possessam concernunt,id est,ipsum beneficium, seruare tenetur,hoc est causam contra superstitem usque ad sententiam prosequi: quæ si impetrans nõ seruauerit punietur. Defectus igitur rei non prosequentis litem actorẽ non excusat, ut in l. properandum. §. fin autem. C. de iudic. ut patet de pœna 40. florenor.cameræ apostolicẹ applicãdorũ, & de aliis hic contentis,uidelicet de nullitate gratię,&c.quæ pœnæ cum sint publicæ,à quolibet peti poterunt,iuxta l. i. & 2.ff.de pop.act.Nã dictæ pœnæ,quæ commodum publicum respiciũt, per mortem possessoris nõ cessant: quæ ne deceætero quis beneficia uiuentium possessor certo modo impetret, inductæ uideatur, quæ quidem impetrantis improbitas,uel iusta impetratio per sententiam discutietur,& ideo necessaria uidetur: & hoc innuunt illa uerba hic posita, uidelicet, Specificã & determinatam causam, ex qua clare cõstare poterit, &c. Alias si non cogeretur prosequi causam, de facili posset dispositio istius reg.deludi, & impetrans cõmmodũ ex improbitate sua consequi, subrogãdo se per mortem possessoris collitigantis, uel cum spoliari procurando. quod dicendum non est.

Vltimo,pro ista parte facit,quia in ista reg.inducitur geminata forma,quæ impetranti implenda proponitur cui minime satisfactum uidetur, ex eo, quia possessor cedat,uel decedat.l.2.& l.multum. & l.in cuius & l.quibus.§.Termilius. ff. de cõdi. & dem.Præsertim,quia hæc obseruare,cõmodum publicum respiciat: ideo factum priuati cedẽtis causæ publicæ (quæ debet magis attendi)officere non debet, ut not. in l.1.ff.ad Tertul.iuxta tradita per Bar.in l.Agraria.de term.amot.& l.3.de sep.uiol. l.iubemus.§.his iudicib.C. de sacros. eccl. & l.mulctarum.C.de modo mulct. alias se quereretur, ꝙ possessor posset huic reg. renuntiare,quod est falsum, propter formã introductam:iuxta gl. in c. 1.& in c.dispẽdia.& in c.statutum.de rescrip.lib.6.&est etiam,gl.in uer.clausula.in cap.dilecto.de præbend.Non obstant ea, quæ ibi dicebãtur ex dictis Abb.in d.c. si autẽ. Concludẽdum est igitur per cessionem reg.exceptionẽ,quæ cedenti cõpetebat, non extingui: & in ista opinione multi antiqui Doct. fuerunt in quadam causa.Burgen.Abb.de Villalbura,& in alia Leodien.parochialis, licet Moderni uariauerint,ut supius dixi.

Et ista omnia procedere uidentur etiã in casu contrario,uidelicet, quando impetrans ante lapsum sex mẽsium, infra quos possessorẽ ad iudiciũ euocare debebat, cedat:quia tali casu cessionarius tenetur seruare regulam,ex quo ius primi impetrantis transit cũ lepra sua. Tamen, ut dixi,in utroq; casu cõrrariũ tenuit Rota,ut refert d.Guliel.in d.decis. Sed ut istæ opi. cõcordentur,est considerãdum, ꝙ aut possessor annalis infra annum datum impetrãti ad prosequendũ causam usq; ad sententiã cedat;

dat:& isto casu quia adhuc impetrans de tectus non fuit, improbus tali casu liberaſ a tali prosecutione facienda contra cessionarium, & procedat decisio Rotæ. Et eodem modo dicendum erit in cessionario ipsius impetrantis: quia si impetrans infra sex menses sibi ad citandum possessorem annalem concessos cedat, cessionarius non tenetur reg. obseruare: quia tunc non potest aliquid impetranti imputari, cum infra tempora experiendi adhuc fuerit, arg. c. commissa. de elect. lib. 6. Secus uerò, quando iam impetrans incidit in regulã Nam tali casu, ne ex sua malitia reportet commodũ, & uia fraudibus præcludatur erit dicendum exceptionem regulæ hoc casu cessionario possessoris competere cõtra impetrantem, uel cessionarium eius, qui quidem cessionarius hoc casu subiicietur regulæ per prædicta motiua contraria. & ita opi. concordari poterunt. Reliqua, quæ circa istam q. desiderari poterũt ex his quæ in simili q. in regula de triennali dicam, mutuari possunt.

QVAESTIO LXIII.

QVæro, an exceptio regulæ de annali, competens prædecessori meo mortuo contra impetrantem transeat ad me successorem in dicto beneficio?

SOLVTIO. Rota semper tenuit, ꝙ huiusmodi exceptio ad successorem possidẽtis transeat. Vnde si aliquis impetrauerit beneficium à me per annum pacifice possessum, & post meum obitum beneficium alteri cõfertur, tenetur impetrans causam contra istum successorem infra annum terminare, & ea omnia, quæ in ista reg. seruate continentur: ꝙ si non seruauerit, successor beneficio exceptionis regulæ aduersus impetrantem uti possit.

Aduertendum tamen est, ꝙ circa hoc Cancellaria olim tenuit contrarium, cum qua aliqui antiqui Doctores tenuerunt & cum hac opin. uidetur transire Rota, ut refert d. Guliel. in hoc titu. decis. 16. Pro quibus hoc fundamentum satis concludens adduci potest, quia ex quo in beneficialibus non datur successio, ille cui per mortem meam prouidetur, dici non potest beneficium ex titulo prędecessoris consequi cum titulus per obitum extinctus fuit, sed uenit ex nouo titulo à papa nunc creator ut dicit glos. in uerbi. uacantium. in extra uag. suscepti. ne sede uacan. tenet Io. And. in c. ex parte. de arbi. & in c. 2. ut lit. pend. lib. 6. & alibi sæpe, ut tradit Milis in repertorio suo in uerb. successor. Iste igitur successor ratione iuris sui, nec possessionis suæ, quæ annalis non est, non poterit impetrantem repellere, nec etiam uirtute dictæ possessionis annalis prædecessoris sui impetrantem repellere: quia illa morte extincta fuit, & est alia ab ista, & possessio non transit, nisi ad eam subrogetur: ut dicit Rota dec. 68. in no. Cum alia sit possessio unius, alia alterius: & duo eadem possessione uti non possunt, ut tradunt omnes in l. 1. & l. 3. §. genera. ff. de acquir. pos. Patet igitur, ꝙ iste successor nullo iure regula de annali adiuuari poterit.

Tamen istis non obstan. Rotæ opi. prænaluit, quę semper tenuit, successorẽ iuuari exceptione regulæ de annali orta ex possessione annali prædecessoris. Et hoc ideo, quia regula ista est realis, concernens beneficium ipsum, & non personam, ut patet in illis uerbis ibi, Quicũq; beneficiũ ecclesiasticum tunc per annum immediatè pacificum possessum impetrauerit, &c. Ad illum igitur, ad quem beneficium trãsit, cum qualitate & exceptione sua transfertur, iuxta ea quæ Petr. de Anch. dicit in consil. 404. col. fin. quia tali casu successor & antecessor eadem persona reputantur ut in c. dilecti. de foro competen. cum cõcor. ut scribit Paunus in tract. de offic. & pote. cap. sede uacan. in 5. & 6. q. 1. partis. Exceptio, igitur, quæ competebat prædecessori, transit in successorem. l. exceptio. de except. rei iud. cum conco. ut per Ant. de But. in c. quia gu. in 4. col. uersic. uenio ad secundum. de iud. & tenet Bar. in l. si tertius §. si prius. ff. de aqua plu. arcen. quia successor reassumit causam prædecessoris in eodem statu, in quo erat ut dicit Rota decisio. 1. ut lite penden. in antiq. & Fel. in d. cap. quia gu. in fine.

Præterea, quia prædicta impetratio facta cõtra prædecessorem annalẽ ab initio odio impetrãtis infecta fuit decreto istius regulæ, iuxta l. non dubium. C. de legib. Et ista infectio, seu odiũ nõ tollit, ꝓpterea ꝙ mortuus

tuus fuerit prædecessor: quia odiũ semel causatum adhuc durat, iuxta ea, quæ dicit Bal. in l. in ipsius. C. famil. ercifcund. & In no. in capitulo cùm oportet. de accusa. & quæ tradit Anchatan. consilio 247. in causa agitata. & Bart. in l. non solùm. § si mandato. uersic. quid si mandaui. ff. de iniuriis. & Bal. in authen. si dicatur. C. de testi. Nam semel affectum, semper manet affectum: ut dicit alibi Rota, quia lex semper loquitur, uulg. l. Arriani. C. de hæret.

Et tenendo istam opinionem, non obstant quę in contrarium allegata fuerunt: quia illa non procedunt, quãdo exceptio cõcernit rem, siue beneficium ipsum: quia tali casu non consideratur exceptio regulæ, ratione personæ prædecessoris, sed ex re, ex qua exceptio orta fuit. Et ita sæpe Rota tenuit, ut in regula de triennali dicam. & faciunt ea quæ dicta sunt quæstione proxima. Tamen omnes istæ cõtrariæ opin. concordari possunt, secundũ ea, quę in fin. præceden. quæst. dixi.

QVAESTIO LXIIII.

QVæro, an ista regula defendat expoliatorem, postcà possessorem annalem effectum?

SOLVTIO. Distinguendum est de spoliatore. Nam aut fuit uiolentus, & de isto latiùs in regula de triennali dicetur, ubi proprius casus cõtingit. Aut uerò spoliator uiolentus non est, & puro eum regula tueri: imò putarem etiam uiolentũ regula ista defendi, cùm posset ab alio, & alio impetrantibus regulam seruantibus molestari, & in iudicium trahi, adeò ꝙ nõ reportaret ex malitia sua commodum.

In contrarium tamen facit, quia uiolẽtus possessor à lege improbus iudicatur, cuius possessio à iure dãnatur. l. improba. C. de acquir. possess. Et illa nõ debet huiusmodi possessorem tueri, ut dicit And. de Isernia in titulo, quæ siut regalia. uer. extraordinaria. cum concor. ut tradunt quidam Moder. Neapolitani in quibusdam notis, siue consiliis nouiter editis, conf. 12. col. fina. Nec est uerisimile papam de tali possessore hic intellexisse, & quòd uelit homines pœna dignos, fauoribus prose qui, contra l. congruit. ff. de offic. præsi. & c. irrefragabili §. excessus de offic. ordin. Intelligenda est igitur regula de possessio ne non damnata. qualis est illa, de qua in d. c. eum, qui. Et ita concludendum uidetur.

Sed circa spoliatorem non uiolentum alia ratio concurrit: quia ex quo regula defendit merum detẽtorẽ, & intrusum defendet & istum, in quo uidetur eadem ferè ratio. Et ita secundùm istam opin. hodie quæ numeratus 11. Maii 1535. Rota in una Pamphilonẽ. Priotatus Sancti Crucifixi, coram reuerend. d. Io. Mohedano in fauorem cuiusdam Petri de Bexan. contra Io. de Balanza iudicauit. Ratio fuit, ꝗa non uiolentus spoliator potest possidere, & eius possessio, aut detentio non improbatur à iure, sicut est in uiolẽto, cõtra quẽ omnia iura clamant.

QVAESTIO XLV.

QVæro, nunquid isti regulę quo ad primam partem per impetrantem satisfactũ sit, propterea ꝙ impetrans citatus fuit à possessore infra sex menses?

SOLVTIO. Ista q. modò uentilatur in Rota coram d. Nicolao Aragona inter Sebastianum Ponze, & Franc. Solis episcopum Balneoregien. super Scholastria Hispalen. & adhuc nihil est decisum, & ideo pro utraque parte motiua scribã, & interim expectabimus decisionis euentum.

Pro parte igitur negatiua, quòd non sit satisfactum regulæ, facit, quia ista regula in odium impetrantium molestantium possessores edita fuit. Ergo illis implemẽtum reglæ incumbit. l. 2. cum uulg. ff. de condit. & demonstra. Et quia, ut superiùs dictum est in alia q. quando in constitutione tempus ad aliquid faciendum ad ponitur, tunc inducta uidetur forma & in formalib. non põt qs factũ per aliũ adimplere, sed ipsemet, cui posita est lex, & data forma, hoc facere tenetur, ut tradunt Moderni in ca. quorundam. 23. distinct. & pater in l. 2. C. de senten. ex peric. recitã. ubi senrentia, quę debet legi per iudicẽ, non potest legi per notarium. Simile uidemus in decreto super alienatione rei minoris, quod non potest per procuratorẽ impetrari. quia est data forma in l. in minorum. ubi not. glo. & Bal. C. de pręd. min.

cum

cùm concor. de quibus per Ias. in l. 1. §. itē acquirimus. in 3. col. uersic. 3. ff. de acquir. possessio. Sic igitur in proposito est dicendum, quod ex quo iste modus satisfaciendi regulæ, est impositus impetranti propter odium impetrationis, quòd ipse tenetur satisfacere regulæ, neq; sufficit, ꝙ possessor priùs illum traxerit in iudiciū.

Secundò pro ista parte facit ratio, quia per istam regul. plura imponuntur impetranti, quæ nō possunt impleri per possessorem. Nam reg. ista uult, quòd impetrās in sua impetratione exprimat nomen, gradum, & qualitatem possessoris, & quot annis ille possederit, &c. Ista enim concernunt impetrationem, & gratiam molestātis, quæ nō implētur, nec seruantur, ex eo ꝙ possessor impetrantem ad iudicium uocaret: quia in tali uocatione ista non exprimuntur, tanquam ibi impertinentia. Dato igitur ꝙ forma hic inducta, per aliū impleri posset, respectu citationis infra semestrem faciendæ, non tamen alia requisita impleri possent, cùm ad reū possessorem non pertineant, sed concernant gratiam impetrantis: unde nisi feruetur contextus uerborum istius regulæ ad unguē, non dicit satisfactum formę, ut dicit Bal. in l. 1. ff. de libe. & posthu. per l. cùm hi. §. si prætor. ff. de transact. facit bonus text. in c. 1. de baptis.

Sed pro parte contraria facit, quia nihil interest quid ex æquipollentibus fiat. l. si mater. C. de instit. & subst. Et ista reg. habet locum etiam in formalib. ut patet in l. in conditionib. §. si patronus. ff. de cō di. & demon. & in cle. causam. de elec. tradit Soci. in l. 4. in prin. ff. de cond. & demon.

Cùm igitur per citationem possessoris habeatur effectus, ad quem inducta fuit ista regula, non curatur de modo. d. cle. causam. & tradunt Doct. in c. fin. de elect. lib. 6. & in l. de unoquoque. ff. de re iudica. & in l. 1. §. si stipulāti. ff. de uerb. oblig. ubi Lancellotus Galiaula notabiliter loquitur.

Prætereà, quia in correlatiuis etiam si alteri eorum sit data forma, alter tamen illud idem faciendo satisfacit formæ, decisa est Dominorum 6. & 7. de appell. in nouis. ubi licet pro forma sit datum appellāti, quòd causam appellationis infra 10. dies committat: tamen si appellatus illā committit, est satisfactum dispositioni. Nam, ut ibi dicitur, diligentia appellati prodest appellanti. Et ita hodie, quæ numeratur 12. Octob. 1533. fuit pro ista parte affirmatiua conclusum in Rota per omnes Dominos unanimiter in prædicta causa Hispalen.: quod nota. & ad motiua superiùs facta patet responsio ex his, quæ Doct. tradunt in locis superiùs allegatis, quæ breuitatis causa non refero.

Adde, quòd istam partem tenuit iterū Rota, die 20. Iunii 1539. in una Conchen. beneficii sancti Michaelis coram D. Io. Paulo. In qua quidem Franciscus de Mendoza impetrauit beneficium possessum ꝑ annum, per quendam Io. de Morillas non facta mentione istius regulæ. Tamen ipse Ioan. Morillas commisit causam cōtra d. Franciscum, qua pendente, fuit lata sententia canonizatoria in fauorem dicti Francisci, quę fuit in secunda instantia cōfirmata, in tertia uerò instantia Io. de Morillas excepit de ista regula, & nitebatur annullare illas duas sententias retro latas, propter uerba regulæ, ibi: Alioquin impetratio prædicta, & quæcunque inde secuta, nullius existant firmitatis, &c. quæ uerba uidentur annullare sententias ex defectu iurisdictionis, ex quo Franciscus non commiserat causam infra sex menses, ut dicta regula.

Breuiter, Rota conclusit sententias nō esse nullas ex defectu iurisdictionis, quia licet Franciscus non fecerit diligentiam committendi causam infra sex menses, tamen Io. Morillas aduersarius illud fecit, & sic diligentia aduersarii prodest colliti ganti. Itaque bona fuit iurisdictio, licet sententia sit iniqua ex defectu iuris. quod ius annullatur per reg. argu. l. 1. §. item cū contra. ff. quando appell. sit. Nam nota est doctrina Abb. & Doct. in cap. quoniā contra. de probat. quòd sententia ex defectu iuris partium, non dicitur nulla, sed iniqua, & ideo transire potest in rem iudicatam. Bona igitur hic fuit iurisdictio: quia una pars potest supplere, quo ad iurisdictionalia, quod alia facere tenebatur

ut not.in l.fi.ff.de offic.præfect.urbis.& in l.si mandauero.§.si hi.ff.mandati. cum cō cor.quæ tradit gl.magna ante fi. in l. 2.ff. de admi.rer.ad ciui.pert.faciunt quæ not. Barto.in l.Aristo.in fi.ff.quæ res pign.obliga.poss. Nec inconuenit, ꝙ una persona inhabilitata cōsequatur per alium, quod per se non potest:ut patet in cap. per tuas de arbit.cum conc.ut scribit Fel.in c.i.in 4. colum.de præscript.

QUÆSTIO. LXVI.

QVæro, nunquid sit satisfactum isti regulæ in 2.& 3.parte eius si impetrās infra sex menses causam cōmiserit super possessorio,& possessorem citari fecit, & infra annum sententiam obtinuit, an uero requiratur sententia super petitorio?

SOLUTIO. Ista q. fuit posita in Rota de mense Octobris 1533.& decisa anno sequenti per dominum Nicolaum Aragona in eadem causa Hispalen. Scholastriæ, & fuit conclusum, quod regula ista concernat petitorium & sic quod non sufficiat sententia infra annum habere super possessorio. Pro qua parte ultra plura alia adducta per me, & alios Dominos, ponderabantur uerba istius regulæ. Primò ibi, dum dicit: Beneficium impetrauerit,&c. Nam clarū est, ꝙ ista uerba, quæ impetrationem concernunt, petitoriū & proprietatem denotāt: quia possessio certo modo non impetratur. Secundò ibi, dum dicit, ꝙ impetrans in impetratione sua debet exprimere specificam & determinatam causam, ex qua clare constare poterit nullum ipsi possessori in dicto beneficio ius cōpetere, &c. Ista etiam uerba (quæ fundamentum intentionis agentis concernunt, & super quibus lis exordiri debet) petitorium denotant. Nam quādo tractatur de sola possessione, non quęritur an ius competat, uel non, ut not. in c.in literis.cum seq.de restit.spol. Tertiò ponderantur illa uerba, ibi, Causamq́. extunc desuper.quę uerba connectuntur prioribus. ratione dictionis extunc, quæ extremum coniungit, & respicit tempus impetrationis, ut in cap.si tempore.de rescrip.lib. 6.& petitorium respicit. quod clarius indicat illa dictio, Desuper, quæ de sui natura petitorium magis, quam possessoriū cō cernit, ut patet in l.codicillis.§.institutio. cum uulg.ff.de leg.2.

Cum igitur ista tria sunt in text. connexa,& ab impetratione dependentia quæ circa ipsum beneficium uertitur, est dicendum, regulam non habere locum, quādo possessorio agitur:& ideo diligētia impetrantis circa possessorium, uidelicet in trahendo possessorem infra sex menses ad iudicium,& causam usque ad sententiam prosequendo, non eum ab exceptione regulæ liberat, quę prædictas omnes diligētias & solemnitates in petitorio obseruare requirit. Et ad istum effectum fuit alias in Rota pōderata ista regula in illa dictione, Desuper, in una Cæsaraugustan. Archipresbyteratus coram Domino Camillo contra N. Villauerde. Et ita secundum dictam decisionem in dicta causa Hispalen. facta nouissimè in una Giennen. Prioratus de Villanoua tenuit Rota de hoc mēse Decembris 1539.coram R. D. Ioa. Mohedano.

2 Et ista omnia putarem esse uera in mero & simplici possessorio, in quo prædictæ decisiones loquuntur. Secus tamen in possessorio, quod petitorii causam habet annexam, ut est possessorium adipiscendæ: quia in tali casu putarem satis factum esse reg.si impetrans in tali iudicio requisita reg.seruaret, non intentando aliter merū petitorium. Ratio est, quia de tali possessorio iudicamus ferè idem quod de petitorio, ut in exemplo, de quo per do. Ant.in c.fi.de iudi.& in c.literas.de iur. cal. Hinc est, ꝙ libellus super tali possessorio trahit ad se proprietatem, ut tradit Ias.in l.uinū in 8.col.ff.si cer.pet.& pro tali possessorio aliqñ rei uendicatio competit. l.officium. ff.de rei uen.& no.glo.In c.examinata.de iud.quia talis possessio reputatur res ipsa, iuxta glo.fi.in l.fin.ff.ususfru. quemad.caue. Et in tali possessione possunt uerificari ea, quæ dicit Decius in c.causam.in 2.& 3.col.de iud.uidelicet, ꝙ causa possessionis est ardua,& ea quę tradit Rota decis. 9 tit.de cau.posses.in no.

QUÆSTIO LXVII.

QVæro, an sex menses ad citandum, de quibus loquitur ista regula, computentur à die datę impetrationis, an

uerò a die expeditionis bullarum, uel cõmissionis causæ, uel citationis decretæ, uel executæ?

SOLVTIO. Glossator hic dicit, quòd isti menses currant a data impetrationis, non expeditionis bullarum, uel commissionis ponderando dictionem, tunc, quæ denotat extremitatem, iuxta gl. in clem. 2. de hæret. cum conc. ut hic per eum.

Aduerte, quia dictio, Extunc, non adponitur termino sex mensium, sed termino anni, infra quem causa debet terminari, ut patet ex litera. Et dictio Alia, tunc apponitur possessioni immediate præcedenti, & non termino sex mensium.

Sed pro opinio. Glossatoris, uidelicet ꝙ sex menses incipiant a tempore impetrationis, ultra gl. in clem. fi. de resc. quæ uidetur facere ad propositum, pondero istam regulam, quæ requirit plures qualitates copulatiue concurrere tempore impetrationis faciendæ. Primò, quòd nomen, gradum, &c. exprimat. Secundò, quot annos possedit. Tertiò, specificam causam, ex qua constare possit nullum ius possessori competere. Quartò, ꝙ infra sex menses ad iudicium uocent. Istæ qualitates ponuntur copulatiuè, & immediatè post impetrationem. Ergo per hoc datur intelligi, ꝙ ab illo tempore incipiant. Nam qualitas adiũcta uerbo, debet adesse tempore uerbi. c. licet canon. de elect. lib. 6. cum uulg. Si adesse debet tempore impetrationis, ergo ab illo initium capient illi sex menses.

Tamen istis non obstan. contrarium potest attentari, ꝓsupponendo prius, ꝙ in q. præsenti considerantur quatuor extrema, licet Glossator tantum duo considerauerit, a quibus sex menses præfati possent initium capere, uidelicet extremum impetrationis, expeditionis bullarum, & ista duo tempora, siue extrema tantum considerauit glossator. Tertium est tempus commissionis. Quartum est tempus citationis decretæ uel executę. Item aduertendum unũ aliud, ꝙ ista regula est odiosa, & contra ius commune multis rationib. ut dicam in q. seq. Et inter alias rationes est una, quia ꝑ istam regulam quis compellitur inuitus a[illegible]ere contra rub. & nigrum. C. ut nemo inuitus. Et quia gratia, quæ de sui natura debet esse perpetua, fit temporalis, tunc sic quando aliqua constitutio est, contra ius commune interpretanda est, ut quoad fieri possit, minus aduersetur iuri communi c. causam, quæ. de resc. c. super eo. de offic. deleg. Sed certum est, ꝙ si isti menses numerantur a tempore commissionis, uel citationis, minus aduersatur iuri cõmuni ex eo, quia minus arctatur impetrans agere, cum interim habeat tempus lõgius ad deliberandum, an uelit experiri in iudicio uel non: & sic illo tempore non cogetur, & distantia temporis induceret forsitan sanius litigandi consilium. Nam opiniones hominum ex tempore facilius mutantur, uulg. c. non debet, de consang. & affin. & multa impetrantur, quæ non prosequũtur, arg. l. Titia, de uer. obl. Quod non esset si sex menses currerent a die impetrationis. Nam metu pœnæ cogeretur agere cõtra ius commune, & non agendo perderet gratiam, quæ secundum ius deberet esse mansura & perpetua, iuxta c. decet concessum, de reg. iur. lib. 6. & c. 1. de capel. mo. eo. lib.

Præterea capienda est illa interpretatio per quam minus quis lædatur, quia in pœnis, quod minimum est, sequimur, ut dicit regula iuris, maximè quando actus nemini nocet, & mihi prodest, iuxta l. 2. cum ibi not. ff. sol. ma. Sed in casu isto ista impetratio nemini nocet: quia per eam non efficitur beneficium litigiosum. Item, quando magis impetrans differt causam committere, est sibi magis damnosum, quia possessor interim gaudet fructibus, & de annali possessore posset fieri triennalis, quæ excludit totaliter impetrantem. Itaque cum magis ex dilatione citandi possessorem recipiat damnum impetrans, quam commodum, non debet arctari, ut infra sex menses a data impetrationis citet possessorẽ: nam isto modo interpretando minus læditur ius commune, & magis adhęremus ei, ut fieri debet, iuxta c. cum dilectum, de cõsuet. & d. c. causam, quæ. Sed incipiendo numerare illos sex menses a die commissionis, uel citationis, non sequuntur tot absurditates, ex eo, quia tunc constat de deliberata mente impetrantis uolentis experiri

riri potius ex uoluntate & arbitrio suo, cũ non cogebatur, quàm coactus, ergo uiam quam elegit, ipsa pateat sibi, iuxta l. si mulier, ad Velleia. Et ꝙ tali casu incipiant illi sex menses a die commissionis, est fauor possessoris, ne diu habeat beneficium litigiosum, quod multa incommoda affert, ut toto titulo de litigiosis. Item, quia per talem præscriptionem temporis lites incęptæ abbreuiantur, & habent exitum. Sic igitur, omnibus consideratis, dicendum est, illos sex menses numerãdos esse a tempore commissionis.

Præterea, pro ista opin. faciunt ea, quæ tradit Bart. & communiter Doct. in l. si cui legetur, de leg. 1. ubi quærunt, ponamus, ꝙ uendo tibi rem cum termino unius anni ad soluendum pretium, dubitant ibi Barr. & alii, a quo tempore curret ille annus, an a tempore contractus, an uerò traditionis? & concludunt, ꝙ a tempore traditionis, per tex. singularem, in l. tali, ff. de iure dot. licet ibi Ias. in 3. col. alleg. concordantem in l. si ita quis permiserit, in princ. ff. de uerb. oblig. Et inter plures rationes, pro illa decis. adducitur ibi una per Iason. quæ quadrat in proposito, uidelicet, quòd quando terminus assignatus est respectiuus certæ causæ, requiritur ꝙ illa causa prius existat, a qua debeat currere. d. l. tali. Sed in casu nostro iste terminus sex mensiũ, infra quẽ teneẽ impetrans possessorem ad iudiciũ euocari facere, est relatiuus ad commissionẽ iudicis, tanquã ad causam agentẽ, sine qua citatio emanare non posset: igitur ab illa debet ille terminus initiũ capere. Non obstant allegata in contrariũ: quia si recte considerentur, nihil faciunt: q̃a, ut dixi, dictio Tunc, nõ percurrit ad sex mẽses, ut uoluit gl. nec gl. cle. si. põt ad hoc adaptari. Nec minus illud facit, ꝙ qualitas adiecta uerbo, &c. quia qualitas sex mensium non est adiecta impetrationi, sed potius commissionis, a qua dependet. Sed quicquid sit, prima opinio. Glossatoris, seruatur hodie in Rota, & in curia, & ideo tenenda est, per rationes superius factas.

Omissis tamen ambagibus tota ista. difficultas per regulam Eugenii decidi uidetur, cuius tenorem superius in procœ. istius regulæ posui, per quam ista moderna regula intelligi & declarari debet, arg. l. non est nouum. ff. de legi.

Qvaestio LXVIII.

Qværo, an annus ad terminandam causam per impetrantem contra possessorem annalem, de quo loquitur iste tex. currat impetranti a die impetrationis, an commissionis, uel citationis executæ?

Solvtio. Glossator hic tangit quæstionem, & concludit, ꝙ currat a die citationis executæ. Mouetur ista ratione, quia ubicunque a lege datur duplex terminus simul actori & reo ad aliquid agendum, debet intelligi lapso primo termino, iuxta not. per Bald. in l. contra maiores. C. de inoffic. test. Sed in q. proposita datur duplex terminus, per istam regulam. Primus, sex mensium ad citandum possessorem. Secundus, est annus ad prosequendũ ergo iste annus non curret, nisi a lapso primo, iuxta doctrinam præallegatam.

Addo ultra Glossatorem pro isto dicto suo tex. in l. 1. §. sed sciendum, & §. largius. ff. de succes. edict. & in l. si. §. sinautem dubius. C. de iure delib. & c. cupientes. §. cæterum, de elect. lib. 6. Et subdit Glossator se credere Rotam sic intelligere istam reg.

Quid dicendum? Mihi uidetur, omissis ambagibus, ꝙ ista opin. Glossatoris sit sanior, & uera, quam ultra ipsum pluribus rationibus comprobo.

Primò, quia clarum est, ꝙ non prius de iure currit alicui præscriptio super aliquo iure, quàm prius constet illud ius fuisse in esse productum. l. cum notissimi. C. de præscrip. 30. uel 40. ann. Sed istud ius impetrãtis, a quo excluditur per lapsum anni in esse produci non potest ante iudicium, quod incipit a citatione, ut in §. si. inst. de pœna te. litig. & not. Host. & Io. And. in c. quoniam, in uer. citationem, de prob. & gl. 2. in cle. 1. de iud. Ergo quo ad hoc, ut excludatur per lapsum anni, requiritur citatio præambula, ut ab illo tempore currat annus.

Præterea instantia, seu facultas prosequendi ius meum, non est præfinita de iure canonico aliqua temporis meta, ut est tex. in c. si. de iud. Regula uerò ista præfinit

nit facultatem agendi per annum. Ergo il le annus non prius cœpisse uidetur, quàm sit cœptum iudicium, de cuius prosequendi facultate tollenda agitur. l. si seruus hæreditarius. ff. de stip. ser. & l. tali stipulatione facta. ff. de iure dot. & l. si in diem, in principio ff. de cond. & dem.

Præterea, quia clarum est, ꝙ iste annus ad finiendam causam hic præfixus, per istā dispositionem nouam uidetur loco instātiæ subrogari. Et licet hic de tempore quādo incipere debeat, nihil dicatur: tamen hoc facilè intelligere possumus ex theorica omnium Doctorum, ubique tradita, q uolunt, ꝙ quando in lege noua de aliquo dubitatur, illud declarationem recipit a lege antiqua, ut not. Bar. in l. sciendum. ff. q sat. cog. & iu l. sed & posterioris. ff. de leg. Sed in lege antiqua communi non reperitur, ꝙ instantia incipiat ante citationem, sed incipit post citationem, ut in l. properandum, in princ. C. de iudic. c. cum sit Ro. de app. & in c. ei qui appellat. 2. q. 6. & in auth. ei qui. C. de temp. app. Ergo ista reg. in dubio debet interpretationem a iure communi recipere, quia inquantum fieri potest, statuta debent interpretari & declarari etiam per impropriationem, ut conformentur ſm ius cōe, ut in cap. cùm dilectus, de cōsue. & in l. si serui. C. de noxal.

Præterea, quia tempus sex mensiū hic præfixum, non datur ad aliud, nisi ad euocandum aduersarium possessorem ad iudicium. Si ergo ultima die sex mensium uocaretur, satisfactum esset regulæ. l. quicquid, §. final. & lege hoc iure. & lege si stipulatus essem. ff. de uerbor. obligat. & l. si necessarias §. si annuas. ff. de pigno. act. & c. commissa. de elect. lib. 6. Secundus uerò terminus hic assignatus, qui est annus, datur impetranti ad prosequendum & terminandū causam. Si igitur ſm tps dilationis non inceperimus a fine primæ dilationis sex mēsiū, oportebit alterū de duob. fateri, aut, ꝙ sex mēses dentur ꝑmiscuè ad citandū & prosequendū, cuius cōtrariū adparet. Cū nō pōt qs uideri adstrictus dilationi, nisi in eo qđ est in ipsa expressum uel qđ est absurdius, sex mense ad finiendum tantum causam uiderentur concedi, cùm primæ dilationi aliorum sex mensium in ultimo ipsius momento satisfieri potuerit. Cuius cōtrariū cauetur hic in regula. igitur, &c.

Præterea, quando à iure communi disceditur, debet quantum fieri possit, ne lōgius fiat processus. c. causam, de resc. Quod præsertim locum habet in hac regula, quæ maximè deuiat a iure communi, ut patet: quia de iure communi nemo compellitur inuitus agere: ut in rubrica, ut nemo inuitus. per totum. Item, quia ex leui omissione gratiam, quæ de iure debet esse mensurata. ut in c. decet de regu. iur. li. 6. deducit ad non esse. Item, quia instantia, quæ de iure communi est perpetua, c. fi. de iudic. reducit ad annum. Item, quia imponit necessitatem exprimendi ea, quæ de iure cōmuni exprimere non oportet, iuxta no. iñ clem. si dignitatem, per gl. de præb. & in c. si motu proprio. eo. ti. li. 6. Item, quia a iure canonico secundum quod instantia est perpetua, tantò magis discedimus, quantò instantiam breuiorem & angustiorem reddimus. Nam breuitas est opposita longitudini, & perpetuitas tēporalitati. In hac igitur dubietate interpretabimur istam regulam de anno potius, q̄ de sex mēsib. ubi angustior esset meta, & ꝑ cōsequēs maior a iure recessus, & sic, ut hoc absurdū euitemus, annus incipere debet a fine sex mēs.

Præterea, ius canonicū primæ instantiæ nullū ꝑfigit terminū, lex uerò ciuilis ꝑfixit trieñiū in 1. instātia, intra quē existimat cōmodè causam diffiniri posse: in 2. uerò instātia utrunq; ius cōcordat, quia dāt annū, nec infra minus tps cōmode posset diffiniri. c. ex orōne. de app. Tūc arguo sic, & a maiori. Vbi lex canonica de instantia certa meta ꝑscribenda cogitauit in causa. s. appellationis, ubi causa uenit iā instructa, cognita, & vētilata, & partiū assertione planè discussa, nō existimauit infra minus tps, q̄ anni cām posse cognosci & terminari, ut tradit in d. c. fi. & in d. l. ꝑperādū. Nō est igr̄ credēdū principē, q cū tāta discussione & maturitate istā reg. edidit, uoluisse minorem metam adponere primæ instātiæ, ubi res nouiter rudi, & ut ita dixerim, indigesta materia, & nō cognita, nec discussa, ad iudiciū deducitur, adstringendo impetrātem quodammodo ad impossibile.

 quod

quod est legi contrarium, in c. erit autem, 4. distin. l. i. §. his autem ubi Bal. ff. de orig. iur. Lap. alleg. 101. Præsertim cum ptincipem non latebat, ius ciuile existimasse opus esse triennio. Comprobatur hoc, q a non dicitur intra dilationem fieri posse, quod commode fieri nequit. Et ideo præsumendum est, principem eius intentionis fuisse, nolle dilationem taliter date, ut commode causa explicari nequeat: q a talis præsumitur intentio & mens principis in dubio, qualis legis, ut not. in l. uniuersa. C. de preci. imp. offer. & in c. i. de cō stit. lib. 6. & in c. si quando. & c. ad hæc. de reser. facit pro hoc tex. in d. c. cupientes, in principio, & §. cæterum, in uer. postquam commode, & ibi not. Domi. nam dilatio commensurari debet secundum onus agē dorum ad iudicium finiendum, secundū commodum impetrantis, l. si ita relictum §. pen. ff. de leg. 2. l. in fideicommissi. §. sed cum Polidius. ff. de usur.

Postremo, quia ista regula loquitur de causa finienda, sed causa non dicitur ante citationem. l. causas. C. de trans. & in clem. causam, de elect. & in c. ex parte, de uerb. sig. Ergo instantia anni post citationem incipit. Suadetur hoc per tex. in l. fi. §. si autē. C. de iure delib. Vbi cum lex præscripsisset terminum hæredi a morte testatoris suppleuit, & aditæ hæreditatis, & sic longius, cum non posset antea præscribi hæredi. Et hoc expresse etiam notat Do. in d. c. cupientes, in prin. in uers. petituri, & in uers. prosecututi. Quæ oīa cū in casu nostro cō currant, concludendum est, annum præfatum, non a tempore impetrationis, sed citationis numerari debere. Quod uidetur tenere Bal. in l. i. in 2. col. ff. si quis cautio. Et ut tollatur omnis dubitatio, pro ista opi. uidetur hic tex. clarus, si ponderetur, nam dicitur hic, & infra sex menses ipsum possessorem ad iudicium euocari facere, causamq. ex tunc desuper infra annū, &c. pondera dictionem. Extunc, quæ ponit extremum, a quo incipere debet annus, iuxta l. 4. ff. de cond. & demonst. Putarem tamen, ꝙ si possessor ante sex menses citetur, non debet impetrans expectare totū tempus sex mensium, sed statim facta citatione incipiet annus ad finiendam causam iuxta no. per glo. in uer. commodè. in c. cupientes, de elect. li. 6. quam ibi no. Doct.

QVAESTIO LXIX.

QVæro, nunquid impetrans mortuo possessore iam prius citato teneatur finire causam usque ad sententiam infra eundem annum, contra successorem in beneficio: an uerò debeat habere alium annum ad prosequendum causam cum successore?

SOLVTIO. Dicendum uidetur impetrantem ad prosecutionem causæ contra successorem usque ad sententiam teneri; alias cessionatius poterit de regula excipere, quia ista regula est realis, & ad quem transit beneficium, transit exceptio regulæ. Nam isto casu persona prædecessoris & successoris reputatur eadem. Sicut ergo cum prædecessore teneretur impetrans terminari facere causam infra annum: ita cum isto successore, ad quem transit beneficium affectum & litigiosum.

Suadetur ista opinio, quia ista regula non dicit, ꝙ impetrans habeat sententiā cōtra illum, qui possidet, sed dicit indistincte, & absolutè, ꝙ causam usque ad sentē tiam diffinitiuam inclusiue prosequi teneatur, & sic regula loquitur impersonaliter. Itaque mors rei, uel renuntiatio nihil impedit, quominus impetrās hoc facere possit, iuxta l. properandum. §. sin autem reus, C. de iudic. Maximè, quia regula ista concernit publicam utilitatem, ut patet ibi: ut improbi lites exquirentium motus reprimantur. Et ideo adstringit impetrantem, ut causam terminari faciat infra annum, & hoc factum est ad effectum, ne impetrantes faciles sint ad impetrandum, nisi causam iustam, & claram, & expedibilē uiderint, quæ sine magna discussione terminari ualeat, iuxta l. continuus. §. cum ita de uerb. oblig. Et quia regula dat formā, ut dictū est in alia quęstione, debet adimpleri in forma specifica, c. cum dilecta, de rescrip. & c. cui de non sacerdotali, de præbend. lib. 6.

Breuiter istis non obst. Rota conclusit contrarium in una Iscl ana corā domino Iac. Sim. ut refert d. Gul. hic. Rō decisionis

fuit, quia regula ista non loquitur, nisi de possessore conuento, & contra illum, quẽ citauit, regula vult, ꝙ impetrans prosequi causam teneatur usque ad sententiam. de subrogato uerò, seu cessionario nihil regula dicit: ergo in eo regula non habebit locum. l. si seruum, §. non dicit prętor, ff. de acq. hær. Sed licet ista opin. sit Rotæ, mihi tamen magis placet præcedens opin. non solum ex motiuis d. Gul. sed ex una alia rõne, quia ex quo beneficium cessum transit litigiosum, interest subrogati, ꝙ impetrãs causam inceptam contra prædecessorem cum eo prosequatur, ne ex sua malitia cõmodum consequatur, contra c. eum, qui. de præb. lib. 6. Sed quando impetrans ante finem anni cessit in alium, ꝙ ille cessionarius non teneatur regulam seruare, tenuit Rota, ut hic refert d. Gul. qui uideatur quia isto casu cessat fraus.

QVAESTIO LXX.

QVæro, an reg. ista obstet subrogationi gratiosè impetratę per tertium propter mortem unius ex duobus litigantib. post cuius obitum alter collitigãs, qui subrogationem tertii ignorabat decreto pro cessu super audientiam contradictarum cõtra omne interesse putantes obtinuit sententiãm, uigore cuius postea possedit per annum, & nunc dat de regula contra subrogatum uenientem ad causam?

SOLVTIO. Hodie, quæ est 26. Nouemb. 1535. corã d. Syluestro in una Abulen. parochialis contigit iste casus, & diuisa fuerunt uota. Nam una pars dicebat, ꝙ licet collitigans superstes ignoraret subrogationem, tamen illa erat in causa, ꝙ lis durabat, quia subrogatus subintrabat in locum collitigantis mortui, & uigore dictæ subrogationis eadem lis uidebatur continuari, & in ea sustineri: ergo quo ad hoc nihil intererat, quod collitigans superstes subrogationem ignorauerit. Et ideo durãte dicta lite non poterat alter collitigãs pacifice possidere, quia lis uiuebat adhuc in personam subrogati, iuxta deci. Egid. 545. & Guliel. in decis. 1. ut lit. pend. nec sententia contra interesse putantes poterat pacificam possessionem producere: quia illa non præiudicabat subrogato, nec etiam illa citatio contra interesse putantes arctabat ipsum subrogatum, iuxta decisio 18. de dolo & cont. in no. sic dicebatur aliqui ex dominis. Præterea, quia ista reg. requirit annum possessionis præcedere impetrationem, ut patet in tex. ergo possessio posterior annalis non nocebit impetrationi anteriori.

Alia pars Dominorum tenebat contrarium, ista ratione, quia quo ad ipsum litigantem superstitem lis per sententiam latam contra interesse putantes executioni mandatam finita fuerat: nam mortuo collitigante alter collitigans superstes secutus fuit uiam iuris, uidelicet decerni faciendo processum contra interesse putã. docto. prius de morte collitigantis, ut est communis stylus: & illa uia iuris sibi non nocere, sed prodesse debet, & licet in locũ præmortui fuerit alius subrogatus illa subrogatio ignorata non nocet, donec ipsi litiganti præcedente citatione ad dicendũ contra, intimata fuerit. Si uerò interim habet sententiam, quæ executioni mandata fuit, cuius uigore per annum postea pacificè posse dit, non potest dici non esse pacificus, propter illam subrogationem, cùm lis (ut dictum est) finita fuerit per sententiam, iuxta decis. nostram uulgarem. 10. in tit. ut lit. pen. in no. Et ita sub dubio remansit Rota. Mihi tamen magis placet prima opi. qua stante non obstant secunda motiua. Primum non est uerum stantẽ subrogato in iure, & lite: quia non potest dici lis finita. Et licet possessori annali nõ noceat subrogatio sibi non intimata, minus debet nocere ipsi subrogato, cui non est pręfixũ a lege, uel ab homine aliquod tempus ad intimandum, & ius suum semper durat, & potest deduci hodie, quia lis nou est finita, quo ad ipsum. Et certe casus iste est disputabilis. Et hodie, quæ est 5. Iulii. 1539. iterum in una Salamantina canonicatus, & præben. fuit in Rota propositus per Reuerend. P. Dom. Pet. Vortium, casus omnino similis illi, de causa Abulen. & tandem Domini concluserunt dicta die 5. & 20. eiusdem mensis Iunii, post plures informationes & propositiones, ꝙ subrogato in forma gratiosa non obstaret ista

regula

regula, ex eo, quia statim talis subrogatio subintrabat in locum mortui litigantis, ꝑ quam uidebatur lis in eo statu manutene ri. & sic possessio annalis non poterat esse pacifica stante subrogatione gratiosa. Secus uerò, si subrogatio gratiosa non fuisset, sed mandatum de subrogãdo, nã tali casu si illud mandatum Auditori non præsentetur, & in effectu subroget, non dicetur impedire istam reg. & idem est in eo, cui concessum fuit, ꝙ literas expedire posset in uim gratiosæ subrogationis. Nam si antequam expediat, cedat in aliũ ius suũ post annum, ille resignatarius potest literas expedire sub eadem data, & sufficit, & stabit illi resignatario ista reg. Qdˀ est uerum, quãdo resignatarius expedierit literas ante sententiam executioni mandatam. Secus, si post, quia tunc obstabit regula, prout in dicto casu contigit, ubi Ludouicus de Torres, se in locum cuiusdam Io. Lopez se subrogauit cum clausula. Et ꝙ literæ in forma gratiosa expediri possent & antequam Garzias Roderici superstes collitigans sententiam contra interesse putantes obtineret d. Ludouicus solam supplicationem subroganti in actis produxit per assertum procuratorem, deinde Garzias obtinuit sententiam contra interesse putan. & possessionem continuauit per annum pacifice d. Ludouicus, postea ius suũ literis non expeditis, in fauorem Francisci cessit, & ille etiam literis non confectis, et in fauorem And. Lopez, & Andreas in fauorem Alphonsi Diaz, qui postea litera nomine dicti Ludouici primi cedentis sub eadem data expediuit in forma gratiosæ subrogationis & uenit ad causam contra dictum Garziam, qui habuerat sententiam contra interesse putan. & eius executionẽ. Tandem Rota in isto discursu q. uoluit dicto tempore, & iterum de hoc mense Decembri 1539. ꝙ dicto subrogato obstaret regula non obstan. bulla subrogationis, in forma gratiosa subrogationis sub data primæ supplicationis Ludoui. expedita, & nouiter producta: ex quo Ludouicus primus subrogatus, qui sciebat, uel scire præsumebatur litem inter do. Garzian, & d. Io. Lopez defunctum, debuit mentem suã declarare, nunquid subrogatione gratiosa uti uellet, ex quo supplicatio illi facultatem dabat expediendi literas. si uellet: unde ex quo hoc non declarauit, sed literis non confectis renuntiauit in fauorem dicti Francisci de Gumiel, & ille in alium, & alius in alium, ille ultimus tarde uenerat post sententiam executioni mandatã, & ideo declarare per expeditionem bullæ mentem d. Ludouici non poterat, qui iã per cessationem reputabatur mortuus. Et eodẽ modo de hoc mense Decemb. 1539. Tenuit Rota in una Gerunden. beneficii de Pineda, ubi uoluit, ꝙ Archangelus in quem antiquus Piquer cesserat, lite pendente, inter dictum Antiquum, & ipsum Archangelum, & quendam alium Baldiriũ Auigno excipere de ista regula posset. si post cessionem per annum pacifice possedit, non obstante, ꝙ lis nõ fuerit extincta in cessione, quam fecit d. Antiquus actor, quo ad Baldirium: quia sufficit, ꝙ inter Archangelum, & Baldirium non esset iurisdictio, neque lis licet inter Antiquum actorem, Archangelum, & Baldirium lis esset, ex quo Antiquus ambos citari fecerat, iuxta uulg. decis. de rescr. in no. Et hoc procedit etiam si Archangelus fuisset gratiosè subrogatus, dummodo literas non expediret: quia tunc secus propter decis. do. Guli. primam, ut lite penden. Nam per expeditionem literarum uidetur mentem suam declarare, & uti uelle subrogatione gratiosa, quæ statim habet effectum: sed ante expeditionem non potest constare de eius mente, cum posset non uti subrogatione, sed fortè gratia. Si neutri: quia omnes istæ uiæ in supplicatione conceduntur.

QVAESTIO LI.

Quæro, an impetranti impedito currãt tpa istius regulæ?

SOLVTIO. Si impedimẽtũ iustũ est, tpa nõ currere nemo dubitat l. 1. in si C. de anna. qa illud tps impedimẽti de medio subducit, & reliquũ tps cõputabit, ut in c. auditis. c. cũ nobis, & c. de 4. de psc. & ista est cõis opi. ut attestat Ias. in §. rursus, col. 15. & 16. inst. de act. Et hoc putarẽ uerum, nisi hoc impedimẽtũ actor ꝑ ꝓrogationẽ tpis tollere poterat: qa (ut quotidie experimur) papa nunq̃ solet ꝓrogationẽ istius reg. denegare, ubi uerò impetrãs ꝓrogationem

habere non potuit prædicta procedent. super quo uidendum est late per Moder. in tract. præferi in prima parte. 6. partis prin ci. uersi. uigesimussecundus casus. ubi longo uerborum apparatu omnia impedimẽ torum genera prosequuntur. quæ non attinet hic recensere, breuitati studens. Sed nunquid saltem impetrans protestari debuit, ꝙ per ipsum non stetit causam suã prosequi infra annum hic designatum, dicetur inferius in alia quæstione, & dicam etiam latius de hoc in regula de triennali in 57. quæst. nam utrobique casus accidit.

QVAESTIO LXXII.

QVæro, an quando subducuntur tempora impetranti, computentur dies feriati, quibus impetrans agere nõ potuit?

SOLVTIO. Rota in causa Hispalen. Scholastriæ coram d. Aragona de mense Octob. 1533. conclusit, tempora feriarum non subduci, sed in tempore dato computari debere. Pro cuius decisio inter cætera est text. in l. sed & si per prætorem. §. si feriæ. ff. ex quibus caus. maior. ubi text. assignat rationem huius decis. quia prospicere debuit actor, ne in huiusmodi ferias incideret. Et hoc de plano procedit in feriis solennibus & ordinariis. Secus uero esset in feriis repentinis, quia illas actor præuidere non potuit. Et propterea in illis cessat ratio. d. §. si feriæ. Hinc est, ꝙ terminus datus per legem ad accusandum, uel agendum, dicitur in dubio peremptorius, etiã si non dicatur. Ratio post colligi ex prædictis, quia est quid imputandum actori, quare priusquam ageret, non prospexit omnia, argum. l. qui cum alio. ff. de regu. iur. Sed si terminus ad prosequendam causam, uel audiendam sententiam, uel similia, præfigeretur à iudice, quia hoc pars prospicere non poterat, cum non depẽderet ex facto proprio, sed præter spem accidit, ut dicitur in l. si quando. de dilat. & tũc terminus non præsumitur peremptorius. Ita dicit Sal. in l. si ea. col. pen. C. qui accus. sequit Fel. in c. causam q. in 2. col. de rescr.

QVAESTIO LXXIII.

QVæro, nunquid in anno istius regulæ ad prosequendum causam computẽtur dies feriati, an uero tantum utiles?

SOLVTIO. In isto articulo pugnat æquitas nõ scripta cum iure scripto. Quia licet uideatur æquum & rationabile, ꝙ tẽpus istius anni utiliter computari deberet id est, ex illis diebus, quib. qui utiles sunt ad agendum & prosequẽdum causam, ea ratione, quia dies feriati inutiles & prohibiti sunt ad iudicia pertractãda: nihilominus iura contrarium uoluerunt. Nam lex uoluit, ꝙ quando aliqua dispositio simpliciter de tempore mentionem facit, debet intelligi de continuo. Ita gl. ordi. quæ ad hoc solet communiter allegari in rubrica ff. de diuer. & temp. præscript. quam sequitur Abb. in c. fi. de elec. & in c. ad apostolicam. in pen. col. de reg. ubi per hoc dicit, ꝙ annus professionis, de quo ille tex. loquitur, de continuo, & non interpollato intelligi debet. Pro quo alleg. Bartolũ in l. interdum. §. quoties. de publican. cum multis concor. ut in proposito scribit Lap. alleg. 47. qui plura iura adducit, & idem quod Abb. in d. cap. ad apostolicam. concludit etiam Iason in l. contra maiores. in 2. col. C. inoffic. testam.

Et hoc maxime procedit, ubi odium cõsideratur, prout hic: quia tali casu, ut dicit Bal. in l. non solum. in prin. ff. de execu. tu. in odiosi præiudicium tempus debet esse continuum. & hoc conueniens uidetur in casu istius regulę, ut impetrantes ab huiusmodi litibus citius se expediant. Pro qua opinione quamplura Doctorum dicta cõgerit And. Sicul. in consil. incip. clementissimi Dei, positum inter consilia Alex. in 4. uol. eius consil. ultimo. col. 1.

Sed ut multa, quę hincinde dici possent sub breuitatis compendio concordentur in ista materia possunt notab. casus omnes distingui, ex his, quæ dicit Bal. in cons. 71. incip. quando tempus. in 3. uol. uidelicet, ꝙ tempus dicatur continuum, quo ad ea, quæ sine iudice pro tribunali sedente fieri possunt: sed quo ad ea, quæ sine iudice fieri nõ possunt, tẽpus dicitur utile. Quã quidam distinctionem, Bal. ibidem per bona iura probat. Pro quib. uidenda sunt etiam quæ scribit idem Bal. in l. Aemilius. col. 1. ff. de minor. & in l. ueteranis. C. quando prouoc. non est necess. Sic itaque circa primam & secundam partem istius regulæ tẽpus

pus erit continuum: quia ad iudicem pro tribunali sedentem tempora illa non pertinent,& ideo in dictis temporib. sex mensium ad citandum possessorem,& in anno hic ad prosequendũ causam præfixo, dies feriati & non feriati computabuntur. Sed circa tertiam partem regulæ tempus dicitur utile, quia per partem constat. Pro quibus faciunt ea, quæ dixi in §.rursus.nu.32. de action.

QVAESTIO LXXIIII.

QVæro, nunquid impetrans excusetur à pœna, de qua in ultima parte istius regulæ, si terminos omnes in petitorio non seruauit, usque ad commissionem possessorii per partem aduersam factam, sed sufficiat post dictam commissionem, ante tamẽ suspensionem petitorii reliquos terminos seruare?

SOLVTIO. Hæc quæstio in Rota per plures dies procuratorum & aduocatorũ informationibus coram do. Nicolao Aragona in causa Hispalen. Scholastriæ uentilata fuit, tandem hodie 20. Octob. 1533. decisa fuit, in qua omnes Domini, duob. exceptis, in dicta causa concluserunt, ꝙ sufficit tempore suspensionis petitorii impetrantis omnes terminos super petitorio (cuius prosecutionem requirit ista reg.ut dictum fuit superius in alia q.) seruare: quia tunc clare adparebit per eum non stetisse, quominus causam usque ad sententiã infra annum prosequutus fuerit. Ratio istius decis. fuit: quia licet ante commissionem causæ possessorii termini omnes seruati non fuerint, sed aliqui, ille defectus post dictam commissionem, dummodo ante petitorii suspensionem suppleri potest: quia illa possessorii commissio ante petitorii suspensionẽ auditori iurisdictionem super petitorio non auferebat, & ideo impedire non poterat impetrantẽ, quominus reliquos terminos postea seruare posset, cum auditores in prosequendo ordinari dicantur, iuxta no.in cle. auditor.de rescript.ut dixi late in c.1.eod.titu. li. 6. Donec igitur aut per commissionem expresse, aut per partem petitorium suspẽdatur, acta facta super petitorio, ualent: quia tunc uidetur pars uti commissionẽ possessorii, quando petitorium suspendit: argument.not.in capitu.ut debitus. de appellatio.

QVAESTIO LXXV.

QVæro, nunquid si per iudicem stat quominus impetrans causam terminare possit per sententiam infra annum, teneatur impetrans de necessitate protestari iudici per ipsum non stare, quominus causam prosequatur, quo ad hoc ut excusetur.

SOLVTIO. Ista quæstio sæpe per aduocatos disputata fuit in præallegata causa Hispalen. Scholastriæ. Et certe si ostentationem doctrinæ quærimus, hic articulus uarias habet utraque partes considerationes, totidem fortassis, quot opin. reperiuntur: sed quia moris mei non est, ut Scholastici obseruant, argumentorum philateriis tempus terere, maxime in tanta temporis penuria, qua ꝓ ista publica officia premor ideo breuiter medullam & decisionis ueritatem complectar, multa labore meo addens. Rota igitur coram domino Nicolao Aragona, post uarios conflictus unanimiter conclusit de mense Octobris 1533. protestationem hoc casu necessariam ad effectum, ut impetrãs à prosecutione causæ infra annum facienda excusetur. Quæ quidem Dominorũ decisio principaliter in gl.c.plerunque.de rescri.in gl.c.ti.de appellatio. Fundatur, quæ glossa de impedimento prouenĩẽte ex parte iudicis loquũtur, & necessariam esse protestationem cõcludunt: & ista ex communis opin.ut attestatur Philip. Franc.in ca. ex ratione. maxime in 8.col.& in c.fi.de appellatio.& Ang. in l.2.§.dies.in fi.col.3.ff.eo.ti. Et cum ista opin.transeunt communiter Doctores in c.cupientes.§.ꝙ si per uiginti post glos.ibi uers.proposita.de elect.lib.6.quam Fel.in c.ex transmissa.in 2.col.de præsc.& in sexcentis aliis locis sequitur,& cum ea transeunt Alex.& Mod.in l.properandum.§.fi. autem utraque. C. de iudi. & idem tenet Alex.in consil.114 lib.5.

Et licet aliqui Doct. tenuerint contrarium, prout Abb.in d.c.plerunque,& in c. ex trãsmissa.de præsc. Et Areti.in cõs.162.

incip.

in re p uerum est.& alii plures, quos Iason & Moder.in d.l.properandum cumulant; uolentes, protestationem potius requiri de consilio quàm de necessitate:nihilominus illa opin.non est uera, sed communis est in contrarium, pro qua Moderni Auinionen. in tracta.pestis.fol.28.q.6.Et Moderni Bononien. in eodem legali tracta. pestis.fol.15.c.3.& latius quidam Iacobus Florius de Vtino in repet.l. si quos, C. de offic.præfect.præt.orien.plura cumulant quæ ibi uideri possunt.Et,ut ibi unico uerbo omnib. contrariis dictis respōdeatur dico, ꝙ motiua opinionis contrariæ procedunt,quando per iudicē non stetit quo minus impetrās cām ꝓsequeretur. Secus, si per illū stetit,ut hic. Vel secundo argumenta contraria procedunt in protestationibus extraiudicialibus,uel quando cū protestatione aderat probatio impedimēti,ut declarat Decius in d.cap.fi.de appel. Secus uero,ubi de impedimento aliter nō constabat:nam tūc protestatio requiritur, ut est tex:quem ibi ad hoc in 2.col.ponderat Io.de Platea in l.iudices.C.de anno.& tribu.lib. 10.& ista opin.tenenda est.

QVAESTIO. LXXVI.

QVæro, nunquid si impetrans impeditus fuit causam prosequi infra annum,loco protestationis, sufficiat illi impedimentum probare?

SOLVTIO. Quibusdam aduocatis in causa Hispalen.Scholastriæ pro parte Frācisci episcopi Balneoregien. uidebatur ꝙ non,ex eo,quia iura requirentia protestationem, censetur formam tradere. ubi uero est forma,debet illa ad unguem obseruari, nec illi per æquipollens satisfit, ut dicit Baldus.in l.si institor.ff.si cert.petat. cum uulga.& super hoc multum aduocati exaltabant uocem suam.

In contrarium allegabant alii aduocati quia ubi habetur finis ad quē inducta est protestatio fine seruato non curatur de ea arg.clem. causam,de elec.ubi licet pro forma in casu illius tex.intimatio requiratur ubi tamen pars habet notitiam, quia ad illum finem intimatio introducta fuit, sufficit,ut ibi dicitur. Faciat l.si mater. de institut.& substit.ubi in formalibus non refert quid ex æquipollentibus fiat.Adde text.& quod ibi not.Fel.& Dec. in c. quoniam.de probat.ubi per illum tex.uolunt post S.Thom.ꝙ licet ieiunium sit de praecepto,ubi tamen finis ieiunii seruatur,nō peccaret non ieiunans. Et in casu isto praedicta à fortiori procedunt: quia protestatio in casu præmisso non est inducta pro forma,ut aduersarii dicebant, quia hoc iure non cauetur.

Tandem discusso negotio, Rota quæ (omissis argumentis,& apicibus iuris)solet semper ueritatem & effectum rei attendere,de mense Octob.1533.secuta est ultimā opinionem,tanquam æquitati magis proximam:nam Rota non uult habere nisi ueritatem rei. Nam sufficit Rotæ de impedimento legitimo constare absque alia protestatione,quæ ad illum tantum effectum inducta fuit,ut constaret per iudicem extitisset,quominus impetrans causam prosequeretur:qui quidem effectus æquè, ac per protestationem haberi potest: ideo ꝓtestatio nō est necessaria, sed debet esse ꝑ probationes.pro qua opi.faciūt ea,quæ latæ tradit Decius in l.in omnib.causis. la 2.nu.10.ff.de reg. iur. ubi hoc notabiliter probat.

QVAESTIO LXXVII.

QVæro,nunquid annus possessionis, de quo loquitur ista regula,debeat esse continuus,an sufficiat esse interpollatū. Exēpli gratia: possedi per sex mēses pacifice,deinde spoliatus sui,uel alio mō possessionem per quatuor,uel quinque, uel plures menses perdidi,quam mox,uel per mēsem postea recuperaui, & cōtinuaui ꝑ alios sex menses: An ista possessio annalis isto mō ꝑ interpollationē tēporis cōtinua, sufficiat ad ꝓducendā exceptionē regulę?

SOLVTIO.Io. Aloisius Tuscanus Medio. quondam insignis Doctor, consuluit huiusmodi possessionem interpollatam non sufficere,ut patet lib.1. consiliorum suorū fol.27.cuius opin.potest suaderi ex dictis gl.in rub.ff.de perpet.& temp.præscr.quę uoluit tempus in dubio de continuo non interpollato intelligi debere,ut superius ī alia qstione dixi,& probat latè And.Sic.in consil.

consil. ultimo posita in fin. cõsil. Alexand. in 4. uolum. & dixi in §. rursus. numc. 32. institu. de act. Sed tempus istius possessio nis non est cõtinuum. igitur, &c. Facit etiã pro hoc, quia ista possessio annalis uidet interrupta per possessionem mediam: ergo non debet prodesse. l. naturaliter. & l. si quis ꝑ emptore. §. si quis. & l. eũ qui. §. si autem. ff. de usucap.

Pro contraria parte adduci potest, ꝙ ista regula est ducta in fauorem possesso ris, quo casu quando constitutio est fauo rabilis alicui, tempus non interpreta tur continuum, sed sufficit interpollatũ. ita dicit Bald. in l. non solum. in princ. ꝑ illum text. ff. de excus. tut. facit glos. in l. 3. §. minorem. ff. de minor. pro quo alle go tex. in l. Paulus. §. Gaius. ff de libe. caus. quem ad hoc pro singulari Angel. inducit in repet. l. si insulam. ff. de uerb. oblig. & ad hoc est notabilis decis. Arch. in c. si fra ter. 16. quæst. 1. col. 3. & istam decis. sequi tur Ias. in l. si ita stipulatus essem. col. fin. ff. de uerbo. oblig. cum aliis concord. quæ scribit Decius in l. si idem. in 2. & 3. col. ff. de iur. omn. iudic. Et ita limitatur glo. in dicta rubri a. ff. de tẽp. & perpet. pręscrip.

Præterea quia tempus primum posses sionis accedit alteri possessioni, & istæ possessiones interpollatæ coniungunt, ut faciant unum corpus, ut dicit Bald. in consi. 159. incip. super eo quod quæri tur col. fin. lib. 3.

Breuiter pro prima opi. pro qua uide tur militare æquiras, faciunt ea, quæ dicit Domin. post Archi. & Ioan. Andr. in cap. 1. de uit. & honest. cleric. in 1. colum. ubi dicunt per illum text. quòd integer annus non interpollatus requiritur quo ad hoc ut aliquis in pœnam incidat. Sed in casu nostro si possessor excipiens de ista regu la nõ est possessor continuus, sed interpol latus, impetrans non incideret in pœnas istius regulæ: ergo requiritur, quòd sit ta lis possessio per annum continuata. Et ꝑ ista parte pondero istam regulam, quæ re quirit annum immeditatè præcedentem. Ergo interpollatus annus nõ sufficiet: qa annus interpollatus non est immediatus, sed mediatus. Et dicã in regula de trienna li, & uide quę dixi suprà quæst. 59.

QVAESTIO LXXVIII.

QVæro, quomodo intelligantur ista uer ba regulæ, uidelicet, & quęcunque inde secuta, nullius existãt firmitatis, &c.?

SOLVTIO. Ista uerba diuersis tempo ribus, ac etiam sub diuersis regulis bis in Rota discussa fuerunt, uidelicet, super re gula de publicandis resignationibus, in fra eod. & super regula Clementis reuo catoria facultatum cõclauistarum. in qui bus eadem uerba, prout hic scripta repe riuntur. Et dum hoc dubium propositum fuerat, uariæ dominorum sententię exor tæ fuerunt. Nam quidam dicebant sub il lis uerbis, & inde secuta, &c. nouas proui siones, gratias si neutri, accessus, & regres sus, possessionem etiam uigore dictæ im petrationis captam, comprehendi: quod hac ratione probabant. In primis, quia, ut ex text. apparet, impetratio principalis hic annullatur: ergo in necessariam conse quentiam accessoria omnia ad impetra tionem etiam debent esse nulla, quia uul gata est iuris regula, quòd principali an nullato, omnia, quæ sequuntur ex illo, cor ruunt, ut in l. cum principalis. ff. de regu. iur. & l. fin. ff. de cõsti. pec. Et ideo nõ sine mysterio papa hic uniuersalibus uerbis usus fuit, uidelicet, quæcunque inde secu ta, quæ de sui natura prædicta omnia in cludunt, quæ specialiter non reperiuntur excepta. cap. solitæ. de ma. & obe. l. Iulia nus. ff. de leg. 3. cum similibus.

Alii domini totum oppositum, tene bant uidelicet, sub prædictis uerbis nouas prouisiones, nec regressus, aut huiusmodi similia comprehendi, quod ita suadebãt: Quia regula ista secundum communem curialium intellectum diuiditur in duas principales partes, & quælibet pars secun dum qualitatem delicti continet etiam suas & diuersas pœnas. Prima enim pars regulæ imponit impetranti tria re quisita per illum obseruanda. Primum, ꝙ nomen, gradum, & nobilitatem possesso ris, & causam quare possessori beneficio sic possesso nullum ius non competat, in impetratione exprimat. Secundum requi situm, ꝙ impetrans possessorem ipsum infra sex menses ad iudicium euocari fa ciat. Tertium requisitum, ꝙ causam desu per

per infra annũ usque ad sentẽtiam diffinitiuam inclusiuè prosequi debeat & teneatur. Ista sunt tria requisita, quę si in sua impetratione impetrans non seruauerit, sed negligenter omiserit, tres pœnæ illi infliguntur. Prima pœna, quòd impetratio erit nulla, & ista pœna imponitur etiam de iure communi non obseruanti formã, ut patet in c.cum dilecta.de rescript. Secũda pœna, quòd quęcunque inde secuta, sunt etiam nulla. Tertia pœna, ꝙ ipse impetrans in damnis, & interesse possessori tenebitur. Ista est prima pars regulę, quæ nullam mentionem facit de noua prouisione, neque de gratia si neutri, nec de regressus, aut aliis superius enarratis, sed de istis tãquàm de rebus diuersis in secunda parte regulæ fit mentio, quæ quidem secunda pars regulę tres alias pœnas grauiores continet, quæ imponuntur impetranti non ex eo, quia non seruauit requisita regulæ, sed quia per litis euentum constitit illum nullum ius habuisse, sed perperam, iniustè, & de facto possessorem molestasse, & sic improbum litigatorem esse, & propterea tanquam hominem lites iniustas exquirentẽ dictis tribus pœnis punitur, quæ commodum reipublicæ concernunt. Nam illæ tres primæ pœnæ in prima parte regulæ positæ priuatum ipsius possessoris commodũ respiciunt. Et ideo impetrans in secunda parte regulæ grauius punitur, q̃a magis offendit possessorem, & rempub. quàm in prima parte regulæ. Nam magis possessorem molestasse dicitur, qui iudicium indebitè usque ad finem prosequitur, malitiosè seruando regulam, ad effectum, ut illum maioribus molestiis & impensis afficiat, quàm ille, qui non seruata forma regulę, statim desistit, prout in prima parte regulæ, quod suadeti uidetur ex l. si quis legatum. & l. qui falsum. ff. de fals. & l. damus. C. eo. titu. ex quibus Bar. in d. l. si quis. post Dy. notabiliter dicit, quòd si notarius falsans scripturam deduxit eam in ueram existẽtiam testamenti, cum debitis solennitatibus, tunc notarius tenetur pœna falsi: q̃d non esset si non ad ultimum prosequeretur, ut ibi per eos. In prima igitur parte regulæ impetrans peccans in forma regulæ in minori discrimine constituit possessorem, quam quando eam seruat, & iudicium prosequitur usque ad sententiam, ꝑ quam impetrans, ut iniustus & improbus litigator conuincitur. Meritò regula ista in secunda parte, quæ incipit ibi. Et si possessorem ipsum, &c. disponit, quòd si impetrãs per iudicem repertus fuerit annalẽ possessorem iniustè ac indebitè molestasse tribus aliis pęnis castigetur. Prima pęna est, ꝙ 50. flor. auri cameræ apost. persoluere tenetur. Secunda pœna est, quod impetranti nullus alius quam pręmissę uacationis modus, etiam ꝑ literas si neutri aut subrogationis, uel alias, sibi quo ad hoc, ut huiusmodi beneficium ea uice consequi, uel obtinere ualeat, quomodolibet suffragetur. Tertia pœna est, quòd beneficium in anteã nullatenus litigiosum censetur. Dicebant igitur Domini, ecce, quòd in hac secunda parte regulę fit mentio de literis si neutri, & subrogationis, quę nouę prouisiones sunt, ut dicit quædam decis. 11. ut lit. penden. in no. & disponit, quòd nullatenus suffragentur. certè si istæ gratiæ accessoriæ, superius sub uerbis illis, & quæcunque inde secuta, & comprehensa cum principali impetratione, annullatæ fuissent, frustra in hac secunda parte regulæ diuersa à prima annullarentur. Nam si essent iam nullę, uerba in secunda parte regulæ posita, quo ad hoc uana & penitus frustratoria essent: quia illud quod iam nullum est, non potest amplius annullari, neque mortuus iterum occidi, quia priuatio pręsupponit habitum. cap. ad dissoluendum. de despon. impub. & l. decem. ff. de uerb. oblig. ut igitur ista concordentur est necessarium dicere, quòd sub prædictis uerbis, quæcunque inde secuta, & capit. nouæ prouisiones, neque alia superius enarrata comprehendantur. Et ista opin. post uarias iuris informationes, & dominorum propositiones, & disputationes præualuit. Nam in una Salamantina parochiali de Teiada de anno. 1537. coram R. D. Ioan. Mohedano cũ disceptarentur hæc eadem uerba, & inde secu. &c. posita in regula de publicandis resignationib. Rota conclusit sub uerbis dictæ regulæ nouam prouisionem nõ compre

prehendi. Et idem Rota tenuit in vna Abulen. beneficiorum coram me. 9. Decemb. 1538. pro Antonio Palenzuela contra Alphonsum Garillo. Nam uoluerunt domini regulam Clementis 7. reuocatoriam facultatis conclauistarum, quæ cõtinet etiã prædicta uerba inde secuta, &c. non comprehendere nouam prouisionem. Moti inter alia per consil. Rom. 433. qui uoluit, ꝙ noua prouisio suppleat diligentias ad regulam de publicandis: quę quidem noua prouisio si per dicta uerba, & inde secuta, &c. posita in dicta regula de publicãdis annullata fuisset, non induceret illum esse ctum. Hæc etiam opinio alia ratione, adiuuabatur, quia noua prouisio nihil aliud est, quam quædam antiqui iuris confirmatio: & clarum est, ꝙ in generali reuocatione non uenit actus confirmatus, ut no. gl. in uerbo, pacta. in cle. dudũ. §. nos etenim. de sepult. cum concor. de quibus per Fel. in c. constitutus. in 3. col. de rescri. Et quia etiam noua prouisio est quædam mixta prouisio & tamen in odiosis sub simplicibus, casus mixtus non comprehenditur, ut traditur communiter per Doct. in l. 1. ff. de uerb. obl. Et ita etiam prædicta uerba, & inde secuta, & cætera accessus, nec regressus comprehendere, tenuit Rota in vna Bergomen. canonicatus, & presb. coram Domi. Petra sancta, ut annotauit D. Io. Baptista de Senis, quondam consistorianus aduocatus in quibusdam suis notis causarum, asserens se ita obtinuisse. De quibus meminit D. Iacob. de Nigris, uir certè illa ætate curiosissimus. Et etiam consistorij aduocatus in quadam apostilla sua ad istam regulam, & ita inuenio hęc Reuer. bon. me. Laurentium Cardinalem Sanctorum quatuor in memorialib. suis adnotasse, de quibus etiam idem Iacob. meminit. Et ratio prædictæ decisionis fuit quia accessus & regressus nullo pacto sub dictis uerbis, & inde sequuta, &c. poterant cõprehendi: quia non sunt principaliter gratiæ accessoriæ. nec, in consequentiam necessariam ab alia dependẽtes, sed faciunt caput de ꝑ se, ut principales: & ideo sub inde secutis comprehendi non debent.

Nõ obstãt modo ea, quæ superius pro contraria parte dicebatur, uidelicet, quod nouæ prouisiones gratiæ si neutri, subrogationes, & similia, sint gratiæ dependentes ab impetratiõne principali, quam præsupponunt, ut necessarium antecedens, ut dicit Glossator super regula 62. colu. 3. & ideo annullata impetratione principali accessoriæ gratiæ corruere debent: quia respondebatur, ꝙ licet uerum sit, ꝙ noua ꝓuisio, & prædictæ gratiæ præsupponant aliquem titulum, tanq̃ principale antecedens pcedere: non ꝓpea sequitur, ꝙ annullato principali corruat accessoriũ. & in primis, hoc ostenditur in noua prouisione, q̃ cõiter ẽm stilũ impetratur, qñ gratia principalis est nulla. Nam uerba nouę prouisionis hęc sunt: Beatiss. Pater, quia Orator dubitat gratiã sibi factam uiribus non subsistere, supplicat igitur, &c. Ecce ergo, quod non est uerum isto casu, ꝙ annullata principali gratia, noua prouisio tanquam accessoria corruat, imo illa subsistit, & in illa principalis gratia, quæ nulla erat, sustentatur, præsertim, quia illa iuris regula, ꝙ annullato principali corruit accessorium, ultra plures limitationes quæ à doctoribus in capitulo accessorium, de regul. iuris, libro 6. & in locis uulg. traduntur habes unam limitationem, quam ponit Bart. in l. ita stipulatus. in 12. oppo. de uerbo. obl. quæ facit multum ad propositum, uidelicet, ꝙ illud procedit quando est eadem ratio, secus uero ubi diuersa ratio cõcurrit: quia tunc annullato principali accessorium non rescinditur. quod dictum Bar. late comprobat, & sequitur Decium d. l. cum principalis, ff. de reg. iur. sed in casu nostro est longè diuersa ratio inter nouam prouisionem, gratiam si neutri, subrogationis accessum, & regressus, respectu ipsius gratiæ, siue impetrationis principalis, ut superius ostensum fuit: igitur annullata impetratione, gratiæ accessoriæ prædictæ non rescindentur. maximè, quia illa iuris consideratio, uidelicet, ꝙ actu principali annullato corruit accessoriũ, &c. procedit qñ principale tollit à iure cõi secus si ab alia constitutione populi, ut est text. in l. fin. §. Lucius. ff. de cond. inde. Et isto modo, licet causa expiret respectu impetrationis principalis poterit in accessorio sustineri, ut in l. uti 33. ff. de rei uend. & secũ

dum

dũ hoc uerba hic posita, uidelicet, & inde secuta, quæcunque, &c. intelligentur de aliis accessoriis, exceptis præmissis, ut de citatione, processu causæ, de possessione uigore dictæ impetrationis capta. itẽ de sententia & sequestro inde emanato, uel de aliis similibus actis iudicialibus, quę numerantur in c. quoniam contra. de prob. Et specialiter, ꝙ sequestrũ uirtute sententię emanatum, etiam annullatũ censeatur tenuit Rota in quadam causa, de qua mẽtionem facio superius in 5. q. istius regulę circa fin. Et ulterius prædicta uerba, & inde sequuta, quid comprehendant, uel significent, notabilẽ q. ponit Card. in c. quia diligentia. in 3. q. & seq. de elect. & aliã in c. ad petitionem. de accusatio. quæ omnia sunt notanda ad intellectũ istius regulæ.

QVAESTIO LXXIX.

QVæro, ex quo papa in finalibus uerbis istius regulæ disponit beneficium in antea litigiosum nõ fuisse, quid oportuit superius dicere gratiam si neutri, uel subrogationis impetranti non prodesse, cum eo ipso, ꝙ beneficium in antea litigiosum non fuit & cessat lis dictæ gratiæ si neutri uel subrogationis exitum non habeant, cũ ad eorum essentiam litem requirant, sicut piscis aquam ex postulat. iuxta decis. 8. de rescript. & 17. de præbend. in no.

SOLVTIO. Si recte omnia uerba considerentur, non sunt superflua. Nam stant ista simul, ꝙ hodie beneficium in antea litigiosum non fuisse decernatur, & ꝙ gratiæ si neutri & similes legitimo tempore & durante lite, impetranti etiam lite postea cessante subsistant. Et ideo pro uera solutione est aduertendum quia ut in proxima superiori quæst. diximus, regulã istã duas partes continere, quas impetrans in sua impetratione seruare tenetur, & quælibet pars regulæ suas pœnas, & inter se diuersas habet. Nam in prima parte regulæ impetrans illam non seruans non ita acerbè punitur, sicut in secunda. Ratio est, nõ obseruando primam partem regulæ, licet puniatur: non tamen adhuc detecta est in iudicio eius improbitas, quã quia lex multum abhorret, iuxta ea quæ scribit Andr. Sic. in cons. 31. in 3. col. uol. 4. propterea in secũda parte acerbius punit. Et ideo ita in secunda parte impetrans punitur, quia iam iudici per litis euentum constat impetrantem improbum, ac molestatorem fuisse, & tali casu gratia si neutri, uel subrogationis in pœnam eius impediuntur, & tũc cum beneficium decernitur litigiosum nõ fuisse, & tali casu necessarium fuit decernere gratias si neutri, uel subrogationis impetranti non prodesse, quia illa uerba, uidelicet, beneficium litigiosum non censeri de necessitate, non inferebant nullitatem dictarum gratiarum, quia illæ impetrari potuerunt ante improbitatem impetrantis detectam, & sic legitimo tempore. Ponamus enim impetrantem re ipsa, & in ueritate optimum ius fouere, sed quadã negligentia (ut sæpe fit) non obseruasse primam partem regulę, & facta citatione, moritur possessor, quis dubitat hoc casu subrogationi locum esse, quæ isto casu ꝑ regulam istam non impeditur, nisi ita demum quando impetrans in secundam partem regulæ incideret, uidelicet, quãdo eius improbitas per euentum litis per ꝓbationes, uel aliter à iudice detecta est: tũc enim iustum, & necessarium est gratias si neutri, uel subrogationis calumnioso, ac improbo impetranti non suffragantur, qđ procedit etiam si dictæ gratię, & tempore improbitatis detectæ, impetratæ non fuissent, sed eo tempore quo adhuc eius malitia in propatulo non fuit. Dico igitur ꝙ uerba prædicta regulæ, ita demum superqua essent, si summus pontifex hic gratias tantum annullaret, quæ impetratæ fuissent tempore detectę improbitatis. Nã ex quo illo tempore beneficiũ decernitur litigiosum non fuisse, dictæ gratię eo ipso nullius momẽti forẽt, nõ solũ eo respectu quia nõ uideretur honestũ improbos litigãtes ꝑ indirectũ ad beneficiũ à quo ceciderũt admitti, nec ex eorũ malitia ꝑ uiam istarũ gratiarũ cõmodũ cõsequãtur, & qđ in lite improba amiserunt, hoc mõ recuperẽt: sed qa hic tp̃e improbitatis lis annullaẽ quo casu dictæ gratiæ impetrari non põt q̃ ut dixi, ita litẽ ꝑ sui esse requirunt, sicut piscis aquam. Et ideo dictas gratias tẽpore impetratas annullare superfluum uideretur.

retur, quod non esset quando gratiæ ante improbitatē probatā impetratæ, effectu priuantur, ut hic, quia tali casu uerba illa sunt necessaria, nec ultima uerba ad comprehendendum istū casum sufficiebant, nisi hoc papa ꝑ prædicta uerba exprimeret. Intelligētur igitur p̄dicta uerba de gratia si neutri, uel subrogationis ante tempus improbitatis ipsius impetrantis, nam de impetratis post, ut dixi, non fuit necessarium hoc statuere.

Et est ulterius aduertendum, quòd hoc dictum est, beneficium in casu prædicto non censeri litigiosum, inductum fuit in odium impetrantis. Nam si hoc illi proficuum foret, litigiosum non censeretur, nec ex eo, quod quis pœnam meretur, præmium, seu commodum consequatur, contra not. in l. quod fauore. C. de legi. & ea quæ latè scribit And. Sicul. in c. fin. colum. 1. de pecul. cle. Et talis interpretatio semper in odium & damnum puniti fieri debet, ut idē And. Sicul. probat in c. eam. te. colum. 5. de rescrip.

QVAESTIO LXXX.

QVæro, quia dictum est suprà, quòd regula in sua prima parte annullat impetrationem, & omnia inde sequuta, quæcunque sub quibus citatio processus, sententia. & reliqua omnia, quæ continentur in c. quoniam. de probat. quibus annullatis, beneficium litigiosum dici non poterit, cum lis cū sua causa hic annulletur & extinguatur. si ita est, quare regula hic in secūda sui parte decernit beneficiū non esse litigiosum, si iste idem effectus resultat ex pœna, & uerbis in prima parte positis.

SOLVTIO. Verum est, quòd impetrans in prima parte regulæ peccans punitur in prædictis, uidelicet, quia omnia acta iudicii extinguūtur, iuxta ea quæ scribit Oldra. consi. 1. inter quæ adnumeratur citatio, quæ initium iudicio præstat, ut in cap. quoniam contra. de proba. & in §. fi. instit. de pœna tem. lit. & sic deficiente citatione nulla erit lis, & per consequens beneficium litigiosum non erit. Sed in secunda parte hoc idem fuit necessarium declarare, uidelicet, quòd beneficium nō esset litigiosum, ex eo, quia ibi omnia acta iudicii ualebant, ex eo, quia impetrās seruauerat regulam, & illæ pœnæ in secūda parte regulæ impetranti non imponūtur, propter regulam non seruatam, sed quia constitit iudici per euentum litis impetrantem, nullum ius habuisse, sed temerarium & improbum litigatorem fuisse: unde licet obseruaret regulam, nihilominus illas pœnas propter suam improbitatem ex defectu sui iuris incurrit: unde si Summus Pontifex hic in secundo casu regulæ non decerneret beneficium non fuisse litigiosum, uera lis maneret ex quo acta in secunda parte regulę non annullantur, sed tantum in prima, & in hac secunda parte præsupponuntur esse ualida propter obseruatam regulam. Necessariū igitur fuit in pœnam temerarii, & calumniosi litigatoris hoc decernere, quod in prima parte regulæ necessarium non fuit, ex quo ꝑ annullationem impetrationis, & inde secutorū hoc tacitè colligebatur: & sic habes rationes diuersitatis primæ & secundæ partis regulæ, quo ad istum articulum, quod est notandum.

QVAESTIO LXXXI.

QVæro, ponamus impetrantem non seruasse primam partem regulę, ꝑpter quam negligentiam, etiam si milies foueret bonū ius, eius impetratio, & omnia acta iudicii annullantur, nunquid interim possessor annalis conuentus post citationem à tali impetrante factam poterit dici pacificus, ad effectum ut fieri possit triennalis?

SOLVTIO. Si hoc tenetur pro constanti, prout superius dictum est, omnia iudicii acta cum impetratione ob nō seruatam formam corruere, quod in notabili casu tradit Card. in c. ad petitionem. de accus. & Bald. in l. fi. C. de lat. lib. tol. nemini dubium erit per citationem impetrantis emanatam, & modo prædicto annullatam, nec pacificā possess. nec t̄pa interrumpi ut latissimè, dixi superius q. 45. Nam quo ad hoc, ut litis pendentia inducatur, oportet citationem esse legitimam, ut not. per gloss. & Card. in cle. 2. ut lit. pend. & per consequens per citationem nullā, nulla potest introduci præscriptionis interru

terruptio, ut probatur in l. si patet. C. ne de sta.defunct.& per Archid.in c.non ita. 2.quæst.1.quibus concludendum erit pos sessorem fieri posse interim triennalem: & hoc,quod dictum est,non solùm ex uer bis regulæ.sed etiam ex mente præsum pta disponentis,ex qua regula interpreta tionem capere debet, colligitur, ut in ca. uenerabilis.de præbend.l.patet Seuer.nã. §. conditionum. ff. de cond.& dem.Nam licet reg.facta fuerit in odiũ litigantiũ, & secundario in fauorem possessoris, argũ. not.in l.finali C.de edic.di. Hadri.tol. fa uet tamen intentioni condentis,quæ fuit, ne per dictas temerarias impetrationes, possessores detrimento interruptionis possessionis plectantur, & dicti impetran tes sua damnata temeritate ea iactura il los afficiant:ergo quòd nulla censeatur fa cta interruptio, prouenit ex præsumpta mente condentis,quæ interpretatione ad iuuanda est.d.capitulo, uenerabilis. Nam si de hoc expresse interrogatus fuisset, uti que idẽ respondisset, & illud debet habe re pro expresso,iuxta notata in l. tale pa ctum.ff.de pactis.& in Clementina finali. de rescriptis.

QVAESTIO LXXXII.

QVæro,nunquid illæ pœnæ 50.floreno rum, & ꝙ beneficium non censea tur litigiosum, &c. positę in fine istius re gulæ referantur ad omnes casus præcedẽ tes etiam contentos in prima parte regu læ,an uerò referri debẽt ad ea quæ in secũ da parte regula continentur?

SOLVTIO.Videtur,quòd dicta pœna in fine apposita respiciat omnia præcedẽ tia,iuxta doctrinam Bald.in l.quisquis.in primo notabili.C.si cer.pet.quia pœna ap posita in una parte eiusdem constitutio nis,referrur ad aliam,ut not.Ludouic. Ro ma.in l.fina.ff.de in ius uoc. & est de hoc glos.in uersic.omnino.in capitulo,si post quam.de electio.lib.6. & glo. in cle.fina. §.fi.de pœnis.& not. Cardin. in cle. statu tum.in 3.colum.3.oppo.de elect.Gemin. in cap.ubi periculum.§. nulli de elect. & in c.1.in fin.de postul.prælat.lib. 6. & est gloss.notab. in uersic. ecclesia. quam ibi notat Abb.in cap. de multa. de præbend. cum simi.Itaque ex istis infertur quòd im petrans,qui non citauit infra sex menses possessorem annalem, uel si citauit, & nõ prosecutus fuerit: infra annum causam, quòd puniatur pœnis contentis in ista ul tima parte regulæ.

Suadetur hoc,quia impetrans non ser uans primam partem regulæ punitur in nullitate impetrationis & inde secutorũ, & sic citatio facta uigore illius processus, sententia, & inde sequuta erunt nulla, si nulla est citatio: ergo beneficium non re manebit litigiosum,quia citatio nulla nõ inducit litem,ut latius probabo in regula de triennali, ubi accidit casus. Itaque ex ista annullatione sequitur in consequen tiam ista alia pœna,quòd beneficium liti giosum non censetur, quia sublato dispo sito omnis sequela,umbra,& effectus cau satus tollitur ad hoc glo.singu. in clemẽ. 1.de immun.ecclesi.

Tamen istis nõ obstan. contraria opin. uidetur uerior uidelicet, quòd pœnæ po sitæ in ista ultima parte regulæ non refe rantur ad omnes partes superiores.Ratio est,quia quãdo clausulę superiores habẽt suam propriam & specialem determina tionẽ,clausulę,seu qualitas in fine appo sita ad superiora nõ referũtur, ut est text. in capi. cum dilectus, de dona. & tenet Abb.in ca.causam.colum.3.de rescript.& sequuntur ibidem communiter Docto res,sed in casu nostro partes pręcedentes istius regulæ habent suam specialem de terminationẽ,quia si impetrans non cita uerit infra sex menses, & prosecutus fue rit causam infra annum, & alia, quæ in principio regulæ enumerantur,non serua uerit,triplici pœna punitur,uidelicet, qa impetratio,& inde secuta,quæcunque an nullantur,ac parti læsę in damnis & inte resse condemnatur:& sic secundum quali tatem delicti impetrans habet suas pœ nas. Non igitur iustum uidetur aliis tri bus pœnis in fine regulę positis puniri, ex quo illæ tres pœnæ respiciunt casum diuersum, & habent suam determinatio nem de per se.Pręsertim,quia absurdum uideretur, quòd quis ultra condignum puniatur : ut in capitulo, non afferamus 24.q.1.& no. Docto. in cap. at si clerici, de iudi. & in l.sancimus.C.de pœnis.quo casu

casu ubi ex aliquo facto absurdum sequitur, uel considerari potest clausula in fine apposita, ad præcedentia non refertur, ut dicit Abb. in c. ecclesia. l'ultimo per illum tex. de elect. Præsertim, quia quādo in una dispositione diuersi sunt §. siue partes. pœna apposita, in ultima parte non extenditur nec refertur ad alias partes habentes diuersam rationem, ut nota Imol. & Card. in cle. fi. §. fi. in fi. per gl. ibi. Et ita ex istis poterunt ea quæ superius pro parte contraria dicta fuerunt, limitari & resolui, ultra quæ uidenda sunt ea quæ dixi latius in §. pœnales. institut. de action.

Non obstat etiam ꝙ per aunullationē actorum, & sic citationis factam contra non obseruantem primam partem in necessariam consequentiam definat beneficium litigiosum, quia respondetur, acta hic annullantur, prout ex nunc, id est tempore quo datur de regula: & tunc uerum est dicere cessare litis pendentiam. secus uero in præteritum, id est ab initio, quia à principio antequam exciperetur de regula, per citationē inducta fuit semel lis, & licet postea alimentum eius tollatur ꝑ annullationem actorum, effectus tamen per prius consumatus uigore illius nō tollitur: quia effectus consumati semper durant, licet tollatur causa quæ illos causauit, ut in l. fina. ff. unde lib. l. si cognatis. ff. de reb. dub. l. quicūque. §. fi. ff. de publicia. & l. antepen. C. de inst. & subst. & l. 1. §. 1. C. de usucap. transfor. tradit Dec. in c. 1. de iudi. & in c. cū cessante. de appellatio. Nam mortuo pictore remanet pictura, & mortuo genitore remanet genitus, ut dicit Bald. in l. generaliter. C. episco. & cleri. Remanebit ergo beneficiū litigiosum, dato ꝙ annullretur prouisio & processus. nec poterit talis possessor semel conuentus iuuari possessione triennali, tanq̄ ꝙ eius possessio maneat pacifica, & nō fuerit interrupta, secus tñ est in ultima parte regulæ, in qua iam per sententiam iudicis, impetrantem iniustum & improbū fuisse constat: quia tali casu ultra alias duas pœnas illa etiam imponitur, ꝙ beneficium in antea non censeatur litigiosum & sic pondera uerbum antea, ꝙ concernit initium litis, ad differentiam, ꝙ in primo casu regulæ non desinit esse litigiosum: & ratio est, quia in primo casu reg. non constat adhuc impetrantē calumniosum fuisse. Nam propterea ꝙ non seruauit formā hic traditam, improbus nō iudicatur, quia improbitas & molestia concernit uexationem de facto: & possunt ista esse simul ꝙ aliquis non seruauit primam partem regulæ, & tamen ꝙ uere competat illi ius, quia donec non fuerit declaratum per iudicem dici non potest illi ius non competere, iuxta ea quæ dicit Egid. decisio. 103. inc. non dicitur constare. tenet Arch. & Io. And. in c. si beneficia. de præb. lib. 6. Sed in ultima parte regulæ peccatur non solum in transgressione formæ traditæ, sed etiā in defectu iuris, ex quo improbitas arguitur, ut dicit Abb. in c. calumniam. in 2. col. de pœnis. Nam quando de meliori iure possessoris constat. tunc impetrans in mala fide constituitur, ex qua temeritas litigandi causatur, ut dicitur Bar. in l. si quis inficiatus. ff. depositi. & in l. cum quem temere. ff. de iud. nimirum igitur, si tot pœnis punitur, postquam perperam, de facto & iniuste possessorem uexauit.

QVAESTIO LXXXIII.

QVæro, quare exceptio istius regulę annullat titulum impetrantis, & exceptio regulæ de triennali non?

SOLVTIO. Quia in regula ista ponūtur plura requisita, & qualitates, quas tenetur impetrans exprimere in sua impetratione, uidelicet, nomen, gradus, nobilitatem possessoris, & quot annis ille possedit, & huiusmodi reliqua, quorum taciturnitas in aliquib. eorum reddit gratiā nullā, et de iure cōmuni si opponatur. Nā de iure cōmuni in impetratione requiritur, ꝙ mētio de possessione uiuentis fiat, alias impetratio est nulla, ut tradūt Doct. in c. cū nostris. de conc. præb. & Fel. late in c. in nostra. in 36. correl. de resc. Sed ista nō militat in reg. de triēnali, quia impetrās ad nullū requisitū obligat, sed pęna illa suspēsionis gratiæ ibi ꝑꝑ negligētiā impetrātis induci, q̄ quidē negligentiæ pęna nō est ꝑpetua, sed durabit uiuēte possess. sed in reg. ista pęna est ꝑpetua, quia annullat ipso iure impetratio, & titulus reducit ad non titulū, nō aūt suspēdit, ut in reg. de triēnali.

QVAESTIO LXXXIIII.

QVarto, an annus de quo ista regula loquitur, currat impetranti qui ignorabat aliquem esse annalem.

SOLVTIO. Dicendum uidetur quòd non. quia licet regulariter aliæ præscriptiones contra ignorantem currant, ut est tex. in l. fi. C. de long. temp. præsc. Tamen præscriptio annalis non currit probabiliter ignoranti, ut patet in l. cum sec. ff. de æd. edict. quia ubi lex non notat culpam, annus non incurrit nisi a die scientiæ, c. eum seruorum, de ser. ord. tradit Bal. in c. fin. de prohib. feud alien.

Tamen istis non obstantibus crederem cōtrarium esse uerius, ut aliquid plus operetur reg. ista quam dispositio iuris communis, arg. eorum quæ dicit Bar. in l. 3. §. si rem. ff. de leg. 3. Præsertim, quia si contrarium diceremus, possent infinitæ fraudes contra possessores committi. Inuestigare igitur debet impetrans possessorem, uel procurare prorogationem regulæ, aut saltem eius prorogationem, quæ denegari non solet, quousque inueniat possessorē: Et ad contraria responderi potest, ex his quæ Bart. scribit in l. 1. §. si quis autem propter. ff. de itin. actuq. priuat. & ea quæ latius tradunt Mod. in tract. præscr. fol. 37. in 4. col. alias non faciens diligentias prædictas excludetur exceptione regulæ, quia ut dicit Lud. Rom. in cons. 431. non termināns causam infra annum sibi datum, censetur gratiæ suæ renuntiare, ut ibi per eū. Sed pro prima opinione faciunt ea, quæ dicit Glossator in fin. commenti reg. de public. resig. & ibi dicetur.

REGVLA DE TRIENNALI POSSESSORE.

Item statuit, & ordinauit Dominus noster, quod si quis quæcunque ecclesiastica beneficia qualiacunque sint absq; simoniaco ingressu ex Apost. uel ordinaria collatione, aut electione, & electionis huiusmodi confirmatione seu præsentatione, & institutione illorum, ad quos beneficiorum huiusmodi collatio, prouisio, electio & præsentatio, seu quæuis alia dispositio per triennium pacifice possederint. Dummodo in beneficiis, si dispositioni Apostolicæ ex aliqua reseruatione generali incorpore iuris clausa reseruata fuerint, se non intruserint † super eisdem beneficiis taliter possessis molestari nequeāt. Necnō impetrationes de beneficiis ipsis sic possessis factas, irritās, & inanes censeri debere decreuit, antiquas lites super illis motas penitus extinguentes.

PRAEFATIO.

NOtabilis & quotidiana est materia istius regulæ, & per plures altercationes in curia & foro sæpe discussa. Ideo eā pro tenui facultate mea plenius attingā. Habuit originē ista regula à decreto quodam Basil. consi. ordi. 8. ut dicunt Mod. quidam in tractat. elect. fol. 87. & Glos. hic, & ante ipsos Fel. in c. sicut. in 16. col. de re iudi. à quo quidem concilii Basil. decreto fuit ferè ad uerbū transcripta, pacis omissis, additis, uel immutatis. Et licet prædictum decretum consilii sit antiquum, æditio tamen istius regulæ moderna est, & fortè magis recens, quam regula de annali: quia illa incipit ab Eugenio, ista uerò à tēpore Calixti, qui primus eam in usum tradidit, addita una clausula post illa uerba,

ANNOT. IOAN. MIL.

† Intrusus dicitur, qui habet beneficium a superiore interdicto, uel priuato, c. tanta, extra de exces. prælat. Dicitur etiam intrusus, qui obtinuit beneficium a non habente potestatem illud conferendi, c. cum uenissent, extra, de in integ. resti. uel qui beneficiū sine autoritate illius, ad quem spectat collatio, tenet adeò ut si quis, etiam si collator suspensus fuerit tempore uacationis beneficii, & præter autoritatem illius, ad quem spectat collatio, adeptus fuerit beneficium ab alio poterit compelli, appellatione remota, a papa, uel legato monitione præmissa, ad illud beneficium resignandum per excommunicationis sententiam, & substractionem aliorum beneficiorum non obstante confirmatione a sede apostolica obtenta sub forma communi, quæ confirmat beneficia, & præbendas sicut iuste & pacificè possidentur, c. quia diuersitatem, extra de concessio. præbend.

te non intrusecint, &c. quæ in Modernis reg. omissa fuit, quæ est ista, uidelicet & causæ super istis beneficiis, ab anno proxime transacto prosecutæ non fuerint, &c. Hadrianus uerò 6. plura ad istam regulam addidit. Primū ibi dum dicebat ex Apostolica uel ordinaria collatione, &c. addidit ista uerba, ex quouis tit. apostolico, &c. & hoc fecit ad effectum, ut ista regula comprehenderet commendas, super quo antea in Rota dubitabatur. Secundo in fi regulę ibi, antiquas lites, &c. fuit additum, super illis contra quoscūque huiusmodi possessores in eisdem beneficiis prædecessoris penitus extinguendo. Et hoc fecit ad tollendum dubium, quod fiebat ex decis. 10. ut lit. pen. in no. uidelicet ꝙ lis semel per prædecessores introducta afficiebat beneficium, donec per sententiam esset finita, ita ꝙ interim possessor pacificus dici non poterat, quod est per d. clausulam sublatū: quia licet prædecessori fuerit mota lis, si successor postea per triennium possideat, defenditur ista regula, quæ hodie est ī usu & non prædictum concilium Basil. & licet decretum illud concilii prædicti, cum sit perpetuum, uidebatur magis efficax, & maioris autoritatis in decisionib. causarum, ad causandum effectum istius regulæ, propter rationem quam ponit Abb. in c. prudentiam, in princ. ff. de offi. dele. Tamen quia illud consilium receptum non fuit, nisi in certis casibus expressis ibi per Eugenium: summi pontifices autoritate illius uti noluerunt, nec sic tacite illud approbare uiderentur, quod ex eo apparet: quia in ista regula nullam de eo mentionem fecerunt. Et illud consilii decretum, & regula ista cum illo concordans, fortè fundamentum acceperunt ab æquitate. l. properandum, C. de iud. quæ lites triennio terminare uoluit, uel a ratione. l. 1. ff. de usuc. quæ in usucapione rerum mobilium triēnium induxit, in pœnam negligentium eas: uel fortasse reg. ista fomētum habuit a Chalcedonensi concilio, quod ecclesiarū parochias, uel possessiones per triennium quiete, & absque ui possessas, inconcussas manere uoluit, de quo quidem concilio Chalcedonensi factum fuit postea decretū antiquum, quod scribitur in libro membrano uetustissimo decretorum, & conciliorum sedis Apostolicæ, lib. 5. c. 26. uicunque sit, negligentia non petentis ius suum in causa fuit, ut prædictæ constitutiones ederentur. Quam quidem negligentiam cum mysterio papa hic considerauit, beneficia in hoc rebus mobilibus comparans, quæ etiam fragilia sunt, & sicut res mobiles ad tempus durant, ut inferius dicetur. Nec mirandum, si triennalis possessio tantum roboris tribuat iuri inualido, cum ēt homo ipse, cuius gratia beneficia inuenta fuere, si ab initio malus sit, triennio de malo bonus fieri præsumatur, ut dicit tex. notabilis in §. sancimus, in auth. de monac. & not. And. Sic. in rep. c. testimonium, de testib. & Fel. in c. cum deputati. in prin. de iudic. & ante ipsos Rom. in cons. 236. in 3. col. multa enim singularia priuilegia præter communes regulas, etiam apud Philosophos hic numerus ternarius usurpauit si bi, quæ recensere, extra propositam quidē materiam uideretur, cum de hoc satis superq. Clichthoueus in libello quodam, quem de mystica numerorum ratione edidit, scribat: & Syluius in Grypho Ausonii omnia ternarii numeri loca commemoret, quæ fortè curiosum inter legendum detinere aliquando possent. Et Ludouicus Viualdus in opere regali, de laudibus triū liliorum, 74. laudes istius numeri ternarii scribit quæ ibi uideri poterunt. Sed iam rem ipsam aggrediamur.

QVAESTIO PRIMA.

PRimo igitur quæro, quare magis in tuendis possessorib. triennium quàm decennium, uel aliud tempus præfixit papa?

SOLVTIO. Posset capi ex dictis And. Sic. in cle. 1. in 3. col. nu. 17. de elect. qui dicebat triennium præfixum a lege usucapioni, fuisse arbitrarium, cum sit iuris positiui, prout alias in simili dicebat glos. in uerbo, ratus. in l. i. §. pueritiam. ff. de postul. ita ꝙ idem uidetur dicendum in casu istius regulæ.

Tamen aduertendum est, quia licet ista ratio arbitraria aliqñ ad aliquas leges tpis præfinitiuas dari posset: non tamen in omni casu, & ad quamlibet legem quadrabit, præsertim qñ in lege aliqua ratio saltē in

Z 2 genere

genere reddi potest, ut dicit Arch. in c. Nabuchodonosor, col. 2. 23. q. 4. declarat Fel. in c. si qñ, in 8. & seq. col. de resc. & Bal. in l. non dubium. in 2. col. C. de leg. Nam conati prius debemus, quoad fieri possit, ne legem ratione mancam, uelut euentualẽ, pro arbitrio, & fortuitò conditam dimittamus: quin potius in ea oportet nos aliquam rõnem, fortè ēt non oĩno concludẽtem inuenire, ut dicit, d. Ant. in c. non debet. de consf. & aff. Melius. n. est legẽ aliqua rõne, ēt fatua defendere, q̃ nudã, & sine aliqua rõne dimittere, ut Mod. dñt in l. cũ filio, de le. 1. qđ obseruauit gl. in l. Eunuchis C. qui testa. facere pos. quæ fatuam rationem ad illam legem, cum aliam non haberet scripsit. Quod iure factum fuisse Doc. existimarunt, ne legem sine ratione dimitteret. quia, ut uulgò dici solet, lex sine ratione, corpus est sine anima. Nam rationẽ animam legis esse omnes affirmant, in c. secundo requiris. de app. & in c. fi. de reg. iur. li. 6. Et ideo quando lex non continet rationem expressam, debemus in ea, quando aliam non inuenimus, rationem etiã remotam fingere, & illa sufficit, ut dicit Abb. in procem. Greg. in 8. col. uers primò not. & Dom. in c quamuis, el 2. §. fi. circa fin. de præb. li. 6. Et ob eam causam gl. 3. in l. filium. C. famil. ercis. reprehendit illos, qui non aliter inuestigata ratione legis, ad quamlibet oppositionem legis respondent ibi esse speciale, quod etiam deride Ias. in addi. quas actiones, in 2. col. C. de episc. & cler. & in l. ex toto, col. 2. de leg. i. debemus enim speculari rationem, etiam contra uerba legis, ne lex sine ratione uideatur, ut dicit Cynus in l. non dubium. C. de leg. Quod imperatorem fecisse constat in §. igitur in proœ. Institutionum, nã ad partiẽdum Institutionum opus in quatuor libros, ratione magis colorata, quàm concludenti est usus: ne fortè librorum diuisionẽ pro arbitrio factam fuisse dicere mus. Quod etiam papa nos facere docuit in c. non debet, de consang. & affinita. quo loco ad reducendos consanguinitatis gradus ad quatuor nõ rõnib. arbitrariis & fortuitis, sed ꝑsuasiuis mouet, ut ibi patet.

Adparet ergo ꝙ non ilico, ꝙ lex statuit aliquid fieri sub certo temporis spatio, seu terminum dictum præfinit, dicere debemus hoc sine ratione: sed ex libito uolũtatis, & pro arbitrio principis factum fuisse. Inuestiganda est igitur ratio, qua legẽ fuisse ratione constatam facile dignoscamus, ne alias sine ratione respondentes, meritò rideamur, iuxta tex. in c. si ex bono de pœni. dist. 4. & probant quidam Mod. in tract. extensio. col. 4. facit Old. cõs. 93. col. 4. quę omnia in casu præsentis q. militant. Nam cum regula ista rationem non assignet, quare papa potius triẽnium, quàm aliud tempus in beneficiis præscribendis induxit: debemus nos eam ex mente, uel coniecturis potius elicere, quàm arbitrari papã triennium huiusmodi, arbitraria & casuali quadam ratione introduxisse. Rõ igitur, quæ mouere potuit ipsum papam ad triẽniũ magis statuendum, quàm aliud tẽpus iudicio meo potuit esse multiplex. Prima fuit frequẽtia & celebritas istius numeri ternarii, quo tam sæpe legislatores, & philosophi usi fuerunt, quos papa in lege ista cõdenda imitari uoluit. Nã modestiæ plenũ iudicatur, si principes in legib. cõdendis cõsuetudines, & mores maiorũ sequantur, ꝑꝑ rõnes, quas adducit Rom. in cons. 327. col. 3. Constat igitur ueteres legumlatores in actibus iudicialib. & extra iudicialib. multum huic numero ternario tribuisse, quod ex multiplici legum numero de ternario numero loquẽtiũ, facilè deprehẽdi põt. Nã ĩ primis papa ad hoc triẽniũ constituendũ potuit moueri, ex forma iudicii tradita in c. forus, de uer. sign. quæ ex ternario numero, tanquam ex re perfectissima, iudiciũ diffiniuit, ex principio, medio, & fine. i. iudice, actore. & reo. Est. n. hic numerus, ut inquit Dion. Halyc. li. 3. historiarũ, omni disceptationi conuenientissimus. Reg. igitur ista, quæ iudicialis est, debuit tali numero conformari. In quo genere aliud exemplum ad imitandũ habuit summus Pontifex, positum in l. properãdũ. C. de iud. ubi tota cõcertationis species, & iudicialis cõtrouersia, trib. in stãtiis terminatur. Et ita ēt in l. 1. C. de fideic. ꝑ triẽnii ꝓstationẽ Imperator fideic. induxit, & in l qsitũ. C. de apoch. pub. li. x. tm̃ operari uoluit triẽnii continui solutionem, quod per eam uoluit liberationem

præ

præcedentium annorum arguere. Ex quo rum iurium exemplo,& rationes,putabat Decius,uir alioquin omnium temporum & horarum curiosissimus, in l. si certis annis,col.2.C.de pact.triennium illius regulæ inductum fuisse, non autem pro arbitrio & libito uoluntatis papæ. Aliud etiã magis proximum imitationis exemplum habuit papa ad triennium statuendum ex l.1.ff.de usucap.quæ propter negligentiã ac non petentis ius suum desidiam,usucapionem triennalem in rebus mobilibus induxit.Quarum similitudine papa ductus, uoluit etiam negligentem petere beneficium suum lapso triennio,eadem pœna multare, silentium illi imponens, in hoc beneficia (ut opinor) rebus mobilib. comparans.Nec immeritò: nam & annui reditus,qui cùm persona extinguuntur, & cũ ecclesiasticis beneficiis symbolũ habẽt, appellatione mobilium continentur, ut no. dicit Abb.in cons.13.in 4.col. li.2.limitãs per hoc iura contrarium disponentia, ut procedant, quando conceduntur loco ad longissimum tempus. Et hoc etiam ultra Abb.uidetur sentire Io.de Ana.in c. in ciuitate.in 15.col.de usur.Sicut ergo in usucapionib.pro reb. mobilibus datur triennium,ita papa pro possessione tuenda idẽ tempus iniunxit.Et sicut ẽt in c.1.de pręs. per triennium possidens rem ecclesiæ,etiã cum mala fide pręscribit eam, ita & possidens beneficium triẽnio tutus esse debet. Plura enim ad trienniũ magis, quàm ad aliud tempus statuendum summum Pontificem induxerunt,ut superius diximus, & etiam adparet in c.sua nobis,cũ seq.de app.ubi papa omnem grauaminis querelam sub tribus tantum appellatione gradibus conclusit:& in c.contigit el 2.de sent. exc. iudicialem monitionem tribus quoque terminis uoluit esse contẽtam: quod etiam in denũtiatione Canonica, seu Euãgelica seruatum legimus.illa.n. trina ẽt monitione perficitur,qua seruata reus homo iudicatur,ut in c.nouit.de iud. Sic etiã ueteres hominem tribus denuntiationib. conuictũ,trib.literis indicabãt, autore Suida. Nã cum uolebãt hominem malum significare, scribebant unum Cappa: cũ uerò peiorã,duo: cũ pessimũ tr̃ia hẽre Cappa dixerũt. Ex quo prouerbio uetusto,ut id obiter dicamus,compositum puto hoc nomen fur,cum ministerio trium literarũ Vnde merito ille titulus trium etiam dictionum.ff nautæ,caupo.stabularii, originem accepit:quando & hoc personarum genus multis in locis taxatur, & furibus omnino æquiparatur, ut patet in l. 1. in princ.eo.ti.ibi,ne materia detur cum furibus coeundi,&c.& in l.ita,§.sed si totam, eo.ti.ibi,prætor curam agere reprimẽdæ improbitatis horum hominũ, &c. & alibi sæpe.Inde euenit,q pro pessimo homine, trib.Cappis digno, antiqui intelligebant Cretensem,Cilica,Cappadoca,qui singularis fuisse improbitatis memorantur. Qđ quidem genus hominum prout de malo teste dicimus,tribus personis est obnoxiũ, Deo,iudici,& parti, ut in c. 1. de crimine falsi.Sic etiam aduocato malo ad se corrigendum de errore suo,tres illi dies pręfiniuntur,in l.fi.C.de errore aduoc.sicut recusanti iudicẽ,tres ẽt dies assignantur, in l.fi.C.de iud.Et in summa,totũ ius ciuile, qđ in tres distributum est partes,ut dicit tex.in § fi.inst.de iure nat.totũ etiam Pontificiũ ius, numeris ternariis est refertum. Iuxta quẽ numerũ,non absq; summa rõne tp̃a in præteritũ,præsens,& futurũ distinxit Deus Neq; aliquis ex numeris tam frequenter in diuinis & humanis actibus cõmendatus fuit, aut speciali prærogatiua munitus sicut ternarius.Cùm igitur reg. ista iudicialis sit, Papa frequẽtiã secutus, uoluit eã triẽnii possessione magis quàm alterius t̃pis esse cõtentã. Plura alia exempla numeri ternarii,quib. papa ad hũc potius ternarium,quam alium numerum deligendum potuit moueri, contexere possem:quæ,ne in re tam leui tempus onerã,recẽsere desinã,ut obiter omittã,q̃ in sacris literis de isto numero Aug Hieron.& Ambr uariis in locis tradiderunt, quos latè Pau.Foro Sẽptonien.ẽps.& Io. Faber in illis tract. quos de triduo Christi scripserunt, & Iod. Clichthoueus in libello, qui de mystica numerorũ rõne inscribitur, referũt,cũ sexcẽtis aliis locis, quos accurate in hac materia Gul.Bened.in copiosa rep. c.Raynutius,de test.fol.15.congessit,quæ omnia huc pertinent,ut dicamus papam

non tam arbitrio suo & casu fortuito (ut quidam uoluerunt) ad triennium consti tuendum: sed potius ratione certa & exẽ plo clarissimo sacratumq. legum imitatio ne digna motum fuisse, quæ in similibus casib. hoc numero, magis quàm alio tan quam omnium perfectissimo usq fuerũt. Et secundum istius rationes emanarunt ista iura in c. si seruus. el 2.54. dist. & in c. si quis. 16. q fin. quæ hunc numerum terna rium in diuersis aliis casibus amplexa fue runt. Et certe si triennium hic constitutum usucapioni comparemus, proculdubio iu dicabimus summum Pontificem, non for tuitò, sed rationabiliter ad hoc trienniũ statuendum motum fuisse. Nam in usuca pione rerum mobilium, quarum usum quotidianum habemus, ideo triennium magis quàm decennium constitutum fuit ut homines ad repetendum tales res ad usum uitæ necessarias, celerius arctarentur quæ ex usu quotidiano occupatoris diffi pari, atque omnino possent deteriores fie ri, usuque consumi. Nam mobilia pro ma iore parte per triennium consumi præsu muntur, iuxta gl. notab. in l. 1. C. si aduer. usuc. & gl. pen. in l. fi. C. in quib. caus. in teg. rest. non est necess. Quæ ad hoc Alex. adducit in l. interdum. ff. de condi. ind. in secunda addi. ad Bar. neque iuris conditor breuius tempus triennio hoc casu statue re potuit, propter totidem gradus appel lationuum, quæ reis condemnatis ad se defendendum à lege cõceduntur, ob quã causam tres instantiæ iudicii in d. l. prope randum. C. de iudic. statutæ fuerunt. Et in fra idem tempus summus Pontifex conue niens putauit, etiam beneficiatos benefi cia eorum occupata repetere debere: quo rum etiam beneficiorum, sicut & rerum mobilium, usum tantũ habemus, qui quo tidie consumitur. Adparet igitur ex omni bus prædictis, summum Pontificem opti ma ratione, & digna tot legum imitatio ne motum fuisse. Nam, ut inquit Cicero, quod exemplo fit, ratione fieri putatur. Sed de iis satis.

QVAESTIO II.

QVæro, iuxta illud uerbum ibi, Quòd si quicunque, &c. nunquid ista re gula bastardum, siue illegitimum possesso rem cum colorato titulo defendat?

SOLVTIO. Ista quæstio heri tertia mẽ sis Iunii 1530. in Rota ꝓposita fuit, in cau sa Legionen. coram R. P. D. Petro Vortio, in qua quidam ex Dominis dicebant, regu lã illegitimum non tueri, ex eo, quia uer ba generalia istius regulæ, de habilibus in telligi debebant, iuxta uulg. l. ut gradatim, ff. de mune. & ho. & gl. in uerbo, quibuscũ que c. §. sed hæc solemnia. inst it. de uer. obl. Quod procedit etiam si cõstitutionis uer ba uniuersalia sint, prout hic: quia etiam dicta uerba ad habilia restringuntur, ut tra dit Dom. in c. cum in illis, §. 1. col. fi. de præ bend. lib. 6. cum concord. ut scribit Dec. in cons. 171. col. fi. Et ita uidemus, ꝙ verbum, quodcũque uniuersale in l. in traditionib. ff. de pactis. & in l. emancipati. ff. de adop. etiam ad habilia restringitur. Et regulari ter in materia maxime exorbitanti, talis re strictio uerborum generalium fieri debet, ut tradit Anto. de Butr. consil. 19. in 3. col. Nam dictio Quęcunque, simpliciter de ꝑ sona loquens, de legitima & habili intel ligi debet, nisi communi utrunque com prehendenti addatur, ut dicit Alex. consi. 80. col. fi. lib. 1. Et hoc idem in regulis can cellariæ etiam generaliter loquentib. ha bere locum uoluit quidam doctus Mod. repetens cap. Raynutius. fol. 7. num. 32. de testam.

Et ꝙ reg. ista bastardos comprehendere non debeat, rationi consonum uidetur: quia illegitimi omnium iurium spiritua lium sunt incapaces, ut in c. si gens Anglo rum. 56. dist. Et huiusmodi personæ, quo ad commodum, & honores, a iure indigni censentur, ut not. gl. in cle. 1. de baptis. & Abb. in c. cum Vintoniensis, in 4. col. & in c. innotuit, de elect. & in terminis reassu munt latius dicti Mod. in d rep. c. Raynu tius. fol. 6. & Cur. Iun. in rep. l. admonendi. ff. de iureiur. qui æmulatione, ut creditur, Ias. concurrentis materiam bastardorum ampliauit Inde non abs re ueteres Summi Pontifices diligenter curarunt, ne sacrum Card. collegium hac labe pollueretur. Nã, ut refert Nicolaus de Vbaldis, nostri ordi nis olim insignis auditor, in tract. suc. ab in te. col. 49. a Paulo 2. proprio eius ore audi uisse

uisse, quendam spurium per Eug. 4. ad Cardinalatum assumptum, ante receptionem pilei, quasi miraculosè rebus humanis exẽptum. Quod idem sanctissimum institutũ in nostro sacro auditorio Rotę inuiolabiliter seruatum fuisse satis compertum est. Nã cum idem Nicolaus apud eũdem Paulum Rotæ nomine supplicaret, liceret eis inquiri contra quendam, qui ab eodem Paulo mandatum ad auditoratum habuerat, nũquid bastardus esset, Paulus libẽter annuit, subiungens, honestum esse per huiusmodi labem locum nostrum non cõtaminari, referens exemplum dicti Card. per Eugenium assum pti. Ita dicit Dom. Nicolaus, ubi supra. Et ob eã causam Philippũ Decium, alias ad auditoratum mãdatum habentem exclusum loco, legimus. Cum igitur regula ista sit priuilegiatiua, & fauorabilis possessorib. non uidetur uerisimile uelle bastardos tanto fauore munire, ut dicit Gloss. hic.

Tñ istis non obst. maior pars dominorum conclusit contrarium, uidelicet illegitimos regula ista defendi. Pro qua opin. in primis uerbum. Quicunque, hic positum ponderabant, quod est generale, ut in c. solitæ, circa fi. de maio. & obed. & in c. sciant cuncti, de elect. lib. 6. & in l. quicunque. C. de ser. fug. quod uerbum de sui natura includit ea, quæ alias sub simplici dispositione non comprehenderentur, ut not. gl. in cle. 2. de uita, & honest. cler. & glo. in uer. ubicunque, in cle. 1. de iud. no. Abb. in c. super q. in gl. de offi. deleg. & reassumit Curtius Iunior cons. 1. & Fel. in c. postulasti, in 11. col. de resc. & ante ipsos Rom. cons. 31. uisis iis, &c. Et idem Fel. in c. nonnulli. in princ. in 9. col. de rescr. & in materia dispẽsationis quæ solet esse stricti iuris, ut in c. ꝑ uenerabilem, qui filii sint legitimi. uerbũ, Quicunque, omnia comprehendit, ut est gl. in extrauag. execrabilis, quæ allegat cle. si Rom. de præb. facit tex. & gl. in cle. 1. in fi. de re iud. quam ad hoc notat Oldr. cons. 322. attento, & c. cum similibus.

Hinc est, ꝙ licet dispensatus ad beneficia non possit habere dignitatem, ubi tamen fuisset dispensatus ad quęcunque beneficia, talis dispensatio dignitates comprehenderet, ratione illius dictionis, Quæcunque, ut dicit Rota de fil. presb. 2. in no. & 4. de offi. ord. in antiquis, sequuntur Mod. in tract. de benefi. in 3. q. 1. partis, colum. 5. Et ista decisio procedit, etiam si cũ dictione Quæcunque coniungeretur dictio Alia, quę solet esse restrictiua similiũ. Prout in simili casu in una Præceptoria Barchinonen. coram d. Paulo Capisucco fuit in Rota iudicatum per Dominos 9. Ian. 1531. Nam in dicta causa dubitabatur nunquid in facultate concessa nuntio Vasionẽ. ad beneficia, & præstimonia, & alia quæcunque, &c. includerentur dignitates, ut una pars Dominorum dicebat ꝙ sic, põderando dictionem quæcunque, esse uniuersalem per iura superius allegata, & ea quæ dicit Fel. in c. de quarta, de præscr. in 4 col. ubi dicit, ꝙ licet appellatione beneficii non ueniant hospitalia: cle. per literas, de præb. fallit tamen, nisi sit dictio Quæcunque, & idem de præstimoniis dicitur in gl. quodcunq; in cle. 2. de uita & hon. cler. Alia uero pars Dominorum tenebat contrarium, ex quo potestas nuntii erat odiosa in præiudicium ordinariæ potestatis, ut dicit Abb. in c. si quis contra clericũ, de foro comp. Et ideo illa uerba, Quæcunque debebãt restringi ad habilia & expressa, nõ ad ea quæ sunt speciali nota digna ut dicit Dom. post Pet. de Anc. in c. 2. de pręb. li. 6. Phil. Peruf. in c. ad hoc. circa fi. de app. cum conc. ut late scribit Soc. in cons. 140. in causa Nanneten. in 9. col. Item, quia dictio Alia, in dicta facultate nuntii posita, restringebat terminum generis ad expressa, iuxta ea q̃ dicit Old cons. 8. & 287. & Rom. cons. 13. & 42. circa fi. & 92. & Cal. cons. 2. circa fi. ti. de arb cum conc. ut per Ias. in l. quæcunque, in primo notabili, C. qui admit.

Tandem istis non obstantib. Rota post longam disputationem, uno excepto, tenuit contrarium, uidelicet, in dicta facultate nuntii comprehendi dignitates propter generalitatem dictionis, Quæcunq; pondera, ut superius. Nec obstabat dictio Alia, adiuncta termino uniuersali: quia illa non restringebat generalitatem uerbi quæcunque, ut est de hoc gl. no. in uerb. quãuis, in cle. 8. de re iu. quę probat, iũcto tex. uerba ista, Vel alia quauis causa, inclu

dere maiora expressis: pro qua plura adducit And. Sicu. in l. 1. §. fi. in 3. col. ff. de uer. oblig. & in repet. l. cum acutissimi. in 13. col. C. de fideic. cum aliis adductis per Moder. Lusitanos in l. fundum. colu. 20. ff. de reb. dub. qui respondent ad cōtraria, cum quibus concordat Alex. in consil. 11. uiso. in 3. col. & in consil. 155. uisis, & accuratè. in 2. col. uol. 2. Et ita in dicta causa Barchinonen. conclusum fuit per omnes dominos, & iudicatum dicta die 9. Ianuarii in fauorem Iacobi Partage, magistri domus Cardi. de Cæsarinis, contra Anto. Carreas. Quæ omnia conferendo ad casum nostrū reddunt decisionem claram & expeditā, uidelicet, ꝙ generalitas istius uerbi, Quicunque, positi in text. comprehendit illegitimum, præsertim cum regula ista tantū excipiat duo genera personarum inhabilium, uidelicet simoniacum, & intrusum in beneficio reseruato, ergo in aliis manet regula firma.

Non obstat, ꝙ uerba generalia debent intelligi de personis habilibus: quia ultra responsiones quæ possunt colligi ex limitationibus traditis per Ias. in l. fideiussor. §. prætor. ff. qui sat. cog. de quibus latè scripsi in §. in personam. instit. de actio. limitatur illa regula non habere locū, quādo lex loquitur taxatiuè, excipiens duo genera personarum, ut hic: quia tunc casus non excepti comprehenduntur sub regula: ut in c. 2. ubi Abb. de coniug. lepro. Vel secundo negari potest illegitimum triennio possidentem inhabilem esse, ut exceptione istius reg. priuari debeat, cum sit quædam defensio, sicut uidemus in excōmunicato, qui licet ad iudicia inhabilis indicetur, non tamen illi excipiendi facultas denegatur, ut in ca. cum inter. de exceptione. Cum igitur ista regula non det nisi meram exceptionem possessori, poterit ea illegitimus uti: qui non uidetur tā odiosus, quantum excommunicatus, qui contrahere & possidere potest: c. ueritatis de dolo & cont. præsertim, quia hoc casu, ex quo per triennium à superiore est toleratus, præsumitur dispensatus, iuxta ea quę tradit Pet. de Anch. in consil. 117. cum materia ordinarii. de offi. ord. lib. 6. Vel tertio respondetur, ꝙ dispositio istius regulæ, quia emanauit ad extinguendas lites, ut patet in fin. concernit bonum publicum, ut in l. 1. ff. de usucap. & in l. properandum, C. de iudic. sed ubi agitur de utilitate publica, lex non recipit restrictionē de habilitate personarum, ut dicit Bar. in l. si quis in graui. §. utrum. per illum text. ff. ad Sillan. Et ita in indiuiduo super hoc puncto iudicauit Rota in una Regien. parochialium coram me, ponderando casus exceptos in regula. Et hanc eadem opin. hodie, quę numeratur 23. Ianuar. 1538. in una Romana parochialis S. Pauli & Cæsarei coram d. Raynaldo Petrutio omnes Domini tenuerunt.

QVAESTIO III.

QVæro, an regula defendat fœminam possidentem dignitatem, uel administrationem?

SOLVTIO. Videtur ꝙ sic, quia uerbū Quicunque, positum in text. comprehendit fœminam, l. 1. ff. de uerb. sig. Contrariū uidetur tenere Gloss. hic in 2. col. dū uult, ꝙ ista uerba intelligantur de habilibus: & ideo laicus & mulier possidentes non iuuantur ista regula. faciunt ea quæ idem Glossator dicit in reg. 2. in fin. supra eod.

Quid dicendum? Pro resolutione istius articuli distingui potest hoc modo, uidelicet, ꝙ aut dignitas conceditur per papā fœminæ in titulum uel administrationē, ut in abbatissa, uel priorissa perpetua, quod potest facere papa: & tunc putarem regulam habere locum, cum in istis eadem ratio defensionis militet, alias secus. & hoc in specie tenet Glossator concilii Basilie. tit. de pacific. possessorib. faciunt ea, quæ in simili dixi in reg. de īfirmis resi. in 6. q.

QVAESTIO IIII.

QVæro ibi, Beneficia qualiacūque sint, &c. an sub istis uerbis regulæ cōprehendatur feudum ecclesiasticum?

SOLVTIO. Videtur dicendum ꝙ sic, quia feudum dicitur beneficium. c. 1. §. in primis. qui ex causs. feud. amit. & no. Pet. de Anch. in regula, beneficium. in 1. q. de reg. iur. lib. 6. & Ias. in repe. l. re coniuncti, nu. 227. ff. de legatis 3. ubi etiam probat, ꝙ feudum est mera gratia. Et in materia fauorabili possessorib. de qua ista regula loquitur,

loquitur, appellatione beneficii feudum comprehenditur, ut dicunt Moder. in præludiis feudorum. Hinc est, ꝙ in generali facultate dispensandi ad beneficia curata & non curata feudum includitur, ut per plures rationes probat Decius in consilio 76. licet in casu proposito, &c.

Breuiter prædictis non obstantibus cōtrarium est concludendum, ex eo, quia licet in materia proportionabili defendi posset, appellatione beneficii feudum cōprehendi: ubi uerò uerba, uel subiecta materia repugnant, contrarium est dicendū, ut Præp. dixit in c. per uenerabilē. col. 90. qui filii sint legi. Sed clarum est, ꝙ uerba istius regulæ quæ de collatione, institutione, uel præsentatione loquuntur, non adaptantur ad inuestituram feudi, quæ per istos modos non confertur. Igitur dispositio ista in eo non habet locū, præsertim quia casus hic excepti in regula, uidelicet de reseruatione in corpore iuris clausula & de beneficio simoniace possesso, nulla tenus feudo conueniunt, sed solum beneficiis ecclesiasticis, quæ à feudo differunt, adaptantur.

Cōcludendū est igitur regulam in feudis locum non habere, præsertim, quia in ueris beneficiis ecclesiasticis est aliqd specialitas annexum, quod non est in feudo & in beneficiis quatuor requiruntur, quo ad hoc, ut beneficia ecclesiastica dicantur, quæ à feudis sunt multum aliena, ut tradit Petr. de Anch. in c. 1. q. 1. de regu. iur, lib. 6. Sequitur Decius in rubrica de teser. Quæ omnia à natura feudi extranea uidētur, prout etiam Moderni declarant in tractat. beneficii. in prima parte. Dictio igit̄ Qualiacunque, hic posita, recipiet distinctionem secūdū subiectam materiam. prout in l. quæsitū. §. 1. ff. de leg. 3. cum uulg.

QVAESTIO V.

Quæro, an regula ista de triennali, habeat locum in beneficiis commendatis perpetuo secundum stylum nostri temporis?

SOLVTIO. Licet in pluribus regulis istius tractatus disputatus sit iste articulus adeo ꝙ uidebantur sufficere iam dicta: nihilominus quia misera iuris conditio semper in infinitum decurrit, & nouas quotidie deproperat edere formas, ut dicit Imperator in lege 2. C. de ue. iur. enuc. oportet nouis & emergētib. casib. nouas etiā accōmodare decisiones, præsertim in hac q. in qua maior in Rota suborta est difficultas, quàm fuerit super quauis alia q. illius Tractatus: & ideo eam latius attingā, non repetitis hic motiuis super ista eadē q. in aliis regulis iam dictis, ne fastidio sim studiosis, præsertim occupatis. Dico igit̄ circa istū articulū uarias fuisse antiquorū & modernorum dominorum sententias. Nā quidā ex antiquis tenuerunt regulam istā habere locum in commendis perpetuis. Et hoc tenuit in specie Glossator concilii Basilien. quod habetur in pragmatica Frāciç, sub titulo de pacific. posses. in uerbo, titulum motus ex eo, quia in perpetuis cōmēdis militat eadem ratio, quæ in aliis titulis. Et quia commenda secundum Doctor. in cap. nemo. de elect. lib. 6. dicitur titulus canonicus qui sufficit ad istā regulam, ut tradit Hēric. in c. pe col. pen. de uerb. sig. Hæc ille. Et cum istam opi. trāseunt quidam Mod. Sabinien. in tract. cōmendarū. & in quibusdam apostillis hic, qui dicunt ita se uidisse obseruari in perpetuis commendis, cum ibi detur uera possessio, quam considerat regula. Et secū dum istam opi. retulit ita fuisse iudicatū tēporib. suis in Rota Reuerend. Card. Sim. tunc Rotæ auditor, & si propria eius manu ad istā reg. & in quodam suo repertorio adnotatum uidi, quo in loco reprehēdit Dominum Melchiorem de Baldasinis quondam aduocatum in apostillis regularum Hadriani asserentem oppositum.

Contrariam uerò opinionem, uidelicet, quòd ista regula non habeat locum in commendis perpetuis, tenuerūt etiam plures excellentes uiri tam extra Rotam, quàm etiam in Rota.

In primis in istam opinionem inclinat Glossator hic, qui dicit audiuisse ita Rotā iudicasse. Et hoc idem Bartholomæus de Dossis quōdā aduocatus cōsistorialis in q̄busdā Apostillis manu sua scriptis, refert se audiuisse à D. Vanullio auditore Rotæ, ꝓ ista parte pluries ꝓnūtiasse. & ita Vanullius scriptū reliquit. Et R. Card. bo. memo. Dñs cus de Iacobatiis, olim auditor Rotæ, in qui

in quibusdam suis adnotationibus, propria eius manu scriptis expressè affirmat suo tempore omnes Dominos tenuisse, & contrarium in regula de annali. Rationē ponit, qua tūc mouebatur Rota: quia reg. ista hēt uerba demōstratiua tituli ut patet ibi, ex Apostolica, uel ordinaria collatione seu præsentatione & institutione, &c. quę uerba nō adaptantur commendæ. Reg. uero de annali titulum non requirit. Et ideo in commendis habet locum. Hæc Card. Idem etiam attestatur D. Melchior de Baldasinis illorum temporum celebris aduocatus, in quibusdam suis adnotationibus ad regulas Hadriani, etiā propria eius manu scriptis dicens, Hadrianum papā ideo ī ista reg. illa uerba, Ex quouis titulo Apostolico, &c. addidisse, ut commendas comprehenderet, & per hoc dubitationem Rotæ tolleret quam sciebat tenuisse, regulam istam in commendis locum non habere. Et istam etiam opi. sequuti sunt in Cācellaria quidam Abbreuiatores de Parco, inter quos fuit D. Paulus de Castello, ut refert Moder. ille Sabinen. Aeneas de Faleonibus, in quadam apostilla. Et hoc etiā adnotatum reliquit summus ille uir Laurentius de Puciis Card. Sanctorum quatuor, affirmans se audiuisse uiua uoce ab Alexandrino istam opin. tenuisse Rotam.

Itaq; ex supradictis adparet uarias fuisse super hoc puncto patrū Rotæ opi. Nec mirandū, cum quælibet opi. adeo se iusto iudice tueatur, ut perspicuū sit, Rotam diuersis temporibus contraria sentientē rectè iudicasse. Sed in hoc est discrimē, quia licet Rotam olim partem negatiua tenēs, iustum iudicium protulerit, iustius tamē modernis temporibus iudicium pronuntiauit, dum tenuit, regulam istam in commendis locum habere: non enim inconuenit unum iudicium esse uno tempore iustum, & postea eius contrarium iustius, ut in l. exigendi. C. de procu. cum concor. ibi in gl. positis. Et hoc malum datum uidetur mortalibus in pœnam, ut eorum opiniones secundum uarietatem temporum senescant & intermoriantur, aliæque diuersę, uel prioribus contrariæ earum loco renascantur, & deinde pubescant: talis. n. est humani iuris disciplina, ꝙ nulla in ea opinio eodem statu diu stare potest, ut dicit Imperator in l. 2. §. sed quia diuinæ. C. de uet. iur. enuc. unde merito Psal. dixit, Dies diei eructat uerbum, & nox nocti indicat scientiam. quod adparet in l. diui ff. de iurepatron. & in sexcentis aliis iuris locis, quæ breuitatis causa omitto. Opiniones enim hominū eorum corpora sequūtur, quæ cum tempore ueterascunt & pereunt: & sicut rerum omnium, ita quoq; & opinionum est quædam uicissitudo, cuius rationem ponit Bal. in pluribus locis, quos enumerabo infra q. 53. quo in loco ostendam aliquando modernam Rotam ab antiqua deuiasse, quæ omnia iustificātur per ea, quæ dicit tex. in ca. non debet. de consang. & affin.

Nunc autem ad propositū reuertamur. uidimus igitur expressè Rotam aliquādo iudicasse regulam istam non habere locū in commendis, ut attestati fuerunt prædicti patres superius in parte negatiua nominati. Et hoc quidem, ut diximus, iuste factum fuisse arbitror, cum non desint rationes & autoritates summorum uirorū, qui illam opinio. defendant. Nam inter cætera ad tenendum istam opinionem illi Domini mouebantur, quia regula ista requirit titulum, ut patet ibi ex Apostolica uel ordinaria collatione, &c. & tamen commenda non est titulus: aut si quouismodo aliquam haberet similitudinem tituli, non satis illa species prouidendi in antiqua ecclesia laudabatur, ut mereretur priuilegiis istius uel alterius regulę, de uero titulo loquentis muniri. Nam uidemus Innocent. 6. per extrauagan. suam incipi. pastoris. hoc prouidendi genus per uiam commendæ reprobasse. Nam, ut uerbis eius utar, experientia docuit occasione cōmendarum plurimum diuinum cultū minui, animarum curam eis, quibus imminet negligi, hospitalitatem consuetam & debitam non seruari, ruinis ædificia supponi ipsorumque iura in spiritualib. & temporalibus labefactari. &c. Et eadē ēt, & deterior cōmēdarū incōmoda refert Clemēs. 5. in extrauag. inc. ex superne. posita in tit. de pb. Ex quorū uerbis adparet cōmēdarū usum improbatū fuisset, ut merito illi antiqui patres Rotæ noluerint cōmēdā sub

hac reg.cōprehēdi. Nō igit̃ est putādū Roma. Pontific. rem à tam pluribus damnatā sub regula ista includi uelle, pręsertim, q̄a ut dictum est, regula ista requirit titulū: & commenda, de iure non est propriè titulus, ut probatur in ca. qui plures. 21. q. 1. ubi est tex. ꝙ nemo duas ecclesias in titulum tenere potest, tamen bene potest unam habere in titulum, & alteram in cōmendam. Ergo adparet manifestè commēdam non esse titulum: & ita not. ibi gl. Vgo & Laurentius, & idem tenuerunt Tācred. Goffred. & Bernar. in cap. si constiterit. de accusat. ut refert Ioan. de Fantuciis, & Archid. in d. c. qui plures. ubi plus subdit Io. & Vincen. tenuisse in c. dudum. el 2. de elec. commendatarium nō solùm nullum habere titulum, sed neque eius ius in beneficio commendato, & dicit Domi. in c. presbyteri. in 3. col. 23. distinc. ꝙ commendatarius non est prelatus, sed quidam custos iurium ecclesiæ: unde licet capitulum non possit conferre, & per consequens titulum dare, tamen œconomum in ecclesia, & commendatarium ponere potest: quia hoc non est conferre. Et idem tenet Oldr. in cons. 179. hinc est ꝙ episcopus potest illud beneficium commendatum conferre, inuito & non uocato commendatario, ut dicit Lapus in cap. nemo. de elect. lib. 6. refert Fely. in c. cum olim. in 5. col. de maior. & obed. Et ultra prædictam, aliam rationem assignat glo. 2. in c. si constiterit. de accusat. quia commendatarius non dicitur possidere, nec habere ius in re, sicut depositarius, ꝓ iura allegata in ea: quæ latè reassumit Roma. consi. 350. ubi latissimè probat commēdatariū non habere titulum, nec ius in re sicut depositarius. & de uno ad aliud arguit idem Roman. declarans istos terminos in cons. 500. incip. summarius. colum. 1. & seq. Et ꝙ commendatarius non dicatur habere titulum, nec ius aliquod in re, tenet And. Sicul. post Inn. quem ibi allegat in rubrica de commodato. in fi. uerbis. Ratio enim assignatur per Gemin. in cons. 8. incip. quidam card. in 3. col. quia inter commendatarium. & ecclesiam cōmēdatam nō cōtrahitur aliquod matrimonium, sicut cōtrahitur inter illum, qui habet ex collatione, qua ratione dicitur habere titulū: & ideo commendatarius potest ad libitum per Papam remoueri, quia non est maritus ecclesiæ. Et istam eandem opinionem firmat Ang. in consi. 35. incip. quidam nobilis. ubi post Inn. in c. dudum dicit, ꝙ commendatarius nullum ius, nec titulum habet in ecclesia. Sed est nudus minister, custos, & nudus detentor, per ea quæ ibi adducit. & istam opin. etiam tenet Aret. in c. si constiterit. col. fin. de accusat. ubi tenet, ꝙ commendatarius non solùm nō habet titulum canonicum, sed neque facit fructus suos, nisi expresse illi à papa concedantur, per rationes allegatas ibi per eū, & dicit Florianus in c. quæsitum. de rer. ꝑmut. ꝙ commenda non potest cum titulo permutari, quia commendatarius non dicitur habere canonicum titulum. Et q̄d commenda non det titulum, tenet etiam expresse Bal. in l. ex uerbo per illum tex. C. de fideic. li. sequitur Soc. in cōsi. 32. inc. ex iis. in 6. col. cū aliis conc. ut ibi per eū. idē tenet Alex. cons. 96. uisis narratis. in 1. col. li. 4. & Dec. cōs. 149. col. 4. Et ꝑ ista parte facit, quod dicit Abb. in c. illa. ne sede uac. uidelicet ꝙ capitulum sede uacante, non potest conferre beneficia, potest tñ commendare. Adparet igitur ꝙ nō habet titulum. quod etiā tenet Alex. post glos. in cap. sanctorum. col. 3. 70. dist. Et quòd commendatarius non dicatur habere titulum, neque possessionem, nec ius in re, ꝑ ut aliàs dicebat glos. in d. c. si constiterit. firmat doctus quidā Mode. nomine Bait. Cassaneus in consil. 20. in 3. col. Et hoc ꝑcedit non solùm in commenda spirituali, sed etiam temporali, ut not. Imol. in l. hæreditas. per illum tex. ff. de hær. instit. & idem tenet Bald. in consil. 246. secundum antiq. impressio. Et ita not. Anto. de Gratianis, antiquus aduocatus consistorialis in quodam suo Iudice.

Et ista opi. in ratione consistit, quia cōmendatarius nihil aliud est, q̄ quidā administrator bonorum ecclesię, ut patet in c. cum nobis. de elect. & notat Abb. in c. querelam. eo. tit. in primo notabili: & tamen constat administrationem non habere titulum, ut dicit D. Ant. in cle. 2. de re scri. in uerbo, electio. sequitur Nicolaus

Milis

Milis in uer. administratot, Gloss in reg. 9. in fin. ex quib. omnib. potuit olim Rota iustè moueri ad tenendum regulam istam non habere locum in commendis. Postremò pro ista opinione adducebatur una ratio: quia si considerantur uerba istius regulæ, tam illa quæ referuntur ad papam, quàm ad alios inferiores, inuenietmus, quòd nulla possunt commēdæ perpetuæ adaptari. Nam uerba indicatiua tituli quę referuntur ad papam, sunt illa, Ex Apostolica collatione, uel electionis confirmatione, &c. & nulla sunt hic alia uerba indicatiua tituli, quæ papam concernant, nisi prædicta, sub quibus non est dubium, qđ commenda non comprehenditur siue propriè, siue impropriè interpretemur, quia commenda non est collatio, neque confirmatio. Nec minus potest commenda perpetua comprehendi sub uerbis directis ordinariis duplici respectu, tum, quia nullus ordinarius inferior à papa potest perpetuo commendare, ut in d. ca. nemo. tum etiam, quia si possent, uerba hic posita nō conueniunt commendæ perpetuæ.

Sed prædictis non obstan. pars affirmatiua, uidelicet quod regula ista habeat locum in commendis perpetuis, pręualuit: quam tenuit modernis temporibus Rota ut attestatur Reuerendissimus Do. Iaco. Simonetta Card. olim auditor inter alios curiosissimus, in quadam additione ad istam regulam, & in quibusdam suis recollectis decisionum, quas uidi propria eius manu scriptas, quo in loco reprehendit dominum Melchiorem de Baldassinis, aduocatum, contrariū asserentem. Et ista opinio, uidelicet quòd regula habeat locum in commendis perpetuis, uidetur iustior & æquior, q̃ Glossatoris concilii Basil. sub ti. de paci. pos. in uerbo, titulum. qui expressè hoc tenet, & Moder. Sabin. in tract. commendarum. & hic in quadam Apostilla, qui dicunt se uidisse ita obseruari. Nouissimè hoc anno 1537. de mēse Nouembri post plures informationes, & causæ propositiones idem dubium ꝓ ista parte determinauit Rota, licet de mēse Octobri 1532. in una Romana, coram D. Paulo Capisucco super hoc Rota dubitauerit. Nam tunc causa proposita quibusdam, uidebatur, partem negatiuā posse defendi. Nihil tamen illo tempore resolutiuè conclusum fuerat. Nunc autem iterum de mense Nouembri 1537. idem Do. Paulus in una alia Vrgellen. monasterii proposuit istud idem dubium in plena Rota, in qua post plures disputationes & relationes, tādē 16. & 26. die eiusdem mē sis Nouembris, duplicatis, omnes Domini uoluerunt regulam istam in commendis perpetuis habere locum, quā opin. pluribus rationib. & autoritatibus comprobarunt.

In primis adducebatur ratio, quia uidemus quòd commendæ perpetuæ nostri temporis propter exuberantiam uerborum quibus hodie conceduntur, ac licentiam & facultatem percipiendi & cōuertendi fructus in usus proprios, sicut ueri prælati faciunt, magis participant de collatione & uero titulo, quàm de simplici deposito. Iura uerò antiqua loquentia de commendis, ideo locum in istis perpetuis non habebant, quia tempore illorū iurium commendæ sub ista moderna forma, qua hodie conceduntur, ad huc inuētæ, nec cognitæ fuerant, ut latè probat quidam Moder. Bartholomæus Cassaneus in quodam suo consilio, incip. ante quam, &c positio in commentariis suis cō suetudinum Burgundiæ. fol. 327. ubi latè formam perpetuæ commendæ hodiernę discutit, quæ reuera non possunt dici propriè commendæ, sed tituli: quia commēda propria & uera est temporalis, quæ idem est, quod depositum, quod etiam est temporale, ut dicit tex. in l. commendare. ff. de uerb. signifi. cum concord. ibi positis. Et probatur clarè in ca. nemo. de elect. lib 6. Et hoc manifestè apparet, q a commēdatarius temporalis nō facit fructus suos, ut tradit Aret. & alii in c. si con stiterit. de accusat. Sic neque depositarius uerus facit fructus suos: unde sicut depositarius si rei depositę ex pacto suos proprios fructus faceret, proprium nec uerum depositum dici posset, quia hoc naturæ depositi aduersaretur, & participaret magis de mutuo, ut probant latè moderni Mediola. in l. certi condictio. §. depositi. in 4. notab. per illum tex. ff. si cer.

cer.pet.& est tex. in l.1.§ si pecunia. & ibi norat gl.ff.depos.Sic eodem modo si commendatarius habet licentiam conuertendi fructus in suos proprios usus, prout faciunt hodie perpetui commendatarii, talis commenda non est propria, nec uera commenda, sed adhæret magis ad naturā collationis & ueri tituli, ut in ca.si tibi absenti.ibi, ut tuum dici ualeas. de præben. lib.6.Hinc est, ꝙ hodie commendæ perpetuæ inducunt incompatibilitatem, ut notabiliter probant Mod. repetentes in cle. gratiæ. de rescript. allegantes concilium Lateranen.modernum. Et hodie includūtur sub expectatiuis concessis ad beneficia uacatura, ut tenet Socin.in consil.32.in 6. col.uers.& per prædicta,&c.Ratio assignatur, quia licet per mortem commendatarii temporalis non dicatur beneficium uacare de nouo, sed uacet eo mō quo prius: hoc tamen non omnino procedit in perpetua commenda, quia hodie per eam papa plene disponit de beneficio, sicut qñ dat in titulum. Et ideo sicut per collationem expirat reseruatio, ita & per dationē in commendam perpetuam, quæ in omnibus effectum habet tituli, ut concludūt Moderni in tracta.reseruationis.in 3.quæstio.principali. Et est decisio Rotæ 7.de elect.in antiq.& decis.1.de præbend.in antiquioribus.Et licet domi.Gaspar de Perusio episcopus Frequentinus, & doctor in antiquus in tract.reseruationum. fol. 5.tenuerit, expectatiuas, seu reseruationes nō capere beneficia commendata, per ea quæ not.Io.And.in c.pen.de uerb.sig.illud procedit in beneficiis commendatis ad tempus, iuxta dispositionem c.nemo.de elect. lib.6.quia in talibus beneficiis non datur propria neq; impropria uacatio,&militāt in eis omnes rōnes superius scriptę.Secus est in cōmendis perpetuis nostri tpis, q̄ illis temporibus adhuc non fuerunt sub ista forma inuentæ, in quibus propter amplissimam dispositionem, quæ datur commēdatario, & uerborum ubertatem in eius forma positam, in nihilo differunt, à titulo, nisi respectu nominis. Nil mirum igitur, si in illis habent locum expectatiuæ, & reg.ista,& iura oīa de titulis loquentia.

Dicta igitur omnia Doct.dicentium cōmendam non esse titulum, neq; tribuere possessionem, neq; ius etiam disponendi de fructibus, ut dicebat glossa, & alii sequentes eam in d.c.si constiterit.& aliis superius allegatis, procedunt in commenda temporali, in qua non datur plena dispositio, nec conuersio fructuum in proprios usus: secus in perpetua, ut dicebat ille Mod.de Cassaneis in d.cons.quia, ut dixi, talis commēda exorbitat a ueris terminis depositi & licet cōmmēda perpetua retineat nomē cōmendę, ut dixi, effectus tñ perpetuitatis alterat naturam eius, & reponit in diuersam speciē:arg.c.statutū.de elect.lib.6.& l.quæsitum.§.illud.de leg. 3. Unde sicut in contractu emptionis si uenderem tibi domum hoc pacto, ne transferretur dominium, licet iste contractus habeat nomen emptionis, effectu tamen erit locatio, ut patet in l.cum manu sata.§.nemo.ff.de contrahen.emptio.Hoc enim nō aliunde procedit, nisi, quia propter qualitatem illam dominii non transferendi, uenditioni adiunctam, propria natura cōtractus emptionis alteratur, & in alteram speciem reponitur: uerborum enim adiectio rei naturam immutat: ut in l. pediculis.§.Labeo.ff.de auro & argen. leg. Et eodem modo si donarem tibi uestem causa mortis, clarum est, quòd talis donatio est de sui natura reuocabilis: quia verè ista donatio est causa mortis. Vbi uero huic donationi hæc uerba adponerentur, uidelicet, ꝙ mihi non liceret eam reuocare, tali casu, licet nomine uideatur donatio causa mortis, effectu tamen erit donatio inter uiuos, ut est text.in l. si alienam. in fi.& in l.ubi ita donatur.ff.de don.cau. mortis.cum concor.ut cumulat Ferra.cautel.30.Hoc enim regulare est in hac iuris disciplina, ꝙ qualitas contractus non ex similitudine nominis, sed ab ipso effectu metienda est, ut tradunt Docto. in l. Lucius.la prima.per illum textū.ff. depos.facit in l.unica.§. simili modo. C. de latina lib. tollen. ubi dominus nominans seruū suum filiū non propterea facit eum filiū: quia non attenditur denominatio, sed effectus:sic in commendis perpetuis nostri temporis est dicendum, ꝙ ratione perpetuitatis, & plene dispositionis fructuum

parti

participēt magis de ueris titulis, quàm cō mendę temporales: & hoc papa facere potest, qui potest naturam rei immutare, ut not. in ca. cum pridem. de pact. in gloss. in uers. illicite. circa fin. Et ideo potest probabiliter teneri, ꝙ commēda perpetua sit proprius & uerius titulus. Si igitur uerus titulus est, non erit dubium, ꝙ sub ista regula comprehendatur. Et pro ista opinio. uidelicet ꝙ commenda sit uerus & legitimus titulus, adduci potest ratio urgens. Nam ille dicitur uerus, legitimus, & canonicus titulus, qui à lege. uel ab homine potestatem habēti est inuentus, & habet speciale nomen perpetui tituli: ca. 1. cum ibi not. de capel. mo. lib. 6: facit text. in l. legitima. & in l. iuris gentiū. in ꝑtin. ff. de pact. Sed commendæ nostri temporis sunt inuentæ à canone, & a papa potestatem habenti, ut patet in c. dudum. el 2. de elect. & in cap. qui plures. 21. q. 3. cum uulg. Ergo dicitur uerus titulus canonis: & hoc tenet Abbas in d. c. si constiterit. col. fi. de accusationibus. & Moder. in cle. 1. in colu. de sequestr. possess. & fruct. Et tenet Milis in uerbo, Commenda. & Ioan. Baptista de Sācto Seuerino in tract. pensio. q. 26. Et idē tenet Collectarius in ca. fi. de filiis presby. & probant Moder. in quadam paraphrasi ad eundem Collectarium in d. c. dudū. & Archid. post Hostien. & Guliel. in d. ca. nemo. & idem tenet Abb. in cap. cum olim in pen. col. de rerum permuta. & latius Petrus de Vbaldis de Perusio. post Imol. in 5. col. in c. fi. eo. ti. & Arch. in c. si propter. in fine. de rescrip. lib. 6. Pro quibus uidetē tex. in c. cum nobis olim. in fin. de electio. ut declarat Abbas in cap. querelam. in primo notabili. eod. tit. & hoc in ratione cōsistit, quia inter signa ueri & legitimi tituli est perpetuitas, & fructum dispositio, ut habetur in cap. 1. de capel. mona. libr. 6. Et not. Cald. in consil. 30. titu. de præb. & no. in c. fi. de pec. cle. & in c. præsenti. de offi. ordi. lib. 6. & tradit latius Petr. de Anch. in c. 1. eo. lib. Et tamen illa duo interueniunt in commenda perpetua. De perpetuitate clarum est, de dispositione fructuum etiā non est difficultas, cum hoc uerbis latissime in forma hodierna commendæ perpetuæ contineatur, ut tradit And. Sicul. in conf. 2. uolum. 2. Et latius Troilus de Maluitiis in quodam suo notabili consil. posito post tepe. l. quominus. de flumi. Iason. alias post tract. de fortibus eiusdem Troili, quem late refert Moder. Lambertinus in tract. iur. patron. fol. 211. cum concord. traditis per Moder. Bar. Cassaneum in prędicto consi. Et ista dispositio plena fructuum, adeo competit commendatario ꝑpetuo, ꝙ dicit notabiliter Præpos. in ca. in 6. col. 44. distin. ꝙ sicut ueri prælati habētes uerum & proprium titulum faciunt fructus suos, adeo ꝙ si eos consumant in malos usus, non teneantur ad restitutionē per ea quæ notat Hostien. Car. & Imol. in c. fi. de pecul. cleri. ita & commendatarii perpetui faciunt fructus suos, neq; ad restitutionem teneantur, quia commendæ nostri temporis pro titulis habentur.

Hinc est, quod sicut uerus Prælatus potest fructus beneficii sui locare ad plures annos, ita etiam & commendatarii perpetui, ut dicit Calder. in consil. 8. ti. de locato. Et sicut imperrans tenetur facere mentionem de titulo suo, ita etiam de commenda, qui est uerus titulus, ut tradit idē Calder. consil. 6. titul. de prębend. cum cōcord. quæ congerit quidam Mod. Stephanus Beltrandus in 3. uol. consil. nouiter impressorum, consil. 235. incip. etiam si commenda. & est regula Cancellariæ 41. quæ hoc statuit.

Ex quib. omnib. infertur, ꝙ dispositio loquens de titulo, habet locum in cōmenda perpetua, ut tenet Do. in consi. 17. col. fi. Abbas in c. cum olim. col. pe. de rerum permut. & uidetē sentire Philippus Perusinus in d. c. nemo. col. fin. Et hoc latius probat And. Sicul. in consil. 2. lib. 2. ubi late cōsuluit, ꝙ dispositio c. qm̄ Abbas. de offi. dele. quæ loquitur simpliciter de prælato titulari, & uero, habeat locū in cōmendatario & idem tenet Decius in d. c. qm̄. in 4. col. uersi. & ista tertia conclusio. Et sequuntur Mod. Taurinen. in rubr. ff. de offi. eius. Si igitur hoc in dispositio d. c. quoniam. receptū est, à fortiori procedit talis interpretatio in ista regula, quæ habet aliqua uerba prægnantia apta comprehendere commēdā, et si nō esset proprius titulus, ut patet in illis uerbis regulę, ꝓuisio, &c. Et ibi

seu

seu quæuis alia dispositio, quæ uerba cō prehendunt omnem speciem titulorum, ut tradunt in ea. cùm in illis. de præben. lib.6.& per gl.in clemen.fin. in uersi. pro uisioni.de elect cum uulg. Nam si in d.c. quoniam. quod loquitur in commissioni bus quæ sunt stricti iuris, secundum gl.in cap.1.& in c.dispendia.& in cap.statutū. cum aliis uulg.de rescrip.lib.6.comprehē ditur commēdatarius, à fortiori sub regu la nostra, quæ est possessorib. fauorabilis, & per consequens extendenda comprehē di debet. Et tota ista disputatio, quæ fa cta est circa istud dubium, fuit, propter regulam Innoc. quæ loquitur indistinctè. Sed quo ad regulam Hadriani, & Pauli 3. nunc feliciter regnantis, quæ simul cōcor dant, nulla esset difficultas, quòd sub tali bus regulis commenda comprehenda tur, ex eo, quia habēt quędam uerba, quæ non sunt in aliis regulis prædecessorum, quæ prius fuerunt posita per Hadrianum ad tollendum istud dubium, ut in par te negatiua dixi. Verba enim sunt ista, uidelicet, ex quouis titu. Apostolico, &c. quæ uerba comprehendunt commendā, siue illa sit ꝓprie titulus, siue impropriè. Sed quia in aliis regulis illa uerba scripta non erant: ideo super hoc sæpius fuit la boratum, ut ex superiùs dictis adparet.

Non tamen iudicio meo erat laboran dum, si diligenter natura & uis commen dæ perpetuæ considerata fuisset, quæ mul tiplici ratione sub illa regula comprehen di debuit, non solùm quia est propriè titu lus canonicus, ut Moder. tradunt in repe. cap.1.fol.11.col. 1. de rerum permu. lib. 6.cum aliis superiùs allegatis, sed etiam quia, ut dixi, uerba regulæ hoc includunt. Hinc est, quòd raræ admodum dispositio nes iuris inueniuntur, quæ loquantur in differenter de titulis beneficiorum, in qui bus commenda perpetua non includatur, siue ex mente, siue ex uerbis. Nam ultra prædicta uidemus tex.in clem.fin. de pro cur.qui simpliciter loquitur de prælato, per cuius obitum mandatum expirat, ha bere locum in commēdatario perpetuo, secundū Zenzeli. & Imolam, cum quibus Io.Franc. Pauinus quondā Rotæ auditor transite uidetur in tract.de offic. & pot. cap.sede uac.in 3.quæst.colum.4 & tamē uerba dictæ clem. hoc non præseferunt, ex mēte tamē hęc interpretatio sumitur.

Pari modo text.in c.1.de fil.presbyter. lib. 6. qui dicit episcopum non posse cū illegitimo in curato beneficio dispensare, procedit etiam in commenda, licet uerba text.hoc non dicant, ut firmat Collecta rius in cap.fi.colum.1.in fi.eod.titu.in an tiq.Sic etiam text.in cap.quæsitum. cum similibus.de rerum permu.disponens per mutationem tituli fieri posse cum alio ti tulo, habet locum de commenda ad com mendam, & de commenda perpetua ad ti tulum, licet text. nihil de commenda di cat, secundum Petr. de Perusio ibi, & in c.fin.eod.titu.post.Imo.ibi in 5.colum.& firmat latiùs d.Pe. Andreas quondam Ro tæ auditor in repe.c.1.fol.11.colū.1.de re rum permut.lib.6.

Et eodem modo text.in capit.edoceri. de rescrip. de pręlato loquens, procedit etiam in commendatario, ut ibi Decius dicit in finali b.uerbis.

Similiter est dicendum in dispositione tex.c. statutum. de rescript.lib.6. quæ di sponit causa à sede Apostolica committē das existētibus in dignitate, procedit etiā in commēdatariis perpetuis, ut moder nus stylus habet, & ibi latiùs dixi post Pet.Vercellen. & alios antiquos, pro qui bus conferunt motiua Barbatiæ in d.con sil.2.Et hoc tenent Moderni Purpurati.in l.1.in 33.col.ff.de offic.eius.ubi unū aliud inferunt, ꝙ sicut Abbates titulares, terras & iurisdictionem habentes, dicuntur cla rissimi, secūdum Bal. in l. 1.§. his cunali bus.circa med.ff.de offic.præfect.præt.Ita & commendatarii perpetui, propter bm nimodam dispositionem, quæ hodie illis in literis tribuitur, clarissimi dici possunt. Hinc est, quòd talis commendatarius po test locare bona monasterii sicut titula ris, ut dicit Calder.in consil.8.titulo de lo cato.non obstan. quod in illo uulgato li bro styli, siue practicæ cancellariæ dicatur cōtrarium: quia illud procedit in commē datario temporali, ut latiùs ibi dixi.

Simili modo tex.in cap.2.de prębend. & alia iura, quæ uolunt episcopum non debere aliquem ordinare nisi habeat titu lum

lum unde uiuat, procedunt, & habent locum in commendis perpetuis, quæ appellatione tituli comprehenduntur. ita Dominic. post Lapum in cap. penul. in 2. col. uersic. quid de habente, de tempo. ord. lib. 6.

Et etiam adparet, quòd dispositio cap. cùm illorum. de sentent. excommunic. loquentis de Abbate & Priore, licet sit odiosa, procedit etiam in commendatario & administratore, ut ibi sentit glossa in uerbo, Abbatē sequitur Decius in dicto cap. edoceri. in fine.

Facit ēt: qa uidemus, qđ capi. sede uacante non potest conferre beneficia, & licet possit ad tempus commendare: quia tunc non dicitur conferre, ut tradunt omnes in cap. 2. ne sede uacan. non poterit tamen perpetuò commendare: quia talis cōmenda se habet ad instar collationis. Ita dicit Præpos. in c. presbyteri. in 2. col. 24. distinct.

Et idē dicimus de tex. in ele. 1. de supp. neg. ptęla. quę simpliciter loquitur de collatione facienda per ordinarios infra sex menses. & tamen procedit etiam in commenda, quod est fortius, ut tradit Card. in clem. quia contingit. §. ut autem. de religio. domib. sequitur Cardi. Alexandrinus in cap. si quis. eolum. penul. 58. distinct.

Plus etiam uoluerunt aliqui, quòd si commendatarius perpetuus moreretur in curia, comprehenderetur sub dispositione cap. 2. de præbend. lib. 6. super quo nihil allegabo ex eo, quia modo dubium pendet coram eodem domino Paulo in dicta causa Vrgeleus. Monasterii, super quo aduocati hincinde ardentissimè disputant.

Et eodem modo uidemus, quòd sicut per collationem papæ expirat reseruatio ut est decisio x. & xi. de præbend. in no. & 24. eod. tit. in antiq. & tenet Lapus in allegat. 126. incip. Anastasius. col. penult. sic etiam reseruatio expirat per commendā ppetuam, per quā sicut per collationem uidetur extingui uacatio, secus per commendam temporalem ista est notabili decis. in antiq. 7. titu. de elect. & prima in antiquio. tit. de præb. quæ sunt corruptæ ui tio impressorum, ut adparet per rationem, quam reddunt, de qua ibi uideas.

Sic eodem modo uidemus, quod dispositio c. cū apostolus. eum simil. de censibus. uolens prælatos posse à subditis eorū exigere charitatiuum subsidium, procedunt etiam & habent locum in commendatariis perpetuis, ut probat Bart. Belenzinus in tract. de chari. subs. quæst. 6. & Card. in cle. fina. in 12. quæst. de procu. Tēpus pariter, & papyrus deficerent, si singulos iuris casus de Prælatis, & dignitatibus loquentes, qui habent locum in commendis, enumerare uellem, de quibus aliàs quendam epilogum feci ad dictum ca. nemo. Ideo ista exempli loco sufficiunt.

Ex quibus facilè quis intelligere pōt, quòd commendatarii perpetui secundū modum hodiernum, habent eandem effigiem, quo ad iuris dispositionem cōprehensiuam, quam habent ueri prælati titulares, licet in quibusdam differant, quę nō officiunt præsenti decisioni. Et ideo non immeritò uidemus Rotam sæpissime tenuisse eandem interpretationem, quo ad aliàs regulas. Nam reg. de infirmis resig. de idiom. de annali. de præstan. consensu cardinalium. de publicādis resignationib. de uerisimili notitia obitus. de non tollēdo iure quæsito. & similes, procedunt in commendis perpetuis, ut sæpius Rotā iudicauit, ut ibi dixi: non uideo igitur rationem, quare ista etiam regula, quæ est fauorabilis, non pariter habeat locū in eis.

Postremò, ne aliquid remaneat intactū. ponamus etiam pro constanti, quòd titulus commendæ perpetuæ non esset ita proprius, sicut alius, cur ex similitudine rationis non debeat dispositio istius regulæ loquentis simpliciter de titulo, etiam extendi ad titulum improprium, cùm sit fauorabilis? non uideo, præsertim quia in similibus casibus talis interpretatio secundum communes regulas recipitur, ut patet in c. statutum de rescr. lib. 6. quę loquitur simpliciter de dignitate. & tamen Doctor. uoluerunt, ꝙ extendatur ad dignitatem largo modo sumptam, ut dicit Aret. in cons. 24. in præsenti cōsultatione, col. 1. & And. Sic. in cons. 40. li. 1. Et eodem modo tex. in c. 2. de elec. li. 6. qui loquitur de electionibus conditionalib. habet locum in præsentationibus

tationibus clericorum, licet sint inter se differentes, ut dicit Felynus in c. inter cæte ra. in 3. col. de appel. & in ca p. cum Bertol dus etiam in 3. col. de re iudic. Et text. in c. auaritię. licet si pœnalis, extenditur ad pręsentatum ministrantem, uttenet Lapus in allega. 8. & latè Curtius in tract. iur. patro. in uersi. honorificum. in 39. quæstio. Et iu dicauit Rota in una Salamantin. capella niæ corã R. D. Marcello. 13. Ianua. 1533. ut ibi latius dixi. Pluta sunt iura, quæ breui tatis gratia omitto, in quibus fit extensio de casu proprio ad improprium, sublata significatione uocabuli: iuxta uulg. l. filiũ habeo. ff. ad Maced. quæ si considerentur in casu nostræ regulæ, non erit dubium quin idem dicendum sit in commenda de qua loquimur.

Sed nolo tantum inniti extensioni, quę etiam in pœnalibus & odiosis solet habe re locum, ut exemplificat Iason in l. fin. §. colu. fi. ff. de in ius uocan. ne quærere men dicata suffragia uideamur. Sed dico hoc ratione, & ex mente istius regulę apertissi mè colligi, duplici alia ratione ultra prędi ctas superius adductas.

Prima est, quia negari non potest, ꝙ re gula ista secundum communem interpre tationem Rotæ & curię, non solum habet locum in titulo totaliter uero, sed etiam in titulo colorato, quæ extensio fuit in causa, ꝙ priuilegium istius regulæ ad in numerabiles pœnæ casus sit dilatatum & extensum, ut ex discursu quæstionũ istius Commenti potest intelligi. Et tamen ne mo negabit titulum commendæ esse ti tulum saltem coloratum, quando com menda est perpetua, & conceditur ab eo, qui alias habet potestatem commen dandi, iuxta communes regulas, de qui bus in capit. cum nostris. de concessio. præbend. Si ita est, nulla erit difficultas, ꝙ talis commenda comprehendatur sub re gula. Nam etiam illi doct. qui tenuerunt commendatarium non esse uerum præla tum, nec facere fructus suos, non negarũt eundem habere titulum canonicum: quia hoc negare non poterant, cum sit unus de modis prouidendi ecclesiis inuentus à ca nonc. Ergo erit titulus coloratus & legiti mus, ut alias est dictum. Et ꝙ ista opinio sit uerissima, ulterius suadetur: quia secun dum interpretationem Rotæ ista regula procedit in titulo præsumpto, qui est titu lus non uisibilis, nec palpabilis, nec pro ueniens ex prouisione alicuius ordinarii uiuentis, sed ex solo cursu temporis. 10. an norum, ut in c. illud. cũ uulg. de præsump. Et de quo titulo regula ista nullam facit mentionem directè, nec indirectè. Et ta men uoluerunt Domini, ꝙ ille titulus suf ficiat ad producendum exceptionẽ istius regulæ, ut dicam latius in alia q. Quantò igitur à fortiori habebit locum in isto ti tulo uisibili & adparenti, de quo regula vi detur mentaliter & uerbaliter cogitasse, per ea quæ superius dicta fuerunt? Con cludendum est igitur regulam habere lo cum isto casu. Et ita Domini istam opi. te nuerunt & firmarunt in prædicta causa Vrgelen. Monasterii post geminatas pro positiones dic 16. & 26. Nouem. 1537. co ram eodem domino Paulo.

Et ex istis sequitur unum aliud ualde notabile de quo fuit etiam factum dubiũ in Rota in dicta causa Vrgelen. per eundẽ d. Paulum, uidelicet, ꝙ attento, quòd com menda perpetua est titulus canonicus, morte commendatarii inducetur noua uacatio, adeo, quòd si commenda fuit fa cta in curia de beneficio alibi uacanti: ibi moriatur commendatarius, dicetur ibi be neficium uacare quo ad effectum reserua tionis. c. 2. de præb. lib. 6. in quam opi. qua tuor ex Dominis inclinabant, tres uero alii tenebant contrarium, & ponderabãt dictum Lapi hoc tenentis. in d. c. nemo. & in quibusdam additio. ad Federicũ in tra. permut. q. 15. & etiam illud dicit Rota in antiquis decis. 7. de elect. quæ præsuppo nit per commendam perpetuam desinere uacare beneficium, ut prius, quia uidebãt iam plenum sicut per collationem, nõ sic per commendam temporalem ut iidem Domini latius hoc notat in antiquio. de cis. 1. de præben. Et quòd tali casu com menda perpetua operetur eundem effe ctum quem collatio, patet, quia sicut per collationem extinguitur reseruatio, ut di xi superius: ita etiam per commendam ꝑ petuam, ut Modern. tradunt in tract. reser. in 3. parte, eff. ctu. 31. post Soc. consil. 32.

in 6.col.& quia, ut dixi, gratia ad beneficia uacatura comprehendit beneficium uacãs per obitum commendatarii perpetui, ut Soc. tradit in d.conf.32. post Rom. consilio 150.& tenet Collect. in c.pen. in t. col. de uer.sig. Et tamen tex. in d.c.2. loquitur de beneficiis uacantibus.

Et ista omnia de plano procedunt, quo ad superius dicta: quo ad alia uerò quæ cõcernunt statum ecclesiæ commendatarius non æquiparatur titulari, cum debeat subire onera, & conseruare ecclesiam in eodẽ statu, neque illum mutare potest, ut dicit Abb. in c. querelam, in 1. notab. de elect. & in c. de monachis, de præb. ubi reprehendit cardinales habentes ecclesias commendatas, qui hoc negligunt.

QVAESTIO SEXTA.

QVæro, quia dicitur hic, Quæcunque beneficia an regula procedat in officiis?

SOLVTIO. Si sunt officia ecclesiastica, de qb. loquitur tex. in c. cũ accessissent. de const. & in c. consulere. de simo. non est dubium regulam habere locum, quia hoc uerbum beneficium, in materia fauorabili possessorib. latissimè debet impetrari, per tex in c. t. de reg. iur. lib. 6. Et ita expresse cautum de officiis huiusmodi reperitur in decreto concilii Basil. unde originem traxit ista regula, ut sæpe dictum est. Si tamen officia essent temporalia, licet solita dari clericis, sub regula non comprehenderentur, ut dixi in regula de annali, & in regula de infirmis resignantibus, licet posset dici, quod ratione illius dictionis Quæcunq;, hic posita, possent includi, arg. eorum, quæ dicit Fel. in tract. quando lit. apostol. col. 4. uers. ampliatur quarto, & quę dixi supra in 4. q.

QVAESTIO SEPTIMA.

QVæro, an ista regula comprehendat hospitalia?

SOLVTIO. Ista quæst. sæpe tempore Sixti, Alexandri, & etiam tempore Iulii coram Alexandrino uentilata fuit, in causa hospitalis S. Laurentii Castri noui: & fuit datum dubium nunquid ista regula in hospitali locum haberet. Super quo dubio scripsit quondam b.m. Laur. Puccius Pisis dum cathedram regeret, ac postea Romæ, ad quam causa dicti hospitalis uenit, quẽ per obitum cuiusdam Simonis impetrauerat. Et hic agendo, ac postea per plures annos practicæ operam dando post plures labores perpessos Card. Sanctorum quatuor creatus fuit. Sic itaque contra eum opponebatur de reg. ista, & inter plura motiua, quæ breuitatis causa non refero, tunc fuit dictum reg. non habere locum in hospitali, ista ratione: quia omnis dispositio in dubio debet interpretari ut potius concordet cum iure communi, quàm quod sit contra ius commune, c. cum dilectus, de consue. c. causam, de rescr. l. 1. C. de noxal. Sed de iure communi appellatione beneficii non uenit hospitale, ut in cle. per literas, de præb. ergo nec ista regula loquens simpliciter de beneficio, debet interpretari de hospitali.

Præterea istam opin. tenent domini abbreuiatores de Parco, qui indifferenter literas super impetrationibus hospitalium per triennium, & ultra pacifice possessorũ expediunt. Quod non facerent, si regula in illis locum non haberet. Nam Cancellaria expediendo literas decernit, nec solet literas litigiosas expedire. Ex quo mentem papæ interpretari dicitur, & certum decernere, non sub dubio. Et ideo dicimus, quod ea, quæ in Cancellaria fiunt, in consistorio papæ fieri dicuntur, ut dicit decisio. 362. in nouis. Ex quo igitur ibi literæ de hospitalibus etiam triennio possessis conceduntur, adparet manifeste, regulam locum non habere, & huiusmodi Cancellariæ interpretatio facit stylum pro iure habendum, iuxta uulg. c. quam graui. de crim. fal. Et ita residet præfatus R. D. Car. in dictis suis allegationibus.

Quid dicendum? Puto in hac materia distinguendos esse duos casus. Primus quñ hospitalia dantur in titulum beneficii, & tunc non erit dubium regulam istam comprehẽdere hospitalia, per ea quæ no. in cle. quia contingit. §. ut autem, de relig. domi. & tenet Fed. in trac. permut. q. 14. & loquitur Dec in rub. de resc. col. fi. Secundus casus, quando non dantur in titulum beneficii, sed dantur ad hoc, ut eius reditus distribuantur in usus pauperum, de quib. rector tenetur reddere rationem, tũc procedunt allegata superius, etiam si regula loquatur

loquatur per uerba generalia. Quibuscunque, ut dicit gl. fin. in cle. per literas. de præbend. Et ita pro ista declaratione istius regulæ in specie distinguit Gloss. concilii Basil. tit. de pacif. poss. in uerbo, beneficium & ante ipsum Nicolaus Milis in suo Indice, in uerb. Hospitalia, uers. antep. & in uerbo, Beneficium. Sed Fel. in c. de quarta, in 5. col. de præscr. circa hoc uidetur sentire contrarium, dum uult, ꝙ quando dispositio iuris communis, siue regularum continet materiam fauorabilem & extendibilē & loquitur per uerba generalia, uidelicet, de quibusuis beneficiis, cōprehendit etiā hospitalia subiecta episcopo, licet solita gubernari per laicos, quia largo modo sūt beneficia. ut dicit Car. in cle. 1. in 6. q. de sequestr. poss. Et ita dicit se pridie obtinuisse in Rota, in causa propria. Nam Rota uoluit regul. Cancellariæ, nu. 24. habere locum in hospitalibus simili modo concessis. Ita concludit ibi Fely. licet latius super hoc diuagetur, quæ omnia quadrare uidētur ad istam regulam, cum sit fauorabilis possessoribus, & loquatur per uerba uniuersalia.

Tamen ego de isto dicto multum dubito. in prim:s, quia ista regul. licet loquatur uniuersaliter de quibuscunque beneficiis tamen illa uniuersalitas restringi debet ad beneficia, quæ est apostolica uel ordinaria collatione, electione, & confirmatione, aut præsentatione, & institutione obtinentur, & sic ex titulo præambulo. Sed quando hospitalia conceduntur laicis gubernanda, non dantur in titulum beneficii, sed cuiusdam administrationis temporalis, ideo regula in illis non procedit. Et licet regula 24. in huiusmodi hospitalibus locum habeat, secundum quod refert Fel. pronunciatum fuisse, hoc ideo factum fuit, quia illa regula non restringit se ad certam speciem titulorum, sicut ista, & ideo in ea diuersa ratio concurrit, per hoc tamen generaliter inferri non debet ad alias regulas. Et per ista declarātur ea, quæ dicunt Mod. in tract. Benef. in 3. parte. q. 57. & in 6. q. 1. part. & seq. Et redditur dubia consultatio And. S c conf 64. lib. 3. qui uoluit clem. literas. nō hēre locū in gratiis fauorabiliter cō cessis, nō distinguēdo titulū a non titulo.

QVAESTIO OCTAVA.

QVæro, an reg. ista habeat locum in beneficio unito?

SOLVTIO. Iste casus accidit tempore Sixti in una Burgen. Scholastriæ, ut meminit Io. Aloisius Tuscanus aduocatus primarius illorum temporum, in primo uol. cons. suorum, cons. incip. An constito ꝙ domin9, &c. in secundo dubio, fol. 29. Et breuiter concludit ꝙ regula ista locum non habeat. Nam tunc fuerant unita quædam beneficia scholastriæ ad perpetuam rei memoriam pro pueris erudiendis post obitū cuiusdam Ioannis de Velasco, qui illa possidebat. Itaque mortuo Ioāne statim unio sortiebatur effectum. Accidit, ꝙ post mortem Ioannis quidam Alphonsus dicta beneficia tanquam uacantia impetrauit, & eam per triennium possedit, qui cōuentus per Scholasticū excepit de ista regula fuit dubitatum, nunquid esset exceptioni locus?

Tota difficultas huius dubii consistit in hoc, an per obitum Ioannis dicantur beneficia uacare? Nam tenendo, prout uerum est, ꝙ non uacant, cum iam ipso iure reperiantur unita dignitati, impetratio non ualebit, nec possideri poterunt beneficia, quæ non uacant, nec sunt: quia per unionem extinguitur, & supprimitur nomen, & effectus beneficii, ut tradunt Doct. in c. cum accessissent, de const. & glo. in clem. per literas, de præb. cum conc. traditis per Io. Bap. de S. Seuerino, in tract. unio. art. 8. q. 11. & seq. & quia non agitur amplius, ut de beneficiis, sed ut de prædio, seu proprietate, iuxta not. in clem. dispendiosam, de iud. & in cle. i. de seq. poss. & fruc. ut declarat notabiliter Old. cons. 257. in 5. & 6. col. Et uerba istius regulæ quæ loquūtur in beneficiis possessis non possent in talibus unionibus uerificari: quia nec sunt beneficia, nec possideri possunt. Cum ergo in illis non concurrat qualitas requisita in regula, cessat eius dispositio, atg. c. 1. de homic. lib. 6.

Quòd autem talia beneficia non dicantur uacare, ultra prædicta, tenet etiam Io. And. in clem. 1. de resc. & in cle. 1. de sup.

neg.præl.& in ele.frequens.de excess.prel. Federicus in tract.perm.q.33:& deci.in no nis 237. Si igitur prædicta beneficia non uacant nec sunt in rerum natura,cum sint extincta & totaliter suppressa, possideri non possunt: quia non entis nullæ sunt partes,uulg.l.eius.ff si cert.pet.Regula igi tur ista, quæ loquitur de beneficiis posses sis,non habebit locum in talibus,& ita ser uat Cancellaria.Et ista opi. pro indubitata tenuit hic D.Melchior aduocatus suorum temporum,cui non secundus, in quibus dam adnotationib.ad reg. Hadriani, licet ibi uideatur,in unione ad uitam dubitare quæ non ita extinguit titulum, sed suppri mit ad tempus:sed ego idem dicerem, qa respectu illius temporis inducitur idem effectus,& argumentum de toto ad partē ualet etiam respectu tpis,ut in l. si cui in princ.uers.perinde.& ibi notat Bald. ff de leg.1.& sequitur Ias.in l.diuortio. §. quod in anno.in 2.not.ff.sol.mat.enm conc. ut scribit Dec.in l.cuius effectus.ff.de reg. iu. & dixi in simili in §.pœnales, num. 15. in stit.de act. Quicquid tamen sit, in unione perpetua hoc receptum est, ꝙ regula ista locum nō hēt,& ita in specie tenuit & iudi cauit Rota,prout manu propria adnotauit D.Dominicus de Iacobatiis auditor Rotæ primarius, & postea Card. in quibusdam suis apostillis,quæ adhuc hodie seruantur apud reuerendissimum dominum Christo phorum Iacobatium Cardinalem, eius nepotem.

QVAESTIO NONA.

QVæro, an habeat locum ista regula in beneficio iurispatronatus?

SOLVTIO. Patet ex uerbis istius re gulæ,ibi, præsentatione, aut præsentatio nis institutione. Tamen maius dubium est si ille qui possidet triennio beneficium ex collatione ordinarii,quod prætenditur es se de iurepa.conueniatur a presentato per patronum,a die notitiæ,quod fieri potest & possessor excipiat de ista regula: tunc est dubium, nunquid defendat possesso rem cum collatione ordinarii in benefi cio, quod uere est de iurepatronatus? Et ad hoc resolutio capi potest ex iis, quæ dixi in regula de annali quæstione 27. ibi uidendum est, ne bis idem re petatur.

QVAESTIO DECIMA.

QVæro, an possidens duo beneficia cu rata per trienniū, & sic incompati bilis,seu execrabilis,aut non promotus in fra annum ad sacros ordines,iuxta c.licet. & c.commissa, de elect. lib. 6. defendatur ista regula?

SOLVTIO. Ista duo dubia proposita sæpe per me in Rota fuerunt,in causa Re gien.Plebaniæ,uertente inter Ludouicum de Milanesiis ex una,& Andream de Cano sia ex alia. Et quia sunt dubia magni mo menti super quibus utriusque partis aduo cati longo tempore informatunt, & illa de mandato Rotæ in punctis data fuerunt nouiter auditorandis, uidelicet, dominis Hieronymo Nouato,& Petro Andreæ de Ripantis priori Esino,qui super prædictis dubiis,iuxta stylum & morem antiquum Rotæ,omnes dominos informarunt,ad ef fectum,ut doctrinæ periculum faciendo, habiles se ostenderent. Et ob eam cau sam quilibet eorum dubii dati partem cō trariam accepit: quorum disputatio illis inutilis fuit, ex eo, quia propter nouam concessionem,& concursum aliorum plu rium mandatorum,alii loco eorum,de mā dato papæ,ad auditoratûs locum excepti fuerunt, uidelicet, Dominus Raynaldus Petrutius,& Dominus Hieronymus Aue roldus. Itaque super isto dubio facto cal culo, ultra procuratores plures, sex aduo cati pro utraque parte ista dubia disputa runt, prædictis computatis, inter quos fuit Reuerend.Dominus Ioannes Paulus tunc aduocatus,& nunc dignissimus audi tor,& D.Antonius Gabrielis.

Opponebat igitur in primis Ludoui cus actor, Andream duo curata bene ficia possedisse: item quòd promotus infra annum ad sacros ordines non fue rat. Andreas uerò de ista regula exci piebat: Ludouicus replicabat, regulam non tueri execrabilem, & non promo tum, ex eo, quia non habebat titulum coloratum.

Dubitatū fuit,quid iuris? Pro parte ne

gati ua

gatiua, uidelicet, regulam istam, execrabilem, & non promotum minime tueri, ad ducitur in primis decisio in puncto docti cuiusdam Glossatoris in commento concilii Basilien. inserto in pragmatica Franciæ sub titu. de pacific. possess. concludentis, execrabilem regula ista non defendi, illa ratione, quia ex quo ipso iure priuatus est titulo, per cap. de multa. & extrau. execrabilis. titulum coloratum non habet, qui necessarius est, quo ad istam regulam, quę expressè titulum coloratum requirit, ut adparet ex decreto dicti consilii Basilien. à quo ferè ad literam est sumpta ista reg.

Addo, ꝙ istam etiam opinionem defendebat Melchior de Baldassinis, aduocatus in una Monasterien. præpositurae, corā D. Guliel. ut adparet in quodam suo cōsilio. Nec obstabat ei, regulam istam excipere duos casus: quia respondebat regulam loqui de colorato titulo collationis, institutionis, seu confirmationis. &c. Et exceptio etiam loquitur de eodem titulo colorato secundo modos enarratos hic: qui quidē titulus in illis duobus casibus exceptis in regula non suffragatur, ut hic dicitur. Sed ubi daremus aliquem carere omnino titulo, ut execrabilis, tunc non haberet locum ista regula, quę præsupponit tam in dicto suo, quàm exceptione, titulum aliquē coloratum adesse.

Præterea, pro ista opin. facit, quia per acquisitionem secundi incompatibilis videtur quis renuntiare primo, ut dicit tex. in clc. gratiæ. de rescript. Et per renūciationem perditur ciuilis & naturalis possessio ut in dec. 1. tit. de renun. in nouis. Et dato ꝙ insistat de facto in detentione rei, à qua non possit amoueri nisi citatus, ut in c. licet. de pręb. lib. 6. tamen ista detentio sine adminiculo nō operatur aliquem effectū regulæ. Vnde sicut si expressè execrabilis renuntiaret primum beneficium, & post renuntiationem detineret triennio idem beneficium renuntiatum sine alio titulo, non haberet locum regula: ita & in tacita renuntiatione causata ex adeptione secū di incompatibilis. Nam inter tacitam & expressam renuntiationem in beneficialibus non est differentia, ut notat Abb. & alii in c. ex ore. de iis, quæ fi. à ma. par. cap. Hæc Melchior.

Accedit, quia oīs qui est priuatus à iure, uel ab homine, ipso facto dicitur habere discoloratum titulum, ut late post alios, probat Fel. in c. in nostra. in 36. corr. in pri. de rescrip. Sed habens duo curato, est huiusmodi. Igitur non debet ab ista regula defendi, quæ requirit titulum coloratum. Et ꝙ execrabilis non habeat coloratum titulum, nec coloratam possessionem, tenet expressè Domi. post Io. de Ligna. & alios, in c. licet episcopus. de præb. lib. 6. & in cō. sil. 86. in ultim. col.

Præterea, pro ista opinione facit: quia licet regula ista excluderet contra istum possessorem omnem allegationem: nunquam tamen intelligitur exclusa allegatio inhabilitatis personæ. gl. & Bar. in l. 1. §. unusquisq. C. de sacrosanct. eccle. & in l. 1. §. nuntiatio. ff. de oper. noui nunt. Sed possidens duo incompatibilia, effectus est inhabilis ad obtenta, per extrauag. execrabilis. ergo talia beneficia censetur exclusa à priuilegio istius regulæ: quia ex quo nō est legitima institutio non potest dari possessio. c. 1. de reg. iur. lib. 6. & ista regula neminem sine possessione tuetur.

Præterea, quia cōtendens se priuilegiatum ratione alicuius qualitatis, tenet̄ illā qualitatem probare. l. tribunus. & l. diuus. ff. de testamen. mil. Cum igitur ad effectū istius regulę requiratur possessio triēnalis, ratione alicuius canonicæ institutiōis, eo ipso, ꝙ adparet abesse titulū canonicū, & sic deficiente illa qualitate, deficit possessio: & per consequens cessat regula. Quòd autem qualitas illa deficiat adparet manifestè: quia cum ius resistat tali possessioni talis dicitur potius occupator & intrusus, quàm possessor. ca. ad decimas. & ibi not. Lap. de rest. spolia. lib. 6. & Bal. in l. 1. C. de de appellat. & in l. si de proprietate. C. si à non competen. iudic. Non enim iniustū, sed iustum possessorem defendūt leges, ut ibi in c. 1. non de omni possessore, sed rātum iusto, per quos fiat inuestitura. Nā possessio nihil aliud est, quàm ius resistēdi rei nō prohibitæ possiden, ut diffinitur per Bar. & cōmuniter Doct. in l. 1. ff. de acq. possess. Nec obstat, istū execrabilem habuisse titulū ab illis, qui dare poterāt: quo casu dic. §

titulus coloratus, qui sufficit ad istam regulam, iuxta uulg. dictum Hostien. in c. dudum, de elec. & omnium in c. cum nostris de concess. præb. quia ad hoc respondetur, ꝙ licet ille titulus esset bonus, & coloratus antequam esset lapsus mensis post adeptionem secundi: ubi tamen lapsus est mensis, infra quem non renuntiauit primum in manibus ordinarii, illi tituli reducti sunt per extrauagant. execrabilis, ad non titulum, & sic cessat qualitas tituli colorati requisiti in regula. Dicetur igitur iste intrusus, ex quo scit ius ad alium pertinere, iuxta no. per Old. in cons. 136. inc. ex productis, col. fin. & tamen si recte ponderetur ista regula, excludit intrusum. Nã in illis uerbis de beneficiis sic possessis, regula innuit requiri una cum possessione, canonicum titulum, de quo regula in principio posuit exempla: quia dictio Sic, est declaratiua, & significatiua modorum expressorum. l. Gallus, in princ. & ibi glos. in uerb. sic, ff. de lib. & posthu. Et per consequens dicta possessio requiritur continuata cum titulo, ut etiam indicat dictio Per, quæ perfectionem & continuationem significat, uulg. l. urbana. §. pernoctare. ff. de uerb. sig. Cùm igitur per incompatibilitatem tituli reducti sunt ad non titulum, ex illo, nec color, nec præsumptio iustitię aut bonęfidei potuit resultare, arg. auth. cui relictum. C. de ind. uid. tol.

Præstereà, quia iura non defendunt expoliatum, sed expoliantem, quando de defectu ipsius spoliandi constat, ut decis. 15. de resti. spol. in antiq. multò minus debent defendere uolentem retinere beneficia, in exclusionem boni iuris alterius non expoliantis. Et istam opinio. quæ fuit etiã Glossatoris hic col. fin. sequutus fuit Antonius de Capharellis, antiquus doctor, & inter aduocatos sui temporis primarius, in quodam suo consilio reddito in causa Monasterien. decanatus, motus inter alia uulgari hoc motiuo: quia execrabilis est multũ odiosus a iure. Et ideo unde pœnam meretur, non debet priuilegiari indulto istius regulæ, cum sit indignus. Et lex indignis non dat priuilegia. l. auxilium. ff. de mino. & c. quia frustra, de usur. Rom. cons. 275. Nec releuat, ꝙ execrabilis possederit per triennium, uel decennium, nam propter hoc magis est damnabilis, quia tanto grauiora sunt peccata, quantò diutius hominem detinent alligatum: ut dicit text. in c. fin. præsc. & c. fi. de consue.

Addo pro ista opinio. unum aliud: quia execrabilis non restituitur si spolietur, ut dixi late in regula de annali, & est decis. 371. in antiq. & tenet Rom. cons. 999. Et tamen si haberet coloratum titulum, restitueretur, ut in decis. 2. de rest. spol. in no. cum uul g. ad idem facit: quia beneficia uacantia per incompatibilitatem, sunt reseruata per extrauag. execrabilis, & tamẽ ista reg. excludit beneficia reseruata. Nec obstat. regulam nolle istum triennalem molestari, & sic uidetur omnem molestiam includere, etiam illam, quæ pretextu incõpatibilitatis infertur, quia ad hoc respondetur, ꝙ in generali exclusione molestiæ nunquam intelligitur exclusa illa de qua probatio adfertur incontinenti, & in prõptu, ut not. Bart. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudic. ubi ponit exemplum in executione trium sententiarum, contra quam licet iura in cle. 1. de re iud. cum aliis similibus excludant exceptiones impeditiuas executionis, ubi tamen probatio exceptionis offertur incontinenti, illa prohibitio non procedit, nec includit istum casum. Et ꝑpea cũ in casu isto incontinenti ualere potest de iniusta occupatione, & improba possessione istius execrabilis, debet iudex talem exceptionem admittere, per quam adpareat execrabilem dudum ante perfectam triennalem possessionem caruisse titulo & possessione beneficiorum, quæ sine canonico titulo non obtinetur quinimò illum potius fuisse furem, occupatorem, & latronem, qui fructus incompatibilium sine dispensatione percepit, ut dicit tex. in c. dudum, el 2. de elect. Prętere a, non debet plus operari dispositio istius reg. quàm uoluntas papæ: arg. c. proposuit. de concess. pręb. Sed papa etiam scienter conferendo alicui incompatibili, non censetur cum illo dispensare in dubio, nisi expresse dicat: ut tradunt omnes in c. de multa, de præb. & in extrauag. execrabilis, eo. tit. per rationes, de quibus ibi. Ergo nec ista regula censetur inducere dispensationem, cum hoc

in

in ea non caueatur & in dubio dispensa tio non præsumitur. Interpretanda est igitur ista regula in dubio secundum men tem disponentis,arg.c.causam,de resc. cū uulg. Videtur enim hoc casu conditorem istius regulæ se conformare uoluisse iuri communi quantum fieri potest. c.cum di lectus,de consuet. & ppea exegisse hic ti tulum:quia alias iure cōi in triennali præ scriptione titulus requiritur,l.2. ff.de usu cap.& 16.q.4.in summa. Præterea, quia ista reg.loquitur de impetrantibus benefi cia per uacationē alterius personæ, quàm possidentis,sed casus noster procedit, quā do impetratio fit propter delictum perso næ possessoris, & agitur ad priuationem: quo casu uidetur regula non habere locū, ut latius dixi in reg.de annali 42. Et ideo cum isti casus sint diuersi, regula loquens in uno,non habet locum in alio: uulg. c. susceptum de resc.li.11. Pro quo bene fa cit consil.Petri.de Anch.193.in prin.dum loquitur de impetratione beneficii ob non promotionem, etiam post pacificam possessionem.

Nec obstat,ꝙ regula ista excipiat duos casus quia casus excepti non excludunt ex tensionem aliorum similium casuum,uul ga.l.ob æs.C.de præd.mino.

Istis tamen non obstantibus, contrariā opin.quæ est uerior,per plura dicta Doct. & rationes tenuit Rota. Nā in primis istā opin.tenet Glossator hic,fol.3.quæ dicit, regulam habere locum in priuato ipso iu re,uel per sententiam:argu.l. in rebus. §. fi.cum l.sed si manente.ff.de preca.Et hoc idem uidetur sentire in col. fi.nihil aliud allegans.

Et principalis ratio istius decisionis cō sistit in hoc: quia tex. istius reg. tantum excipit duos casus: in quibus papa non discolorat titulum, & disponit regulam non habere locum: ergo in aliis casibus non exceptis regula manet firma, quia ex ceptio firmat regulam in non exceptua tis, uulgar. lege nam quòd liquide. ff. de pen.lig.

Secundò principaliter pro ista opin.fa cit,quod dicit Fel.in c.sicut.in 16. col.uer sic.quintò aduerte.de re iud.dum conside rat,ꝙ ratio, quæ in uno beneficio militat ad dicendum per triennalem possessionē præsumi titulum habilem, procedit etiā in duobus beneficiis: arg. l. singularia. ff. si cer.petat.Nam tali casu sufficit execrabi li possessori,tantum allegare aliquam cau sam ad colorandum titulum,puta dispen sationem,licet eam non probet, ut nota biliter dicit Car.in c.cum nostris,de conc. præb. Præsertim, quando diu quis posse dit:quia tali casu incompatibilis præsumi tur dispensatis,per ea quæ Pet. de Anch. tradit in cons.117.Per quod ita tenuit Ro ta in ista eadē causa tunc pendente coā R.P.D.Marcello Crescētio de anno 1533. attenta possessione dicti Andreę diuturna quæ hodie propter breuem hominum ui tam posset ad triennium reduci uirtute istius reg.sicut de allegatione Lapi 89. sæ pe tenuit Rota,ut meminit D. Gul. Cassio dorus in collect. decis. Et isto casu bene quadras dictum Car.in d.c.cū nostris.uide licet, ꝙ sufficit allegare dispensationem ad colorandum titulum.Et ultra prędicta ꝙ execrabilis defendat exceptione istius reg.tenet idem D.Gul.Cass.in discursu cu iusdam decis.istius reg.& in alia super re gula de annali.Pro qua opinio.ulterius fa cit:quia reg.ista iudicatur fauorabilis,aut ex eo,quòd per eam lites dirimuntur, ut patet in fine reg.ibi,antiquas lites penitus extinguentes, &c. quæ quidē ratio a iure cōi ampliatur,& fauetur,ut in c. finē liti bus,& in l properandū. cū aliis uulgatis. uel quia lites dirimere, respicit rempubli cā,quo casu sub huiusmodi regula etiam generaliter loquente inhabiles comprehē duntur,iuxta doct.Bar.in l.si quis in graui §.utrum,uer.hi quoque.ff.ad Sill. cum cō cord.ut scripsi in §.in personam. in 11. & 12.col.inst.de act. Aut quia reg. ista sequi tur mentem,& intentionem legis primæ, ff.de usuc.ne domini rerum sint in incer to,& sic certi dentur rectores & beneficia ti,qui cultum uineæ Domini magis pro prie & accuratè respiciant,utcunque sit, largè erit interpretanda,iuxta. l. cum qui dam,de libe.& posthu.& c. odia, de reg. iur.lib.6.Cùm igitur in ista regula duo tā tum casus excipiantur, qui sint grauiores cæteris,quib.nec execrabiiis, nec qui non est promotus, assimilantur nec ęquiparan

tur: ergo in aliis non exceptis late est interpretanda.

Hoc enim sic demonstratur. Nam casus simoniæ hic exceptus superat omnes alios prout dicitur in c.tanta, de simonia. Ergo execrabilis & non promotus, quæ sunt crimina inferiora, remanent sub regula.

Secundus casus exceptus de intruso in beneficio reseruato, est etiam in iure multum odiosus, adeò, quod si talis intrusus spolietur, non restituitur, ut patet in deci. 16. Innoc. Et tamen execrabilis, licet sit criminosus, restitui debet, si expolietur, non obstan. prædictis, ut statim probabitur. Ex istius igitur adparet exceptionem duorū casuum expressorum hic in regula, impli care regulam habere locum in omnibus aliis criminosis non exceptis, & à iure priuatis, inter quos faciliùs execrabilis, & nō promotus comprehendi debent, qui licet a iure sint priuati titulo, quandoque tamē plenum titulum habuerunt, arg. l. fi. ff. de decur. qui nisi sint notorii, uel lata sit sententia priuationis contra eos. dñr hēre titulum putatiuum, uel coloratum, ut dñt Abbas, & alii in cap. nisi cum pridem, in 2. col. uers. sic conclude mentem de renuntia. Nec obstat, quod exceptio non excludit casus similes, ut dicebatur: quia isti non sunt casus similes exceptis, & in odiosis exceptio non recipit extensionem, ut in c. 1. de coniug. lep. & c. quemadmodum, de iure iur. Et no. Bar. in l. 1. col. 1. ff. si quis ius dic. non ob. & in l. si cum. §. quia iniuriarum. ff. si quis cau. Fel. in c. cum inter. col. 6. de re iud. Vel si sunt similes, alia tamen ratio ne sub exceptione comprehendi non possunt, ut dicam statim post, in uers. nec obstat quod casus, &c.

Præterea, quia in decreto concilii Basi. a quo ista reg. ortum habuit, excipitur ius nouiter impetratum. Et hoc quod contra execrabilem, & non promotum deduci tur, non est ius antiquum, sed nouum, igitur, &c.

Præterea, quia actor per uiam exceptionis excludens a priuilegio istius regulæ execrabilem, dicitur quodammodo agere, & id intendere, ut tanquam indignus priuetur, hoc autem petitorium cōcernit, cum tñ reg. de possessoriū respiciat, & ista sunt diuersa, uulg. §. nihil cōe. de acq. pos.

Præterea, quia ista reg. inducit præsumptionem iuris, & de iure: quod ex eo patet, quia annullat prouisiones, & extinguit lites super hoc fingendo pedes, iuxta tradita per Abb. in c. is qui fidem, de sponsal.

Præterea, non ex eo regula defendit inhabiles ab impetrantibus: quia ordinarii habent facultatem, non obstan. triennali possessione, requirere titulum a possidentibus, ut tradit Fel. post alios in c. illud. de præsump. in c. sicut, in 16. col. de re iud. & latius in c. licet, de simo. & est tex. in d. concilio Basilien. Donec igitur ab ordinariis non inquirantur debent esse tuti ab impetrantibus.

Et tenendo istam opinionem, non obstant ea, quæ pro contraria parte adducta fuerunt. Primò, quod priuati ipso iure non habeant coloratum titulum, quia respondetur illud procedere, quo ad casus, in quibus de iure cōi requiritur color tituli: secus uerò, quo ad effectum istius regulæ, quæ disponit omnem titulum esse coloratum habitū ab eo, qui alias conferendi habet facultatem, secundum modos hic scriptos, exceptis duob. casib. hic exceptuatis, & hoc esse rōnabile in terminis istius reg. manifestè ostenditur: quia si iura cōia non assistunt execrabili, uel alteri præsentato a iure, uel ab homine, nec eos coloratum titulum habere uolunt, hoc ideo inductum fuit: quia illi inhabiles in casib. prædictis iuris communis repelluntur, ut actores, qui in iudicio sup canonizatione tituli a iure reprobati contendunt, & ad hoc, ut beneficium illis adiudicetur, & sic de lucro captādo agunt. Nil mirum igitur si sine tit. canonico saltē colorato tales inhabiles ipso iure priuari nō audiuntur, ut in c. 1. de eo, qui mit. in poss. causa rei seruan. lib. 6. cum sim. Et tradit Imo. in c. in literis de restitu. spol. Reg. uerò ista procedit in reo excipiente, & se in sola possessione defendēte, cui reg. istā exceptionem duntaxat, & non titulū concedit, fm interpretationem Rotæ de qua meminit Fel. in c. sicut, col. 13. de re iud. & Gloss. hic fol. 3. & sic inter ius cōe & regulam istam, quo ad hoc est longa differentia, & ppea fauorabiliora sunt iura reis, quàm actorib. uulg. l. fauorabilio

res.ff.de reg.iur.& l.Arrianus. ff. de act.& oblig.& c.cum sint.de reg.iur.lib.6. Vnde qualibet etiam iniusta causa excusabit execrabilem reũ & possessorem, ut notat Do.in c.non potest.de preb.lib.6.quæ forte actorum non excusaret. Inde euenit, ꝙ dispensatio inualida sufficit ad excusandum execrabilem possessorem, ut tradit Spec.tit.de dispensa.§.uidendũ. uersi.porrò.Et iste fauor reis non solum a iure cõmuni præstatur in prædictis casibus,sed et ab stylo Rotæ in aliis quampluribus. Nã secundum stylum, contra reum citatũ & contumacem in causis ultra montes Rota non solet pronuntiare in prima instantia nisi elapsis quinque,uel sex mẽsibus,in Citramontanis uero post sexaginta dies:sed ubi actor,qui cõmisit causam,contumaciter abest,prædictus fauor non attenditur sed infra prædictum tẽpus uix lapsis duobus mensib.in fauorem rei pronuntiat.Vt conclusit Rota in una Toletana canonicatus,& præb.coram R.D.Io. Paulo 5.Iulii 1538.quo die ipse idem in d.causa contra actorem contumacem in fauorem rei pronuntiauit,cum tamen causa prædicta fuisset commissa 7.die Maii eiusdem anni.Solet enim sæpe Rota in pluribus iuris articulis magis reis, quàm actoribus fauere.

Nec obstat, ꝙ casus hic excepti extendi debent ad casus similes, iuxta uul.l.ob æs. alleg.quia illud est uerum,quando statutũ uel regula continet materiam iuris:secus quando statutũ,uel regula disponunt contra uel præter ius,quia tunc casus excepti non extenduntur ad similes. Ita notabiliter limitat Abb.in c.ad audiẽtia.in 1.notabili.de cle.non residen.Cum igitur regula ista sit contra ius,inquantum inducit præscriptionẽ triẽnalẽ in beneficiis, uel saltẽ sit præter ius,ut de se patet,merito est dicẽdũ casus exceptos in ea nõ recipere extẽsionẽ ad alios casus similes. Itaq; casus noster execrabilitatis manebit sub regula. Et propterea nõ ab re dicebat Car. in d. c. cum nostris. sufficere execrabili dispensationẽ allegare: prẽsertim, qñ triẽnio possedit,ex qua quidem possessione triennii uidetur hodie induci ꝓsumptio dispẽsationis sicut olim ex decennali inducebatur, iuxta dictum Petr.de Anch. in d. consil. 117. Itaque hodie possessio triennalis potest. dici diuturna, ut declarat Fely. in ca. licet Heli.col.8.de simo.in qua præsumendum erit omnia legitima interuenisse: quia ex longo tempore præsumitur quis institutus,secundum Dom.in c.si iudex.de sent. excom.lib.6.& sic omnia requisita concurrere,iuxta cõs.Decii 118.per quod in ista causa regien.ut dixi,fuit conclusum in prima instantia,coram d.Marcello, Andream qui per decem annos possederat, habere præsumptionem dispensationis, quo ad effectum istius regulæ.Et hoc est quod dicebat Fely.in d.c.sicut. ꝙ ratio quæ consideratur in possessione 10.annorũ,militat in triennali possessione.Nã ideo in decennali præsumitur titulus,quia episcopus qui tenetur uisitare singulis annis,non tolerasset illum possidere sine titulo. quæ ratio militat in possessione triẽnali propter istã regulã.Et ideo in causa prædicta Domini magis inclinarũt in istã partem,uidelicet, regulam istam execrabilem tueri propter prædicta,& per rationem tex. in cap licet episcopus.de præbe.lib. 6. qui uidetur habere considerationem possessionis habitę per execrabilem.Verum quia res adhuc magna difficultate non carebat, non fuit tunc istud dubium omnino resolutum,cõcurrente magna contentione & disputatione Dominorum.Hodie tamen,quæ numeratur 15.Februarii 1535. proposita iterum,etiam Dominorum uota se in duas æquales partes diuiserunt, & ut utar uerbis decisionis 16.de restitu.spol.in no.fuerunt adeò uarii,quod fuerunt diuisi quasi per medium,adeò ꝙ uoluerunt scire opi. mei proponentis,ut inæqualitatem induceret.Et quamuis de more non sit ꝙ proponens causam,uotum proferat quia numerũ non facit:tamen uidi hoc à Rota aliquando cõcedi,propter difficultatẽ materiæ,& ut causa habeat exitum.Est uerũ ꝙ in minimis arbitrariis,prout in dandis dilationibus, uel concedendis remissoriis, auditores gratificationem habere solent, quãuis rarò ea utanť. Aliter tamẽ tẽporib. antiquis fiebat. Nã qñ uaria erãt uota Dominorũ,& æqualia, auditor proponẽs solebat consuluere Cardinales sui tẽporis doctos,qui propter disparitatem dubium tolle

tollebant, prout fuit factum in deci. 3. 10. in fin. in no. alias sub titulo de rescript. de cis. 25. Imò solebant antiqui patres Rotæ, quando causa erat difficilis & dubia, non solum extra Rotam consulere cardinales doctos, sed etiam abbreuiatores, & alios Doct. curię: prout fuit factum in casu decisionis 443. in no. ubi circa fin. refert Cõpilator, ꝙ in d. casu abbreuiatores, & Doc. extra Rotam tenuerunt opi. cum trib. auditoribus contra maiorem partem Dominorum. Et auditor camere consultus, aliquando tenuit opi. contra Auditores Rotæ, prout ibi dicitur. Ad propositũ igitur q. redeundo, postquam causa pluries per innumeras informationes fuit trutinata, & sępius in Rota proposita, ac ut superius dictum est uorata, non uidebatur adhuc esse digesta, ut pronuntiari super ea deberet, ex eo, quia computato uoto mei proponentis pro ista opi. non erant nisi quinque auditores, & pro contraria quatuor. Et uidebatur nouum in tam magna difficultate, ex uno uoto, quod alias computari non solet, disparitatem inducere. Ideo decreuimus super eadem re melius informari. Causa igitur iterum atque iterũ proposita, tandem post plures disputationes, maior pars Dominorum tenuit & firmauit, execrabilem iuuari regula, præsertim in casu nostro in quo And. possederat dictas parochiales plus q̃ per quindecim annos. Itaque uisus fuit non solum triẽnio cũ titulo uero, sed etiam præambulo decem annorum possidere conclusum igitur fuit, Andream possessorem pacificum plus quam triennalẽ, non obstante incõpatibilitatem duarum parochialium ista regula tueri. Ratio fuit illa: de qua superius memini: quia regula ista loquitur in reo, & se defendente: iurauero communia, quæ detestantur execrabilem, loquuntur quãdo ipse execrabilis agit. Nimirum igitur cum sit diuersissima ratio, debent isti casus diuerso iure censeri, ut fauorabiliores simus reis possessoribus triennalib. quàm actoribus. Hinc uidemus, ꝙ excõmunicati, ut actores in iudicio esse non possunt: tamen si cõueniãtur ut rei, in iudicio esse poterunt. In quo neque diabolo erit deneganda defensio: ut dicit Innoc. in c. cum inter. per illum tex. de except. Et ita respondebatur ad omnia iura, quæ detestantur execrabilem: ut uolunt eum coloratum titulum non habere: ut procedãt ad effectum agendi: Secus autem, ad effectum excipiendi, cum facilius permutetur exceptio, quàm actio, ut in c. 1. de rescrip. lib. 6. uel procedant in casib. dispositis per ius commune: quo ad istam regulam postea introductam. Et ita etiam nouissime execrabilem tueri exceptione istius regulæ conclusit Rota, in una Zamoren. beneficiorum. coram R. P. D. Marcello Crescentio geminatis uotis, de mensibus Aprilis & Maii, 1539. Et sic etiam in una Lucen. de mense Iunio idem tenuit Rota, coram R. D. Io. Paul. Et per hoc etiã respondebatur ad dictum Geminiani in d. c. licet. & in consil. 86. dum uoluit execrabilem non habere titulum coloratum. Nam illud dictum procedit, nisi execrabilis per triennium possideat. quod inductũ fuit per prouisionem istius regulæ. Nã ex huiusmodi triennali possessione exceptio acquiritur, quæ licet nihil iuris possessori tribuat, ipsum tamen defendit contra negligentẽ actorẽ post trienniũ molestantẽ. Vel secũdo potest responderi, ꝙ licet execrabilis non habeat bonum omnino titulum, habet tamen primum coloratũ possessionem triennii, qui sufficit quo ad istã regulam, licet quo ad effectus iuris cõmunis non habeatur pro titulo, nec sufficit. Et hoc maximè procedit quando per triẽnalem allegatur causa, puta dispensatio, iuxta dictum Card. in dicto cap. cum in nostris. & Glossator. in pragmatica loco superius allegato. Et ita per hoc posset responderi ad aliud argumentum superius factũ uidelicet, ꝙ execrabilis spoliatus, non restituitur: quia nõ habet coloratum titulũ quia est uerum non habere titulum quo ad illum effectum introductum à iure cõmuni. Præsertim, quia illo casu execrabilis est actor, & actori execrabili non ita ius commune fauet sicut reo. ut dixi, & patet in c. 1. de rescr. li. 6. & in d. c. cũ inter. de exce. Sed hic agit̃ de defendẽdo reo in sua possessiõe, merito dicta Doctorũ isto casu nõ faciũt ad ꝓpositũ, quin imo execrabilẽ agere posse spolio, multi Doc. tenuerũt, ut patet

patet in dec.3. in ultima addit. de restit. spol.in not. & tenet Old. cons. 227. Specul.tit. de petit.& poss.§.fi.Card.cōs.132. T.archipresbyt.col.ulr.Et Bal.nouel.in §. nihil commune.colum. 25. in 18. fal. sentir Milis in uerb.beneficium quo quis.Et Anto. in ca.solicitè.in pen. q. de restit. spolia.Præposi.in c.quo iure.col.3.dist.8. & in deci.Parl.Thol.dec.46. Et Abb.in c. in literis.col. pen. de restit. spol. & in disputari one incip.Titius.colu.ult. allegat optimū text.in c. ex insinuatione. de procur.& sic isti uolentes restitutionem fieri, præsupponunt execrabilem habere titulum saltem coloratum.Et licet super hoc in regula de annali aliter dixerim,tamen posset procedere, nisi execrabilis spoliatus triennalis sit possessor:quia tali casu posset restitutionem petere,ut opiniones concordentur. & ita etiam possunt limitari dicta per Decium in consi. 191.col. penult .& fin.Et ut unico uerbo opin. cōtrariæ ad concordiam reducantur, distinguendi sunt duo casus.

Primus est, quādo execrabilis nullum habet titulum,sed se intrusit de facto sine alicuius prouisione in beneficiis, uel est declaratus per sententiam esse priuatus titulo:& tali casu procedit prima opin. Et ea,quæ dicebat Melchior, uidelicet regulam nullo pacto execrabilem defendere, quæ requirit saltem coloratum titulum.

Secundus casus est,quando execrabilis habet titulum,licet inualidum,uigore cuius possedit per triennium: & tali casu procedit secunda opin. quia sufficit illi habuisse titulum, ab eo qui potestatem habuit conferendi. Vnde licet aliqua de causa inualidus fuerit, dat tamen in dubio colorem possidendi.iuxta tradita in ca.cum nostris.de concef.præben. Et ille titulus sufficit quo ad istam reg. & quo ad effectum ne spoliari possit, iuxta not. per Moder.in l.si pacto. in 5. notabili.C. de pac. Potest et dici,ꝙ non ualet argm̄, seu consequentia, execrabilis non restituitur:ergo non habet titulū coloratum, quia uidemus,quòd periurii exceptio impedit restitutionem, ex quo elidit intentionē agentis, & sic impedit processum, ut in cap.dilecti.de for.comp. ubi hoc tenet dominus Anr. super glos. etiam in c. intelleximus.de iud. Et tamen periurus antequàm priuetur,dicitur habere titulū coloratum,ut not. Innoc.in c. cū nostris. de concess.præben.& Moder.in c. 2.de rescript. hoc tamen de periuro declarandū est singulariter,ut per Domin.in c.1.in 3. colum.uersi.Nota incidenter. de lit. contest.lib.6.& dixi latissimè in regula de annali,in illa q. an regula defendat homicidam, & priuandum sententia hominis. Concluserunt igitur Domini in præsenti q.diam sine dubitatione locum esse regulæ:& quod uoluerunt de execrabili.idem dixerunt de possessore triennali non promoto infra annum ad sacros ordines,iuxta c.licet.de elec.lib.6.Quod longè anteà tenuerat Rota in una Lugdunen. siue Burgen.parochiali sancti Andreæ,coram reuerendis. Domin. Io. clerici. 15. Maii. 1536.in fauorem Georgii Gineti, contra Nicolaum Polliaci:quòd procedit, quando nulla militat præsumptio iuris contra eum.Secus,si aliqua præsumptio non promotionis urgeret,ut quia constaret de ordinibus malè susceptis: quia tali casu plures ex Dominis tenuerunt non iuuari regula, sed transferri onus probandi in ipsum possessorem, per not. per Imol. in l. iu illa.ff.de uerb. oblig. facit decisio Egidii.154. Et ita heri 28. Ianuarii. 1538. tenuerunt Domini in una Romana S. Pauli,coram R.D.Raynaldo Petrutio.

Sed aduertendum, quòd prædicta cōsideratio procedit ante triennium completum, ut in d.causa Romana contigit. Secus tamē putarem post completum triennium pacificè, qui tali casu putarem omni casu onus probandi non promotionē uel incompatibilitatem pertinere ad actorem:quia triennalis possessio inducit præsumptionem iuris pro possessore,ut transferat in alium onus probandi,& hoc,quia præsumitur ordinarios uisitasse subditos, & non permittere aliquem tandiu manere,sine promotione in peccato, iuxta tradita per Docto. in capitulo illud. de præsumptio.& Petr.de Anchar. consilio 117. Nullus igitur, excepto ordinario superiore,potest talem possessorem compellere

post

notabilis in l.si quis emptionis.§. sed hæc super.C.de præscript.30.annorum. quem tex.Bar.ibi dicit ad hoc singularem,& hoc specialiter introductum fuisse in odiū uiolenti,dicunt Saly.in d.§.sed hæc. & Iaf. in lege 4.§.Cato.in 10. col.uersi. quarta conclusio.ff.de uer.obl.& Bal.nouel. in repe. §.nihil commune.col.12.ff.de acqu. poss. & Moder.Perusini in authen.nisi.in 2.col. C.de bonis mater.Iura enim omnia cōtra uiolentum exclamant,& auferunt illi omne iuris auxiliū, ut ibi dicitur: præsertim in beneficialibus, in quibus odiosior est uiolentia, quam in profanis, ut probant Mod.Auinionen. in repet.cap.sæpe.colu. pen.de restit.spoliat.& iura generaliter loquentia,non comprehendunt casum uiolenti spolii : quia non præsumitur in dubio princeps iniuriantib. uelle fauere,nec autoritatem prestare,ut dicit text. in l. autoritatem.& ibi not.gloss.C.unde ui.cum sexcentis concor.cumulatis per Fel.in ca. postulasti.in 19.col. uersi.circa quartum. de rescript.Et ante ipsum per And. Sic. in repe.rubricæ,de testam.in 21.col. num. 7. Cum igitur regula ista diffinitè, & generaliter loquatur,& faueat possessoribus, nō debet intelligi de uiolentis, per prædicta, sed de legitimis possessoribus, ut est text. notab.in c.placuit.16.q. Sicut uidemus ēt ꝙ iura loquentia de consuetudine non intelliguntur de consuetudine exorbitanti & iniqua, sed de præscripta ut in c.Cumana.cum uulg.de elect. sicut etiam iura loquentia de remissione facienda homicidis,non habent locum in homicidis proditorib. quia illud homicidium est exorbitans,ut c.primo.de homicid.lib.6.tradunt Mod.Mediola. in c.quæ in ecclesiarū de consti. Et istud in c. nostro optima ratione statutam uidetur, ne inde nascātur iniuriæ,unde iura nascuntur, contra cap. qualiter.de accusat.& l.meminerint.C.unde ui. Et ideo in hoc dubio talem præsumere debemus fuisse mentem papę istius regulæ conditoris,qualem iuris:arg.c.causam.de rescript.

Postremo, pro ista opinione est tex. expressus,& in terminis in cōcilio Basilien. decreto octauo,in titulo de pacific. posse. à quo,ut est sæpe dictum, ista regula originem habuit. In quo quidem decreto expressè dicitur, ꝙ quicunq; non uiolentus qui cum colorato titulo beneficium per trienuium possederit, non potest molestari ab aliquo,&c.Et sic ex quo ibi habemus text. hoc decidentem, non sunt aliunde quærenda suffragia ad opin. istam confirmandam. Et licet regula ista de uiolento mentionem non faciat : recipit tamen interpretationem ab illo decreto antiquiori. Nam posteriores leges per priores declarantur, uulg.l. nam posteriores. de legibus.etiam si priores fuerint reuocatæ, ut not.Bar.in l.1.ff.de coniug cum emancip. libe.& hoc casu licitum est recurrere ad matricem, arg. eorum, quæ dicit Bart. in l.si librarius. ff. de reg. iur. & in l. final. ff.de fals.

Circa secundum caput istius quæst. uidelicet, an regula ista defendat expoliatorem non uiolentum,uidetur maius dubiū quia talis expoliator non est tam odiosus sicuti uiolentus.Tamen, ut superius dixi, quidam asserunt, Rotam tenuisse hoc casu regulam spoliatorem huiusmodi non iuuare.Sed non accidit iste casus temporibus meis in Rota, nec dominus Guliel. Cassiodorus, qui in colligendis decisionibus præteritorum temporum fuit diligēs & curiosus,de isto casu meminit: & ideo ego satis dubitarem. Nam si expoliator cum titulo colorato possedit pacifice per triennium,defendi debet regula: quia est quid imputandum expoliato, cur tandiu tacuit:arg.l.pupillus.ff.quę in fraud.cred. Et ideo uidemus,ꝙ clemen.1. de sequest. possef. & fruct. quæ indistinctè loquitur de possessore triennali, non molestando ēt uigore sequestri,procedit ēt in expoliatore possessore triennali, ut ibi notat Bonifacius Vitallin.quondam Rotæ auditor in 4.col.nume.42.

Tamen istis nō obstant.opinio antiquorum auditorum uidetur uerior: quam mihi confirmauit D.Paulus Capisuccus antiquus auditor.Et ratio istius decisionis uidetur clara: quia si rectè inspiciantur uerba istius regulæ, dicendum est eam hoc casu non procedere, quia ista regula loquitur, quando contra possessorem triennalem agitur petitorio, ut patet ibi

super

super beneficiis taliter possessis nequeat molestari, &c. Et iterũ ibi, impetrationes quaslibet de beneficiis sic possessis, &c. Nã clarum est, ꝙ ista uerba, Super beneficiis, inducunt petitorium, & non possessoriũ l. codicibus. §. instituto. & ibi Bart. de leg. 2. Rom. in consil. 388. Et sic reg. requirit ꝙ agat super ti. beneficii. ut probatur in c. 2. ut lite pend. lib. 6. & in clemen. dispendio sam. & ibi glo. in uerb. beneficiis. & Card. q. 10. de iud. & est etiam gloss. in c. literas. de iur. calum. Regula igitur ista, quę odiosa & exorbitans est, locum habebit in possessorio, quod est diuersum, uulg. §. nihil commune. ff. de acquir. poss. Et cui uerba non conueniunt: debet igitur ad casum in quo loquitur, restringi. l. 4. §. toties. ff. de dam. infect. leg. 1. §. hoc interdictum. ff. de fonte. c. indemnitatibus. §. sed cum eas. de elect. lib. 6. & l. 1. §. non autem omne. ff. ne quid in flu. pub. Regula igitur defendet tãtum possessorem super titulo beneficii cõuentum, non illum qui spolio conuenitur quia tunc non agitur super titulo beneficii, cum inter ista sit longa differentia, ut in cap. cum dilecti. de caus. possessio. & ꝓprie. Et ista opinio uidetur ex eo magis æquior & iustior: quia sic excluditur contraria interpretatio extensiua, fauens expoliatoribus contra bonum ius prætendẽtes, inducendo præscriptionem peremptoriam uerum beneficiatum à iure suo excludẽtem. Debet igitur regula in casu suo tãtum intelligi. l. 3. §. hæc uerba. de neg. gest. Nam regula simpliciter disponens possessores triennales excludere agentes etiam habentes bonum titulum, non debet ampliari & interpretari, ut illa exclusio ueri tituli fiat per occupationem & usurpationem: arg. l. famosi. ff. ad leg. Iul. maiest. tali enim casu regula, & quælibet alia dispositio potius est per interpretationem angustanda & restringenda, quam amplianda, ut singulariter not. Compost. in c. causam de rescript.

Quod ulterius suadetur, quia dispositio istius regulæ, inquantum fieri potest debet conformari iuri communi: arg. cap. causam. de rescrip. & c. cum dilectus. de cõsue. Sed de iure communi non acquiritur, præscribenti aliquod ius excipiendi, quando in ipso ingressu est uitium reale uel ꝑsonale, quod impedit ĩchoari, & finiri pręscriptionem, ut in d. l. sequitur. & in d. §. furtiue. institu. de usucap. Ergo nec eodẽ modo debet acquiri per istam regulam triennali possessori, qui a principio expoliando alium incipit cum illo uitio possidere, quia uidetur hoc esse contra mentẽ conditoris. Nulla enim lex, aut statutum eum sensum recipere potest, ut per illud credatur conditor spoliatores in sua occupatione tueri, & eiectos, & spoliatos à restitutione excludere, ut dicit text. & gl notabilis in l. si qua loca. C. de fundis & salti. rei dom. lib. 11. & in l. autoritatem. C. unde ui. sequitur Alex. in consil. 59. in 4. col. lib. 1. Nulla enim papæ fit iniuria, si ita interpretatur eius dispositio, ut per hoc eum bonum & iustum principem ęstimemus & opinemur, ut dicit Alex. in consil. 123. col. pen. lib. 4. Vbi per hoc inferr, ꝙ dispositio generalis facta per principem, nõ intelligitur in dubio fauere usurpatorib. per iura superius allegata: quia hoc esset arguere tyrannidem in principe, imo idẽ papa in odium spoliantium excipit eos à generali dispositione priuilegiatiua, ut patet in cle. 1. de caus. pos. & ꝓp. Sic & pari modo in casu nostro est dicendum, ꝙ reg. ista indefinitẽ loquens, debeat restringi & intelligi, ut tantum de possessorib. loquatur, qui sine alterius iniuria uel usurpatione possessionem sunt consecuti, non autẽ spoliãdo, ut sic talem præsumamus mẽtẽ papæ fuisse, qualis legis & boni principis debet esse: alias si cõtrariũ diceremus, lex talia disponens esset iniusta, iniqua, & nutritiua peccati, cõtra naturã l. de qua in c. erit aũt lex. 4. di. & in l. cõuenire. ff. de pac. dot. & in l. pacta, quę cõtra. C. de pact. Talis .n. lex nõ ualeret, ut tradit Bal. in c. quæ in ecclesiarum. & Host. in c. cognoscentes. de consti. facit text. in c. forus. de uerb. signi. sequitur late And. Sic. in c. filius. in 3. col. de testa. Nam si omnia ista in lege secularium principũ concurrere debent, ut uide licet sit iusta, & nemini iniuriã inferẽs, ut tradunt omnes in l. humanum. per illum text. C. de leg. quid in lege ecclesiastica spectandum est? Omnium enim legum inanis est censura, nisi diuinæ legis imaginem

nem gerat, ut inquit August. lib. 8. de Ciuita. Dei, & text. in c.sana.9.distin. Nam lex tantum habet rationis & uirtutis, quã tũ magis assimilat legi naturali, & participat de lege æterna, secundum S.Thom.prima secũdæ quæst.90.art.1.& 2.cũ cócord. ut scribunt Moder.Hispani in l.legitima. colum.28.ff.de pact.& in repet.c. 1. col. 10.cod.tit. debet enim esse conforme iudicium papæ, iudicio diuino, ut in cap. Deus omnipotens.secunda quæstio.1.Exclamat Esaias 10.c.contra principes leges iniquas ferentes. Nam lex inuitans homines ad delinquendum, imò usurpatores præmians, & defendens, cuiusmodi uideretur regula ista, si sic intelligeretur, non diceretur lex, sed legis corruptio, quæ conuenientes non ligat, ut tradit Innocen. ca.q̃a plerique. de immu. eccles. & reassumunt Mod. Neapolitani in tertia parte consti.Regni. constitutione incip. Honorem.in notabilib. Imò licitum erit legem ita latam fraudibus & dolis circumueni re, ut not.Bald. Paul. de Cast. & Modern. in l. 1. in principio, per illum text. C. de cadu.tol.facit text. in cap.duæ sunt leges. 19. q. 2. Quæ omnia cùm in casu nostro militent, concludendum est regulã istam spoliatores non tueri, sed legitimè intrantes. Et ideo non immeritò lex possessionem hoc modo per iniuriam, seu spolium acquisitam, improbam appellauit.in l.improba possessio. C.de acquiren. possess. Nam adeò lex exosos spoliatores habuit, quòd noluerit eos tueri in possessione sua, etiam per exceptionem ueri & proprii dominii: ut in c. 1.de resti. spolia. & est communis opin.ut scribit Decius in consil.57.col.pen. Si igitur ista fiunt in sic co, id est, in rebus profanis, quid in beneficiis ecclesiasticis agendum erit, in quibus requiritur maior puritas & iustior ingressus? ut dicitur doct. in c. 1. de regul. iur.lib.6.

Tenenda igitur erit hæc opin. exclusiua similium possessorum à priuilegio istius regulæ. Nec enim hominum congregatio diu stare, aut regi posset, si quod alius per iniuriam abstulit, ut restituat, compelli non posset. Et licet Rota quo ad regulam de annali, iudicauerit contrarium, ut ibi dixi in 64.q. illud tñ non tollit motiua hic facta propter diuersitatem maximam inter illam & istam regulam. Nam, ut iam est notum tonsoribus, illa regula de annali, fauet merè intrusis, & interdũ etiam delinquentibus in sua detentione, in odium impetrantium certo modo beneficia uiuentium. Et quamuis hoc iustũ uideatur: nihilominus illa regula non excludit perpetuò omnes impetrantes, sed solùm ignauos, negligentes, & improbos regulam non seruantes. Qui uerò seruant regulam, si bonum ius tuentur, ab iniusto possessore pœnas suæ detentionis exigũt, eum in fructibus & expensis condemnari faciendo. Meritò igitur regula illa nõ est ita præiudicialis impetrantibus, sicut ista de triennali, quę excludit omnes impetrãtes uiuente possessore, & sic perpetuum silentium imponit, & peremptoriam exceptionem porrigit: propterea in ea titulus saltem coloratus, & alia plura requirũtur, quæ in discursu istius materiæ uidebimus. quæ omnia in regula de annali non requiruntur. Ideo magna est inter utrasq; regulas differentia, & diuersa iuris decisio. Non obstat dictum D.Bonifacii in d. clemen.1.de sequestr. posses.& fruct. q̃a ille loquitur quo ad effectum sequestri tantùm, cuius denegatio non aufert actori ius, nec tollit etiam reo possessionem: ut in l.interesse.ff.de acquiren.posses. & sic non facit illud ad propositum. Nec etiam obest, quòd decretum cõcilii Basilien. uiolentum expoliatorem tantùm excipit, q̃a per hoc non excluditur casu, in quo est minor ratio: ut est textus notabili. in l. 1.§.quòd autem. ff.de usu aleæ & aleat.

Circa uerò secundum articulũ resultantem ex ista eadem quæst. uidelicet, quando subrogatus in ius spoliati, agit contra spoliatorem, an excludatur exceptione regulæ, sunt distinguendi plures casus. Primus, quando est quis simpliciter subrogatus post mortem spoliati, ad ius tantũm spoliati. Et hoc casu regula defendit spoliatorẽ, ut tenuit Rota in una Pamphilonen. prioratus sancti Crucifixi, coram R. D. Ioan. Mohedano. 11. Maii 153.5 Ratio fuit, quia actio competens spoliato, est ꝑsonalis, & non transit in subrogatum, qui nec

nec læsus, nec spoliatus fuit, per fundamēta & rationes, quas scribo inferiùs, quæst. 13. Et licet sit subrogatus in beneficium seu ius spoliati, per hoc tamen non censetur subrogatus in ius spolii, quod concernit possessionem, nisi specialiter dicatur: etiam si subrogatio facta fuerit uerbis uniuersalibus, uidelicet, ad omne ius, quod cedenti, uel decedenti quomodolibet competebat, ut est decis. Egidii 351. incip. eadem die, quæ hodie ita in signatura papæ & in Rota seruatur. Et licet illa decis. Egidii, quo ad subrogationem simplicis possessionis, malè dicat, ut patet in decis. 5. ut lite pend. in nouis. & decis. 385. in antiq. incip. nota ꝙ subrogatus, &c. ut dixi in regula de subrogandis. q. 8. tamen quo ad interdictū unde ui, illa decis. Egid. tenetur, ex qua stylus hodiernus inductus fuit: per quem nunquam datur subrogatio quo ad spolium, nisi expresse concedatur, & subrogatus specialiter petat subrogari, etiam quo ad ius spolii. Et ita in prædicta causa omnes Domini concluserunt, excepto uno. Et decisio ista de plano procedit, quādo quis est subrogatus, quo ad ius tantū, quod erat deductum in litem. Vbi uerò in lite non fuisset deductum, nisi solū possessorium, & aliquis subrogaretur in litē, & ius defuncti, puto tali casu subrogatum agere posse spolio, & non repelli exceptione istius regulę, ut uerba aliquid operentur. Vbi igitur propter subrogationem actio spolii redditur efficax, spoliator nō potest se tueri aliqua exceptione temporis competentis, tam uigore istius regulæ, quàm cuiuscunque alterius præscriptionis, etiam mille annorum, ut tradunt omnes in c. sæpe. de restit. spolia. & Moder. in c. reintegrāda. 3. q. 1. Et isto modo declarātur decisiones tenentes subrogatum quo ad ius censeri subrogatum quo ad possessionem.

Secundus casus est, quando quis esset subrogatus alicui uiuēti per uiam cessionis quo ad prosecutionem spolii. & hoc casu licet in beneficialibus successor in beneficio non censeatur succedere in iure competenti defuncto, sed illud extinguitur, & creatur nouū ius, quod incipit in persona successoris: ut not. Ioan. And. in cap. 2. ut lit. pend. lib. 6. in nouel. & in c. si tibi absenti. super uerbo, nō acquiras. de præben. lib. 6. in no. & in c. ex parte. in uer. interim. de aib. & Spec. in tit de sent. §. nunc de effectu. in fi. & tenet decis. 13. de procu. in fi. & decis. 1. circa fi. de loca. in not. Tamen hoc procederet, qn̄ simpliciter fuisset facta cessio absque subrogationem in ius spolii. Vbi uerò de spolio specialiter cautum fuisset, tale beneficium transiret in cessionarium: quia cedit potest, ut tradunt Modernio. Senen. in l. rem, quæ nobis. ff. de acquiren. possess. Facit tex. in l. quòd si in diem. §. Iulianus. ff. de pet. hære. Et hoc uidetur tenere Bald. in consil. 309. super quo puncto. in 3. uol. quē sequuntur Mode. repetentes in c. sæpe. in 2. fol. uersiculo, tertiò dubitatur. de restitu. spol. Præsertim quando papa hoc concedit. qui etiam respectu iuris in beneficialibus successorem dare posset, cùm habeat in eis plenissimam potestatem iuxta cap. 2. cum uulg. de præbend. lib. 6.

Circa tertium principalem articulum, uidelicet, quando spoliatus agit contra successorem spoliantis, est uidendum, nū quid talis successor, qui possedit beneficium per triennium pacificè, possit iuuari regula ista contra spoliatum? Et prima facie uidetur dicendum, ꝙ sic, quia subrogatus in locum spoliantis non spoliauit. Et ex quo istud est uitium personale, non transgreditur personam. Ergo tanquam possessor triennalis non culposus debet tueri priuilegio possessionis suæ, & ꝑ consequens poterit uti exceptione istius regulæ triennali possessori competenti. Prętereà, quia in beneficialibus ius non trāsfunditur in subrogatum, uel successorem per cessionem, uel subrogationem, sed ꝑ prouisionem papæ creatur nouum ius in personam subrogati, ut dictum & probatū est superiùs in secundo articulo, & tenet Rom. in consil. 374. colum. 2. Et nascitur etiam in personam subrogati noua possessio, quia eadem non transfunditur. l. cùm hæredes. ff. de acquir. possess. Cū itaque in subrogato omnia de nouo creentur tam ius, quàm possessio, uitiū sui prædecessoris ei nocere non debet, quo

minus

minus posſit uti exceptione regulę, ſicut alii poſſeſſores triennales utuntur. Nam cum in ſubrogato omnia ſint noua, conueniens eſt, ut quæ de nouo inducuntur, nouo etiam auxilio fulciantur, ut dicitur in l. de ætate, §. ex cauſa, ff. de inter. act. & c. cæterum, de iura. al. cum conc. de quib. per Dec. in conſ. 335. in 2. col. Et quia uidemus interdictum unde ui, non competere contra ſingularem ſucceſſorem l. cũ a te ff. de ui & ui arm.

Sed iſtis non obſtantibus contrariũ uidetur uerius. Et in primis eſt ſciendum, ꝙ quando aliquis ſubrogatur in ius alterius etiam, quo ad poſſeſſionem, tenetur ipſe purgare ſpolium, ſicut ille, in cuius locũ ſubrogatur, ut tradunt communiter Doct. in l. rem, quæ nobis. ff. de acq. poſſ. & in d. c. ſæpe. Et Soc. in conſ. 266. in 6. col. quia res tranſit cum uicio ſuo, & licet in ſubrogato erectur nouum ius, & noua poſſeſſio eſt uerum, quando ſimpliciter fit ſubrogatio. ſecus, ſi fiat etiam quo ad poſſeſſionem, quid tali caſu actio. ſpolii adprehendit eum, ut dicunt præfati Doctor. & tale uitium nũquam præſcribitur, donec purgetur, ſicut dicitur de remedio, c. redintegrã da, 3. q. 1. ꝙ perpetuo competit, etiam per mille annos, ut dicunt ibi Doct. & in d. c. ſæpe. quia improba poſſeſſio non meretur priuilegiari aliqua exceptione, vel præſcriptione, ut dictum eſt ſuperius, uul. l. impro C. de acquir. poſſeſſione.

Præterea, quia regula iſta non procedit, quando agitur poſſeſſorio, ſed petitorio, ut dictum eſt in principio iſtius q. ex mẽte Rotæ, & ideo talis ſucceſſor ſpoliantis, conuenti poſſeſſorio, ſe iuuare non poterit exceptione regulæ. Et tenendo iſtam opi. patet reſponſio ad deducta in contrarium, quia procedunt in ſimplici ſubrogatione. Nec obſtat d. l. cũ a te, quia ad eam adp ret ſolutio ex his, quæ ibi adducit Bar. Are. & Mod. in l. 4. §. Cato. in 3. opp. ff. de uerb. obl. Et ex iſtis faciliter poteſt etiã reſolui quartus articulus, uidelicet, qu an do ſubrogatus in ius ſpolii, agit cõtra ſucceſſorem ſpoliantis: quia diſtinguendo modum ſubrogationis ſecundum ſuperiora, patet clara ſolutio, ideo non inſiſto.

QVAESTIO XII.

Qvero, quia regula iſta excipit ſimoniam cum ingreſſum, quæritur de qua ſimonia intelligitur, an de actuali & conuẽtionali, an de mentali, uel conuentionali tantũm?

Solvtio. Videtur, ꝙ inſpecta generalitate uerborũ iſtius reg. de omni ſimonia debet intelligi: quia uerba ſimpliciter prolata cõprehendunt omnes ſpecies: licet maior ratio ſit in una, quàm in alia. l. ſi. ff. de fund. inſtr. Et bonus tex. in l. i. §. ꝙ autem. ff. de aleato. quia generale uerbum generaliter debet intelligi, uul. g. l. i. de leg. præſt. Et quia talis prohibitio fit, ex eo, quia ſimoniacus habet uitioſum ingreſsũ c. ordinationes, 1. q. 1. & not. omnes in c. cũ pridem de pact.

Sed hoc ita militat in ſimonia conuentionali ſicut reali. Igitur in utroque reg. habebit locum. Nam ita eſt ſimoniacus, qui promittit, ſicut ille qui dat, ut dicit Bal. in dicatum fuiſſe Florentiæ, in c. i. de teſtib. lib. 6. & ibi hoc tenent Pet. de Anch. & Philip. Francus in 1. col. per text. in l. i. & in l. generaliter. §. i. ff. de cal. Et ſequitur Dec. in c. ueniens, in gl. i. de teſt. Et Ro. in ſing. ſuo 327. Nam promiſſio & datio parificantur, non ſolum in materia ſpirituali prohibitiua, ſed etiam in alia profana, ut eſt tex. in l. ſi. C. ad leg. Aquil. ſequitur Soc. conſ. 93. in 9. col. uer. circa quartũ. & in propoſito noſtro eſt notabilis tex. in c. nonnulli. i. q. i. qui dicit ita ſimoniacum eſſe reum qui dat, & recipit, ſicut ille qui nihil dat, uel recipit, ſed gratiam uel humanam laudem promereri cupit: quæ omnia cum militent iſto caſu, dicendum eſt regulam utrũque caſum comprehendere.

Sed ꝙ regula iſta tantum de ſimonia reali, ſiue actuali debeat intelligi, facit: quia uerba in dubio capi debent cum effectu. c. relatum, de cler. non reſid. Et in potiori ſignificatu, ſicut dicimus in excõicatione, quæ in dubio intelligitur de maiori. c. pen. de ſent. exc. ſic Rota extrau. Pauli 2. inci. cũ deteſtabile, poſitã in tit. de ſimo. quæ generaliter loquitur, tantum in ſimoniaco reali locum habere uoluit, qui in dando, uel recipiendo conſiſtit: ut mẽ præſente, in multis cauſis ſæpe deciſum

 fuit

fuit,& de suis temporibus ita etiam iudicatum fuisse attestatur do. Gul. in collect. decis. Sic etiam Rota in una Lunen. Sarzanen. coram d. Martino Spinosa iudicauit. clement. 1. de sequestr. possessione non habere locum in reali simoniaco, qui triennio defendi non potest. Ita etiam in alia Taurinen. Abbatissatus, coram d. Gul. Cassiodoro, de anno 1514 Rota tenuit simoniacum realem non posse agere spolio ut de utroq; meminit idem d. Guliel.

Sed quod ista regula de conuentionali tantum loquatur, facit: quia lex debet intelligi de iis, quæ frequẽter accidũt, nulg. l. iura cum duabus sequent. ff. de leg. cum concord. ut scribit Fel. in c. coram. in prin. de offic. deleg. Sed promissiones & pacta frequentius fiunt, quàm dationes, ut experientia docet. quia plura dicuntur, quam perficiantur, ut adparet in l. Titia. de uerb. obl. & in l. sciendum. ff. de ædil. edict. Ideo regula in conuentionali tantum debet habere locũ. Neq; obstat si dicatur, ꝙ sequeretur unum inconueniens, ꝙ grauius hoc casu punirentur promittentes, quam dantes, cum tamen dantes magis peccent: quia deducunt conuentionem ad actum, & per consequens magis deberent puniri, iuxta lege prima. & l. is qui cum telo. C. de sicar. Quia respondetur, hoc factum esse, propter frequentiam delicti: quia cum homines procliuiores, ac faciliores sint ad promittendum, quàm ad dandum, oportuit frequentiam peccati acerbitate pœnæ coerceri. Nam licet isti minus peccent, quàm dantes, & recipientes: frequentia tamen delicti minoris, sæpe maiori delicto præponderat, ut in c. tres autem, circa fin. uers. quid autem, de pœnit. distin. 1. Et ꝙ delicta frequentata magis debeant puniri, probatur in cap. admonere 13. q. 2. ubi plus punitur interficiens uxorẽ, quàm matrem: licet magis peccet. qui matrem interficit. Hoc autem factum est, propter frequẽtiam: quia cum homines procliuiores & frequentiores reddantur ad occidendas uxores suas, quam matres, meritò oportuit illi frequentiæ grauioribus pœnis succurrere, ut ibi declarat gl. in uerb. existentes, & facit tex. in l. 3. C. de episc. aud. Ita hic uidetur dicendum, ꝙ licet dantes, uel recipientes sub regula non includantur, includuntur tamen promittentes, quia frequentiores sunt. Et pro ista opin. uidelicet, ꝙ reg. debeat intelligi de simonia conuentionali & sic de minori, & non de maiori, uidelicet reali, seu effectuali, facit in simili: quia appellatione uoti, non intelligimus de solenni, sed de simplici, ut in cap. rursus, qui cler. uel uo A fortiori igitur in pœnalibus iustior pars eligenda erit, iuxta c. in pœnis de reg. iur. lib. 6. Nam in obscuris quod minimum est, sequimur, l. semper in obscuris, ff. de reg. iur.

Quid dicendum? Certè considerata mente legis, dicerem regulam intelligi debere de utraque simonia. uidelicet, tam de reali, quàm conuentionali: quia, ut dictum fuit in principio, uera simonia nunquam committitur, nisi concurrat exactio, uel promissio, ut dicunt cõiter Doct. quos sequitur Fel. in c. tua nos, in gl. fi. de sim. ubi subdit Ab. & Fel. ꝙ sicut ille, qui per simoniam realẽ acquisiuit beneficiũ, tenetur illud dimittere: ita ille, qui per solam promissionem de dando, illud consequutus fuit, & hoc idem tenet Abb. in c. cum ad nostram, de elect. in 3. notabili. & sequuntur alii ubique. Et ita hodie 11. Martii 1538. in simili casu, tenuerunt Domini in una Conchen. fructuũ inter hæredes Petri de Porta, & Ludouicũ de Mata, coram R. D. Io. Paulo, ꝙ permutatio simpliciter per solam promissionẽ coram ordinario facta, fuerit simoniaca. Nam in illo casu, partes per paucos dies ante resignationem, promiserunt inter se adinuicem permutare, sub quibusdam cõditionibus, de quibus in capitulis. Et licet illa capitula remanerent in nudis terminis promissionis, ex eo, quia non fuerant adhuc mandata ad effectum, & etiam cõtinerent illam clausulam, Saluo beneplacito sedis Apostolicę, & continerent aliqua honesta, mista cum illicitis: nihilominus quia ante permutationem nõ impetrarũt beneplacitũ, sequens permutatio corã ordinario, licet fuisset simplex & pura, & posset referri ad pacta licita, ꝓsumebat̃ facta ad executionẽ ꝓmissionis pactorũ ꝑ e dẽũ. ꝑ ea, q̃ no. Pe. de Anc. & Imo. in c. q̃ sitũ, & in c. cum uniuersorũ, de rer. perm.

Cùm

Cũ igitr reg. ista loquatr simplr de simonia debet intelligi de uera. uidelicet conuentionali, uel reali, non autem de mentali, quæ sola pœnitentia deletur, ut dicunt omnes in c. fi. de simo. Et licet appellatione simoniç, largo sumpto uocabulo, omnis simonia cõprehendatur, uidelicet realis, conuentionalis. d. c. sunt nonnulli. tamen in materia pœnali & odiosa, cuiusmodi est ista, sola realis & conuentionalis cõprehenduntur, quæ sunt propriè simoniæ, iuxta c. cùm super. de confes. & c. Matthæus. de simo. not. Cald. & Abb. in c. cùm clerici. de pae. Fely. in c. insinuatum. de simon. Illa uerò, quæ precibus uel gratia fit, non est propriè simonia. nisi preces fiant illa mente & intentione, ut notoriè indignus admittatur, & excludatr dignus: ut tradunt communiter omnes in c. cum M. de consti. Solç enim preces in dubio emissæ non inducunt simoniam punibilem: ut est tex. in c. tua, & ibi not. Fel. in c. cum essent. de simo. Et ita bis me præsente conclusit Rota in una Rossen. subdiaconatus, coram R. D. Io. Mohedano, de mense Decemb. 1537.

Et ista q̃ dicta fuerunt ꝓcedũt in sciẽte simoniaco, secus in ignorante: ut quia pater, uel frater aliquid dedit, pro dando beneficio filio, uel fratri, eo penitus inscio: quia talis ignorans bene defenderetur reg. Nam licet ille, qui obtinet beneficium ꝑ simoniam per alium cõmissam ipso ignorãte, sit priuatus ipso iure titulo, & teneatur illud cedere, cum licentia superioris, ut dicit Abb. in c. pen. in 1. & 2 notab. per illum tex. de elect. & in c. nobis, in 1. no. de iurepat. cum sim. ut per Mod. in tract. de iurep. in uer. & utile. q. 5. Quorum dicta in hoc adprobauit, & sequuta est Rota in una Messanen. Capellaniæ de mense Maio 1536. coram R. P. D. Petro Vortio. Nihilominus hoc non procedit, quo ad effectũ istius regulæ, quæ requirit titulum coloratũ. Et cõstat tales possessores ignorantes simoniã ꝑ alios cõmissã in suo bñficio, interim hẽre ti. coloratã. ut expsse dicit Ant. de Bu. & Car. post Inn. & alios in c. nisi cũ pridẽ. in ptin. col. pen. uers. in fer tertio, de renunt. Hinc est, ꝙ talis ignorans simoniam cõmissũ in beneficio suo, põt agere spolio ut cõclusit Rota in una Firmana parochialium, die 20. mensis. Nouemb. 1538. corã P. R. D. Petro episc. Aquen. Ratio est: quia habet titulum coloratum, & non est suspẽsus ipso iure, sed suspẽdẽdus, ut tenet Ab. in cap. tanta. in 2. col. uers. tertio membro. de simo. Hoc tamen de spolio intellexit Rota, qñ talis simoniacus ignorans, spoliatus, haberet dictũm titulũ per obitum alicuius: pro quo obtinendo pater, uel frater uel aliquis alius consanguineus pecunias dedit, ignorante isto prouiso. Secus uerò, si haberet titulum ex resignatione illius, qui pecuniam recepit ad hoc ut resignaret. Nam tali casu, licet iste prouisus ignoret simoniã, si spoliaret, nõ esset restituendus. Ita Do. concluserunt in d. causa Firmana. Ratio fuit quia hoc casu resignans nihil transtulit propter decisio. 7. de renuntiat. in antiq. post Inn. in c. cum vniuersorũ. de rerum perm. qui tenent talem renuntiationem non ualere, neq; abdicare titulũ à resignãte: & sequitr Io. Franc. Pauinus in tra. de offi. & pot. c. sed. uac. fo. 16. in 3. col. Adparet igitr, ꝙ reg. ista intelligitr de simonia scienter & manifeste commissa: quia cum talis sciẽs non habeat titulum coloratũ, ut prædicti Doc. dñt in d. c. nisi. & æquiparatr hæretico, ut tradunt Mod. in tub. de simo. ꝑ tex. in c. eos 1. q. 1. tradit Abb. in c. accusatum. in fi. de simon. non poterit ista regula iuuari: secus in simoniaco ignorante. Et cũ mysterio dixi, scienter & manifestè: quia si esset occultus simoniacus, licet ipse simoniã scienter cõmiserit, p osset fortassis defendi reg. quia licet quo ad seipso facto suspensus sit: nihilominus quo ad alios tenet titulum coloratum, qui ut prædicti Doc. dicunt in d. c. nisi. & Abb. in d. c. accusatum. & c. per tuas. de simon. sufficit quo ad istam regulam. Nam paria sunt nõ esse & non adparere l. in lege. ff. de contrahen. emp. Et ecclesia non iudicat de occultis, ut in ca. à nobis. de sent. exco. licet in foro conscientiç teneatur illi, quem exceptione istius regulæ repulit a ꝓsecutione sui boni iuris, ad restitutionem: iuxta ea quæ dicit Innoc. & domin. Ant. in dicto c. nisi. & faciunt ea, quç scribit Angelus in summa, in uerbo, simonia. la 6. & 7. in c. tanta & c. per tuas. de simon.

Secundò principaliter limitantur prędicta procedere, quando aliquid fuisset promissum, uel datum ante collationē: secus uero, si post collationem, uel prouisionē beneficii: quia tali casu non committitur simonia & possessor hoc casu bene tenere rui exceptione illius regulæ, ut tenet Gl. hic in 2. colum. quia sufficit, ꝙ à principio habuit titulum, licet ex post committatur simonia: & ultra Glossatorem hoc tenet Ioan. And. & Abb. in capit. ueniens. el 1. de restib. & sequitur Decius in cons. 18. uiso instrumento. col. 2. & alibi sępe. Et ita tenuit Rota in una Legione. Archidiacon. de Saldagna. coram D. Nicolao. Aragona, de mense Nouem. 1538. licet postea ex ꝓductione cuiusdam cedulæ, in progressu causæ præsentatæ relatiuè ad renuntiationem priorem, quæ dicebatur facta sub cōfidentia, adparuerit renūtiationē simoniacā fuisse, ut tenuerūt oēs Domini 18. Martii, 1538. coram eodem D. Aragona. Sola igitur conuentio facta post renuntiationē liberam, simoniam non induceret, nisi fuisset facta promissio incontinenti post prouisionem: Secus ex interuallo ut dicit Egid. decis. 12. ubi de hoc rationē ponit: licet Decius in l. 2. col. pen. C. de insti. & substi. indistinctè loquatur, nisi, ut dixi adpareret promissionem reciprocam, & relatiuam fuisse, Quia tali casu argueretur simonia. Nam in beneficialibus actus reciproci uidelicet, facio ut facias, uel do ut facias, inducunt simoniā, iuxta tradita per Mod. in c. pastoralis. de rescr. & per Corne. cons. fi. lib. 1. Ias. in l. Titia. col. 11. num. 26. ff. de uer. obl. cum conc. quę more suo congerit Decius in l. certi condictio. §. si nummos. in 5. col. nu. 14. ff. si cer. pet. Per quæ dicta ita iudicauit Rota meo t ꝑe in multis causis, præcipuè in una Gerunden. in fauorē Balditii Auinio. coram D. Camillo de Balionibus. Et in una Illerden. prioratus corā R. D. Io. Clerici. Et in alia Cæsaraugustan. canonicatus, & præb. coram R. P. D. Marcello. Et quod dictum est, prouisionē, uel dationem factas ante prouisionem beneficii, inducere ueram simoniam, quæ repellit possessorem à priuilegio istius regulę, hoc procedit, nisi per simoniam commissam superueniat aliquis coloratus titulus cum quo t tiennio, postea simoniacus pacifice possideat quia dato, ꝙ ille titulus poterat reduci ad non titulum, ex eo, quia non fuerat facta mentio inhabilitatis contractæ ex simonia, & sic sit inhabilis: nihilominus excusat à perceptione fructuum: & concluserunt Domini hodie 18. Martii 1533. in prædicta causa Conchen. fructuū, coram eodem D. Ioan. Paulo. Etiam si postea talis ex præambula simonia declaretur inhabilis, ut latius in information. dictum fuit, quas breuitatis causa non refero.

Et ista quæ dicta fuerunt, procedunt, etiam si illud quod datur uel promittitur pro cōsequēdo beneficio, promittatur, uel detur ad effectum, ut conuertatur in aliquē piū usum, puta in fabricam ecclesiæ, uel, ut de illo dato fiant in ecclesia organa. Quia nihilominus ille erit uerus simoniacus: & illa simonia considerabilis est, nō solū quo ad istā reg. sed etiā secundū Rotā, quo ad priuationem beneficii & tituli: ꝓut Dñi concluserunt per tres sententias, in una Messanen. uicariæ. primò, coram R. P. D. Petro Vortio. secundo, coram R. D. Ioanne Clerici: tertio, coram R. D. Siluestro de anno 1537. & inter cætera per text. notabilem in c. ex multis. in uerbo, constituimus eodem modo, & in c. 1. q. 3. Quod tamen limitatur, nisi illud quod pro fabricą porrigitur, daretur propter aliquod statutum uel cōsuetudinem præambulā, iuxta doctrin. Abb. in capit. Iacobus. de simon. in oppos. declarat text. in d. cap. ex multis. & ante ipsum hoc tenuit d. Anto. in capit. cum M. uersi. uenio ad 6. notabile. de constit. refert d. Nicolaus Milis Rotæ auditor, in uersic. simoniam non committit. super quo tamen late differit Decius in consil. 118. col. fi. & ita Rota tenuit in dicta causa Rossen. exceptis duobus auditoribus.

Nec obstat, ꝙ indistinctè dicit Petr. de Ancha. in consil. 293. in fi. simoniacum non esse priuatum ipso iure, & per consequens uideri habere titulum coloratum: quia q sunt ipso iure priuati, illi tantū dicunē dīscoloratum titulum habere: ut tradunt omnes in ca. cum nostris. de concess. pręb. & Fely. in cap. in nostra. in 36. correl. de rescr. quia intelligitur dictum Petri, de simo

niaco

niâcô occulto, ut ex uerbis eius adparet: alias illud dictum non esset uerum, cum si moniacus manifestus sit non solum ipso iure priuatus, sed est detestabilior omni peccatore, ut patet in c. tanta, & c. per tuas de simo. Nam, ut dixi, æquiparatur hęreti co, ut dixit Host. in summa, de hær. §. 1. fa cit tex. in c. si quis pecuniam, 79. dist. & sic est infamis de iure & de facto adeo, q; etiā Pagani & Gētiles huiusmodi homines de testabantur, ut curiosè refert Alexander Neapolitanus lib. 3. dierum genialium, c. 7. Sic enim apud ueteres Q. Coponius, q; uini amphoram ei, cuius suffragio magi stratum petebat, dono dederat, ambitu cō demnatus fuit. Sed illa tam salutaris ambi entium pœna, teste Modestino in l. 1. ff. ad l. Iul. de amb. post aduentum principum in urbe cessauit: quia ad curam principum, non populi fauorem, tunc magistratuum creatio pertinuit: & ita quoque hodie ti tulus de simonia silet. Et propterea in sex to Decretalium libro, nec in Clementinis titulus ille repetitus fuit. Inde factum est, ut plerique nostrorum temporum princi pes Heliogabalum (ut Lampridius refert) secuti, indignorum precibus, aut nummo, magistratus & sacerdotia indoctissimo cui que, & uirtute carenti conferant: Theodo sii præceptum postergantes, qui uiros non ambitione uel pretio, sed probatę uitę, & disciplinarum testimonio, ad honoris insi gnia promoueri debere uoluit, Alexandri Imperatoris exemplum secutus, qui ideo se nolle dignitates & magistratus uendere prędicabat: quia qui emunt, ut uendant, necesse est, ut pecunias in emptione hono ris expositas recuperēt, &c. Ex quibus om nibus resultat conclusio, q; regula ista non solum in reali, sed etiam in conuentiona li simoniaco procedit.

Sed aduertendum est, quia huic conclu sioni unum obstat: quia clari iuris est, q; illi, qui sola conuentione simoniam com mittunt, de iure communi non sunt ipso iure priuati: sed priuandi sunt per senten tiam, nisi simonia realiter dando uel acci piendo committatur, ut late probat D. Gu liel. in suis decis. tit. de confil. decil. 5. Si igi tur ita est, interim habebunt titulum colo ratum, sicut periurus homicidę, & alii, de quibus per Innocent. in c. cum nostris, de concess. pręben. & ideo hac regula iuuari debebunt.

QVAESTIO XIII.

QVero, an successor in beneficio titulo permutationis, uel alias possit con tra tertium impetrantem uti exceptione istius regulę competenti prędecessori suo, ex sua triennali possessione?

SOLVTIO. Videtur dicendum succes sorem uti non posse exceptione istius re gulę, pluribus rationibus. Primò, quia hoc satis notum est omnibus curialibus, regu lam istam ex longæua interpretatione Rō tæ, exceptionem, siue priuilegium persona le possessorib. ipsis tantum tribuere. ut rē fert etiam D. Gul. Cassiedorus hic, & ante ipsum R. P. D. Iacobus Simonetta antiquus & curiosissimus auditor in suis memoria libus Rotæ. Et ita in una causa Cauriens. portionis coram Do. Guli. pendente inter Gundisaluum de Salazar, & quendam aliū de anno 1519. tenuit & conclusit Rota. Si igitur regula personalem tantum exce ptionem tribuit ipsi possessori triennali successor illa uti non poterit, quia ille non est triennalis possessor. Suadetur hoc quia uerba istius regulæ possessorem, & non rem possessam respiciunt, & ad illum diriguntur, ut patet in illis uerbis, impetra tiones de beneficiis sic possessis, & rursus, super beneficiis possessis nequeant mole stari, &c. Cùm igitur uerba prędicta pos sessorem respiciant, in cuius fauorem re gula ista edita fuit, meritò iudicata fuit personalis, quam opinionem etiam tenuit Glossator concilii Basilien. in pragmatica Franciæ, sub tit. de pacif. pos. & Glos. hic, & in reg. de annali, aliquid dixi. Ex quo in fertur, q; exceptio eius personam possesso ris non egreditur, & per consequens non transit in successorem, iuxta l. quia perso nale. ff. sol. mat. & l. 1. §. permittitur. ff. de aqua quor. & æstiual. cap. 2. de autoritate & usu pal.

Pręterea, quòd successor aliquo casu pos sit iuuari exceptione tēporis sui prędeces soris, hoc aliunde non uenit, nisi uirtute pscriptionis. Sed in casu nro hoc pcedere

non potest ex eo, quia titulus beneficii est imprescriptibilis, ut tenent Host. & Henr. in c. dilecto, de praeb. & in c. relatum, de iure pat. facit tex. in c. postulasti. eo. ti. & quę not. Bal. in l. 3. C. de eman. lib. & no. in c. cura. de iu. pa. & in c. 1. de reg. iu. li. 6. & in c. ex frequentib. de inst. cum aliis similibus. Igitur possessio praedecessoris prodesse non poterit successori: praesertim ista triennalis praescriptio, quae sine possessione, non procedit, nec per consequens in aliū transfertur, iuxta l. si quis emptionis. §. ita tamē C. de praesc. 30. ann.

Praeterea, quia in beneficialibus nulla datur successio respectu ti. ut in c. 1. de pręsc. & in c. Moyses. 8. q. 1. Nā tit. ꝓdecessorū extinguitur totaliter ꝑ eius mortē, aut tenūtiationem, nec aliquid de iure mortui ad successorem transmittitur, cum nihil ex iure primi habeat, sed ex noua electione, uel collatione sibi tribuitur, ut no. Io. Mon. in c. 2. ut li. pen. lib. 6. & in c. si tibi absenti, de praeb. eo. lib. Io. And. in c. ex parte. de arbi. & reassumit latius Gul. de monte Lauduno in commento extrauag. suscepti regiminis in uerbo, uacantium. posita in titulo, ne sede uac. inter cōes impressas. Nam adeo ius beneficiale & personale est, ꝙ personam nō transgreditur, sed in successore per omnia nouum ius creatur: & nil in eum transit nisi sola lis incaepta. Quod fit potius ex quadam aequitate, q̄ de rigore iuris, ut ibi latius per eum. Et per consequens cum tituli beneficiorum sint singulares, & personis tantum possidentium adhaereant, ius uel possessio unius non iuuabit successorē cum in hac materia beneficiali non cadat successio iuris, uel facti, ut idem Gu. de mōte Lauduno probat in extraua. execrabilis. in uerbo, quae alias, in 3. col. inter communes impressas, tit. de praeb.

Istis tamen non obstantibus, reperio cōtrariam opinionem plures excellen. uiros tenuisse. In primis illam tenet quidā Io. Franc. de S. Nazario, de Ripa nuncupatus, uir doctus in lib. 1. responsorum, cons. 17. & ante ipsum hanc opin. tenuit etiam ab antiquo Cancellaria Curiae Romanae, ut adnotarunt Nicolaus de Castello, Ferrera, & Parma, illorum temporum Abbreuiatores primarii, & rerum omnium ad Cancel eorum formulariis, siue adnotationibus. Et postremò eam etiam sequitur Io. Stap. olim Rotae auditor in quodam suo tract. hincinde compacto de literis gratiae & iustitię, nouissimè per alios impresso, fol. 91. Mouentur praedicti Moder. a. de Nazario istis motiuis. Primò, quia praedecessor possidens beneficium cum colorato titulo per triennium, uel per decem annos, secundū dispositionem iuris pręscribit ius cuicunque competens, ut not. Abb. in c. cōtingit. in 3. col. de dolo, & cont. Ergo tali iure poterit uti successor: quia sufficit in beneficialibus excludere petitorem per exceptionem iuris non sui, & in tali materia licitū est uti iure praedecessoris, secundum Com post. Ioan. And. & Card. in c. mandatum, de resc. sequitur Fel. post Imol. in c. capitulum S. Crucis. in 9. col. eod. tit.

Item, quia reg. ista loquitur indistinctè, ꝙ possessor triennalis non molestetur. Ergo debet intelligi, ut molestia excludatur omni uia, uidelicet directè, uel indirectè, iuxta tex. in c. cum quid. de reg. iur. lib. 6. Nam sic successor posset molestari per indirectum, etiam praedecessor molestari uideretur, q̄a euicto successore cogeretur prędecessor reddere beneficium, quod habuit ex permutatione. Pro quo facit l. si contro uersia, cū ibi no. & l. si permutationis. C. de euictio. Hoc autem est inconueniens: igitur intelligenda est regula generaliter de molestia, tam illata autori possessori triennali, quàm inferenda successori in ius illius: praesertim, quia iure cauetur, ꝙ successor potest uti defensionibus actoris sui, contra quem habet regressum de euictione. l. emptori. C. de euict.

Adde pro ista opinione bene facere, quę habentur in l. id tempus, ff. de usucap. & in l. dolia, ff. de contrahend. emptio. & in l. Pomponius. §. cum quis. ff. de acquirend. possessio. ubi traditur regula, quòd in usucapionib. & pręscript. successor tam utilis, quàm singularis potest uti accessione praedecessoris. Nam defensiones competentes actori, prosunt successori singulari. l. 1. C. de usucap. transfor. & l. 1. in princip. ff. de actio. uel haered. uend. & dicit regula iuris in capit. is, qui in ius, de reg. iur. li. 6. ꝙ qui in ius succedit alterius, eo iure, quo ille uti debebit.

debebit. Nam successor etiam singularis repræsentat personam prædecessoris, ut not. Bar. in l. si is, qui. ff. de usuc. l. patet. §. quindecim, de leg. 3. Et hoc in beneficialibus procedit. Nam successor in beneficio est successor sui prædecessoris, ut no. in capitulo aduersus, de immun. eccle. Innoc. in capitulo eam te. de rescrip. & in capit. 2. de ord. cog. & in capitulo in primis. §. si uero ille. 2. quæst. 1. & in capit. si sacerdotes. 16. quæst. 3. Nam fingitur successor eadem persona cum prædecessore, ut not. Innoc. in c. quòd sicut, de elect. cum pluribus iuribus concordantibus quæ alleg. Spec. in tit. de sentent. §. nunc de effectu. in 2. col.

Præterea, quo ista opin. Io. Staphileus, loco superius allegato, adducebat: Quia successor qui nunc dat de regula, non uenit ex iure prędecessoris simpliciter, nec ex illius persona dicit se ius habere, dicendo, Prędecessor meus non potuit molestari: ergo, ne que ego, qui iidem successi, qa sic allegaret ius tertii, quod est prohibitum, ut late tradit in l. qui cum hær. ff. de excep. rei iud. cum aliis, de quib. ibi per eũ. Sed iste successor nititur ex decreto papæ hic posito, quod annullat gratiam, prout in simili factum uidemus, in c. cum dilectus, de iure pat. ita concludit Staphileus in dicto loco, respondens ad quædam cõtraria, ut ibi per eum. Et tenendo istam opinionem ad allegata in contrarium Moder. de Ripa in d. conf. respondent generaliter, & unico uerbo, uidelicet illa procedere, quando successor ex titulo & posśessione sui prędecessoris uellet fundare ius suum sine nouo titulo, & nouo iure, quod facere non potest, per prędicta, ut etiam dicebat Staphileus, & est ultra ipsos dictũ Soc. in conf. 24. col. 12. uerf. 5. ubi dicit, ꝙ nemo de iure alterius excipere potest ad excludendum alterum, facit l. loci corpus, §. competit, ff. si ser. uend. & habetur per Bart. in l. si tertius. ff. de aqua plu. arcend. Secus, quando successor se fundat proprio titulo, ad elidendum titulum tertii impetrantis, excipit de iure sui prædecessoris, quia tali casu potest hoc facere: quæ quidem responsio concordat cum motiuis Staphilei proxime dictis. Ista sunt, quę pro utraque parte dici possunt.

Quid tenendum? Certè prima opin. uidetur uerior & firmior, uidelicet ꝙ successor in beneficio non possit uti exceptione istius reg. quæ competebat suo prædecessori poss. ssori triennali. Et uis tota istius opin. consistit in hoc, quia reg. ista tribuit tm possessoribus priuilegium suum, quod quidem est personale, ut sæpe renuit Rota ut superius dictum fuit, & tenet do. Gul. super reg. de annali. Et tamen clarum est, priuilegium personale ad possessorem non transire, ut dicitur in c. priuilegium, de reg. iur. lib. 6. Nam possessori triennali datur istud priuilegium propter suam possessionem triennalem, sed successor non est possessor triennalis. Ergo cessat regula, & isti motiua non potest realiter respondere, quia adponit gladium ad radicem. Ex quo infertur, ꝙ si possessor moriatur, uel renuntiet, & beneficium alteri conferatur non potest ille allegare pro sua defensione triennalem possessionẽ prædecessoris. Et ita dicunt quidam Mod. Sabinenses tẽpore suo seruasse Rotam. Et hoc idem tenuit olim Io. Aloisius Tuscanus auditor Cameræ, uir insignis doctrinæ, qui antea aduocati consistorialis officio fungebatur, in quodam conf. reddito in causa Burgen. Scholastriæ, in ultimo dubio, uol. 1. suorũ cõs. fol. 29. Pro qua opi. faciũt ea q̃ tradit Car. in cõs. 145. q̃ uoluit, ꝙ priuilegiũ cle. 1. de seq. poss. concessum habenti diffinitiuam sententiam pro se, non habet locum in eius successore ex quo est priuilegium personale competens illi, qui sententiam pro se obtinuit: quæ quidem qualitas in subrogato non concurrit, ut no gl. in regula, is qui in ius, in fi. de reg. iur lib. 6. Hinc uidemus, ꝙ ius personale, uel actio personalis non sequitur successorem, ut in l. 1. §. si hæres. ff. ad Treb. & ibi no. Bar. Ad idẽ facit l. fi. §. fi. ff. de contrah. emp. & l. fi. C. de hęred. actio. & Læris alieni. C. de donat.

Postremò, pro ista opin. facit, quia priuilegium cõpetens rõne personę, cessante ꝑsona, cessat priuilegium. l. Paulus, alias incipit, ꝑ procuratorẽ, & ibi Mod. ff. de acq. hær. eũ cone. ut scribit Soc. conf. 153. lit. 2. Nam cessante causa priuilegii cessat priuilegium. l. Titia. §. usuras. ff. de leg. 2.

Cum igitur causa priuilegii sit triẽnalis possessio, illa cessante, cessat priuilegium regulæ.

Non obstant ea, quæ pro contraria parte superius sunt adducta, quia illa procedunt respectu iuris, in quo quis subrogatur: secus autem respectu possessionis. Vel illa omnia motiua procedunt in materia prophana, in qua datur successio & translatio iuris: secus in beneficiali, per ea quæ superius dicta fuerunt. Et ista omnia procedũt loquẽdo de exceptione regulæ, quæ non competit successori: tamen potent adiuuari, allegatione Lap. 89. de qua in alia quęstione dicemus, licet quidam antiqui aduocati, ut Ioachinus de Narnia, uir doctus, super hoc distinxerit inter successorem dignitatis, uel alterius beneficii: quia primo casu posset iuuari exceptione prædecessori competenti, ex quo dignitas dicitũ habere successorẽ, iuxta notata per gl. in c. ꝙ sicut. de elec. & in c. relatum. el 2. de testam. quod non est in aliis beneficiis. Sed potest responderi, ꝙ illa successio consideratur ad aliũ effectũ, de quo in cap. quoniam Abbas. de offi. de leg. Secus uerò est ad effectum, de quo agitur, in quo non datur in beneficiis successio. c. ad abolendam. de fil. presbyt. & c. ad decorem. de instit. Et quia exceptio istius regulæ est personalis, competẽs possessori triennali, & non aliis, prout dixi in quæstione uigesimaprima, uel uigesimasecunda. Et ita secundum istam opinionem iudicauit Rota, ut refert Staphileus loco superius allegato, per rationes, quas ibi refert, licet postea ipse contrarium tenuerit, & male: quia rationes suæ concludunt, quando decretum adpositum fuisset in lege communi prout in dicto cap. cũ dilectus. allegato per eum quod iuris cõmunis decretũ quilibet deducere & allegare põt. Secus est in decreto regulæ, quæ non annullat, nisi in actis producatur: & produci non potest, nisi ab ipso triennali possessore, cuius fauorem concernit, nec alius nõ possessor eam deducere põt. Patet, ꝙ triennalis possessor conuẽtus, si nõ exciperet de regula, posset condẽnari, & canonizari impetratio aduersarii, quæ nulla non esset, nisi opponente triennali. Nam illa qualitas triennii tempore exceptionis requiritur, iuxta l. in delictis, §. si extraneus. ff. de noxa. & ea quę dixi in c. statutũ. col. pe. & praeced. de rescri. lib. 6.

QVAESTIO XIIII.

QVæro, utrum exceptio istius regulæ iã propositæ in actis, per defunctũ triẽnalẽ possessorẽ cõtra actorẽ molestantem, trãsferatur in subrogatũ, in iure, & ad omne ius, quod illi quomodolibet competebat, etiã quo ad possessionem, prosecutionẽ, & defensionẽ litis, & causę in eo statu, in quo defunctus existebat, etiã si non resignasset, admitti potuisset & debuisset?

SOLVTIO. Ista quæstio est exemplaris & noua, nec memoria patrũ nostrorũ, usq; ad hęc tpa, in Rota decisa. Ideo latius eã attingã, exẽplo Iuriscõsulti in l. legaui, ibi, plenius rogo, quæ ad hæc spectant, attingas: quotidiana enim sunt, &c. ff. de liber. leg. Et quia hoc dubium hodie 21. mẽsis Octobris 1538. propositum in Rota fuit, per Reuerend. dominum Marcellum Crescentium, episcopum Marsicanũ, in una Zamoren. beneficiorum, uertente inter Alphõsum de Azero, cessionariũ, & subrogatum in ius Antonii Lopez, & Aluarũ de Hertera actorem aduersariũ Antonii Lopez defuncti cedendi, & dicti Alphonsi subrogati. Referam motiua, quæ pro utraque parte per Dominos facta fuere, plura addendo, quæ ad rem facere uidebũtur. In primis igitur, cum causa ista sępius per eũdẽ dominũ ponentẽ proposita fuisset, & informationes uariæ hinc inde darentur, post disputationes plurimas, Dominorũ auditorũ uota pro utraq; parte contraria, & paria fuerunt. Nã quatuor ex Dominis partẽ negatiuã defendebãt, uidelicet subrogatum exceptione istius regulę, iam per defunctum propositæ uti non posse, moti his fundamentis. Primo, quia negarę non poterat, istius regulæ exceptionem ꝑsonalem esse, & cum persona extingui. Nam non conceditur nisi tantum triennalibus possessoribus, & sic habentibus prædictam qualitatem, ut dixi in præced. quæst. Sed ista qualitas triennalis possessionis extinguitur cum possessore. Ergo non transit in subrogatum. Et licet in eum transeant iura defuncti, non tamen transeunt

feu in cum qualitate sua, quæ adhæret cor pori, seu personæ: quia tali casu subrogatus non sapit naturam illius, in cuius locũ subrogatur, ut est textus notabilis in l. prima, §. si quis autem. ibi, persona est, quæ meruit hoc beneficium, &c. ff. de success. edicto. quem ad hoc ponderat Bal. in l. certum. in fine quartæ quæstionis. in uersi. item dubitatur. C. unde legit. Ad idẽ est bonus tex. in l. cum in fundo. §. si fundus. ff. de iure dotium. quem ad hoc pro notabili allegat Roma. in sing. suo 225. incip. Tu habes. Et ita per illa iura Alex. prædictam theoricã, uidelicet ꝙ subrogatus sapit naturam subrogati declarat in consilio 107. uiso themate in 3. col. lib. 3. Pro quibus faciunt ea, quæ dicam inferius in q. 20. & seq. Cum igitur in Alphonso subrogato deficiat illa qualitas possessioni triennalis cessabit etiam exceptio istius regulæ. Ita dicebant illi quatuor Domini.

Alii quatuor auditores tenebãt cõtrarium, uidelicet subrogatum ad omne ius, admitti debere ad exceptionem istius regulæ, iam propositam in actis, & deductã per defunctum. Quam opinionem ita ꝓbabant. In primis, quia iste Alphonsus subrogatus fuerat non solum ad omne ius, sed etiam ad statũ litis, in quo defunctus erat, ac si non cessisset. Et ista subrogatio ad statum litis & causæ, non solum subrogato de iure communi competit, ut patet in decis. prima. ut lit. pen. in antiquis. Sed etiam ex stylo solet collitiganti ab homine specialiter concedi, ut hic cõcessa fuit, Et ista geminatio aliquid plus operari debet, ut uidelicet, ius exceptionis in subrogatum transferatur: arg. eorum, quæ dicit notabiliter Bart. in l. 3. §. si rem, in fine secundæ oppositionis. ff. de legatis 3. Præsertim, quia cum sit subrogatus ad omne ius, illa uniuersalitas uidetur comprehendere etiam exceptionem propositam, quæ ius bonum appellatur, secundum Bart. in l. 1. per illum textum. C. quãdo & quando. 4. pars. lib. 10. Nam licet sub indefinita oratione comprehendi non uideantur, nisi ea, quæ ex propria significatione uocabuli colliguntur, ut in l. quæsitum. §. illud fortasse. de leg. 3. Vbi uerò indefinitæ orationi additur ista dictio uniuersalis, Omnis, non solum ea, quæ simplex propria uocabuli, significatio adfert, sed omnia alia ueniunt, quæ accidentaliter illi rei adhętebant. ut est tex. in l. hæres meus, §. 1. ff. eod. tit. cum aliis concord. ut scribit Dyn. in rubrica de reg. iur. lib. 6. & Spec. tit. de feud. q. 15. Hinc illud uulgare ortũ habui-, Qui totum dicit, nihil excludit: de quo in l. Iulianus. ff. de leg. 3. Et hac ratione uidemus, ꝙ licet simpliciter subrogatus ad ius defuncti, nõ censeatur subrogatus ad possessionem, nisi dicatur: ubi tamen subrogatio fieret per uerba uniuersalia, uidelicet ad omne ius, uel similia. possessio comprehenditur, licet de ea non fiat mentio, ut dicit decisio quinta. ut lit. pend. in nouis. quam sequitur Fel. in rub. de rescrip. colu. 3. & hoc expressè tenet etiam Bald. in consil. 436. incip. quidam creditor. in 3. col. uersi. 7. in uolu. ut dixi in regula de subrogandis. Et hoc adeo uerum est, ꝙ etiam si lis fuisset mota per defunctum, proprio eius nomine expresso, adhuc subrogatus censetur de iure admissus in eodem statu causæ & litis in quo defunctus erat, ut est decisio 377. incip. ex hoc insurrexit. in nouis.

Confirmatur ista opinio, quia licet ius agendi non transeat in singularem successorem ius tamen excipiendi transit ut late probat Ias. in l. secunda. in 53. col. nu. 15 ... C. de iure emp. Cum igitur ius excipiendi de ista regula erat in casu nostro iam radicatum in personam cedentis, debet transire in singularem successorem specialiter subrogatum. pro quo uidetur esse text. in l. si tibi. §. pactũ. ff. de pactis. quem ad hoc Alexan. ibi in primo notabili, Iaso. & Moder. not. Hinc uidemus, ꝙ licet appellatione successoris, non ueniat nisi uniuersalis successor, ut Bart. notat in l. stipulatio. §. sicut. ff. de uerb. oblig. cum simil. ubi tamẽ agitur de iure excipiendi, singularis successor appellatione successoris continetur ut dixit Alexan. in l. quædam. §. nihil interest. per illum textum. ff. de edend. & tradit Bar. in l. si tertius. §. si prius. ff. de aqua pluuiali arcenda.

Præterea, pro ista opinione adducebantur. quæ tradunt Cuman. & Socin. in l. 2. §. sanè. num. 7. ff. de excep. ubi uoluerunt, ꝙ ubi exceptio non transit in successorẽ, quapetto

personalissima: si tamen proposita, & deducta fuit per defunctum in iudicio, transit in successorem, sicut uidemus in illa exceptione, Ne quis conueniatur, nisi inquātam facere possit & in actione iniuria tum, & iure dicendi nullum, & similib.

Præterea, adducebatur etiam, quia per exceptionem propositā per defunctum in actis, iam fuerat exclusus iste Aluarus de Herrera, & perempta fuit intentio eius quæ fundabatur in gratia de beneficio per triennium possesso, iuxta not. in c. 1. de ord. cog. & tradita per Decium in l. nō uidetur cœpisse. nu. 3. ff. de reg. iur. Nā idē est, non habere actionem, uel exceptione esse repulsum. l. uel interest. ff. de reg. iur. Qua ergo ratione Alphonsus deberet absolui ab Aluaro, si actio illi non competeret, eadem ratione, & si expulsus fuit exceptione. Nam semel exclusus, semper manet exclusus, iuxta ea, quæ notat Bar. in l. Cassius. circa fi. ff. de senat. Et semel nullū, semper durat nullum, & quo ad omnes ēt si cesset causa nullitatis. Dynus in regula, quod ab initio. de regulis iuris, lib. 6. Old. consil. 306. faciunt quæ notat Bart. in l. si post mortem. ff. de bon. possess. contra tab. & in l. si iudex circumuento. ff. de min. Et ideo finita materia, super qua iudicium fundabatur, illud solui necesse est, ut dicit Bal. in consil. 12 t. col. fin. lib. 3. per l. si finitam. ff. de susp. tuto. Sic etiam dicimus, ꝙ sicut semel exclusus, perpetuo manet exclusus, ut late tradit Socin. in cōsil. 63. col. fi. & Bar. in l. fin. ff. ad Tertul. Ita & eadem ratione dicimus, ꝙ semel malus semper præsumitur malus, uulg. ca. semel malus. de reg. iur. lib. 6. Ita etiam res semel alienata, semper durat alienabilis. l. pater filius. §. quindecim. de leg. 3. Sic etiam annalia ad agendum, fiunt perpetua quo ad excipiendum. l. pure. §. fi. ff. de dol. mal. except. Et hoc regulariter procedit in omni exceptione, quæ ab actione non descēdit ut uidelicet perpetua sit, ut dicit Abb. in cap. si autem. de rescrip. cuiusmodi est ista descendens ab ista regula. Cum igitur casu nostro semel defunctus exceptionem regulæ proposuit, talis exceptio perpetua esse debet. Nec potest talis exceptio dici noua in persona subrogati, cum ipse magis uideatur inniti, & adhærere exceptioni propositæ per defunctum, quàm nouam proponere. Nam si potest inniti iuri tertii exclusiuo iuris agētis, & pro suo interesse obiicere in persona, & iura aduersarii, iuxta l. fi. ff. de rei uendic. & deci. 60. in no. fortius licebit inniti iuri iam proposito per suū autorē. Nā aliud est de nouo edere, & aliud antiquo iure inniti. l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de uerbor. oblig. & in c. consuluit. de Iudæis. Facit propriè text. in c. pastoralis. de exceptionib. Præsertim, quia subrogatē hic Alphonsus, non solum ad prosecutionem, sed ad defensionem litis & causæ: & nulla maior est defensio, quam peremptoria exceptio, ut in l. exceptiones. ff. de excep. Et illa uerba defensionis in subrogatione posita, exceptionē includunt, quæ defensio dicitur, ut patet in l. cum nondum. & in l. siquidem. & in l. si quis. C. de excep. Et non solum iste subrogatus simpliciter est admissus per papam ad prosecutionem & defensionem litis & causæ: sed etiam ad eam, ad quam ipse defunctus, si non cessisset, admitteretur. Sed clarū est, ꝙ si dictus Anton. defunctus possessor uiueret, posset prosequi exceptionem suam iam propositam, cum sit effecta de actis: iuxta. ca. quoniam. de probat. Ergo eodem modo, & eius subrogatus, ut dicit expressè decisio 10. ut lite penden. in nouis. col. fi. quę hoc modo argumentandi utitur. Et licet in isto subrogato cesset qualitas triennalis possessionis: nihilominus ex quo semel in propositione istius exceptionis per defunctum, illa qualitas interuenit, licet postea cesset: nihilominus actus factus à principio, cum illa qualitate debet durare ut est glo. notabilis in c. statutum. in uerbo, canonicis. & ibi dixi, de rescript. lib. 6. facit text. in l. Mela. ff. de alim. leg. & in l. ex facto. §. si quis autem. ff. ad Trebellianū facit etiam quod dicit Felyn. in c. cum dilecta. in 14 col. uersic. amplia septimò. de rescript. Vbi dicit, ꝙ subrogatus, quo ad rem censeatur et subrogatus quo ad qualitatem adhærentem illi rei, iuxta dictum Bal. in l. si puella. C. si mancip. ita alie. fuerit. Faciunt etiam pro ista parte, quę dixi in §. fuerat. in 1. notabili. insti. de actionib.

Præterea

Præterea, quia licet priuilegium persona le extinguatur cum persona, uulg. l. in omnibus. ff. de reg. iur. ubi tamen tale priuilegium non conceditur absolutè, intuitu solius personæ, sed mediante aliqua causa, tunc tale priuilegium transit ad sit cessores. de hoc est tex. in l. non solum. ff. de in inte. resti. inducendo ut per Dy. in c. priuilegium. de reg. iur. lib. 6. Ibi ponit exemplum in minore, in quo restitutio illi facienda est personalis. l. exceptiones quæ. ff. de exceptio. Tamen quia talis restitutio minori competit, non immediatè ꝓpter personam suam, sed propter læsionem. l. quòd si minor. §. non semper. ff. de minori. Sicut exceptio triennalis non competit immediatè propter personam, sed ꝓpter possessionem triennalem: ob eam causam illud priuilegium restitutionis, licet personale, transit ad successores: ut in d. l. non solùm. & ita istud priuilegiũ triẽnalis possessionis transire debet in subrogatum, præsertim in subrogatum etiam quo ad possessionem. Nam postquàm effectus ille exceptionis propositæ iam fuit in esse deductus. & semel causatus, remanere debet, etiam cessante causa, iuxta l. fi. ff. de decur. cum pluribus concor. quæ ad illam legem cumulat Felyn. in c. quæ in ecclesiarum. in 32. colum. uersi. fallit quintò. de consti. cum aliis, quæ scribit Dyn. in capit. decet. in 2. columna. de regul. iur. lib. 6. & Modern. in c. cùm cessante. de appell. Sed effectus istius possessionis triennalis est iam deductus, & causatus per exceptionem propositam per Antonium defunctum. Ergo debet transire in successorem, quasi iam defunctus perpetuauerit istam exceptionem: & sic per consequens eam ad successorem transitoriam fecerit: arg. l. si marito. §. si uoluntate. ff. solut. matr. Nam actiones personales, quæ aliàs non sunt transitoriæ, si fuerit super illis lis inducta, transeunt ad successores. l. ꝓ hereditariis. C. de hæred. act.

Accedit pro ista opin. quia uidemus, ꝙ ius petendi supplementum legitimæ, est personale, competens filio, & tamen si filius illud deduxerit, transfert ad hæredes, ut latè probat Ias. in l. emancipata. col. 2. C. qui admit. Et pari modo ius declarandi e aducitatem semel deductum, transit ad hæredes, ut tradit Imol. & communiter Doct. in c. potuit. de loca. & Ias. in l. 2. col. 67. uer. secundò quæro. C. de iur. emphyt.

Postremò facit, quia in subrogatione est clausula de statu litis & causæ, quæ habeantur ꝓ expressis, seu exprimi possunt. Sed clarum est, ꝙ ista clauf. perinde operatur, ac si omnis status causæ, in indiuiduo, & nominatim esset in subrogatione expressus, ut in terminis cõcludit Domi. in consi. 120. in 2. col. Sed si in subrogatione dictũ fuisset, ꝙ Alphonsius admitteretur ad exceptionem propositam per defunctũ, ipse illa uti posset. Ergo eodem modo illa utetur, quand o per illa uerba, pro expressis habentes, est facta subrogatio. Ista sunt in effectu, quæ pro utraque parte adduci possunt, quæ quæstionem ualde dubiam reddiderunt. Qnamobrem mandatum fuit per Rotam iterum informari. Et causa iterum, atqne sæpius, per eundem Reuerend. Dom. proposita, & disputationibus aduocatorum diligenter discussa, tandẽ Rota die 26. Octobr. 1538. & die 11. Decemb. eiusdem anni tenuit primam opin.

Et fundamentum istius opi. principale fuit hoc, quia exceptio proposita per defunctum recipiebat fomentum a trienna li possessione, tanquam à causa sufficiente. unde cessante illa qualitate triennalis possessionis, per obitum possessoris, cessauit per consequens exceptio. Et nisi ad tale ius, quod prouenit respectu certæ qualitatis, quis specialiter & nominatim subrogetur, in generali subrogatione nõ transit. Quia quando est diuersa qualitas in subrogato, tunc subrogatus nunquam sapit naturam illius, in cuius locum subrogatur, ut dicit nota. Alex. in conf. 107. uiso themate. in 3. col. lib. 3. ut dictum est superiùs in prin. Quia mutata qualitate priuilegiati, propter quam priuilegium concessum fuit, mutatur etiam & cessat priuilegium l. Titia. §. usuras. ff. de leg. 2. l. cura. §. deficientium. ff. de mu. & hoc tradit Rot. in conf. 404. in casu propositæ. & Soci. cons. 150. col. 9. uers. 6. confirmatur. lib. 1. Vnde qua ratione, si ipsemet defunctus

ctus, qui proposui exceptionem regulæ, post propositam exceptionem desiueret possidere, non posset amplius uti exceptione triennalis possessionis, iam proposita eadē, & fortiori ratione, nec subrogatus, q nunquā possedit, poterit illa exceptione uti, quę est pposita p defunctū.

Nec obstat, q̃ sit subrogatus, quo ad possessionē: qa illud est uerū, quātū ad facultatē eā capiēdi. Sed nō est subrogatus ad triennalē possessionē, neque ad exceptionē resultantē ex ea: qa illa nō trāsit in subrogatū. Nā quādo lex requirit actū cum qualitate, non sufficit deducere actū, nisi & qualitas deducatur. l. Fulcinius. §. cùm autē. ubi Bar. ff. quib. ex caus. in pos. eat. & in not. casu tradit Bar. Cass in cō sue. Bitur. fo. 141. col. 2. faciunt quæ dixi supra q. 21. Sicut uidemus in nūtiatione noui operis, quę datur prętextu possessionis, ut dicit Bart. in l. 1. ff. de oper. no. nūt. Et tamē si possessor proposuerit nuntiationē in iudicio, eo mortuo, illa nō trāsit ad successorē, neq; ad hæredes, qa est personalis, & extinguitur cū psona, ut tradūt omnes in l. non solū. §. mortę. ff. de ope. no. nun. Sicut etiā ius declarandi libellum obscurū, datū p dominū, nō trāsit in pcuratorē generalē, ut tenet Bar. & communiter alii in l. inter stipulantē. §. si Stichū. ff. de uerb. oblig. Ratio redditur ibi p Bart. quia declaratio est personalissima, quæ nō transit etiam in successorem, licet successor & procurator reputētur eędē pso næ cū dño. Ita hic exceptio istius reg. nascitur ex fonte possessionis triennalis.

Mortuo igitur possessore extinguitur cū persona, qa talis exceptio est personalissima. Adeò enim ista excep. adhæret illi qualitati possessionis triennalis, quòd sicut corpus non potest uno momento sine anima subsistere: ita neque exceptio istius regulæ sine triennali possessione. Hinc uidemus, q̃ priuilegium concessum alicui, ratione alicuius professionis, uel officii, eatenus durat, quatenus durat officium l. maximarum. & ibi notat Bartol. C. de excusat. mun. lib. 10. & in l. sub prætextu. C. de sacrosanc. ecclesi. & in l. semper. & utrobique Bart. ff. de iur. immun. tenet Felyn. in c. clerici. in 2. col. de iudic. Ita cessante triennali possessione, cessat priuilegium, argu. cap. abbate. de uerb. sign. & in cap. ex parte. & in c. licet. de decim.

Non obstant modò, quæ in prima propositione causæ per aliquos Dominos in contrarium allegabantur, uidelicet, uniuersalitas istius subrogationis p uerbū, Omne ius, & geminatio uerborum eius, &c. Quia illa omnia operantur effectum suum in subiecto bene disposito, alias uerò uerba uniuersalia ad habilia restringūtur, ut est text. & ibi nota. glo. in c. 1. de cōst. & in l. prima. C. de sacrosanct. eccles. Et de geminatione est gl. in l. lecta. ibi, rata & firma ff. si cert. pet. & tradit latè Fely. in ca. sedes. in 3. col. de rescrip. Cū igitur subrogatus non sit subiectum habile, in quo repręsentari possit exceptio istius regulæ, ex quo deficit in eo qualitas triēnalis possessoris, cui adhæret exceptio regulæ, & in ea quiescit, sicut piscis in aqua, meritò illa uerba ad omnes ius, etiā milies geminata, non poterunt in eo inducere prædictum effectū. Intelligetur Alphōsus subrogatus ad omne ius ipsius beneficii, qđ uigore alicuius tituli defuncto cōpetebat, qđ in subrogato cadere. potest: d. l. cū in fundo. §. si fundus. & dicta lege 1. §. si quis autem.

Nec obstat, q̃ sit subrogatus ēt quo ad possessionē: qa, ut dixi, intelligitur de possessione iuris, nō facti quæ requirit apprehensionem l. cū hæredes. ff. de acquiren. possess. Vel responde, quòd est subrogatus, quo ad possessionē respectu facultatis apprehendēdi, ut superiùs dixi. Et hoc in ratione consistit, quia possessio quę in facto cōsistit, nō pōt ipso iure de uno in alium transire sine apprehensione. uulg. d. l. cū hæredes. ff. de acquir. pos. Et facta apprehensione illa, nō est eadē possessio, quā habebat defunctus, sed noua, ut dicit Bart. in l. rē alienā. col. penult. ff. de pign. act. & tenet Socin. in l. 1. §. hæc quę. de seru s. in fine. ff. de acquir. possess. Imò si esset etiā ad possessionem facti subrogatus, nunquam intelligeretur in dubio de possessione triennali, quæ requirit expressam & indiuiduā mētionē, adeò q̃ nō includitur sub quibuscunque uerbis gene

generalibus,& prægnantibus, & dixi in procem.reg.q.5.Et per hoc euitatur decis. 5.ut lite pendent.in no. cum similibus.

Nec obstat, ꝙ ius excipiendi transit in successorem:quia uerum est,quando illud ius excipiendi nascitur ex re quæ transit in successorem:sed hic exceptio nō nascit respectu beneficii,sed triennalis possessionis quę extinguitur cum defuncto,& ideo non transit in successorem,arg.d.l.cum hęredes.ff.de acqui.poss. præsertim cū in beneficialibus non datur successio: sed in subrogato creatur nouum ius, ex concessione papæ,ut no.Ioannes Andreas in ca. 2.ut lit.pend.lib.6.latius in quæstione precedenti.& ideo text.in d. l. si tibi.§ pactū. cum similib. loquentib. in materia profana,quæ est multum differens à beneficiali,non faciunt ad propositum.

Non obstat etiā,ꝙ Aluarus de Herrera actor iam semel per defunctū fuerat exclusus per exceptionem istius regulæ: ergo semel exclusus,semꝑ manet exclusus, &c. Quia respondetur,illam doctrinam esse veram,qn durat causa exclusionis. Secus aūt si exclusio fiat respectu alicuius causę,quę cessat. Nam tali casu,cessante causa exclusionis, cessat exclusio. Vn sicut semel adꝓbatus,cessāte causa adprobationis, pōt reprobari,ut dicit Abb.& Mod. in c. cū uenerabilis.de excep ita & reprobatus semel & exclusus pōt cessāte causa admitti & adprobari, ut tradit Fel.in c.præsentium. de testib. Et facit text.in c.uen.2 I.q. ultima:

Nec obstat,ꝙ res semel concessa, semꝑ manet concessibilis. d. §. quindecim.quia ad illam theoricam respondet Alex. in l.i. col.pen.ff.de officio eius.Et Paulus de Castro in l.uoluntas.circa finem.C.de fideic. Decius consil.83.in fin. & idem Decius in c.si pro debilitate.in 3.col.de offic. deleg. & ibi uide,quia faciūt ad ꝓpositū.& Fran. Curt.in tract. feud.in 2.parte.q.4. col. fin. Per cuius dicta Rota ad hoc mense Febr. 1511.in vna Bon. nullitatis emphyteusis, corā R.D.Io.Mohedano cōclusit, rem emphyteuticam ecclesiæ semel cū solennitate alienatam,posse denuo alienari sine aliqua alia solennitate,ex quo iam semel effecta fuit alienabilis. Et ꝙ papa hic noluerit admittere subrogatū ad ius excipiēdū, patet ex uerbis subrogationis, quæ tantū concedunt prosecutionem & defensionē causæ & litis subrogato. Sub quibus uerbis exceptio non comprehenditur,præsertim in materia odiosa & stricta,qualis est, subrogatio:ut patet in c.i.& 2.ut lite pēd. lib.6.& in regula de subrogandis. Nā papa dedit d.Alphonso subrogato prosecutionem, quæ pro actione interpretari debet,ut patet instit.de act.in prin. & defensionem,quę etiam diuersa est ab exceptione,ut est gl.& tex.in c. i. de lit.cont.lib.6. quam ibi communiter sequuntur Doc.& Abb.& Mod.in rubr. de excep. Et licet appellatione defensionis, late sumpto uocabulo,aliqn ueniat exceptio: in materia tñ odiosa uel propria,& stricta, exceptio nō cōprehenditur,ut dicit Domin.in d.c.1.& est cōmunis opi. Et per hoc est respōsum ad tex.in d.l.cum nondum.& l.si quidem allegatis in cōtrariū,in parte affirmatiua.

Non obstat tex.in d.l. non solum.ff.de in integ.resti.cum aliis exemplis superius alleg.quia ad illa respondetur, & primo, quātū ad bñficium restitutionis in integrū ideo illud transit in successorem: quia est in rē scriptum,ut tradit Dynus in reg. priuilegiū de reg.iur.lib.6. Et eodem mō,ius petēdi supplementū legitimē, non est ius fundatū in personā,sed in potētia filiatis quæ operatur translationē,ut ibi declarat Ias. Nec in prædictis casib. translatio in successorē singularē,sed in hæredē uniuersalem,qui reputatur eadem persona cum defuncto: non autem particularis successor,qui non reputatur eadem persona, ut dicit Bal.in c.1.in 3.no.qui suc.feu. dar.tenen.Et ideo in illis non habet locum dictū Ias.in d.l.emancipata. Nec minus obstat, quod dicebatur de iure caducitatis: quia illud est ius reale, merito ad hæredē trāsfertur.Et finaliter,ut dixit,ex materia profana male arguitur ad beneficialē, in qua termini sunt omnino diuersi.

Nō obstat ēt,ꝙ qualitas, quæ semel in actu iteruenit,licet postea cesset,nihilominus actus sustinet,ut in d.gl.canonicis.c.statutū.de resc.li.6.cū aliis superius allegatis qa ad illud motiuū respōdet ꝑ tripliciter. Primò,ꝙ illud dictū nō procedit,qn qualitas in actu regrit ꝑ uiā causę finalis:qa tūc

licet

licet actus sit in esse deductus: si tamen postea cesset illa qualitas, cessat effectus, ut hic. Secus, quando qualitas interuenit per modum demonstrationis uel conditionis ut in dicta glo. canonicis. & in d. §. si quis autem. & ita declarat Bald. in l. humanitatis. in ultima oppositio. C. de impu. & aliis substitut. Vel secūdo responde, contrariū procedere, nisi qualitas requisita in actu, sit talis, quæ in se habeat tractū successiuū, ut est hic triennalis possessio quia tali casu nō sufficit, ꝙ qualitas interuenerit à principio in actu, nisi illa qualitas perseueret usq; ad finē, iuxta tex. l. semper. §. negociatores, ff. de iure immu. Glo. igitur in dicto uersic. canonicis. cum aliis allegatis, procedūt, qñ qualitas requisita nō habet tractū successiuum. Et ideo Imol. in clem. 2. de rescrip. dicit, ꝙ si qualitas habet se per modum causæ permanentis, ea cessante cessat dispositio. Secus, si per modum causæ principiantis, aut iuuantis, uel habilitātis. Hinc est, ꝙ si conditio habeat tractū successiuū, non sufficit eam momento temporis impleri l. mæuia. §. 1. ff. de ann. leg. l. si quis ita legauerit. ff. de cond. & demon. tenet Alex. consil. 43. lib. 3. Vel tertiò illud dictū ꝓcedit, nisi cessante qualitate succederet contraria qualitas, quæ deducat actum ad eū statū, à quo incipere nō possit, ut hic, & in plurib. ff. de uerb. obl. Nā in subrogato succedit contraria qualitas: nā defunctus erat triēnalis possessor, iste subrogatus non Cū igitur sint isti duo status diuersi meritò dicendum est, in subrogatum exceptionem non transire. Et ita limitāt Moder. Auinionen. in l. ex facto. in 7. col. ff. de uulg. & pup. Itaq; ex omnib. istis, ista firma & uera cōclusio resultat, ꝙ exceptio istius regulæ, si ue sit per defunctum proposita, siue non sit, non transit in subrogatum, nisi specialiter illi concedatur à papa: præsertim cū exceptio istius regulæ, ex quo est, perpetuò est odiosa impediens ius bonū ꝑ actorem deduci, quod de iure communi etiam si per mille annos eo usus non esset, sua negligētia non amitteretur, ut dicit Bar. in l. solent. § fin. ff. de offi. proconsul. sequitur Iason in l. 1. in penul. colum. C. de seruis fugit. Et illud dictum Bar. sequutus est Rota, in una Gebennen. pro cardinali Anconitano 3. Iulii 1531. coram D. Camillo, ad limitationem dictorum Abbatis in c. cōtingit. de dolo & contum. ut dixi in regula de non tol. iure quæsi. q. 1.

Nec obstat etiam, ꝙ per clausulam, eius litis status habeatur pro expressis, uel per similes clausulas generales, censeatur facta indiuidua mentio: quia illud procedit, respectu gratiarum & priuilegiorum. Secus autem respectu decreti istius regulæ: quia non censetur sublatum per clausulā, quorum tenores ut adnotauit reuer. D. Iacobus Simonetta, in una Caurien. portionis: ut meminit do. Guliel. in collectaneis nouarū decisionum super ista regula, uel melius, illa uerba cōcernunt statum & merita causę, circa ordinatoria iudicii. Secus autem est respectu exceptionis triennalis quæ possessionem requirit.

QVAESTIO XV.

QVæro, nunquid triennium istius regulæ currat contra minorē 14. annorū: & utrum minor etiam exceptione istius regulæ defendatur?

SOLVTIO. Videtur dicendum, ꝙ sic ex eo, quia uidemus ꝙ in actionibus prætoriis, quę olim & hodie finiūtur anno, præscriptio currit contra minores absque spe restitutionis, ut declarat notabiliter Paul. de Castr. in l. fi. col. 2. C. in quib. causis in integrum restit. non est necess. Et est cōmunis opinio, ut ibi tenet omnes.

Pari etiā modo uidemus, ꝙ tēpus triennii, quo durat instantia causæ principalis, de quo in l. properandum. C. de iud. currit ēt minori: nec datur restitutio, nisi in certo casu, uidelicet, in subsidiū, quando tutor uel curator effecti essent non soluēdo, ut not. oēs Doct. in d. l. properandū. §. pen. & Bart. in d. l. fi. col. 1. in 17. oppos. Et hoc procedit etiam in instātia statutaria, quæ pari modo currit contra minorem, ut no. Alex. in consil. 42. inspecto processu. in 4. uol. Idem etiam dicunt in tempore ad appellandum, quod est decennium. auth. hodie. C. de appel. Idem in tempore appellationis prosequendæ, quod est annus, & ex causa biennium: cap. ex ratione. de appel. Nam ista tempora currūt minori propter rigorem iuris conseruandum, ut habet in authen. de appel. & intra quæ tēpora, no. gloss.

glo. in l. auxilium. in uerb. cessauit. ff. de min. Sicut et currūt tpa ad opponēdū exceptionē nō numeratę pecunię, ac nō numeratæ dotis: ut in l. in cōtractib. in prin. cū glo. petituras. C. de nō num. pecu. & in auth. si minor. C. de tēp. in integ. rest. pet.

Et ut propriùs accedamus ad regulam, omnis pręscriptio statutaria, quę uidetur similis isti, de qua loquimur, secūdùm cōmunem opinio. currit contra minores, ut est opinio. Innocent. communiter ad probata in capitulo constitutos. de resti tut. in integ. quam multùm ampliant & declarāt Moder. in tractat. præscrip. in prima parte 6. pcincipalis. fol. 65. Et ultra ipsos eam latiùs cōprobat & discutit Ioan. Igneus in repe. l. dudum. in 5. & 6. col. C. de contrahen. empt. & plures alii, quos breuitatis causa non refero.

Et pro ista parte facit: quia minor in beneficialibus reputatur maior. ca. ex parte. de rest. spolia. c. si annum. de iudi. lib. 6. sed cōtra maiorē obstat exceptio istius regulæ: ergo pariter etiā obstabit minori.

Quid dicendū? arbitror hoc casu distinguendos esse duos casus. Primus est, quā do minor agit de damno euitando, ut quia non habet nisi unum beneficium, quod fortè cum alio permutauit, & illo euicto, beneficiū, quod dedit, ab alio triēnio possessum fuit. Nam tali casu, licet de rigore iuris obstaret ista exceptio triennalis per istam regulā inducta, ꝑ ea quæ dicit Inno. in d. c. cōstitutus. qui loquitur indistinctè, siue agatur de damno euitando, siue de lucro captando, ut referunt Moder. in d. tract. præscrip. Tamē de ęquitate, quæ in Rota multū attenditur in materia beneficiali, dicendum esset contrarium: quia ubi agitur de damno euitādo, debet fieri strictior interpretatio, ne aliquis iniustè damnum patiatur, uulg. l. fi. §. in computatione. C. de iure deli. Et ita in specie tenet Bart. in d. l. fi. C. in quibus cau. in integ. rest. non est necess. & in l. etiam. ff. de mino. ubi dicit, ꝙ iura inducētia simpliciter præscriptionē cōtra minores, si agitur de damno euitādo, & de tollendo iure quæsito, censentur in talibus iuribus ita indistinctè & generaliter loquentibus excepti minores, & comprehensi solùm maiores, per rationem d. l. fi. sed in casu regulæ nostrę generaliter loquente agitur de iure quæsito tollendo, ideo à tali statuto generaliter loquendo excluditur minor. Nam si contrarium dicimus, maxima ex hoc minori læsio infertur, qui fortè non habebat aliundè unde se aleret, quàm ex illo beneficio, quod simplicitate, aut ignorantia quadam dimisit ab alio per triennium possideri. Cōueniens igitur est, ut restituatur ad agendum, & illa uerba regulæ, ibi, Nequeant molestari, non comprehendant istum casum. Nec obstat, quòd minor in beneficialibus reputatur maior: quia non facit quo minus restitui debeat, ut adparet in ecclesia, quæ licet posset agere, & hoc respectu reputetur maior: tamen si decipiatur, restituitur ut minor. c. 1. & 2. de in integ. rest. Et probatur in clemen. prima, de in integ rest. ut ibi not. Doct. Et isto casu cōueniens est, ut minoribus subueniatur, quos ecclesia protegit, ut simplicitati eorū uenia tribuatur, ut in ca. 1. 87. distinct. & arg. tex. in c. cū uniuersorū. de rer. pmu.

Secundus casus est, ubi agitur de lucro captando: & tali casu quia minor enormiter non læditur, istius regulæ exceptio ꝑcedit contra eum. Exempli gratia. Ponamus minorem plura beneficia habere. & ex uno posse commodè uiuere, certè non uidetur hoc casu per dispositionem istius regulæ lædi, sed potius exonerari ab administratione: præsertim quia regula ista non excludit minorem perpetuò, neque eius gratiam annullat, sed eam suspendit uiuente duntaxat possessore. Nam regula ista nihil tribuit possessori præter nudam exceptionem. Et quod dictum est de pluribus beneficiis, idē esset dicendū de uno, quando illud non magis onerosum esset minori, quàm utile: quia tali casu non restitueretur aduersus dispositionem istius regulę, quæ fundatur in graui lęsione, iuxta dictum Bart. in d. l. etiam. ut in ca. 1. de in integ. rest. & Specul. eod. tit. §. quęlibet. uersi quid si minus. Et istam distinctionē in terminis istius regulæ tenet ille doctissimus Glossator concilii Basi. titulo de pacif. poss. positio in pragmatica Franciæ, in uerb. impedimenti. col. fi. Nescio tamē

quid

quid hoc casu teneret Rota: quia de rigore dictum Innocen. in d.c. constitutus cōmuniter adprobatur, quòd contra minorem omni casu currat præscriptio, sed de æquitate procedit doctr. Bart. in d.l. fi. & d.l. etiam. quam sequutur Abb. in d.c. constitutus. & plures alii, quos cumulat ille Moder. in d.l. dudum. qui pro Bart. quędā iura allegat, & secundùm illam opin. fuit iudicatum in Parlamento Franciæ, ut refert Guido papæ, decis. 5. Verum autem minor possidens beneficiū curatum sine dispensatione, exceptione istius regulæ defendatur? Rota die 15. Martii 1538. in una Lucana archipresbyteratus corā me conclusit, quòd sic pro Syluestro Gilio contra Accontium Vanulium. Ratio fuit: quia regula defendit omnem clericum inhabilē cum titulo colorato triennio pacificè possidentem, exceptis duobus casibus expressis in regula. unde exceptio illorum duorum casuum firmat regulam in casibus nō exceptis: cap. 2. ubi Abbas de cōiug. lepro.

QVAESTIO XVI.

QVæro, nunquid totum triennium ad quod hodie redacta est allegatio Lap. 89. debeat esse continuum tempore primi resignatarii quo ad hoc, ut præsumatur retrocessio. an uerò sufficiat, quòd cōtinuetur pro parte tempore primi, & pro reliqua parte tēpore secūdi resignatarii?

SOLVTIO. Iste casu uentilatur modo in Rota coram R.P.D. Marcello Electo Marsicano in causa Leonen. canonicatus, in qua præsupponitur, quòd quidam Ioannes resignauerat canonicatum in fauorem Iacobi, & dictus Ioannes resignans posteà in possessione per duos annos mansit Iacobus resignatarius, antequam Ioannes resignans triennalem possessionem cōpleret, in fauorem Gulielmi resignatarii. & idem Ioannes primus resignās adhuc in possessione manens, possessionem suam pacificè etiam tēpore istius Gulielmi secundi resignatarii continuauit usq; ad completū triennium, & deinde mortuus, per cuius obitum, quidā nōie Iuo, canonicatum præd. impetrauit, & d. Guliel. secūdum resignatarium, qui iam se in dicto beneficio intruserat, ad iudicium uocauit. Guliel. excipit de resignatione sibi facta per Iacobum, qui habuerat canonicatum per resignationem dicti Ioan. Impetrans replicat, quòd resignatio nihil facit, ex eo, quia Ioan. primus resignans mansit post resignationem, quam fecit, in possessione, & pacificè possedit per triennium, in qua possessione fuit mortuus: & sic intrabat dicta allegatio Lapi, quę in possidēte retrocessionem per lapsum triennii prę sumit, & per consequens canonicatus per obitum dicti Ioan. dicitur uacare. Gulielmus triplicat, quòd Ioannes nec tempore Iacobi primi resignatarii, nec tēpore suo continuo triennio, sed interpollato possedit, biennio, uidelicet, antequā resignaret Iacobus in Gulielmū, & per aliū annū tempore ipsius Gulielmi. Itaque tempore utriusque possedit per triennium, sed nō tempore alterius. Dubitatum fuit, nunquid triennium, de quo loquitur ista regula, debeat esse continuatum tēpore unius resignatarii ad effectū allegationis Lapi? Dicebatur ex una parte nihil referre, quòd triennium, ad quòd hodie redacta est dicta allegatio Lapi, continuetur, siue tempore unius resignatarii, siue plurium. Ratio reddebatur: quia allegatio Lapi uidetur solùm requirere duo. Primum est, quòd primus resignans per illud triennium fuerit tentus, & communiter reputatus pro canonico, iuxta decis. Egidii 645. & Petr. de Aneha. consi. 117. Secundò, quòd fuerit toleratus per illud tempus ab ordinario: quia ex illa tolerantia præsumitur retrocessio. Nam ex quo ordinarius ex necessitate sui officii tenetur singulis annis inquirere: an possidentes habeant canonicum titulum in beneficiis, iuxta uulg. c. ordinarii. de offi. ord. in 6. certè si iste Io. primus resignans non habuisset retrocessionē, non tolerasset eum, & ista ratio patientiæ ordinarii militat, siue sit una resignatio, siue plures, prout in simili aliàs determinauit Rota in quadam causa, de qua meminit D. Guliel. Cassiod. in collect. de eis. sub titulo, de cau. poss. & propriet. decis. 3. Quo loco uoluerunt Domini, quòd dicta allegatio Lapi procedat, siue sit unus impetrans, siue plures. Cùm igitur dicta alleg. fundet se in tolerantia ordinarii, & non in negligētia resignatarii petētis

tis possessionem, merito uidetur concludendum, beneficium uacasse per obitum dicti Ioannis, tanquam ex nouo titulo superuenienti post triennium.

Postremo, pro ista parte adducebatur vnum motiuum satis coloratum ad probandū, ꝙ negligentia resignatarii nō erat in consideratione, sed solum patientia ordinarii. Nā ponamus, ꝙ Ioānes resignasset simpliciter in manib. ordinarii, & stetisset per triennium in possessione, certum est, ꝙ lapso triēnio, habet locum allegatio Lapi. Et tñ ibi nō cōsideraẽ aliqua negligentia resignatarii, cū nullus sit resignatarius quia in manib. ordinarii nō potest fieri resignatio in fauorem certę personę sine vitio simoniæ: licet secus coram papa, ut tradit Fel. in c. ad audientiā. el 2. uer. tertia cōclusio. de rescr. Sola ergo patientia ordinarii, cum lapsu triennii, hoc operatur, ut nouus titulus creetur. Persona igitur resignatarii non est in consideratione.

Tamē prædictis non obstantib. contrariū fuit per Dominos conclusum in prędicta causa Leon. canonicatus 23. Nouemb. 1534. & inter alias rationes, quæ tam inter aduocatos Gu. q̄ per Dños fuerūt in relationib. allegatæ, fuit una cōcludēs, & ad quam legitimè nō poterat responderi, uidelicet, ꝙ in allegatione Lapi, quo ad propositum nostrum, necessario debet cōsiderari non solū patiētia ordinarii, sed etiam negligētia resignatarii, ex eo, quia dicta allegatio fingit seu præsumit post lapsum triēnii retrocessionem, nō ante: sed ista retrocessio nō potest habere locum, nisi detẽ extremū. Nā retrocessio præsupponit cedētē & cessionarium. Requiritur ergo persona resignatarii. Nam sine ipso retrocessio fingi nō pōt, & qñ est lapsum triēniū, iam resignatarius nō habet quid retrocedat, cum ante triennium in alium cesserit qđ facere potuit: quia intra triennium allegatio Lapi nō ꝓcedit, & in casu nostro, qñ locū habere poterat, uidelicet, post triēniū deficit extremū in quo fingatur & fundeẽ retrocessio, cū resignatarius nullū ius hēt quod verè cedere possit etiam si uellet. Vñ si cessio uera nō posset post triēniū habere locū, ergo neq; ficta: quia ubi nō pōt habere locū veritas, nec fictio. l. qui ad certū ff. locati. Nec minus allegatio Lapi procedit contra secundum resignatarium: quia ille adhuc est in tempore petendi possessionē ista qđ primus resignās moriẽ. Itaq; ea rōne d. alleg. Lapi nō obstat primo resignatario, nec secundo, tū ēt quia alleg. Lapi, quę est de se rigorosa ēt loquiẽ in possessione decennali, q̄ ꝑ reductionē factā ad triēniū interpret. Rotæ, facta est magis exorbitās & dānosa, quo casu, ex quo simpliciter loqẽ de resign. debet in dubio itelligi de primo arg. l. boues. §. hos sermones ff. de uerb. sign. prout in notabili casu tradit Glossator super regula prærogatiuarū expectantium, in 5. parte. & Egi. dec. 626. inc. suppositis. sicut per eandem rationem fuit intellecta per Dominos regula de publicandis resignatio. quæ etiam intelligiẽ de prima resignatione. & non de secunda ut ibi dicā. Vñ ex quo ex quadā stricta interpretatione dicta allegatio Lapi, quæ rēquirebat decennium, reducta est per Dñs ad triēniū, nō debemus specialia multiplìcare, ut extēdatur ad secundum resignatariū, per ea, quæ dñt in l. 1. C. de dot. ꝓmis.

Non obstāt ea, quæ superius dicta sunt in contrarium: quia ad ea ex prædictis patet solutio: quia in dicta allegatione Lapī duo requirūtur copulatiuè, uidelicet, possessio triennalis pacifica cum tolerātia ordinarii & resignatarii, alias autem cessante negligentia resignatarii retrocessio fingi nō posset. Et per hoc respōdeẽ ad illud ultimū motiuū, in quo dicebatur de resignatione facta in manibus episcopi, ubi non erat aliquis resignatarius, & tamen in tali resignatione habebat locū dicta allegatio Lapi: quia respōdeẽ, ꝙ illo casu nō præsumitur retrocessio, cū illa præsumi nō pōt ut dixi, absq; persona resignatarii, ex quo nascatur tāquā ab extremo à quo, & sic sumus extra allegationē Lapi. sed ibi fingiẽ tm̄ nouus titulus, non retrocessio, & sic erit casus diuersus à nostro: quia allegatio Lapi solum fingit retrocessionem in casu in quo est resignans & resignatarius, prout in quæst. ista cui non adaptatur prædictū extremum. Nec obstat, ꝙ triēnalis possessio tempore istorum duorum cessionariorum, debet coniungi: quia respōdetur quòd in materia stricta, & in prescriptionibus

nibus tempora non coniunguntur: ut dixi in regula de annali, per ea, quæ probat Decius in l. si idem. ff. de iurisd. om. iudi. Et dicam inferius in 20. quæst. Præterea, quia allegatio Lapi, quę loquitur de tempore, debet in dubio intelligi de cōtinuo, & nō interpollato, ut dicit Abb. in c. si. de elect. & in c. ad apostolicam. col. 1. de reg. & Ias. in l. si stipulatus essem. ff. de uerbor. oblig. & Lapus allegat 7. in 4. colum. cum concord. ut scribit Bart. in consil. ultimo, posito in fin. consil. Alexand. in 4. uolum. ut dixi in dictis locis. Et hoc notissimum est, quòd quando lex simpliciter, & indefinite facit mentionem de tempore, debet intelligi de continuo de momento ad momentum, & non de interpollato, ut tradit Ang. in consi. 404. in 4. colu. Et ita ista reg. quæ de triennio loquitur, intelligitur de continuo, & non interpollato. ut adparet manifeste in decreto concilii Basiliē. à quo sumpta est ista regula, ubi expresse dicitur de triennio continuo, & ibi not. glo.

Tamen non facerem uim in hoc de cōtinuo in casu nostro, ex eo, quia satis potest dici triennium continuum, quod non fuit interruptum, licet fuerit tempore plurium continuatum, & ad effectum istius reg. talis possessio triennalis sufficeret, nō autem si fuisset interrupta, ut declaro in d. q. 20. licet quo ad effectum dictæ allegatio. Lapi hoc de triennio continuo consideretur, propter diligentiā, uel negligentiam resignatariorum, in quibus principaliter fundatur prædicta decisio. Sed dices tu, quid facit ista quæst. ad istā regulam?

SOLVTIO. Nihil ferè, nisi ꝙ præstat quandam lucem dicendi, ut ex hoc adpareat differentia triennii istius regulæ, & allegat Lapi. Aliam differentiam uide sup. in fi. 10. q. Et est ulterius aduertendum, ꝙ d. allegat. Lapi non solum habet locum in fictione retrocessionis, quæ fomentum capit ex resignatione prius facta: sed etiā in quocunque iure, absq; aliqua cessione prę ambula, ut exemplū poni potest in causa Vibeuctā. archipresbyteratus, quæ mō pēdet, in qua uoluit Rota, de mense Nouembri & Decembri 1539. coram R. D. Ioan. Paulo, ꝙ ex quo Sanctis. dominus noster Paulus 3. qui dum esset Cardinalis, accessum & regressum habebat per cessum uel decessum, uel quāuis aliā amissionē. &c. ad dictum archipresbyteratū, possessum per quendam Bernardinum de Aquapendente permiserat, postquam regressui locus fuerat propter assecutionem alterius incompatibilis d. Bernardinum per triennium scienter & pacificè possidere, ꝙ eo mortuo successor potest illum excludere allegat. Lapi, quia præsumitur, ꝙ papa quando erat cardinalis, cassauerat regressum. Et sic uides, ꝙ illud, quod dictum est de retrocessione, habet locū in casu omissionis iuris, ubi retrocessio habere locum non potest. Et hoc idem, præteritis annis, tenuit Rota in vna alia Neapolitana parochiali, coram R. D. M. Antonio, ut recordati fuerunt Domini, in qua iudicauit cōtra Io. Bap. Baldassinum, qui propter dictā alleg. perdidit regressum. Et dicta alleg. non solum præsumit cessionem uel retrocessionem, aut cessationem, seu extinctionem iuris, sed etiā operatur, & fingit sue cessionem, ad effectum, ut regressui locus sit: ut uoluit Rota in una Burgen. canonicatus de Veruiesca, coram me, de mense Nouembri 1539. ubi pendente lite inter Io. de Lerma, & Frācisecum de Pesquera, d. Io. resignauit dictum canonicatum, in fauorem Aluari de Sancta Cruce: remansit tamen in possessione. Postea dictus Franciscus, habita prius sentētia cōtra Io. de Lerma: cessit etiam ius, ꝙ habebat in dictum Aluarum, reseruato sibi regressu, per obitum ultimi possessoris. Accidit, ꝙ d. Io. cōtinuauit post dictas cessiones possessionē suā per sex annos pacifice, & postea obiit, & unus impetrauit d. canonicatū, per obitum d. Io. & in eo se intrusit. d. uerò Franciscus egit cōtra intrusum, prætendens canonicatum uigore regressus ad se spectare. Alter replicabat, ꝙ regressus erat concessus per obitum ultimi possessoris Aluari, sed Io. de Lerma non fuit successor: q̄ a Aluarus non cessit in eum. Franciscus triplicabat, ꝙ imò Io. erat Aluari successor ex quo post cessionem d. Io. in Aluarum facta, postea per triennium pacifice possederat, & sic iuuabat d. allegat Lapi, quæ retrocessionem fingit. Vnde qua ratione, si Aluarus uerè in d. Io. retrocessisset, uerus

cius

eius successor diceretur: ita dici debet per retrocessionem factam per dictam allegat Lapi.tandem Rotã tenuit Io. fingi successorẽ,ad effectum,ut regressui locus esset.

QVAESTIO XVII.

QVaero, impetratur beneficium detẽtũ per aliquem per plures annos, & in impetratione habet tempus detentionis pro expressó cum clausula, Non obstant. regulis,an per hoc censeatur derogatum isti reg.de triennali?

SOLVTIO. Maxima fuit olim contẽtio in Parco super isto dubio.Nam M. de Ca.abbreuiator antiquus dicebat illa uerba, Quòd tempus detentionis habeatur pro expresso, non debere intelligi, nisi de sola detentione triennali: secus si per triennium quis possedisset: quia cum talis possessor per istam regulã tueatur,non est uerisimile in dubio papã uelle alteri tollere exceptionẽ sibi cõpetẽtẽ,argu.c.ex parte.de offi.dele.Et ideo uolebat, ꝙ talis bulla narrans uigore illius clausulæ possessionem triennalem, non esset expedienda per abbreuiatores ĩn Parco.Nã papa nõ dedisset,si expressisset,uel saltem dedisset cũ maiori difficultate: quia per illam clausulam papa nõ fuit clare certificatus de reg.triẽnali, nec illa clausula, Nõ obstan.regulis,iuuabat: quia intelligebat de regulis fauentib.detẽtioni,quæ est minoris præiudicii,nõ de possessione triẽnali.Sed Io.Fo. Ferrera abbreuiator tenebat cõtrariũ,ex quo tẽps detẽtionis habebatur ꝓ expresso,quę uerba sunt generalia, & cõplectunt̃ quãlibet detentionẽ,arg.c.si Romanorũ 19.dist. & quia plures bullæ fuerant sic expeditæ,nõ erat recedẽdum à solitis.Et quia in Parco nõ excipitur de reg. sicut in iudicio,& ideo nõ obstat,si nõ opponat̃,iuxta tradita per Fel.in ca. 1. de re iud.& in c.pastoralis.de fide instr. Et saltẽ ipse expediret bullas cũ illa generali clausula,quã dimitteret disputandam & discutiẽdã in iudicio.Sed M. Ca. replicabat, ꝙ nõ esset bonũ dare sic literas in cõfuso: quia ex quo ista reg. suspendit impetrationes, literæ essent nullæ & frustratoriæ, nisi expressè derogaretur regulæ, & esset dare fomentũ litigiis: & cancellaria non solet dare bullas litigatorias, & ideo esse tutũ adponere clausulam restrictiuã, uidelicet citra tamen triennium. Et ista pars,quę uisa fuit sanior,æquior,& uerior,præualuit in Parco prima die Februarii 1491.

Reperio etiã,ꝙ uir ille magnus, & memorabilis Laurentius cardinalis sanctorũ quatuor,qui multis annis expeditionum omniũ princeps,& fere omniũ regularum cancellariæ auriga fuit, in quibusdã suis notulis,tenuit primam opinionem, unum subiungẽs,quod est magis notabile,uidelicet ꝙ etiam si in collatione esset narratus triennalis possessor, non sufficeret ad derogationem istius regulæ,nisi esset expressum,ꝙ ex canonico titulo: quia tunc impedimenti narratio est loco derogationis quando plene factum narratur. & pro ista opi. faciunt quæ tradit Gundis. Villadiego auditor Rotæ in tract. leg. q.9. Et quod dicit Fel.in c.in nostra.in 36.corr.de resc.Adde etiam,ꝙ adeò prædicta sunt uera, ꝙ illa clausula,Non obstan.regulis, non sufficit pro derogatione regulæ: quia ut alias dixi,requirit̃ specialis mentio propter rõnẽ Cald.in consil. 1.de rescr. & quæ not.in c. uenientes.de præscript.& dixi superius in procœmio regularum q.5.& 6.

Quid dicendũ?Certè passus iste est difficilis,quia reducitur ad hoc, an clausula ista,ꝙ detentionis tempus habeatur pro expresso,operetur tãtum, ac si specialiter de tempore detentionis fuisset facta mentio? Nã super hoc fuit uario modo,diuersis temporibus iudicatum, ut dicit Feder. de Senis in consil. 223. Et Fel.plura refert in c.accedentes.in 3.col.de præscript.

Breuiter,ista uidetur hodie æquior, & est stylo curiæ magis recepta conclusio,ꝙ per illam clausulam, Pro expressis haben. uel similes,tollunt̃,uel suspendunt̃ specialia,& indiuidua.Ita tenuit Ant.de But. in consil.2.cuius opin.hodie sequitur Rota, ut refert d.Guliel.hic,per ea,quæ cumulãdo scribit Fel.in c.nonnulli.in 7.col.uersic. fallit secundò.de rescript.Et ita etiam coram me die 17. Iunii 1530. in una causa Tullen.Scolastriæ conclusit Rota. Tamen adhuc ista non tollunt difficultatem:quia esto,ꝙ per illam clausulam, ꝙ tempus de-

tentionis habeatur pro expresso, censeatur facta mentio de triennali detentione, per hoc tamen non putarem derogatum huic regulæ, quæ loquitur de triẽnali possessione, & non de detentione. Nam detentio prçsupponit merum factum sine titulo, possessio uero triennalis requirit coloratũ titulum, ut patet hic, & inferius dicetur. Itaque est concludendũ, attentis præmissis, ꝙ dicta clausula, ꝙ tempus detentionis habeatur pro expresso, non obstantibus regulis, operatur tantum circa detentionẽ etiam triennalem secundũ terminos istius regulæ, non autem circa possessionem triẽnalem, de qua loquitur ista regula. Cogita tamen, quia hæc opinio non transit sine dubio, per allegata per Fel. in dictis locis.

QVAESTIO XVIII.

QVæro, an si titulus coloratus triennalis possessoris reducatur ad non tit. habeat locũ reg? Exẽpli g. Possessor triẽnalis pro colore suæ possessionis allegat titulum sibi, quæsitum per renuntationem alterius. ex aduerso impugnatur dicta renuntiatio, ex eo quia ille qui renuntiauit post sex menses, mortuus fuit in possessione, & sic titulus resignationis reductus fuit ad non titulum per regulam de publicandis resignationibus, Quæritur nunquid talis possessor iuuetur ista regula?

SOLVTIO. Iste casus accidit tempore Sixti in quadam causa Vulteran. non habeo tamen quid fuerit decisum. Ideo pro utraque parte faciam aliquas rationes, cętera relinquẽs iudicio peritiorum, uel Rotæ melius sentientium.

Quòd autem non suffragetur possessori regula, facit primò: quia quãdo titulus redactus est ad nõ titulum, pro nihilo reputatur, & ideo talis titulus caducus, ad pscribendum non est utilis: ut in c. dudum de deci. & in l. quemadmodum. C. de agri. & censib. libro 11. Nam quotiescunque causa redit ad non causam, perinde est, ac si actus factus non fuisset. l. si fullo. ff. de cond. sine causa. not. Alexand. in consil. 206. ponderatis uerbis. col. penu. in 6. uol. minus ergo sufficiet ad possessionẽ istius regulæ, quæ habet instar prçscriptionis, & requirit titulum saltem coloratum. Et iste titulum non solum non habet colorem, sed neque saporem, si probatum fuit renuntiatum in possessione obiisse, & de regula de publicandis data fuisset. Sed ad hoc posset replicari, quòd ad probandũ talem titulum esse inualidum, & redactũ ad non titulum, requiritur discursus probationis, & telæ iudiciariæ, & ille discursus tollitur per istam regulam ex eo, quia ut dicetur inferius in 58. q. reg. ista imponit silentium per illa uerba, nequeant molestari, &c. per quæ uerba non solum tollitur parti facultas probandi, sed iudici aufertur iurisdictio. c. cum plures, de off. de leg. li. 6. cum similibus, ut inferius in dicta quæstione dicam. Præsertim quando declaratio sequitur ex actib. sequentibus.

Secundò pro dicta opin. facit quia eo ipso, ꝙ triennalis patitur discuti de iustitia, uel iniustitia tituli sui sibi præiudicat quemadmodum spoliatus patiens discuti ius suum, ut in c. 1. de resti. spol. Sed etiã ad hoc patet solutio: quia eo ipso, ꝙ exceptum fuit de regula, exclusa fuit iurisdictio, per illa uerba, non molestetur. Et hoc procedit ab initio: sed si post factas probationes daretur de regula, & sic eo tempore, quo iam præcessit iurisdictio, forte contrarium procederet.

Tertiò, pro hac parte facit quia actor dicitur molestare reum possessorem per replicationem datam contra titulum triẽnalis possessoris, ut tradit Alex. cons. 36. in 1. uol.

Sed & ad hoc respondetur, ꝙ illud dictũ procedit, nisi incõtinenti adpareat de uirtute tituli per replicationem probatam cum productione regulæ de non publ. Nã ex quo ista reg. fundatur in quadam præsumptione, illa cessat comperta ueritate, c. ueritate, 8. dist. Præterea, quia iste actor dans de reg. de non publicandis, uł admittendus, ex eo, quia præsumptio est contra possessorem triennalem de aliqua simonia. Nã ex quo adparet resignãtẽ fuisse mortuũ in possessione, ꝑ cõsequẽs resultat pſumptio, ꝙ iste possessor triẽnalis pactus fuerit cum eo de illo dimittendo in possessione, donec uiueret, & per consequens ingressus suus uidetur uitiosus, & & exceptus à regula, quæ excludit simo

simoniacum, & talis simonia ex quo so. let fieri occultè, sufficit, ꝙ ꝑ præsumptiones probetur, c. per tuas. de sim. isto igitur casu debet se magis iustificare possessor quàm ex sola allegatione istius regulæ, ex quo præsumptio est contra eum.

Tamen istis non obstantib. pro contraria opin. faciunt quæ dicunt Mod. Senen. in l. 1. §. si uir. col. 1. ff. de acq. poss. ubi dicunt, ꝙ possessio fuit translata uirtute causæ ualidæ, licet illa causa postea efficiatur inualida, nō propterea retransfertur possessio, per rationem de qua ibi per eum: multa enim a principio possunt impedire facienda, quæ postquam sunt facta, retractari non debent, uulg. c. ad apostolicam. de reg. cum simili.

Breuiter non est recedendum a prima opinione, quæ est uerior per dictas, & rationes superius factas, secundum quas ita iudicauit Rota in una Romana parochialis S. Pauli coram Reuerend. domino Raynaldo in qua post triennalem possessionē fuit probatum possessorem nō fuisse promotum infra annum ad sacros ordines, per quam quidem probationem titulus coloratus possessoris fuit redactus ad non titulum: ideo concluserunt Domini regulam illi non suffragari, quam sententiā proposito prius dubio inter Dominos, Reuerendiss. domi. Ioann. Mohedanus die 5. Iulii 1538. confirmauit. De quo tamen uidenda sunt ea quæ scripsi superius, quæstio. 10. circa fin.

QVAESTIO XIX.

QVæro, nunquid regula ista quæ annullat impetrationes, intelligatur de impetrationibus factis ante triennalem possessionem, an uerò de factis post?

SOLVTIO. Istam quæstionem reperio adnotatam in quodam libro bon. me. Laurentii Cardinalis sanctorum quatuor, & ibi dicitur, ꝙ intelligitur de impetrationibus factis post triennalem possessionem & in hac opin. fuerunt Ioachin. de Narnia, & Anto. de Capharellis olim excellētissimi aduocati in causa Maclouien. ut patet 2. uol. alleg. non tamen aliquam rationem adducunt.

Sed obstat huic decisioni tex. hic in illis uerbis, neque aut molestari in beneficiis sic possessis, &c. Et ibi antiquas lites penitus extinguentes, quę quidem uerba præsupponunt impetrationem ante trienniū factam fuisse, quæ quod molestiam inducere poterat. Et sic uidetur ex illis uerbis, ꝙ impetratio anterior annulletur, & hoc tenet gl. hic col. 7. uersic. item inquantum hic irritantur.

Tamen prima opinio mihi magis placet, ex eo, quia in odiosis, quod minimum est, sequimur, ut dicit regula iuris: mitior enim est interpretatio, & magis æqua, ꝙ regula ista intelligatur de impetrationib. postea factis, quam de anterioribus, ut innuit uerba regulæ ibi, impetrationes de beneficiis sic possessis factas, &c. Et isto modo intelligendi minus præiudicatur tertio. Nam in dubio capiendus est ille sensus in lege, per quem minus quid præiudicetur: uulg. l. fi. §. licentia. C. de iure deli. Imò, ut dicit tex. in §. in computatione, potius permittitur, ꝙ actus nihil operetur, quàm ꝙ indebite alicui ius tollatur. Sed si intelligimus regulam de impetrationibus anterioribus, fiet interpretatio iniuriosa, per quam tollitur ius quæsitum & bonum impetranti: igitur non est præsumendum summum pontificem hoc uoluisse. c. pastoralis, de priuil. Præsertim cū idem Papa ablationem iuris quæsiti per aliam suam regulam detestetur, propter quod non præsumitur sibi uelle contrariari: arg. l. 1. §. si quis a principe. ff. ne quid in loco publico, c. super eo. de offic. deleg. & huic intellectui consonat etiam regula de annali, quæ tantum intelligitur annullare impetrationes sequentes, non autem præcedentes, ut patet ibi in illis uerbis, ꝑ annum immediate præcedentem. &c.

Nec obstant illa uerba, Nequeant molestari, quia intelligentur per impetrationes factas post triennium, ut innuūt prædicta uerba, impetrationes de beneficiis sic possessis facta. Nam si illę impetrationes ante triennium obtentę fuissent, non dixisset, de beneficiis sic possessis. Nec obstant illa alia uerba, Antiquas lites, &c. quia intelligitur de litibus inter alios, ut inferius dicam in 61. q.

Tamen prædictis obstat vnum, ꝙ ista regula fuit inducta ad similitudinem usucapionis, uidelicet ne propter ignauiã, aut neglıgẽtiam personarum beneficia sub incerto essent, & ut lites de medio tollerent ut in l. 1. ff. de usucap. Sed istæ rationes cessant in eo, qui post triẽnalem possessionẽ impetrauit: quia nulla in eo neglıgẽtia deprehenditur, sed bene deprehenditur in eo, qui ante triennium impetrauerat, ꝙ neglexit per triennium ius suum discutere: & ideo merito in pœnã negligẽtis iura interpretantur, uideri eum illud ius habere pro derelicto, saltem viuente possessore triennali, quia lex uigilantibus & non dormientibus imposita est. l. pupillus ff. quæ in fraud. cred. Et non solum, qui per triennium non experitur de iure suo, sed qui per solum annum negligit ius suũ in iudicio deducere, uidetur illud refutare, & habere illud pro derelicto, ut est tex. in §. porro. quali. olim feud. pot. alien. & in l. 2. ff. ꝗs ordo in bono. pos. ser. & in l. 1. §. largus. ff. de success. & in l. 4. qui admi. & in c. si Titius. si de feud. fuer. contr. & in l. 1. C. de ann. excep. Faciũt ea quæ dicit Ias. in l. prętor. § si aliqñ. in 4 col. ff. de oper. no. nunt. cũ cõe. ut tradit idẽ Ias. in l. petẽs. in 4. col. C. de pact. & Fel. in c. quæ in ecclesiarũ. in 32. col. de const. Et tenẽdo istã opi. quę ꝑꝑ illã rationẽ negligentiæ communis uidetur, obstant modò uerba prędicta istius regulæ ibi, Impetrationes de beneficiis sic possessis factas, irritas & inanes, &c. ecce ꝙ text. loquitur de impetrationibus de beneficiis per triennium antea possessis factis, & ideo propter istam contrarietatem posset teneri tertia opinio, uidelicet regulam habere locum tam in impetrationib. ante triennium factis, quàm in faciendis, ex quo indistinctè regula loquitur, & uerba illa de impositione perpetui silentii, & de non molestando, hic posita, utraque impetratione militant.

QVAESTIO XX.

QVæro, an triennium istius regulæ debeat esse cõtinuum, an uero sufficiat interpollatum?

SOLVTIO. Glossator hic in 2. col. tenet, ꝙ debet esse continuum: tamen ratio ipsius non concludit, nisi ad illud, ꝙ triennium debeat esse completum, quia põderat dictionem, per triennium, hic positam quæ perfectionem signat. l. urbana. §. per noctare. ff. de uerb. sig. nec Bal. quem allegat, aliquid probat, quia dicit ibi, ꝙ probatis extremis probantur media, & sic ꝙ tẽpus est continuum. quod nõ facit ad propositum: aliud enim est quærere, an triennium debeat esse continuum: aliud uerò an debeat esse cõpletũ, & totaliter finitũ, adeò ꝙ nõ sufficiat tertiũ annũ inchoasse uel ꝓ maiori parte possedisse: Nã ad istud secundum quæsitum tendit dictũ Gl. & bene dicit, & ultra ipsum est text. ferè in terminis in cle. 1. quam ibi not. ad hoc And. Sicu. de seq. pos. & fruct. & bene facit tex. in c. ad nostram. de reg. Nam sicut in tẽporalib. actionib. oportet ultimum diẽ esse cõpletũ, ut in l. in oĩb. ff. de act. & obl. ita in exceptionib. quæ se habent instar actionũ, debet idẽ requiri. l. 1. & 2. ff. de except. tenet Arch. in c. si annum. & dixi de iud. li. 6. Et Doct. tradunt in ca. cum in cunctis. de elect. & est glo. fere in terminis in uerbo, triẽnio. d. cle. 1. de sequest. possess. & fruct. & ibi notat Ioannes And. & alii.

Sed quo ad primam quæst. de qua hic quærimus, ad quam impertinenter Glossator respondit, uidelicet, nunquid triẽnium istius reg. debeat esse continuũ, idẽ concludendum erit, uidelicet, triennium huius regulæ continuũ, & non interpollatum esse debere. Pro qua opinio. allegatur dictum Bal. in c. cum uiginti de offic. dele. ubi uoluit, ꝙ ubicunque lex requirit certũ tempus, illud debet esse continuum, uidelicet de momento ad momẽtũ, præsertim in odiosis, ut hic: licet in fauorabilib. põt esse aliter, ut per gl. in l. 3. §. minorem. ff. de minor & late Imo. in cle. si. de ætat. & qualit. & istam opin. in terminis istius regulæ sequuntur Moder. in tract. beneficii. in 3. parte. q. 21. Et ista opin. iudicio meo nõ habet difficultatem per uerba istius regulæ ibi, Per triennium possederint, &c. de quorum proprio significatu est importare tẽpus continuum, & non interpollatum, ut tenet Io. And. in addit. ad Spec. ti. de loc. §. nunc aliquam. uersic. 27. Et Sal. in l. 2. C de

iut.

iur.emphy.col.1.ubi dicunt, ꝙ triẽnium, de quo in d l. 2. ex quo designatur per di ctionẽ Per.debet esse cõtinuũ.alleg.tex.in c.cupiẽtes.§.cæterũ.de elect.li.6. Et eos se quitur Soc.in consf.118.inc.circa præsentẽ col.fi.lib.4.& idem Soc.in consf.42. col. 1. lib.1.de quo dixi late in reg. de annali. & in § rursus.num.32. instit. de action. post Abb.in c.ad apostolicam.in penul.col. de reg.& in c.fi. de electio cum aliis concor dna.ut scripsi superius quæstio.16.& quia hoc clarum est, non insisto.

Et ex istis possunt decidi plures quęstio nes ad propositum occurrentes, an uideli cet si tempore unius Pontificis possedit quis per biennium,& tempore alterius ꝑ annum, an triennium possedisse dicatur ad effectum istius regulæ?& nunquid prę decessoris tempora coniungantur cũ tem pora successoris,ut possit dici triẽnalis? Nã dicebať olim tẽpe Eugenii in una Maclo uien.ecclesię sancti Iuuiani,ꝙ nõ, quia in bñficialib. in quib. nõ dať successio, nõ cõ iungũtur tempora, & ideo quilibet debet possidere per se integrũ triennium,si vult uti beneficio istius regulæ,de quib. latè di xi superius in regula de annali. Et per ista fuit etiam die 4. Februarii.1538. decisa in Rota una quæstio,coram R. domino Ray naldo Petrutio in una causa Roma. paro chialis sancti Pauli,in qua agebatur cõtra possessorem,ad priuationem beneficii,ob non promotionem:ille excipiebat de pos sessione triennali. Fuit exploratum,ꝙ pos sessio triẽnalis non fuit cõtinua post non promotionem,sed interpollata. Nam pos sederat per annum,ante incursam pęnam non promotionis.&per duos alios annos post lapsum anni, infra quem tenebatur promoueri.Tãdem fuit conclusum illud triẽnium interpollatum, non iuuare pos sessorem. Vide circa hoc, quæ dixi in reg. de annali, in duabus quæstionibus, & in frã quæst.46.

QVAESTIO XXI.

QVæro,an prorogatio regulæ de trien nali,facta per unum ex litigantib. contra possessorem triennalem prosit ue nientib. pro interesse suo infra tempus prorogatum,tamen post triennalem pos sessionem?

SOLVTIO. In vna Toletana Abbatiæ, coram Reuerend. Domino Ioan.Paulo,de mense Iunio 1537 fuit hoc dubium ꝓpo situm in Rota. In quo Dominorum uota fuerunt uaria.Nam quidam dicebãt, pro rogationem regulæ factam per unum ꝓ desse uenientib. pro interesse moti ex do ctrina Bal. in c.de causis.de offi.deleg.quẽ ibi sequitur Fel.in 4.colum.& ex his,quæ Doct.post Inn.dicunt in c. cum super. dè re iudic.& Mod. post Bart.in l. si perluso rio.§.1.& in l.à sententia.ff de appel. ubi concludunt, ferè in simili casu tertiũ ue nientẽ pro suo interesse,uti posse appella tione per alium interposita,nec illum pos se illi appellationi renũtiare, si tertius in cœpit illa uti:per ea quę dicit Inn.& Abb. in c.ex conquestione.de rest.spol.Fel.in c. si diligenti.in 8.col.de fo. comp. Nam qñ actus,qui debet fieri infra certũ tempus, ualet in persona eius, qui agit nomine proprio,tunc alius potest ratificare extra tempus,nec habet locũ l.bonorũ.ff. rẽ rat. hab.Ita dicit Bar.in l. 1. per illum text. C. qui admitti.Nam clarum est, ꝙ qñ causa est semel cœpta omnes quorum interest, ea durante,possunt uenire ad causam, & admittuntur in eo statu,in quo eam inue niunt,ut late prosequitur Oldr. in consil. 255.inc.contra promissionem. eum conc. de quibus ibi per eum.Sic in proposito ui detur hic dicẽdum,quia ex quo episcopus Solis prorogans istam regula,mouit litem contra possessorem triennalem, post trien nium,licet infra tempus prorogatum,pen dente illa lite, poterit tertius uenire ad eã tanquam ꝙ possessor iam nõ sit pacificus, nec repellitur exceptione istius regulæ,qa res effecta semel,quo ad unum,alienabilis per litem motam,censetur esse alienabilis quo ad alios. l. sicut.§. sed si permiserit.& ibi Bart.ff.quibus mod. pig.uel hypo.sol.

Istis tamen non obstantibus,maior pars Dominorum inclinauit in cõtrariam sen tentiam,uidelicet illum tertium, pro suo interesse uenientem, excludi exceptione regulæ, nec illi prodesse prorogationem ab episcopo prædicto factam. Et inter plu res rationes,quæ tunc adducebantur, illa

fuit efficacior: quia Petrus Coque, qui erat ille tertius, pro suo interesse ueniens, licet comparuerit infra tẽpus prorogatum per episcopum, & post litem motam a b eodẽ episcopo: tamen comparuit eo tempore, quo iam Pet. de la Pegna erat triennalis possessor pacificus, quo ad ipsum Petrum Coque, licet illa triennalis possessio non præiudicabat episcopo, propter suam prorogationem regulæ factam ad annum. Et ideo licet episcopus posset agere cõtra possessorem triennalem infra tempus prorogatum, non tñ hoc priuilegium personale concessum ratione personæ, poterat communicari Petro Coque, post triẽniũ uenienti ad causam iuxta ea quæ habentur in c. priuilegium. de reg. iu. lib. 6. & in l. in omnibus. ff. eodem titulo. & dixi late in simili quæst. supra q. 14. Sicut etiam uidemus, ꝙ protestatio facta per vnum, non prodest alteri tertio, in alterius præiudicium, ut no. d. Anto. in c. præterea. de appellat. præsertim, quando ille tertius est in negligentia. Sed si in casu nostro, prorogatio, quæ habet uim cuiusdam protestationis, tertio ꝓ desset inferretur pręiudicium magnũ possessori triennali, qui priuaretur commodo suæ possessionis, & exceptione istius reg. Igitꝰ hoc fieri non debet. quia reg. ista est inducta in odium negligentium, non prosequentiũ ius suum, & in fauorem possessorum. Odia igitur debent restringi, & fauores ampliari, uulg. c. odia. Alias sequeretur absurdum, ꝙ negligens consequeretur pręmium, unde merito pœnam sperare & incurrere deberet, cõtra l. ꝙ Seruius. ff. quod ui aut clam. & in c. eum qui. de præb. libr. 6. Non enim debent iniuriæ nasci, unde iura nascuntur. c. qualiter. de accus. Nam negligentes ex sua negligentia pœnam, non præmium merentur. l. pupillus. ff. de his, in fraud. cred. Hinc est, ꝙ licet terminus ꝓrogatus, censeatur idem terminus cum primo, vulg. l. sed si manente. de precar. illud non habet locum in materia odiosa, ut dicit Bal. in l. si a te. C. de pact. inter empt. & uend. sequitur Fel. in c. de causis. in a. colu. de offic. deleg.

Nec obstant dicta Innocen. in dicto capit. cum super. & Bar. in d. l. si perlusorio. cum aliis superius allegatis: quia omnia proceduat quando tertius vult uti appellatione infra tempus, infra quod ipse potuisset appellare. Secus enim, si uellet adhærere appellationi post lapsum tempus ad appellandum: quia tunc non licet ut in casu nostro, in quo tertius pro interesse uenit ad causam post completam & finitam triennalem possessionem pacificã & licet ueniat infra tempus prorogatum per episcopum, illa prorogatio sibi negligenti non prodest, in præiudicium triennalis possessoris: proderit tamen episcopo eam facienti, & ita pro ista declaratione & resolutione ad dicta Innocen. & Bar. est gloss. notabilis in c. ut circa. in uersic. adhęrentes. de elect. libr. 6. quam sequuntur cõmuniter Docto. post Bal. in authen. hodie. in fi. C. de appel. declarando tamen, ut per Fel. in ca. ueniens. el. 2. in 3. colum. uersic, secunda conclusio. de test. & in dicto cap. cum super in 3. column. & per Areti. in capit. olim. in quarto notabili. de accus. cum aliis concor. de quibus per Socynum, in consilio 45. columna 3. cum sequent. Et ita doctrinam Bart. in d. l. si perlusorio. declarant Abb. Imo. & Philip. Franc. in ca. pen. de appel. Salyc. in l. unica. C. si unus ex ex plur. post Bart. in l. si qui. §. fi. ff. de app. Ang. in l. si separatim. §. quotiens. column. 4. ff. de appel. Hoc tamen fallit, & limitatur non procedere in casu decisionis Rotę 65. in nouis.

Vlterius pro ista opi. facit quia eo ipso ꝙ iste Pet. Coque tertius tam tardè post finitum triẽnium uenit ad causam, præsumptio est contra ipsum, ꝙ sciuerit litem ab aliis agitari super beneficio, & negligenter omisit uenire: quia hoc operatur triennalis possessio pacifica, quòd transfert præsumptionem negligentiæ in alium. Si igitur tanto tempore tacuit, & non est prosecutus ius suum, uidetur illud habere pro derelicto, & nocet sibi quo ad possessionem, ut dicit Egid. decisio 712. not. Felyn. in capitul penult. in ultimis uerbis. de re iudic. Et tenendo istam opin. non obstat dictum Bald. in dicto capitulo. de causis. de offic. delega. & Felyn. ibi in 4. column. dum dicunt sufficere consensum aliorum litigantium, quando fit prorogatio de tempore ad tempus, licet

tertius, de cuius interesse agitur, non consentiat: quia respondetur illud dictum nihil ad propositum facere, quia ibi quo ad prorogantes ualet prorogatio, nec consensus tertii prætendentis interesse, quo ad illos requiritur: necessario, tamen fuisset si prorogatio illa deberet sibi nocere, uel prodesse, prout in correis, de quibus inferius dicetur. Sed in casu nostro alia ratio concurrit, uidelicet triennium exclusiuum actionis istius tertii. post quod quidem triennium nemo auditur, nisi ille, qui infra triennium prorogauit, & in illa prorogatione triennii bene quadrat dictum Bald. quòd consensus tertii non requiritur, cum sit actus diuiduus, quem quilibet pro se facere potest in tempore, & qui illum non facit sibi nocet propter sui negligentiam.

Postremò, pro ista decisione adduco unum satis solidum & firmum fundamentum. Nam clarum est in iure, quòd interruptio ciuilis, quæ fit ad interrumpendum tempora præscriptionis, ne currant facta per unum solum, prodest illi interrumpenti, & non alteri, quasi restringatur actus ad certam personam actum exercentem, ut est text. in l. intra quatuor. ff. de diuersi & tempo. præscrip. Notant omnes Doct. post glo. ibi in l. cum notissimi. C. de præscript. 30. an. & tradunt etiã Doct. in l. more. C. de rei uendic. & in cap. placuit. §. potest. 16. quæst. 3. & Bart. & alii in l. naturaliter. ff. de usucap. & Bald. in l. 2. C. de seruit. & d. Anton. Abb. & Mode. in capit. illud. de præscript. cum pluribus concord. ut scribunt Modern. in tract. præscript. in quarta parte 6. partis principalis. quæst. 3. Sed in casu nostro prorogans tempus triennii ne currat, dicitur & interrumpere præscriptionem regulæ. ergo tantum sibi debet prorogatio prodesse, & nõ alteri, cum sit actus personalis.

Confirmantur ulterius ista opin. quia præscriptio huiusmodi triennalis, licet aliquo respectu dicatur fauorabilis possessori, est tamen principaliter inducta in odiũ negligentium. Ideo interruptio facta per unum, uel prorogatio non prodest aliis negligentib, nisi fiat ab vno ex correis credendi tunc enim prodest alteri, ut in l. fi. ubi glos. Bald. & Angel. C. de duobus reis. cum similib. de quibus per dictos Moder. in d. tracta. præscript. quæst. 4. fol. 73. Nec potest hoc casu iste negligens excipere de lite per episcopum prorogantem infra tempus prorogatum mota, quasi quòd iam fuerit beneficium effectũ litigiosum & non pacificum. quia respondetur, quòd hæc exceptio non fundat intentionem opponentis, iuxta l. final. C. de rei uendic. nec illa interruptio, quæ est ciuilis iuuat alium, quam interrumpentem, cum sit personalis, ut est communis opin. quam tenent Doct. prædicti, quam dicit etiam communem Abb. in d. cap. illud col. fi. uer. quæro an interruptio. Et ideo possessor triennalis, quo ad istum, liberas ædes habet. l. loci corpus. §. competit. ff. quemadmodum ser. ami. nec litigium isto casu afficit beneficium. l. 1. & ibi gloss. & Bart. ff. de litig. ubi patet, quòd uitium litigiosi est personale, non reale. Et si iuuit ipsum episcopum litem inducentem tempore apto, non alium, ut not. in l. uitia. C. de acquirend. possess. & in l. 1. ubi Barto. de præscript. long. temp. Ange. in authen. de litig. §. 1. coll. 8. per Bald. in l. fina. C. eodem titulo. Et licet Abb. in dicto capitul. illud dicat. quòd de iure canonico per cõtestationem litis efficiatur quis malæ fidei possessor, & ꝙ durat hoc uitium perempta instantia, & sic interrumpitur præscriptio quo ad omnes, quod in casu nostro uidebatur dicendum. Illud tamen dictum Abb. resoluitur multipliciter. Primo, quia in præscriptione istius regulæ non requiritur bona fides, secundum Rotam, ut inferius dicam in alia. q. Et licet requiratur, tamen per litis contestationem non inducitur uera mala fides, sed præsumpta tantum, uel ficta: ut not. in l. nemo. C. de acq. poss. Nã possidens rẽ, & credens eã firmiter esse suã, nõ mouet firmiter ad credẽdũ cõtrarium ex hoc ꝙ alius facit sibi quæstionem: alias de facili daretur materia impediendi perpetuo cursum præscriptionis litem contestando, ut superiùs dixi. Et ideo opinio. primam tenuit Petr. de Anchar. in capitulo primo de præscription. in 6. dicens, quòd non solum de iure ciuili, sed etiam canonico, ille qui habet

habet malam fidem quo ad unum, & bonam fidem quo ad alium, potest præscribere contra illum, contra quem habet bonam fidem, allegat. l. qui balneum. ff. qui pot. in pig. hab. Fac. t l. aut q a'.ter. § si qs, & ibi Bart. ff. quod ui, aut clam, & tenendo ꝙ hic non requiratur bona fides, res de plano procedit. Et ista sufficiant pro resolutione istius q.

QVAESTIO XXII.

QVæro, ulterius, iuxta prædicta, utrum interruptio pacifice triennalis possessionis facta ad citationem unius, prosit aliis?

SOLVTIO. Pro ueritate istius q. quam nullus hactenus aperuit, nec declarauit, in primis præmittere oportet. ꝙ possessio ista triennalis, inducta per istam regulam æquipollet præscriptioni: quia sicut per præscriptionem non acquiritur præscribenti dominium, sed ius excipiendi, ut tradunt gl. & communiter Docto. in l. in traditionib. C. de pact. ita & per dispositionẽ istius regulæ, non acquiritur possessori titulus, sed duntaxat exceptio, ut not. Fel. in c. sicut de re iud. col. 16. & in c. licet, de sim. Item sicut præscriptio inducta est regulariter in fauorem possessorum, & odium negligentium: ita & regula ista eundem effectũ producit Quib. ꝓsuppositis, ꝓ resolutione q. uidetur primo dicendum, interruptionem triennalis possessionis factam ꝑ unum, non prodesse omnib. aliis, per ea q̃ Bar. & omnes tradunt in l. naturaliter. ff. de usuc. & Abb. in c. illud. de præscrip. cum aliis concord. de quibus in proxima q. dixi. Et hoc uidetur tenere Bar. in l. fiscus. ff. de iur. fisc. ubi uoluit, ꝙ effectus litis contestatæ tanquam actus ciuilis, non porrigitur de lite ad litem. Et ita in terminis istius regulæ concludit Glossator concilii Basil. positi in pragmaticam Franciæ, titu. de pacif. possess. in gl. super uerbo termino rum, uers quæritur, an motio litis. Sed istis non obstantibus, contrarium tenuit semper Rota. Nam si unus tertius citat possessorem intra triennium, adeò beneficium efficitur litigiosum, ꝙ licet postea efficiatur triennalis, non potest talis possessio iuuari exceptione istius regulæ aduersus quoscunque. Quia ex quo semel per unũ interrupta fuit possessio pacifica, illa interruptio, & lis incœpta semper durat, quo ad omnes: donec uitium illud litigiosi per sniam purgatũ fuerit, iu: ta deci. 10. in tit. ut lite pendente. in no. Itaque inualuit iã ista opinio in Rota, ꝙ beneficium semel litigiosum cum uno, efficitur litigiosum, seu uerius, non pacificum, quo ad omnes alios. Punctus est modò uidere, in quo fundatur ista opinio Rotæ: quia uidemus in contrarium esse communem regulam superius traditam, uidelicet, ꝙ interruptio facta per unum non trãsit ad alios. l. intra quatuor. ff. de diuers. & temp. præsc. Bar. in l. fiscus. ff. de iure fis. cum aliis allegatis superius, & hoc uidetur sentire decis. 3. ut lite pen. in no.

Et ideo pro declaratione & corroboratione istius opin. & styli Rotę, est ante omnia præmittendum, ꝙ duplex est species interruptionis: una est naturalis, & alia ciuilis, ut declarat notab. Abb. in c. illud. in 2. col. de præsc. post Bar. & alios in l. naturaliter. ff. de usucap. naturalis interruptio est illa quę causatur ex defectu, seu nullitate alicuius, ex substantialibus requisitis ad pręscriptionem. Exempli gratia: ad pręscriptionẽ iuris cõis, regulariter reqrit titulus, & bona fides, ut hr̃ in c. possessor, de reg. iur. li. 6 & in c. fi. de p̃sc. cum uulg. Si ꝑ aliquem deregeretur præscribentem non habere bonam fidem, uel non habere titulum, talis præscriptio diceretur interrupta interruptione naturali, adeò ꝙ talis effectus interruptionis, introductus per unum durat postea quo ad omnes alios, donec superueniat bona fides, & incipiat possessor de nouo præscribere. ita no. Bar. & omnes in d. l. naturaliter, & Abb. in d. c. illud, in 2. col. Alia est interruptio ciuilis, q̃ causatur, non ex defectu aliquorũ substantialiũ p̃scriptionis, sed extrinsecus, puta per citationẽ, uel litis contestationẽ. Et talis interruptio, causata ꝑ unũ, nõ operaẽ, nisi quo ad interrũpẽtẽ tm̃, & nõ quo ad alios ut dñt iura & Doct. superius allegati. Istis p̃suppositis, uenio ad resolutionẽ q. & dico sic, ꝙ sicut in p̃scriptione iuris cõis, ꝓ substãtia & necessarius reqsitis p̃scriptiõis requi

requiritur regulariter titulus, & bona fides: ita in ista regula, pro substantiali forma istius possessionis triennalis introducta est, & requiritur pacifica possessio, quę magis attenditur in ista regula, quàm bona fides, ut dicam inseriùs q.42. Imo loco bonę fidei requisitę in aliis praescriptionibus de iure communi, regula ista expresse exigit pacificam possessionē, ut patet in text. Et in hoc differt praescriptio istius regulae, à praescriptione iuris communis: quia illa non ita requirit pro forma substantiali pacificam possessionē, quo ad interruptionem perpetuam, sicut regula ista. Hoc adparet euidenter ex iis, quae not. Abb. & Moder. in d.ca. illud. ubi uolunt, ꝙ de iure communi, per solam litis contestationem, non impeditur cursus praescriptionis, ex eo, quia per illam, licet quis molestetur in possessione, non tamē inducitur uera mala fides, sed pręsumpta, seu ficta, iuxta l. nemo. C. de acq. pos. quae non sufficit ad interrūpēdū pscriptionē. Nam possidens rem, & credēs firmiter eā esse suam, non mouetur firmiter ad credendum contrarium, ex eo ꝙ alius sibi intulit quaestionem, aliàs de facili daretur materia interrūpendi perpetuò cursum praescriptionis: sufficeret enim, ꝙ quis litē non contestaf, absq; eo ꝙ fidē faceret de aliquo iure suo, qđ esset absurdū. ita dicit Abb. in d.c. illud & ibi sequitur Fely & ante ipsum Paul. de Cast. in l. i. C. de fruct. & lit. expe. & ante oēs Bar. in l. illud. ff. de pet. haer. & reassumūt Mod. in tract. pręsc. in quarta parte 6. partis prin. q. 1. Ex quibus adparet, quòd in praescriptione de iure communi, non consideratur ad interrūpendam praescriptionem, quòd solùm qs molestetur per citat. uel litis contestationem. sed requiritur, quòd necessariò concludatur mala fides, per sententiam, uel aliter per probationes: quia tali casu īmpeditur bona fides, quae est unum ex substantialibus requisitis ad pręscriptionem, sed in regula ista est contrarium: quia in ea requiritur pacifica possessio, pro forma & requisito substantiali: adeo, ꝙ si illa interrumperetur, etiam sola citatione executa, regula ista nihil proficeret. Nam regula ista, ut dixi, non requirit bonam fidem, secundum interruptionem Rotae, ut infrà dicam in dicta quaestione: sed requirit pacificam possessionē pro forma substantiali. Quo stante, ubi aliquis citat pacificum possessorem, clarum est, quòd ex quo per illam citationem desinit esse pacificus, ut notat Paul. Card. & Imol. in clement. gratiae. de rescript. Et ꝑ cōsequens, per illam citationem extinguitur unum ex substantialib. requisitis in ista regula, uidelicet pacifica possessio, talis interruptio erit naturalis, secundū praesupposita superiùs. Quo casu īterruptio naturaliter facta ꝑ unum, durat quo ad omnes, quandiu durat effectus ex illa interruptione causatus, fm cōes doct. superiùs allegatas. Itaque talis possessor nō poterit, durante tali lite, siue interruptione, uti exceptione istius regulae contra aliquem. Et intelligendo isto modo regulam, stylus Rotę de plano procedit, & dicta decis. 10. ut lit. pē dē. rectè poterit defendi ab his, quae dixit Nicol. Milis auditor in uerbo, lite pend. & Gloss. in regu. 27. de subrogandis. Ex quibus etiam liquidò adparet, ea quae superiùs adducta fuerūt ꝑ cōtraria parte, nō obstare, cū loquanf in interruptiōe ciuili.

Et ex istis potest inferri, ad quaestionē quam in praedicta audientia proposuit R.D. Ioan. Paulus in Rota, in una Toletana Abbatiae S. Vincentii: de qua etiam superiùs quaes. praecedenti meminit, in alio tamen proposito. Quaestio igitur talis fuit. Episcopus Balneoregien. habebat prorogationem istius regulae ad annum: quidam etiam Frācíscus Sapata habebat etiam aliam prorogationem ad alium annum. Accidit, quòd dictus episcopus post triennalem possessionem completam, infra tempus tamen suae prorogationis regulae, datum sibi, & dicto Francisco Sapata, citauit Petrum de la Penya possessorē triennalem. Deinde labunt tempora prorogationis, & Franciscus Sapata agit contra dictum Petrum possessorem. Ille excipit de ista regula. Replicat Franciscus, regulae non esse locum, ex eo, quia non est pacificus possessor, propter citationē factam per Episcopum Balneoregien. Petrus possessor triplicat, & dicit citationē episcopi non iuuare, duplici ratione: qa tempore

tẽpore citationis iam ipse Petrus fuerat triennalis possessor pacificus. Et licet per prorogationem episcopi, tempus illud triennii prorogatum fuerit, & infra tempus prorogationis fuerit citatus, illa citatio seu interruptio possessionis facta per episcopum, debet tantùm episcopo prodesse, non autem Francisco negligenti, & tardè uenienti. Nam licet facta fuerit citatio per episcopum, infra tempus prorogationis regulæ, concessum d. Francisco: ex quo tamen Franciscus nihil egit infra tempus suum prorogatũ, neque ratam, aut gratam habuit litem motam per episcopum, qui infra tempus adhærere poterat: meritò nunc debet, tanquam negligens, exceptione regulæ repelli, postquã nihil agẽdo ꝑmisit labi tẽps ꝓrogationis.

Quæritur modò, nunquid ista regula obstet dicto Francisco, adeò quòd iuuari non possit ex citatione, siue interruptio ne facta per d. Episcopum? Quòd habeat locum regula in fauorem dicti Petri possessoris, contra Franciscum Sapata, faciũt duo motiua efficacia. Primum, est ex doctrina Bar. in l. si perlusorio. ff. de appel. post glo. in c. circa. in uer. adhærentes. de elect. lib. 6. dum uoluit tertium ueniẽtem pro interesse, posse uti appellatione ab alio interposita, si ea utatur intra tẽpus, infra quod posset appellare, si sententia fuisset lata contra eum. sequitur Floria. in l. 1. ff. de appel. & alii, ut dixi in proxima præceden. quæstione. Sed dictus Franciscus Sapata, infra tempus suæ prorogationis non est usus, nec ratam habuit litẽ motam per episcopum. Igitur diligentia illius, sibi non debet prodesse.

Secundò, quia quando interruptio facta fuit uigore priuilegii prorogationis, & sic iure speciali, tali casu illa interruptio solùm prodest interrumpẽti, & non alteri, etiam habenti causam annexam cũ appellante, etiam in casu, ubi alias de iure communi solet prodesse, ut est doctrina Bart. in l. si cui expressum. in 3. col. ff. de appellat. & facit ad hoc not. dictũ Bald. in l. petendæ. col. fi. C. de temp. in integ. restit. sequitur Fely. in c. si diligẽti. in 8. colum. uersic. secũdum corollarium. de for. compe. est gloss. notabilis in cap. penult. ff. de appellat. quam ibi Abb. & Imol. & omnes Moderni sequuntur: quæ uoluit, quòd in terminis illius tex. ideo appellatio unius, ex duobus correis, una sñia condemnatis, prodest alteri: quia appellatio fuit factam iure communi. Secus, si specia li. q̃a tali casu diligentia unius nõ prodest alteri. facit pro hac parte. l. Lucius. ff. de seruit. rust. prædio. & quod not. Ioan. Fab. in §. quodcunque. instit. de iure nat. Et ista interpretatio mitio admittenda est in fauorem possessoris, cuius beneficio regula ista introducta fuit, & etiam, ut litium sit finis, ad quarum extinctionem regula ista emanauit, ut patet in fine. Et talis interpretatio, per quã lites tollantur, conuenit reipub. ut in l. si quis ingenuũ. §. fin. ff. de cap. notat Bart. in l. ambitiosa. in 4. & 5. col. ff. de decre. ab ord. fac. & Fely. in rubr. de treu. & pa. in 3. col. cum concord. ut dixi in regula de annali. q. 2. Vnde quatenus prorogatio regulæ tendere in eius fauorem, extendenda esset: sed quatenus tendit in odium, debet restringi. Vnde meritò uoluit Bal. in l. si à te. C. de pact. inter. emp. & uen. quòd prorogatio termini in odiosis, non reputatur eadem eũ termino: secus in fauorabilibus, in quibus procedit l. sed si manente. ff. de precar.

Suadetur ista opinio ex alio motiuo, quia clarum est, quòd ex quo Petrus de la Penya compleuit triennium pacificè, episcopus per suam prorogationem potius uidetur obtinuisse licentiam agendi, quã licentiam excludebat regula, os unicuique claudens, quàm ꝙ papa uisus fuerit trienniũ regulæ ad quadriennium prorogate. Patet, quia prorogationes episcopi, & dicti Francisci, licet fuerint infra triennium concessæ: non tamen papa uoluit tẽpus prorogatum currere, nisi à fine triennii: quo casu non dicitur propriè prorogatio, sed quædam noua concessio, seu dilatio, ut dicit Bal. Fely. & alii Modern. in cap. de causis. de offi. deleg. Et per istam talem concessionẽ, nihil aliud inducitur, nisi ꝙ aperitur os episcopo, quod per regulam clausum erat. Vnde si egit, sibi debet prodesse, cùm sit priuilegium personale, non autem d. Francisco, qui non utẽdo

ex illo tex.no.ꝙ licet dilatio data uni,pos set alteri prodesse,illud est uerum, nisi al ter noluerit uti dilatione, renuntiando ꝓ batio.& allegationibus suis,quod factũ ui detur hic per d.Franc.Sapata, qui infra tẽ ꝑus prorogatũ nihil agendo tacitè uisus fuit rẽnuntiare defensionibus suis.Tenen do tamen contrariam partem,uidelicet ꝙ reg.ista obstet d. Frãc. ad prędicta motiua responderi potest. Primò, quia licet uerũ sit,ꝙ interruptio, siue appellatio facta ꝑ unum ex correis,iure speciali non potest aliis in casibus, in quibus de iure commu ni alias prodesset: hoc tamen habet locũ, quando illis,quibus prodesse posset, etiã iuuari possunt iure speciali. Ita notabili ter limitat,& declarat Bal.in l.unica.in 2. colum.C.si unus ex plurib. appellat. Et li cet contrarium teneat ibi Saly. nihil alle gans, tamen opinio. Bald. sequitur Be ned. de Perusio in dicto capitulo penult. de appellat. & ibi hoc tenet idem Bald. Pro qua opin.facit optimè text.allegat. ꝑ Bal.in l. præses.ff.de min. Et ista est com munis opi.ut probat Ang.Aret.in l.si qui expressim.§. quotiens,in 4.col.ff.de appe. Cùm igitur in casu præsenti,q.dictus Frã cis.Sapata habeat etiam specialem proro gationem istius regulæ,sicut d.episcopus ideo interruptio facta per episcopum ui gore suæ prorogationis specialis, prode rit dictum Francis. habenti etiam proro gationem. Et pro ista opinio. faciunt ea,quæ tradit Pet.de Anch. in clem. si ap pellationem,in fin. de app. ubi dicit in si mili,ꝙ si appellans non est prosecutus ap pellationem suam infra biennium, ita ꝙ propter eius negligentiam deserta fuit appellatio per lapsum fatalium, si appel latus,qui post dictum tẽpus fuit legitimè impeditus,potest agere,procedat ad ulte riora coram iudice appellans, qui iã fuit exclusus per lapsum fatalium, poterit ad mitti ad contradicendũ, excipiendum,& prosequendum ius suũ,ex persona appel lati,allegat tex.in l.petendæ. C.de temp. inintc.rest. Vbi exclusus a termino, ad mittitũ beneficio aduersarii: quod facere ex sua persona non posset,ad idem alleg. dictum Inn.in c. 1. de confirmatione utili uel inutili.inducendo,ut ibi per eum. Et de plano procedunt, quando dictus Fran ciscus sciuit interruptionem factam per episcopum infra tempus suæ prorogatio nis: quia tali casu sibi prodest, & si nihil ageret infra tempus suum prorogatum: quia uisus est confidere de diligentia, & remedio iuris procurato per episcopum. Secus uerò,si sciret diligentiam episcopi, post tp̄s elapsum suæ prorogationis:quia tali casu non prodesset sibi talis interru ptio,per ea quę dicit Bar.in l.si cui expres sum,in 3.col.ff.de appel. sequuntur com muniter Doct.in d.c pen. de appel. & ibi latius per Ang. de Castr. & in dubio igno rantia præsumitur,nisi probetur scientia, uulg.l.uerius, ff. de prob. qualiter autem probetur ignorantia, in alia quæstione dicetur.

Et pro ista parte facit,quia negari non potest, ꝙ prorogationes concessæ dicto episcopo,& Francis.id faciebant, ꝙ perin de illis suffragabantur, ac si infra trienniũ adhuc fuissent. Vnde trieniũ regu.uirtute ꝓrogationis,quo ad istos, effectũ est qua driennium. Et ideo, qua ratione citatio fa cta intra trieniũ ĩducit interruptionẽ pos sessionis, quo ad omnes pari modo cita tio facta in tẽpore prorogato inducit in terruptionem, quo ad omnes habentes prorogationem, cum in effectu illud quadriennium reputetur triennium, ex quo talis prorogatio fuit facta durante triennio.

Nec obstat, ꝙ in odiosis terminus pro rogatus non est idẽ cũ primo,iuxta dictũ Bal.in d.l.si a te.Quia hoc est uerũ, qñ ꝓ rogatio fit a partib.secus, si a principe, q posset in totũ reg.derogare: quo casu ter minus ꝓrogatus nõ dicit nouus,per ea q̃ dicit Are.in l.si filius a patre.§.i.in 3.not. ff.de lib.& posth.q dicit ꝙ actus alteratus ꝑ superiorẽ, siue facto hoĩs ẽt in odiosis nõ facit nouum hoĩem.Et hoc manifesta rõne ꝓbat,qa cõstat ꝑ citationẽ factã in tp̄e ꝓrogato, quẽ desinere esse pacificũ possessoĩẽ.Sed interruptio pacificę posses sionis est naturalis,& illa ꝓdest oĩb.ergo ꝓderit d. Frãc.Et ita ꝑ ista motiua, ꝓ & cõtra,die 16.Martii 1538.in d.causa Tole tana,coiã eodẽ,dñi mei coauditores se di uiserũt,&uota fuerũt paria:qa 4 tenuerũt primum

primam opinionem,& alii quatuor secun dam. Cum prima tamen opinione incli nabat R. D. Io. Paul.qui proponebat cau sam: itaque fuerunt quinque pro illa opi nione. Sed quia ex stylo non solent com muniter numerari uota proponentium, neque etiam ipsi solent consilium, nisi ra rò, proferre: ideo causa mansit in isto pun cto dubia, super qua interim erit cogitan dum, donec Rota aliter determinet.

QVAESTIO XXIII.

QVęro, si habens prorogationem istius regulę ad annum, cui non competit efficax ius contra triennalem possessorē, cedat ius suum in alium habētem melius ius, qui tamen exclusus erat per regulam: utrum possit iste resignatarius, etiam sub rogatus ad statum, in quo erat cedens, uti beneficio prorogationis cedentis, ut pos sit agere contra triennalem possessorem, a quo primus fuerat exclusus?

SOLVTIO. Ista quęstio uentilatur modò, de mense Ianuario 1539. in Rota, in eadē causa Toletana Abbatię, de qua in proxima superiori quæstione memini, coram eodem R.D.Io.Paulo. Nam pręsup ponitur in facto, quòd dicta Abbatia fue rit per triennium pacificè possessa per Petrum de la Penya. Adquam Abbatiā competebat ius duobus, uidelicet, domi no episcopo Solis, & cuidam Petro Co que. Sed ius Petri Coque erat melius iure episcopi. Petrus tamen non poterat suo bono iure experiri, propter lapsum trien nalis possessionis Petri de la Penya, a quo fuerat exclusus. Episcopus uerò, licet bo num ius non foueret, sicut Petrus: poterat tamen agere contra dictum triennalem possessorem, uigore prorogationis, quam obtinuerat ad regulam istam. Modò acci dit, ꝙ dictus episcopus cessit omni iuri si bi competenti in Petrum Coque, habentē ius bonum, sed elidibile exceptione istius reg. Modò uult uti prorogatione episcopi ad effectum agendi contra possessorem. Dubitatur nunquid possit? Pro parte affir matiua, uidetur prima facie dicendum, ꝙ sic: quia qua ratione episcopus uti posset iure Petri Coque, si sibi cederetur contra triennalem possessorem, uigore suæ pro rogationis, dato ꝙ Petrus contra posses sorem agere nō posset, eadem ratione & Petrus uti poterit facultate agendi episco po cōpetenti: cum correlatiuorum eadē sit ratio.l.si.ff.de accepril.cum similib. Prę serrim, quia cum Petrus Coque sit in iure episcopi, & in eo statu, in quo episcopus subrogatus erat: debet in omnibus naturā illius sumere, iuxta uulg.c.ecclesia, ut lite pend.cum simil. Accedit, quia cum per re nuntiationem consolidatum sit ius epi scopi cū illo iure Petri, & effectum sit unū ius indiuiduum, uictus alterius iuris trans fundi debet cum qualitatibus suis in aliū iuxta tradita per Mod.in c.r. in 4. col. de præsc.cū materia l.si cōem.ff.quemadmo dum ser.amit.& in c.per tuas, de arb. & c. sacris, de sepul. facit l. Stichum.§.additio. ff.de solut.& l.Vranius.ff.de fideius. Bar. in l.si is qui pro emptore.in 6.q.principa li.& ibi Mod.col.89.ff.de usuc. Ex quo fa cile fiet, ꝙ illud, quòd quis ex persona sua cōsequi non poterit, ex alterius ꝑsona cō sequatur, iuxta tex.in c.autoritate, de conc. præb.li.6.& l.2.§.fin.de hær.uel act.uend. & ea q̄ notat late Mod.post Bal. in l.si qs ex argentariis, §.1.ff.de ede. Et quia in du bio causa, quæ prodest, debet attendi, quā do est magis potens, & non illa quæ no cet, ut tradit Fel.in c.fi. de excep.

Istis tamen non obstantibus contrariū tenuit Rota 15.eiusdem mensis Ian.1539. istis rationib. Primo, quia prorogatio est beneficium personale, acquisitum proui dentia dicti episcopi. Ea igitur quæ meri to personę a principe impetrātur, in aliū nō transferuntur, l.1.§.si quis autem, ff.de sue.edi. facit tex.in §.sed & quod principi ibi: nam quod ob meritum indulsit ali cui, &c.inst.de iur.nat.ex quo text. & aliis superius in 14.& 20.q.allegatis, limitatur illa uulgaris regula, ꝙ subrogatus sapiat naturam subrogati, ut uidelicet non ha beat locum respectu qualitatis adhęren tis personę, ut limitat Alex. in cons. 107. col.3.li.3.ut dixi in d.q.

Sic etiam dicimus, ꝙ prorogatio facta in una persona, non transfertur ad aliam, ut expsse tenent nouissimi in l.si subiiciāt in 2.col.ff.de iud.arg.l.si ita stipulatus. §.

Chry

Chrysogonus.ff.de uerb.obl.& in l si cùm Hermes.C.locat.Et secũdũ ista iustificatur dictũ Bal.in l.2.col.1. uersic. sed pone pa pa.C.de ædil.action.Vbi uoluit,ꝙ si papa cōcessit uni,ꝙ possit emere aliquã rẽ,quę alienari nõ poterat,ille non poterit alteri cõcedere illã facultatẽ, q̃a est personalis, & etiã depẽdet à principe:& si cõcessserit, res reuertitur ad primã naturã, ut uideli cet alienari amplius nõ possit.fac. ea quæ Bal.scribit in l.cũ multa.uers.ex iis cõclu de.C.de bo.quæ lib. Ita in proposito ui detur dicendum. Nã ista facultas agendi uigore prorogationis, cõcessa fuit à prin cipe episcopo, per prorogationẽ: cũ aliàs episcopus experiri nõ posset lapso trien nio.reg.Quod igitur ĩtuitu ꝑsonæ suæ cõ cessum est,in aliũ nõ transit,nisi princeps denuo cõcedat.Sicut uidemus,ꝙ licet hę res cõueniri possit,ubi defunctus poterat. hæres absens.ff.de iud. ubi tamẽ diuersa qualitas fuit in defuncto,quã in hærede, illa qualitas in hæredẽ nõ trãsit:licet eadẽ persona reputetur, ut no. Abb. in c. quia gu.col.ul.de iud. & ibi communiter Doc. dicunt,ꝙ si clericus succedat laico, licet laicus ubique conueniri poterat: non tamẽ hoc transibit in hęredem clericum, ut ibi latè per eos.

QVAESTIO XXIIII.

QVæro, an si resignans post resignatio nẽ perfectã ex causa ꝑmutationis. per trienniũ pacificè in possessione manse rit,exceptione istius regulæ, aduersus ter tium impetrantem,tueri se possit?

SOLVTIO. Hæc quęstio bis uel ter proposita fuit in Rota,ꝑ R.P. D. Petrum, Vortiũ, episcopũ Aquẽ.in quadã causa Virdunẽ.canonicatus,& præbẽdæ. In qua post uarias informationes Domini tãdẽ 22.Iunii 1536.inclinarũt in partẽ negati uam,uidelicet,resignantem possessorem triennalẽ tueri se nõ possso regula ista. Et quamuis Domini omnes ita se sense rint:uoluerũt tamẽ melius deliberare, ꝓ pter grauitatem quęstionis quotidie con tingentis.Mihi tamẽ ista opinio multùm placet,quę in primis uiua ratione & auto ritate iuris comprobari potest.Nam notũ est apud omnes,regulam istam non tueri merum detentatorem sine titulo, saltem colorato. Et in hoc differt à regula de an nali,quæ merum intrusum defendit sine titulo.Sed sic est,quòd renuntians. etiam ex causa permutationis,perdit titulum & possessionem, & manet in mera detentio ne beneficii,ut dicit decis.1.de rerum per mut.in nouis.& 16.eod.titul.in antiquis. Ergo licet posteà possideat per triennium tamen manet nudus detentator, & sic nõ debet defendi regula.

Et quòd talis renuntians ex causa per mutationis remaneat omnino post renũ tiationem sine titulo, adparet manifestè: quia si permutatio nõ haberet effectum, renuntians nõ posset redire propria auto ritate ad suum beneficium sine noua col latione superius, quia aliàs diceretur in trusus,ut ibi dicitur. Et tenent communi ter Doct.in cap.eũ uenerabilis. de excep. ubi Moder.attestantur istã esse communẽ opinionem. quam latè defendit Barth. So cin.in consi.148.incip.in primis. Et reas sumit D.Petr.olim insignis Rotæ auditor in repet.c.1.in 15.col.de rerum per.lib.6. Et sunt de hoc penè infinitæ decisiones Rotæ sub titulo de rer.permut. in nouis, in antiquis,& in antiquiorib. Hinc est,ꝙ si talis renuntians ex causa permutatio nis,etiam ui expoliaretur,non posset age re interdicto unde ui, nec condictione ex cano.reiteranda.ut dicit decis.2.de rerum permu.ĩ nouis.& decis.8.eod.tit.in antiq. Sequitur Nicol.Mili in uerbo, permutio. cum aliis concord.quos idẽ Petrus Andr. scribit in d.c.1.in 16.col.quæ omnia ista in ratione fundantur,quia ex quo permu tans per renuntiationem suam perdidit titulum & possessionem,non potuit bene ficium sine canonica institutione, & sic sine titulo possidere. Et propterea expo liatus carens titulo,nõ debet restitui iux ta communem & triuialem consuetudi nem Rotæ, fundatam in dicto Inno.in c. in literis.de rest i t.spol.Et est decis.Rotæ 20.de restit.spol.in antiquis. Nam opor tet etiam spoliatum probare possessionẽ se habuisse ab illo,qui autoritatem habet instituendi:ut latè probat decis.5.eo.ti.in antiquis.Et hac de causa uidemus, quòd possidens triennio beneficium prius alte ri unitum, non iuuatur exceptione istius

reg. quia caret titulo, ꝙ ꝑ unionem extinctum fuerat, & per consequens, neque possideri poterat, quod iam non erat in rerum natura, sed erat confusum cum alio beneficio, ut superiùs in 8. q. latiùs dixi. Ita hic dicendum uidetur.

Nec obstat, ꝙ expectatiua reuocata dat colorem tituli, ad effectum, ut spoliatus possit restitui, ut sæpius tenuit meo tēpore Rota, & dicam in alia quæst. Ergo pari modo debet dare colorem titulus primus resignantis, licet ille fuerit ꝑ renuntiationem extinctus. Quia uidetur, ꝙ termini sunt dispares. Nam ꝙ expectatiua reuocata dat coloratum titulum; est in odium spoliantium, contra quos omnia iura clamant, & multa specialia in eorum odium sunt inducta: econtrà leges omnes oppressis subueniunt c. cū uniuersorum. de rer. perm. & hac de causa multùm spoliatis fauent, quæ ratio cessat in casu nostro, ex quo regula ista est odiosa, & aliquādo exclusiua boni, seu melioris iuris ipsius impetrantis. Et ideo odia restringi debent in casu suo, & fauores ampliari, ut dicit regula iuris in c. odia. Vel secundò potest responderi, ꝙ ideo in casu nostro titulus primus beneficii resignati nō est sufficiēs, quia illo se uoluntariè, & sponte priuauit resignans, quod cessat in expectatiua reuocata, quæ multoties ignorantibus expectantibus, & inuitis reuocantur, sicut in simili uidemus, ꝙ licet nuda detentio defendat detentorem, quo ad regulam de annali: ubi tamen quis uoluntariè à principio consensit priuationi beneficii, puta ob non solutionem pensionis, regula illa non tuetur illum detentorem, ut ibi, quia uolenti & à principio consentiē ti non fit iniuria.

Nec obstat, quòd per lapsum triennii præsumitur retrocessio, ut aliàs dicitur in alleg. Lapi. 89. quia respondetur hoc non esse uerum, nisi in successore: non autem in ipso resignante, qui non potest allegare retrocessionem, ex quo est certus de facto suo, & debet eam producere. Quæ ratio non militat in successore allegante retrocessionem sui prædecessoris possessoris triennal. & ita loquitur & intelligitur per Rotam allegatio Lapi.

Et præsupposito, quòd lapsus triennii in ipso resignante præsumeret retrocessionem, adhuc illa præsumptio non induceret titulum sufficientem ad regulam, duplici ratione. Prima, quia regula requirit quòd quis possideat beneficium pacificè per triennium cum titulo saltem colorato, ita quòd titulus debet præcedere possessionem triennalem, ut quis dicatur per triennium cum titulo colorato possedisse: quia aliàs solum & nudum triennium non producit titulum. Quo ad hoc igitur ut regula ista possessorem iuuet, requiritur quòd titulus possessionem præcedat tanquam fundamentum, non autem ꝙ sequatur: quia tali modo possessio præcedens sine titulo continuata, tanquam mera detentio, possidentem non iuuaret ad effectum istius regulæ. Requiritur igitur ꝙ titulus præcedat tanquam necessarium antecedens, ut cum eo possessio triennalis continuetur. aliàs sequeretur inconueniens, quòd idem triennium induceret duo specialia, vȝ, ꝓductionē tituli, & exceptionē regulę, quod regulariter prohibetur, iuxta uulg. l. 1. C. de dot. promiss. & est contra longæuam Rotæ interpretationem cum uerbis regulæ concordātē. Et licet Rota teneat sufficere ad effectum istius reg. tit. præsumptum, intelligitur de tit. resultāte ex possessione præambula x. annor. Nam si aliquis sine aliquo titulo uisibili possideret beneficium per decem annos, acquirit præsumptum titulū, iuxta not. in cap. illud. de præscript. tradit Pet. de Anc. in cons. 117. & Lap. alle. 89. Cum quo quidem præsumpto titulo si quis postea per triēnium possideret pacificè, acquiri priuilegium regulæ, sicut si haberet titulum realem & uisibilem, ut latiùs dicam inferiùs in alia quæst. ubi erit hoc principaliter tractandum. Patet igitur ex prædictis, quòd ista sola possessio triennalis non est habilis ad producendum titulum habilem, ad effectum, ut acquiratur exceptio istius regulæ.

Nec obstat etiam, quòd execrabilis, q̄ habet titulum infectum a iure, tuetur ista regula, ut est dictum superiùs q. 10. quia hoc ideo est, quia execrabilis retinet ex uoluntate sua suum pristinum titulum,

quo

quo nunquam se sponte priuauit sicut re nuntians. Vnde licet titulus sit nullus, reti net adhuc colorem, donec declaretur nul lus, iuxta dispositionem c. cum secundum de hæret. lib. 6. Hinc est, ꝙ execrabilis non debet interim possessione sua priuari, qa bene possidet, ut patet in cap. licet episco scopus. de præb. lib. 6. Vbi tamẽ per sentẽ tiã declaratus esset, tunc quia execrabili tas transiret in notorium, & tunc de mera illius occupatione adpareret, tali casu exe crabilis non tueri ista reg. Et idem qñ exe crabilis renuntiaret, & post renuntiationẽ maneret in possessione, quia ista reg. eum non iuuaret, ut dictum est in dicta quęstio ne 10. tunc. n. termini essent pares. Vbi tñ prædicta cessant procedit decisio facta in dicta q. 10. Ex quibus omnib. habes clarè dilucidatam hanc quæstionem.

Sed circa præmissa considerandum est, quia prædictis obstat decis. 1. de renunt. in no. ubi probatur, ꝙ renuntians manens in detentatione si expolietur, debet restitui: ergo manifestè adparet, ꝙ retinet titulũ coloratum. quia si dictum titulum non ha beret, non restitueretur, quia secũdum sty lum Rotæ fundatum in dicto Inn. in ca. li teris. de resti. & spol. & in pluribus aliis de cisionib. nemo spoliatus in beneficialib. sine titulo colorato restituitur. si igitur re stitutio tali detentori, etiam nondum an nali conceditur: à fortiori triennali tribui debet.

Et retenta prima opinio. limitatur illã procedere. quãdo possessor triennalis aliũ titulum non habet, quàm illum, quem re nũtiauit. Secus uerò, si deinde post annum per resignatarium in fauorem, cuius cesse rat in eundẽ resignantem realiter, & cum effectu retrocessio facta fuisset. Nam si cũ dicto retrocessionis titulo possessionẽ triẽ nalem continuasset & compleuisset, dato etiam ꝙ in dicta retrocessione de fructib. in antea malè perceptis mentionem non fecisset, nihilominus talis possessor exce ceptione regulæ iuuaretur. Nam retrocef sio non faciens mentionem de fructibus malè perceptis, fit nulla, & talis impetrans uidetur reddi inhabilis, quo ad illud bene ficium obtinendum, iuxta latè tradita per Felyn. in cap. postulasti. in pen. & fi. col. & in c. in nostra. in 2. corrol de rescript. nihi lominus talis inhabilitas donec sit ꝑsen tentiam decreta, & declarata, non præstat impedimentum quo ad istam regulam, si cut de execrabili, & non promoto, supe rius in 10. quæst. diximus. Nam etiam illi indebitè capiunt fructus, & redduntur in habiles ab beneficia, ut patet in extrauag. execrabilis. & nõ defenduntur exceptione istius reg. ut ibi latis. dictũ fuit, qa reg. ista duos tantum casus inhabilitatis excipit, er go in aliis remanebat firma: præsertim qa in casu nostro titulus retrocessionis est co loratus, quia est datus ab illo, qui dare po tuit, iuxta vulgatas doctrinas Doct. in c. cũ nostris. de conces. præb. Et ita hodie. 7. Ia nuari. 1540. cõclusum fuit in Rota, in ista eadem Virdunens. canonicatus, coram R. D. Ioan. Paulo.

QVAESTIO XXV.

QVæro, an exceptio istius regulę, quæ competebat possessori, possit oppo ni per eundem post amissam possessionẽ per tres sentẽtias cum executorialib. in iu dicio restitutionis in integrum, cum clau sula, constito de bono iure?

SOLVTIO. Hodie. 25. Iunii. 1537. ꝓ posuit hoc dubium R. D. Ioann. Mohcda nus in vna causa Leodien. Præpositurae, & maior pars inclinabat, ꝙ non, ex eo quia prout alias fuerat conclusum, per Domi nos in vna Caurien. portionis, quam de anno 1519. proposuit. do. Guliel. Cassiodo rus, ut ipse idem meminit in suis collecta. Regula ista est personalis, adeò ꝙ inhæ ret tantum ossibus possessorum, nec eius priuilegium alteri, quàm possessori conce ditur, ut indicant uerba regulę, ibi, Necnõ impetrationes quaslibet de beneficiis sic possessis. & iterũ ibi, Pacificè possederint. Igitur alii quàm possessores de ea oppone re non possunt: quia qualitas adiecta uer ba, debet adesse tempore uerbi. l. ex facto. cum vulg. ff. de vulg. & pupil. & l. Titius. vbi Bar. ff. de testame. mil. Beneficium. n. datũ personæ, non egreditur personã. l. qa tale. ff. solu. matrim. c. priuilegium. de reg. iur. lib. 6. & ꝙ ius excipiendi personale, ꝑ sonam non transgrediatur, est doctrina

Bar.in l.si tertius.§.si prius.col. fin.ff. de aqua plu.arc.Et ita etiam adnotauit R. P. D.Iacob.Simonetta tunc auditor, & postea cardinalis bene meritus, in quibusdã suis memorialibus Rotæ.Et ista a fortiori militant in casu nostro, quia est quid imputandum isti reo modò restitutionẽ impetranti:quare tempore primæ sententię quando ipse possidebat,non opposuit exceptionem regulæ. ex quo igitur postea possessionem amisit, sibi imputet. neque obstat, ꝙ illud ius exceptionis amissum uidetur reintegrari beneficio restitutionis in integrum, quia dicebatur non esse uerum,sed solum restituitur ad limen iustitiæ,ut audiatur constito de bono iure, & illud ius de quo docere debet,intelligitur de iure,quod uiuit & existit de præsenti, quod in prima instantia non fuerat consideratum,nec deductum,non autem de iure amisso in actis deducto, quod euanuit, & nullum est, quia illud non restituitur, propter rationem tex. in c. quamuis, de rescr.lib.6.

Crederem tamen, salua regula de non tollendo iure quæsito, ꝙ si papa restitueret etiam ad ius amissum,ꝙ licet illud ius competens uigore istius reg. sit quædam exceptio:tamen in eo uerificatur illa clausula,Constito de bono iure,quia ius competens per exceptionem dicitur bonum, ut declarat And.Sicul.in c.Ioannes,in 13. col.de test.& Dec.in cons.102.in 1.col.ut dixi in §.omnium. inst. de act. uide tamẽ quod superius q.11.& 13.dixi.

QVAESTIO XXVI.

QVæro,quia ista reg. requirit titulum, ut patet ex illis uerbis, ex apostolica uel ordinaria collatione,&c. an intelligatur de uero,& ualido, an uerò sufficiat titulus coloratus, uel præsumptus?

SOLVTIO. Prima facie ex uerbis regulæ potius colligitur,ꝙ hic uerus & ualidus titulus requiratur, quàm uel coloratus, uel præsumptus. Quia uerba regulæ in dubio debent intelligi uerè,& propriè,non autem fictè, hoc dicit Bartolus in lege prima, §. hoc interdictũ,ff.de fonte.ubi interdictũ de fonte,in dubio intelligitur de uero & naturali,non autem de ficto. Ex quo ibi Bart. infert, ꝙ statutum prohibens mulieribus portare perlas,ꝙ intelligatur de ueris non de fictis. Sic & edictum de arboribus concidendis, intelligitur de ueris & uiuis, non autem de siccis & mortuis,l.3.ff.de arb.fur.cæs.quibus accedit,quod Modern.tradunt in auth. sed nouo iure.C.de ser.fug.de illo, cui ꝑpter maleficium debet abscindi manus. Nam debet intelligi de uera, non autem de arida,quia arida manus,non est manus,sicut homo mortuus nõ est homo,sed cadauer, & plura his similia Docto.cõmuniter scribunt in l.4 §.condemnatum. ff.de re iud. quæ consultò omitto.

Quibus non obstantibus contraria opi. est uerior de iure & stylo. Et in primis, ꝙ regula nõ requirat omnino titulum uerũ, & ualidum, sed titulum coloratum, uel præsumptum,adparet ex decreto concilii Basil.à quo secundum communem opin. habuit originem ista regula,in quo concilio expresse dicitur,ꝙ sufficit,ꝙ possessor triennalis habeat titulum coloratum. Ergo regula ista indistinctè loquens, debet capere interpretationem a matrice, & a fonte.l.in testã.ff.de cond.&dem.& in authen.si quis in aliquo. C.de eden.cum ibi not.Bald.in lege fin. C. de fid. instrum. & Bar.in l.si librarius,ff.de reg.iur.Et hoc in ratione fundatur,quia si possessor triennalis haberet omnino titulum bonum & ualidum, nihil sibi prodesset priuilegium istius regulæ,cum per titulum suum ualidum & uerum consultũ sibi fuisset contra omnes sibi litem mouentes.Vt igitur triẽnalis possessio locũ habeat,&aliquid operetur,est dicendum reg. contentari de solo titulo colorato,qui licet ex alio capite quàm ex defectu ꝑtãtis conferentis sit inualidus,illa infirmitas sanatur,& adiuuatur per triennalẽ possessionem, quæ sufficit ad producendũ exceptionem,& defendendum triennalem possessorem durante eius uita.postea capiet beneficiũ, qui meliorem & ualidiorẽ tit.habebit: sufficit.n. ꝙ interim possessor cum tit. colorato nõ possit molestari,& ita seruat quotidie Rota,sine aliqua dubitatione. Quis autem sit titulus coloratus, inferius dicemus in aliis quæstio. Sed quod dictum est de

de titulo colorato,idē uoluit Rota habere locum in præsumpto,ut est in illo,qui possedit beneficium per decem annos. Nam licet nullum habeat titulum, ius tamen per lapsum 10. annorum præsumit titulum,ut patet in l.si filius.C.de pet.hæred. & in c.peruenit.de emp. & uend. Et not.Per.de Anchar.consi.117.tradunt omnes in c.illud.de præsumpt. cum similib. de quibus per Moder. in tract. de elect. quæst.15 & alios Mod.in trac.præsc.in 1. par.3.partis.quæst.10.post Alexand.in cō sil.9.lib.3.& Decium consil.152.& consil. 36.colum. 3. cum sexcentis concor. quæ Alexand. & alii congerunt in l. 1. C. qui admit.& in l.si certis annis. C. de pact. Et iste titulus præsumptus sufficit ad effectū istius regulæ,ut iudicauit Rota in una Bononien.coram d. Paulo Calo Capisucco de mense Martio 1519.ut refert dominus Gulielmus hic.

Sed aduertendum est, quòd. d. Guliel. hic non declarat, an solū decenniū quod inducit titulum præsumptum, inducat etiam priuilegium regulæ?quod uidebatur dicendum, ex eo, quia sub decennio triennium quoque continetur, sicut in maiori summa inest minor. Itaque decennio possidens beneficium sine titulo, posset defendi regula ex titulo presumpto resultanti ex illa decennali possessione. Tamen contrarium est uerum : quia solum decennium non operatur & titulum , & priuilegium regulæ, ne concurrant duo specialia circa idē,cōtra.l. primā cū uulg. C.de dotis promis. & quia regula ista requirit titulū præambulū, q̄ creari nō potest,nisi finito decēnio, quo habito intrat dubium decisionis, uidelicet, an ille titulus præsumptus sufficiat ad triennalem regulā:&,ut dixi,Rota cōclusit, ꝙ sic.Itaque si post possessionē decēnalē .i. post assecutū titulū presumptū,aliquis posteà cū illo titulū præsumpto ꝑ alios tres annos pacificè possideat ꝓculdubio regula ista defendet : q̄a ille titulus præsumptus æquipollet uero titulo,vel saltē colorato, presertim ad exceptionē ꝓducēdā,prout hic.Neq; mirū, ꝙ in hoc ista regula extē datur:q̄a cū sit inducta in fauorē reorum possessorū,latè debuit interpretari, arg.l. Arrianus.ff.de act & oblig.c.odia.de reg. iur.lib.6.alias rationes scribit d Guliel in d.loco,quas nō trāscribo,cū eius recollectæ iā habeanē in formis,vbi uideri potest.

Aduertēdū tamē est ad unū aliud, ꝓ intelligētia materiæ , uidelicet, q̄a uidetur dicēdū, ad præsumēdum titulū præsumptum,sufficere triēnalle possessionē.Nā illud,qđ olim decennalis possessio inducebat,ut uidelicet possessor nō posset molestari,inducit hodie regula ista, quæ attenta breui hominum uita , idē operari debet,sicut de alleg.Lapi.89.quæ de decennio loquitur,uidemus hodie seruari: quā Rota,propter eandē rationē, ad trienniū reducit,ut d.Gulielmus in quadā decisione refert.Nec mirū: q̄a triennium dicitur longū tēpus,ut probat text.in cap.plerunque.& ibi Andr.Sicul.num. 5. de rescrip. Hinc est,ꝙ gl. in l.usuræ. C.de usuris.illa uerba sacræ scripturæ,ꝑ tps, & tēpora,exponit ꝓ triennio . Et quòd triennium sit longum tempus,tenet Felyn.in cap.licet Heli.de simon. Ergo idem operari debet triennium, quo ad producendū tit. præsumptum,quod operatur decennium,ut etiam tenet expressè Franciscus de Ripa in repe. ca. sępe. de restit. spoliato. in 2. col.uer.octauum commodum . & Glossator hic in 5.col.latiùs conatur hoc probare.Et hoc uidetur sentire Ioan.de Ana.in dicto cap.licet Heli. de simo. inquantum uult,quòd sicut possidens ꝑ decē annos, saltē debet ꝑ iuramentū ꝓbare titulū prę sumptum : ita & possidens per trienniū. Ex quo datur intelligi, quòd ex triennio præsumitur etiam titulus . Ex hoc etiam uidetur sentire Imol. in cap. 2. de in integ.restit. ubi uult , quod ex possessione non momētanea præsumatur titulus . Et hoc ulterius suadetur : q̄a ratio quare decennium inducit titulum præsumptum, est tolerantia ordinarii,ut dicit Pet.de Anch.in consil.117.Sed ista ratio militat in triennio . Ergo illud etiam præsumptum titulum inducere debet . Pro quo facit text.cap.1.§.si quis de manso.si de feud. inuesti.controuer.fuer.

Sed breuiter prędictis nō obstantibus, contrarium tenendū est,uidelicet , quòd ex possessione triennali,sicuti ex decenna

li, præsumptus titulus non inducatur. Et ideo pro claro intellectu prædictorũ cõsiderandum est: quia, ut sæpe diximus, & hoc clarissimum est quòd regu. ista omnino aliquem titulum requirit, ut patet in ea, ibi, Ex apostolica, uel ordinaria collatione, &c. ita quòd sola, & nuda possessio, sine aliquo titulo præambulo, saltem colorato, nõ sufficeret, ut patet in ea. Et ille titulus ante incœptum triennium requiritur: & licet titulus bonus non fuerit, nihil interest, dũ modo ab eo datus fuerit, qui bonum titulum dare potuit. Nam regula ista requirit, non solũ habilitatẽ personæ recipientis titulum, ut quia non sit merè laicus, uel Iudæus, aut fœmina simplex: sed etiam ex parte personæ cõferentis titulum habilitatem requirit. Licet igitur titulus quacunq; alia ratione, inualidus fuerit, dummodo emanauerit ab eo, qui dare potuit, sufficit ad regulã istã, ut inferiùs in alia quæstione dicemus. Vbi ergo unà cum possess. triennali, dictus tit. nõ concurrit, possessor censetur intrusus, & reg. talem possessorẽ non defendit. Et in hoc ista reg. differt a reg. de annali, q̃ talẽ intrusum sine aliquo titulo iuuat: & ideo illa regula sola detentione contenta est, secundum interpretationem Rotæ, ut ibi dixi. Concludo ergo, quòd ex sola possessione triennali titulus præsumptus nasci nõ potest, cũ ius nõ adsistat: adsistit tamẽ possessioni decennali, ex qua uoluit titulũ præsumptum oriri, ut in dictis iuribus superiùs allegatis. & rationẽ ponit Decius in cõsil. 121. in secũda colũ. post Bald. in l. siue possidetis. in 4. oppos. C. de ꝓbat. Qui quidẽ titulus est aptus, secuta possione triennali, ad producendum exceptionem istius regulæ.

Sed cõsidera ulterius, ꝙ ratio illa cõmunis, quæ dat ad ꝓducẽdũ titulũ præsumptũ ex possessione decẽ annorũ, de qua ꝑ Petrũ de Anch. in d. cõs. 117. quæ fundat in uisitatione episcopi, & præsumptione resultãte ex c. ordinarii. de offi. ord. lib. 6. nõ uidet generalis. Nã ex ea sequitur à cõtrario sensu, ꝙ episcopo nõ uisitãte, fortè propter aliquod legitimum impedimentum, uel belli, uel captiuitatis, uel etiã ex negligẽtia sua, ꝙ talis possessio decenalis non induceret præsumptum tit. quod est cõtra prędicta iura gñaliter loquentia.

Prætereà, si illa ratio esset uera, militaret etiã in possessore triẽnali, ꝑpter tolerãtiã episcopi, uisitantis, qui præsumitur uidisse subditorũ titulos, ut in d. c. ordinarii. & tamẽ cõtrarium dicunt Doct. in d. possessione triennali.

Et ideo pro resolutione istius q. considerandi sunt plures casus. Primus est in profanis, & in istis sola decennalis possessio cum patientia alterius præsumit titulum. Ita procedit text. in d. l. si filius. cũ aliis allegatis suis limitationib. & ampliationibus, quas latè ponunt Ias. & Moder. repetentes in l. 1. C. q admit. & Modern. in d. tract. præscript. cum similibus.

Secundus casus est in beneficialib. & in istis secundum communes conclusiones requirunt plura, quo ad hoc, ut decẽnalis possessio inducat titulum. Primò, requirit patientia superiorũ. Secundò, ꝙ illi soli ti fuissent beneficiatos sibi subditos uisitare, ut tenentur. Tertiò, ꝙ possessor iusti ficet suam possessionẽ saltẽ per iuramentũ. Istã conclusionem, quæ fuit Pet. de Anch. in c. 1. de reg. iur. lib. 6 sequitur Felyn. in d. c. illud. in 4. col. & in d. c. sicut. in 16. col. & latius in d. c. licet. in 4. & 5. colum. de simo. ubi ponit quinq; cõclusiones, cũ limitationibus suis. Et isto casu tãtũ operatur ista decẽnalis possessio ad repellẽdũ aduersarium, sicut regula ista ex titulo colorato. Meritò Domini uoluerunt, ꝙ talis possessio induceret titulum prǽsumptũ, declarando, ut suprà.

Tertius est casus, quãdo quis nõ possedit nisi per triennium: & tali casu requiritur, ꝙ possessor probet titulum bonum, uel coloratum, aliàs ex sola possessione triennali non elicitur aliquis titulus præsumptus: quia ius non assistit, imò regula ista resistit, quæ requirit titulum.

Est tamen differentia in hoc, quia in possessione triennali cum titulo non requiritur iuramentum, sicut in decennali, prout uolebat Ioan. de Auan. Ratio est, quia ubi est titulus, non requiritur alia fides, uel probatio eius: quia possessio triennalis cũ illo ti. sufficit ad excludẽdũ agentem

tem fine alio iuramento, & ita feruat Rota. Sed in decennali poffeffore, ex quo nō eft titulus, fed præfumptio tituli, nafcens ex tempore, requiritur faltem iuramentū, qñ petitur a uifitante, quod iufta ratione recufare, & fine fufpicione non poffet, ut bene in hoc aduertit Fel. in d.c. licet.

Alia enim eft differentia inter poffeffo rem triennalem & decennalem, ratione iftius regulę: quia contra decennalem poteft probari contrarium, uidelicet, ꝙ nullum titulum habet, ut notant omnes præfati Doct. in d. locis, rationem ponentes, de qua ibi per eos. Item poteft probari de anteriori titulo ante decennium competē tem. In triennali uerò idem effet dicendū in puncto iuris, ut Abb. & alii tradunt in d.c. licet. Sed fecundum ftylum hodiernū Rotæ contra triennalem non admittitur probatio anterioris tituli in contrarium: quia femper præfumuntur remedia, per quæ triennalis poffeffio defendatur, ut in caufa Conch. Præftimoniorum coram me & deinde corā R. D. Marco Antonio fuit iudicatum, & in aliis plurib. caufis, ponderando uerba, Nequeant moleftari quæ inducunt perpetuum filentium, ut inferius in alia q. dicetur. Eft bene uerum, ꝙ fi in aliquo loco regiftraretur tituli, fortè poffet probari contrarium per oftenfionem librorum, ut dicit Felyn. in d.c. illud. & c. ficut. in 16. col. & ut in fimili dicit Bal. in l. 2. C. de error. aduoc. de probatione fentē tiæ, quando nō reperitur in libro, ubi fcribi folent, & tradunt Paul. de Caft. & Mod. in l. in illa. ff. de uerb. obl. Iaf. in l. fi. §. licentia. C. de iure delib. & Fel. in c. 1. de fide inftrum. cum conc. de quib. per Mod. rep. in auth. habita. C. ne filius pro patre. Sed tē pore meo nunquam uidi probari contrarium. Imò, quod fortius eft, licet fecundum communem opinionem regula ifta non defendat poffefforem, nifi tantum in poffefforio, quia non dat titulum, ut dicit Gloffator hic, & Fely. in d.c. ficut, tamen ut ex ufu uidemus, hodie poffeffores triennales defenduntur in utroque: quia nullus contra triennalem audiretur in petitorio circa ualiditatem tituli. Nam licet libri regiftrorum oftenderentur, in quib. tituli regiftrari folent: nihilominus femper præfumeretur titulus alius, per quem triennalis, defenderetur. Sed hoc non pono pro conftanti, licet quoad alleg. Lapi 89. de titulo prædecefforis foleat hoc teneri, ut fæpe uidi, præfertim in dicta caufa Conchen. & in plurib. aliis. Et nouiffime in una nullius Abbatiæ coram Reuerendiffimo D. Paolo de hoc menfe Decē bri 1539. Tutius igitur eft, quo ad exceptionem iftius regulæ, ꝙ iuftificetur titulus, quo iuftificato pofsumus hodie intrepide tenere regulam iftam, pofsefsores in petitorio, & pofsefsorio tueri nifi in fpolio, ut fupra diximus in 11. q. & quod dictum eft de petitorio, pofset reftringi ad facultatem agendi ipfius triennalis, & nō alterius, & ita pofsunt ꝑdicta concordari.

Redeundo igitur ad principalem q. ftat ex præmiffis conclufio, quòd regula ifta non folum pofsefsori cum titulo colorato, fed etiam cum præfumpto tribuit exceptionem.

Eft tamen fuper hoc ulterius aduertendum, ꝙ ifte pręfumptus titulus ita demū defendit pofsefsorem, quando allegatur in fpecie, ut quia dico me habuifse beneficium ex collatione ordinarii, & pofsedi per decem annos. Nam tali cafu illa allegatio tituli in fpecie, propter curfum longi temporis facit præfumere illum titulū interuenifse præfumptione iuris, licet in ueritate non interuenerit. Nec teneo illā aliter iuftificare, ficut diximus in alle. Lapi. Et in hoc fortior eft illa decennalis pofsefsio fola fine titulo, quam triennalis cum titulo colorato: quia contra illam non poteft concludi de alio titulo, cum femper poteft ad defendendum pofsefforem argui alius, & alius titulus præfumptus: & fic titulus inuifibilis, qui reprobari non pofset, ex oftenfione aliquorum librorū. Non fic in pofsefs. triennali, quę requirit certitudinē alicuius tituli uifibilis & palpabilis quo mediante poffideat: & ille titulus pōt conuinci falfus per oftenfionē librorū regiftri: ut dicebat Felyn. & Doct. in locis fup. allegatis, & ideo triennalis pofsefsor qñ conuenitur, oportet, ꝙ realiter producat in actis tit. quē allegat, fiue bonū, fiue coloratū. Alias fi nō ꝑducerer, reg. ifta nō tuereṫ pofsefsorē, q̃ extra

illum titulum, sola triennalis, & nuda possessio, non inducit aliquod adminiculum defensionis, nisi iuncta cum titulo: nisi, ut dixi, esset possessio decennalis, quæ præsumptionem tituli inducit, & coniuncta cum possessione triennali, operatur exceptionem regulæ. Itaque quo ad hoc, ut nullum habens titulum uerum, adiuuetur præsumpto, ad effectum istius regulæ, requiritur, quod possideat per tredecim annos pacifice: decem primi ad producendũ prædictum titulum præsumptum, & tres alii ad acquirẽdũ exceptionẽ istius reg. Et talis possessio triẽnalis, iuncta cũ possess. decennali præambula, dat spiritum uitæ illi possessioni decẽnali, ut aliquid operetur: quæ sola non esset apta producere titulũ aliquẽ de per se, ut dicit Bar. in l. cum de in rem uerso. ff. de usuc. sequitur Fel. in c. cum Bertoldus. in 12. & sequenti col. de re iud. & notabiliter probat Alex. in cons. 124. super primo, & in 1. & 2. columna libro 4.

Et ultra hoc requiritur unum aliud, ꝙ quando in iudicio per talem possessorem tredecim annorum, excipitur de ista regula: ꝙ probet se per decennium, ante triennium, ab ista regula requisitum, se posse disse, alias non sufficeret. Deinde facta probatione dicti temporis, ꝙ allegetur titulus: sicut dicimus de notorio, quod solũ de per se, non releuat ab onere probandi, nisi allegaretur, ex qua allegatione facile iudex instrui potest de notorio iam manifesto, ut in cle. appellanti. de appell. Sic est in decennali possessione, quæ in primis requirit probationem: deinde requiritur ꝙ ex ea allegetur in iudicio titulus, quem possessor non cogitur aliter probare, nec uisibiliter ostendere: quia ex possessione decem annorum probata resultat, & præsumitur titulus, qui cum possessione triẽnali pacifica, postea sequenti in iudicio probata, defendet possessorem, & in ista possess. tota illa allegatio Lapi fundatur.

Est igitur, ut breuiter cõcludamus, ista differentia, inter titulum præsumptum, resultans ex dicta possessione 10. annorũ, & coloratum titulum, ab ista requisitum: uidelicet, ꝙ possessori decennali, post probatam suam possessionem, sufficit titulũ quem maluerit, solum allegare, & in iudicio deducere, quia non cogitur illum aliter probare, quia præsumitur, & ꝑpterea præsumptus dicitur. Sed triennali possessori non sufficit sola allegatio tituli colorati, sed requiritur eius probatio & productio: Et adhuc talis probatio colorati tituli triennalem nõ iuuat, nisi in possessorio tantum, & non in petitorio, ut tradit Abb. in c. contingit. de dolo, & contu. Et ideo si triennalis possessor ageret ad canonizandũ tit. fauor istius reg. illũ nõ iuuaret, q̃ solum possessores reos defendit excipientes non agentes. Nam ad effectum canonizationis tituli, requiritur titulus uerus, non coloratus, & ꝙ ille bene iustificetur, ut not. Imo. & alii in c. ex insinuatione. per illum tex. de procur. & in capitulo primo, de confi. uti. & tex. in l. 1. matrem. C. de probat. Et quando titulus uerus est & iustificatus, non indiget actor priuilegio istius regulæ: quia titulus suus bonus illi priuilegium pariter & uictoriã tribuit: & hoc casu cessant rationes finales regulæ.

Postremò, ne aliquid remaneat intactũ prædictis obstat unum, uidelicet, ꝙ uidetur frustratorium tractare de titulo præsumpto ad effectum istius regulæ: ex eo, quia sine auxilio istius regulæ, sola possessio decennalis sufficit ad tuendum possessorem cum titulo suo præsumpto, ut tradit Pet. de Anch. cons. 117. cum uulg. Respondetur ꝙ licet sola decennalis possessio defendere possessorem posset: nunquam tamen multiplicatio fauoris, ac priuilegii circa idem, potest dici frustratoria imò illa reiteratio, siue geminatio, operatur plures effectus, quos solent statuta cõtinentia idem quod ius cõe producere. De quib. per Alex. & alios in l. i. ff. ad l. Falcid. & in c. 1. de const. lib. 6. ubi latissimè dixi, super gl. in uer. facti. Quantò magis, ꝙ cessante priuilegio istius regulę, decennalis possessio nunquã actori imponit silentium, ut facit ista reg. Et ideo actor contra decennalem, de meliori, antiquiori, & ualidiori titulo contenderet, & admitteretur ad probationes suas. Quod reg. ista fauore possessorum, prohibet silentium imponens, & impetrationes quaslibet suspendens

dens, ac lites antiquas super hoc motas extinguens, ac infinitas alias utilitates inducens, quæ a iure decennali possessori non tribuūtur ut clarius ex discursu istius adparatus apparebit.

QVAESTIO XXVII.

QVæro, quia dictum fuit, ꝙ regula ista requirit saltem coloratum titulum quis dicatur coloratus titulus?

SOLVTIO. Abb. post Cal. Ant. & Im. In c. cum nostris, col. fin. de conc. præb. ponit duas regulas, ad cognoscendum titulum coloratum. Prima est, quia ubicunq; defectus non est in conferente, nec inducitur priuatio a iure, uel ab homine, talis possessio est colorata, ut est ibi tex. Secunda regula est, ubicunque conferens non habet potestatem conferendi, ut puta laicus, uel alienus episcopus, qui conferēdo faciunt contra ius, ut in c. illud. de iurepa. & in c. illa, ubi not. d. Ant. ne sede uac. Tali casu, titulus datus ab istis, non est coloratus: qa titulus datus eo, qui nō habet potestatem alienandi, habetur pro non titulo, & sic non est coloratus, l. Sulpitius, ff. de don. inter uir. & uxor. sicut etiam, & illorum, qui sunt ipso iure priuati a iure, uel ab homine, ut in c. licet episcopus, & ibi Gem. de præben. lib. 6. ita concludit ibi Abb. licet corrupte, qui cōmuniter approbatur. Et istius secundæ regulæ rationem ponit idem Abb. in c. 2. in 3. notabili. de restit. in integ. Quia ille, qui habet a laico, uel ab eo, qui non habet conferendi facultatem, dicitur intrusus: & intrusus non debet habere coloratum titulum, ut latè prosequitur Fel. in c in nostra, in 1. & 36. corrol. de resc. & sequuntur latius Mod. in tract. benef. in 3. parte, q. 11. Et per consequens, tales non defendētur ab ista reg.

Tamen aduertendum est diligenter circa intellectum istius regulæ: quia non omnis, qui non habet titulum coloratum, excluditur a priuilegio istius regulæ. Nam dupliciter potest considerari coloratus titulus. Primo mō, quo ad effectū istius reg. Scdo mō, quo ad effectus iuris cōis. Quo ad effectū istius reg. pone istam cōclusionem pro firma: ꝙ omnis ille dicitur hēre titul. coloratum, qui non excluditur in regula. Itaque soli illi discolorati tituli habere dicuntur, qui in reg. ista excipiuntur. Et licet quo ad effectus iuris communis, multi censeantur non habere titulum coloratum, & per consequens excludantur a beneficio iuris communis: non tamen excluduntur ab auxilio istius reg. quæ cū tantum duos casus excipiat, firmat regulā in non exceptuatis, ut superius in multis casibus uisum fuit, & inferius in plurib. aliis quæstionibus dicetur. Dicta igitur Abb. & aliorum in d. c. cum in nostris, & in aliis locis inquantum uolunt illum nō habere titulum coloratum, qui habet ab eo, qui de iure communi est inhabilis, seu incapax, uel priuatus, & ideo dare non potest, procedit quo ad effectum iuris communis: sed quo ad effectum regulæ, requiritur, ꝙ ille sit inhabilis, secundum prohibitionem regulæ.

Ex quibus infertur, ꝙ habens etiam collationem beneficii uacantis in curia ab ordinario dicitur habere titulum non coloratum propter decretum c. 2. de prēb. li. 6. adprobatum hic in regula. Nam si talis titulus in ista regula exciperetur, diceretur, quo ad eius exceptionem acquirendam, coloratus. Sicut dicimus in collatione beneficii litigiosi, quæ licet non sit colorata quo ad effectus iuris communis, propter c. 1. ut lit. pend. lib. 6. & ea quę dicit Cald. in cons. 13. de uerb. sig. Et Rota in not. de rest. spol. decis. 3. & decis. 4. eo. tit. in antiquiori. quæ uoluit huiusmodi titulum habentem, esse intrusum, taliter ꝙ si spoliaretur, restitui non deberet. Nihilominus quo ad istam regulam illud non procederet, ut inferius in alia quæstione dicetur. Prædictæ igitur decisiones de iure communi locū habebunt, secundum ꝙ plures alii sunt casus, in quib. quis discoloratum titulum habere dicitur: qui non reputantur tales, quo ad reg. istā. Ex qb. ultra pdictos, aliquos exēpli g. enarrare sufficiet.

Primus est in eo, qui habet primum curatū, & recipit secundum: quia dicitur in primo habere titulum non coloratum, propter decretum c. de multa. & extrau. execrabilis, de quo dixi superius q. 10.

Secūdus casus est in eo, qui recipit episcopatum, & dimittit labi tempora de cō secrando, iuxta c. cum in cunctis, de elect.

qa talis potest dici intrusus,&non hēre titulū coloratū,ut no Host.& Her.in c.nisi, de renuntiat. & Ioannes Franc. Pauin. in tract.de offi.& potesta. c. sede uacant. in uerbo,uacante.

Tertius casus,in collatione facta à vicario generali,quæ non est colorata,cū non habeat potestatem conferēdi.c. si. de officio uicarii.in sexto,tenet Lapus in ca. si tibi absenti.de præben.lib.6.Et hoc nisi fuerit adiuuata aliquo,licet modico adminiculo, ut uidelicet iuramento ipsius uicarii,asserētis potestatem habuisse,uel dicto unius testis,ut dicit Egid.decisio.10. Et ita hodie19. Decem.1536.in vna calag.paroch.de Gamiz.corā R.D.Marco Ant.Marscotto Rota tenuit:ubi pro colorato titulo habuit unionem factam per uicarium episcopi,de cuius facultate non cōstabat, attento ꝙ unus testis de uisu deposuit uidisse dictum uicarium vnire, & vniones eius habuisse effectum.

Quartus casus est in collatione facta ab ordinario,cui erat ab executore inhibitū, propter decretum literarum, de quo per gl.in ca.si soli.de concess.præbend. libr.6. quia talis non dicitur habere titulum coloratum, ut tenet Gaspar de Perusio in tractat.Reseruat.

Sic etiam, & quintò possessio dicetur discolorata,quando habens titulū ingreditur possessionem beneficii, præter superioris autoritatem,ut no.Inn.in c.bonę.2. de post prælat.& in c.literis.de restit. spoliato.etiam si talis cum titulo habeat executoriales canonizatorias tituli, ut tenet stylus Rotæ,de quo meminit Fel. in c. ad probandum.in quarta columna, de re iudic.Nam licet de iure possit quis propria autoritate,cum executorialib. capere possessionem,ut uerba executorialium apertè concedunt:tamen stylus Rotę se habet in cōtrarium,ut dicit Bellamera in cons. decimo,& quinto dubio.& refert Ioānes Francisc.Ripa doctissimus Moder. in repeti.cap.sæpe.numero 69.de restit. spoliat. & declarat melius Fely. in d.capit. ad probandum. ut latius dixi supra in compendio signaturæ.

Et idem dictum fuit in Rota in eo, qui per resignationem causam habuit ab illo cui beneficium sub conditione resignatū fuerat, si infra sex menses mandatum ad consentiendum produceret. Nam uoluit in vna Corduben. coram Domino Simonetta tertia Iulii.1531.talem non habere titulum coloratum. Et in summa, omnis ille.qui habet collationem ab eo, qui prohibetur ipso facto à iure, uel ab homine, dicitur nō habere titulum coloratū: quia les sunt intrusi.Et quod modis possidētes dicantur intrusi,ponit Fel. in ca. ueniens. de accus.in secūdo notabili. Et reassumūt Mod.in tract.elect.quæst.17.

Et ista omnia, ut dixi, de plano procedunt,loquēdo de iure communi.Sed quo ad effectū istius regulæ, aliter est dicendū, uidelicet,ꝙ omnis ille dicitur habere colóratum titulum,qui non est exceptus in regula,etiam si haberet collationem ab eo, qui prohibetur conferre à iure, uel ab homine.Duo igitur casus hic in reg excipiūtur,uidelicet,ille qui habet titulum per simoniā, uel beneficio reseruato, reseruatione in corpore iuris clausa: quia isti duo casus excepti in reg.firmāt reg. in cōtrariū,in casib. nō exceptuatis,vulg. l. nā. quod liquide.ff.de penu leg.Et ita iudicauit Rota in quāplurib. causis,de qb. in sequentib.quæstionibus mentionem faciā.

Et ista quæ dicta fuerunt,ꝙ tit.dicitur coloratus, quando emanauit ab eo qui disponendi potestatē habet,limitantū nō habere locū,qñ ille titulus datus ab eo, qui potuit dare,esset contra formam datā: nā tali casu non diceretur coloratus.ita notabiliter dicit Anto.de But. in c. de literis. in fi.de conc.præb.Per cuius dictum Rota in vna Vicentina parochialis de Longares coram me de mense Februario 1540. tenuit,ꝙ Hieronymus de Nigris cui Ambrosius de Oria resignauerat dictum parochialem reseruata pensione 50.duc.libera & exempta non dicatur habuisse titulum coloratum ad effectum,ut defendi posset regula, ex quo procurator dicti Hieronymi à principio non consensit dictæ pēsioni cum dicta clausula, libera & exempta. Nam attento, ꝙ in supplicatione dictæ pensionis fuerat apposita dicta clausula libera & exempta,& papa ita cum illa forma renūtiationē admiserat,& Ambrosius

iuxta

iuxta formam dictæ supplicationis con senserat, si Hieron. illam formam non for mauit, dato, ꝙ à papa ꝓuisus fuerit, & sic ab illo qui potestatẽ cõferendi habuit: ni hilominus Rota iudicauit illum non ha buisse titulum coloratum ad effectum, ut eũ illo triennio postea possidens ista reg. iuuaretur per dictũ. Ant. de Bu. ubi supra. Et ita ergo iudicauit Ambros. restituendã esse parochialem propter modum nõ ser uatum, non obstante ista regula.

Et quia illud dictũ de casib. exceptis ser uiet nobis in multis quęstionib. super hac reg. discutiendis, de quibus latissimè fiet mentio, propterea nõ amplius insisto.

QVAESTIO XXVIII.

Quæro, an electus à capitulo, & confir matus ab episcopo excommunicato & publicato dicatur habere coloratum ti tulum?

SOLVTIO. Tempore Iulii 2. fuit uentilatum hoc dubium in Rota. Et tamẽ non habeo quid fuerit decisum, & ꝙ non habuerit titulũ coloratũ consuluit tunc Octauianus de Cessa aduocatus apprime doctus, ut ipse refert lib. 7. informationũ suarũ. Mouetur per fundamẽta illa vulga ria de quib. iam dictam est in præcedẽtib. quæstionib. uidelicet, ꝙ ex quo talis epi scopus prohibetur à iure propter eius in habilitatem, ut in ca. quia propter de con cess. præbend. cum vulg. eius confirmatio non dat colorẽ possidẽdi. præsertim: quia quando defectus causatur ex persona agẽ te, talis defectus nõ censẽt exclusus à regu. generaliter loquente. arg. gl. in clem. 1. de seq. poss. & fruct. & ea, quæ not. Bal. in l. si quis filio. § si quis. ff. de iniust. rup. Et qđ uoluit. d. Anto. in cap licet. de elect. uide licet, ꝙ exceptio deregẽs inhabilitatem agentis, nunquam censetur exclusa: & in hoc genere multum insistit dictus aduoca tus, ut ibi per eum, quæ ex eo quia eius di cta non multum astringunt, omitto.

Addit ẽt, ꝙ reg. ista est exorbitãs à iure inducẽs ꝑscriptionẽ in bñficiis, sine bono & uero titulo: ergo debet strictius inter pretari quatenus quis minus damnum pa tiatur, quod fiet si actor à bono iure impe trationis suæ non excludatur.

Ego ẽt ꝓ ista parte addo d. Ant. in c. lite ras. de cõc. præb. ubi vult, ꝙ cõfirmatio fa cta ab eo, qui originaliter poterat confir mare sed est impeditus, nõ præstat colorẽ possidendi: & si taliter cõfirmatus ingerit se administrationi, incurrit pœnã. c. auari tiæ. de elect. li. 6. no. gl. in c. fi. eo. ti. Et hoc idẽ tenet ibi Io. de Imol. per ea quæ habẽ tur in c. licet. & c. fi. de sup. neg. præl. facit c. illa. ne sede uac. Et ratio istorũ potest es se: quia habens beneficium à superiore in terdicto uel priuato, dicitur intrusus, ut in c. tanta. de excess. prælat. not. Doct. in c. cũ satis. de off. arc. Hos. i c. in lite. de rest. spo.

Tamen prædictis nõ obstant. ueritas se habet in contrarium, uidelicet, ꝙ electus, & confirmatus à suspensis uel excommu nicatis, licet de iure cõmuni titulum colo ratũ nõ dicat habere, & per cõsequens nõ admittatur ad ea, quæ de iure communi electo & cõfirmato riẽ & rectẽ cõceduntᷣ quo ad effectum istius regulæ omnis il le dicitur habere titulum coloratum, qui habet ab eo, qui originaliter potest cõfer re, eligere, & confirmare. licet ex accidẽti sint impediti. † Ratio istius cõclusionis est quia ista reg. tãtum excipit duos casus in quibus vult titulũ non haberi pro colora to, ut in simoniaco, & in prouisio de bñfi cio reseruato. Ergo exceptis istis duob. ĩ ca sib. in aliis reg. manebit in contrarium fir ma. vulg. l. nam ꝙ liquide. & §. ne autẽ. in auth. de non alie. col. 1. Et ita Rota per istã rationem de mense Octobri. 1519. in vna monaste

ANNOT. IOAN. MII.

Nam licet archiepiscopus, qui habet ius confirmandi electionem factam a capitulo, eo tempore sit suspensus tamen pendente suspensione potest donare aũt conferre be neficia, & etiam confirmare ut ea. quia diuersitatem extra. de conceſs. præb. & suprà di xi in regula de triennali possessore. super uerbo, intruserunt. Propterea electus per capi tulum, dicitur intrusus, si sine confirmatione episcopi ingerat se administrationi: ut ca. cum iandudũ. extra de præb.

monasterien.beneficiorum coram doml. Barth.de Spina iudicauit,quæ uoluit per collationē factam ab ordinario de prima dignitate in collegiata.quæ per regulam. 3. suprà, eodem, reseruata est cum decre to, & quæ fuit de antiquioribus reserua tionibus curiæ per Io. 22. introductis, ut colligitur ex dictis Feder. de Senis in con sil.212.incip.amice charissime. tribuere ti tulum coloratum ad effectum prærogati uæ istius regulę.Et ista decisio cum eius ra tione adeò est magni momenti, ꝙ per cā faces ardētes omnibus communibus opi. imponuntur, ut ex prædictis & infrà dicē dis apparebit. Nam ex ista decisione pri mo infertur,ꝙ casus quæstionis nostrę nō habet dubium.

Infertur etiam, ꝙ collatio facta per or dinarium de beneficio litigioso contra ca. 2.ut lit.pen.lib.6. ꝙ habet decretum titu lum, & possessionem irritans, tribuit titu lum coloratum possessori triennali.

Infertur & tertio, ꝙ ordinarius confe rens beneficium contra inhibitionem exe cutoris,& contra omnia decreta regularū, tribuit titulum coloratum, & secundum hoc decreta illa, & geminatæ prohibitio nes concordatorum Germaniæ nihil ope rabuntur.

Infertur & quarto,ꝙ attento eadem ra tione prouisio facta per ordinariū in men sibus expectantium tribuet titulum colo ratum, & econtra acceptatio & prouisio facta in mensibus ordinariorum tribuet eundem colorem, cum tamen Rota iudi cauerit tales prouisiones nihil ualere pro pter decreta irritantia posita in alternati uis episcoporum & expectatiuarum, ut re fert Fely. in c.cum ex officii.in pen.& fin. colu.de præscript.& d.Pet.Andr.auditor in tracta.leg.lib.3. quæst.3. ubi plus dicit Ro tam tempore suo iudicasse,non ualere ꝓ uisionem legati de latere de beneficiis ua cantibus in mensibus ordinarii, etiam si postea ordinarius non conferret, per plu res rationes,quas ibi adducit quas breuita tis causa omitto. Et hoc idem tempore Sixti iudicatum fuisse in vna Auinionē.prę bend.sancti Agricolę,refert quidam Ludo uicus Interamne, illorum temporum ad uocatus in quibusdam suis annotationib. Quod procedit etiam si papa faceret gra tiam in forma capituli mandatum, prout in vna Narbonens.præbend. coram d.Io. Franc.tunc auditore fuisse disputando di ctum refert Ioan.de Narnia quondam exi mius,& antiquus aduocatus in quibusdā allegationibus suis.

Infertur,& quinto, quòd prouisio ordi narii facta de beneficio uacante, cuius re gressus pertinebat ad alium, det titulū co loratum,non obstātib. ꝙ regressus habeat decretum speciale appositum illi certo beneficio,quod qualiter procedat, postea in alia quæst.dicetur.

Alia penè infinita inferri possent ex cō clusione superius facta, quæ contra com munes iuris regulas uidentur inducta,qui bus omnibus respondetur quòd papa,qui dominus absolutus est beneficiorum, ut in capitulo secundo, de præben.lib. 6.& clemen. 1. ut lit penden. Et not. Doct.in capit.quæ in ecclesiarum. de const. potest in tali materia contra omnes iuris cōmu nes regulas nouiter inducere & statuere, ut patet exemplo,quia uidemus, quod de iure cōi nemo cogi debet ad cōcordiā, ut in §.fi.in auth.ut litig.iurent. Et not.Bart. in l.congruit. ff. de off. præsi.& tñ hoc nō procedit in papa, in materia beneficiali, in qua habet plenissimā potestatem,ut di cit Abbas in capitul. cum pridem. in ulti mo notabili.de pact.sequitur late Felyn. in rubrica de treu. & pace.in 2. colum. Et eodem modo potest reuocare concessio nem factam,& tamen papa hoc facere po test,ut in capitulo, nouit. & ibi not. Abb. de iudic. Sic etiam præscriptio cum mala fide non procedit, & tamen papa potest contrarium statuere,ut patet in cap. 1.de præscript. prout etiam apparet in publi ciana, quæ cum mala fide competit de iu re canonico,ut dixi in §. sed iste instit. de act.ubi alia exempla scripsi. Ergo eodem mō papa potest facere in terminis istius reg. ꝙ omnis titulus in beneficialibus sit coloratus, nisi in certis casibus prout hic quod factū uidetur ex causa legitima, ui delicet, propter negligētiā nō petētis ius suum infra triennium,ne beneficia sub in certo titulo possideantur.Nec mirum, qa etiam de iure communi in quam plurimis iuris

iuris articulis, negligentia grauioribus, ac magis acerbis pœnis punitur, quam hic. Ex quibus quædam exempla per uiam cō pendii enarrabo, quæ manifestam lucem dabunt omnibus iuribus de negligentia loquentibus. Simul etiam alia quædam diligentiæ commoda subnectam, ne uigi lantes debita laude ac honore fraudētur.

INCIPIT EPILOGVS per quam breuis casuum negligentiæ.

IN primis igitur illud grauissimum ne gligentiæ incommodum notum est, ꝙ propter negligentiam nō petentiū res suas mobiles, usucapio triennalis introducta fuit, quæ non solum aliquem possessione tēporali, ut hic, sed etiā dñm uerum, suo iure ac dñio perpetuo priuat, ipsumque iam serò agentē possessorio & petitorio excludit, ut in l. 1. ff. de usuc. tradunt omnes in l. traditionibus. C. de pact. ista enim pœna negligenti res suas ꝓ pter prædictam causam perpetuę exclusio nis imposita grauissima reputatur, quæ facta comparatione ad illam, quam hic papa negligentibus imposuit, ista pro ni hilo reputabitur. Quia hic possessori trien nali ꝑ istam regulam, exceptio duntaxat acquirit. non ius. Nec illa exceptio est ꝑ petua, transiens ad quoscunque, sed mor te possessoris extinguitur, & propterea hic impetrationes de beneficiis triennio possessis, non annullantur, sed ad uitā dun taxat possessoris suspenduntur. Per quod datur intelligi, quòd impetrans mortuo triennali possessore, poterit de iure suo experiri. Potuit igitur papa quo ad istum casum hic in negligentis pœnam statue re, quòd omnis titulus sit coloratus, nisi in casibus exceptis. In quam quidem pœ nam negligens ipse, propter desidiam & culpam incidere uidetur, cui per diligen tiam obuiare potuit, ut in cap. loci. 35. di stinct. & in ca. negligere. 2. quæst. 3. & l. nō solùm. C. de commer. & merca.

Et sic uidemus, ꝙ iudex propter negli gentiam administratione sua priuatur, & alius loco sui subrogatur: qui imò crimi naliter priuari posset, ut de primo est tex. in l. si quos. C. de offi. pręfe præt. orien. de secundo, in l. missi opinatores. C. de exact. tribut. lib. 10. & in l. 2. C. de can. lar. titu. lib. 10.

Tutor etiam propter negligentiam re mouetur. l. eum qui. C. de procur. Et eodē modo executor iure suo priuatur, ꝓpter negligentiam unius anni. ut in c. tua nos. de testam. & in l. nulli. C. de episc. & cleri cis. Et in summa omnes desides & negli gentes, qui sui immemores sunt officio suo priuantur, ut in l. penul. in fi. C. de cā. lar. lib. 10. prout de abbate etiam negligē te dicit text. in c. cum ad monasterium. in fi. de stat. mon. Si igitur quis propter ne gligentiam priuatur obtentis & acqui sitis, à fortiori acquirendis, ut in reg. ista. Et quia materia ista negligentiæ, in qua principaliter usucapio, & ratio istius regu læ fundantur, uariis in locis sparsa est, nec simul tota perquirenti occurrit: decreui hic eam quàm breuiter & succinctè, per capita, & enumerationem casuum colli gere. quos quidem casus aliàs iuuenis, in maiori otio constitutus curiosissime cu mulaui. Et quia negligentia, quæ per istā regulam castigatur, iudicialis est, incipiā à casibus negligentiæ iudicantium.

Primus igitur casus negligentiæ consi deratur in iudice, ut in d. l. si quos. & l. mis si. superius allegatis.

Secundus. Quia propter negligentiam magistratus ius non dicentis, in sui uere cundiam recurrendum est ad populum. Casus est secundum Bald. ibi in titulo, si de inuestit. feud. inter dominū & uasal lum lis oriatur. §. primo.

Tertius. Quia iudex negligens sepul chrorum uiolatores uindicare, punitur in 20. libris auri. l. si quis sepulchrum. C. de sepul. uio.

Quartus. Quia iudex negligens quomi nus pacta, & conuentiones partium seruē tur, facit litem suam. casus notabilis in l. pen. C. de pact. in fi.

Quintus. Quia contra iudicem negligē tem expedire, quod ab eo petitur, est ua rio modo consultum. secūdum quod de clarat Bar. not. in l. fi. C. de uariis, & ex traor. cognit.

Sextus. Quia propter negligentiam iu dicis laici in non reddendo iustitiam cle ricis,

ricis,laici conueniri possunt coram iudice ecclesiastico,cap.cum sit.& cap.si clericus.de foro comp.

Septimus. Quia propter negligentiam iudicis, qui omisit testes à parte productos examinare,etiã post triennium datũ, & etiam nulla facta prouocatione pars poterit petere testes examinari.tex.est notabilis in ca.per tuas.de testib.

Octauus. Processus factus à iudice negligente dare Apostolos,est ipso iure nullas.tex.est in c.ab eo.de appel.in 6.

Nonus.Iudex negligens facere iustitiã clerico, est ipso iure excommunicatus. glos.est. notabilis in ca. administratores. 7.q.5.Ioan.And.in ca.fi.de excep.lib.6.

Decimus Quia iudici negligẽti quo ad Deum imputantur delicta non iudicata. cap.sicut inquit.2.q.7.

Vndecimus.Quia iudice negligente date Apostolos sæpe petitos, habetur perinde ac si expresse fuerint denegati.tex. est in clem.quanuis.in fi.de appel.

Duodecimus.Qui in officio iudicandi alteri successit, non potest nouum opus inchoare,nisi prius ædificia per prædecessorem incœpta,aut uetusta per illum reparari reparet, uel neglecta perficiat.l. fi.C.de ope.pub.

Decimustertius. In pœnam iudicis negligentis ius reddere licitũ est in ius ipsi dicere.l.nullus.C.de iudi.ibi cum gloss.& melius in l.nulli.circa fi.C. ne fac. bap. & bon.text. in l. nulli iudicum. C. de offic. rect.prouinc.

Decimusquartus.Iudex negligens uindicare crimen priuati carceris incidit in crimen læsæ maiestatis. l. 1. C.de priua. carce.

Decimusquintus.Eodem modo iudex punitur,si uindicare papa nos neglexerit l.1.C.de paga.

Decimussextus. Et pari reprehensione est dignus iudex negligens resistere,& obuiare clericis negotiantibus, uel turpia officia exercentib. cle. 1. in fi. de uit. & honest.clerico.

Decimusseptimus. Iudex etiam negligens punire hæreticos,in decem libris auri condemnatur,& existimationis suę periculum patitur. l. 2. & l. quicunque. in fi.C.de hæret.

Decimusoctauus. Pariter etiam negligens uindicare stupratores, & monialiũ corruptores,in quinque libris auri punitur §.penul.in au:h.de sanct.episc.

Decimusnonus.Iudex requisitus de iustitia,& de expeditione causæ nihil respõdens,ut nimium morosus & negligens notat.c.1.& ibi Bal.de nulit.uas. q cõcu. est.

Vigesimus.Iudex tenetur ad interesse parti lęsę, si neglexerit in causis ciuilibus uidere,quæ suæ sunt partes,sed non facit litem suam, sicut quando malè iudica. l. 1.& ibi p Bart.C.quomodo & qñ iudex.

Vigesimusprimus. Laicus negligens facere iustitiam potest cogi per ecclesiasticum.c.Iudæi.el 2.de Iudæ.& cap.excõmucatus.cum glo.de hæret.

Vigesimussecundus.Iudex negligẽs ferre sententiam ad finem concordandi partes,si propter concordiam partes lædantur,parti læsæ in foro conscientiæ ad refectionem damni tenetur.Ita dixit d.Car. in cle.sępe.in §.& qa.in 18.q.de uer.sign.

Vigesimustertius. Iudex qui neglexit per imperitiam facere id ad quod tenetur,peccat,& parti læsę tenetur quantum æquum iudici uidebitur, distinguendo, ut per Bal.in l.mancipia.de ser.fug.

Vigesimusquartus.Iudex negligens alere carceratos,malè facit.Bart. in l. nemo carcerem. C.de exact.tribut.lib.10.

Vigesimusquintus.Quia negligit etiã infra triennium causam diffinire, punitur,& remouetur,secundum distinct.l. properandum §.si autem utraque.C.de iudi.

Vigesimussextus. Similiter iudex negligẽs non facere inuẽtarium de bonis dãnati & confiscati,mulctatur.l.si quis infra.C. de bon.damnat.

Vigesimusseptimus. Iudex negligens exercere officium suum circa miserabiles personas,uel pium actum,etiam tenetur, ut per Bart.in l.quarta.§.hoc autem iudicium.in 5.oppo.ff.de dam. infect.

Vigesimusoctauus.Iudex negligens pacem uiolatam uindicare,omne damnum & iniuriam passo resarcire tenetur. §. iudex.in titulo,de pace tenenda inter sub. in usib.feud.

Vigesimusnonus Contra iudices, seu magistra

magistratus negligentes tutorum uel cu ratorum satisdationem capere, datur actio subsidiaria.§.pen instit. de satisdat.

Trigesimus. Iudex negligens punire iniuriam illatam scholarib. punitur acrius. auth.habita.C.ne filius pro patre.

Trigesimusprimus. Iudex ordinarius negligere non debet exigere rationes nō debitas a religioso suo executore. clem. de testa.

Trigesimussecundus. Propter negligentiam iudicis in non confirmando tutorē non impeditur administratio tutori. Bar. not.in l.quia pater.ff.de confir.tuto.

Trigesimustertius. Iudex negligens seruare iuramentum, quo iurauit in principio officii de non acceptando pecuniam, uel aliud sordidum committere, incidit in crimē publicum, de quo est bonus tex. in l fi.ad leg.Iul.pec.

Trigesimusquartus. Præses qui negligit castigare iudicem acceptantem indebitas sportulas, punitᷓ cū simul acceptāte,& hoc episcopo principi denuntiante.tex. est in §.fi.in auth.ut differen.iud.col. 9.

Trigesimusquintus. Iudices negligentes constitutiones principum seruare puniūtur.l.1.§.fi.ff.de fal.

Trigesimussextus. Pari modo negligēs expedire causas, quas poterat expedire,& eas dimittit, successori tenetur.p tex.sing. in l.1.§.2.ff.de magist.conuen.& ibi Bald.

Et ista, quę de negligentia iudicū punienda exempli causa posuimus, sufficiant. Nunc negligentiæ peccata, quę quēlibet alium contingunt discurramus.

Trigesimusseptimus. Nam in primis in pœnam desidiæ inductum est, ꝙ propter negligentiam non eligentium electio ad superiorem deuoluatur, ut per gl. in cap. duobus.de rescript.lib.6.& in c.quanquā. de electio.lib.6.

Trigesimusoctauus. Qui neglexit seruū fieri furem, tenetur ex pacto, ꝙ promisit seruum furtum non facere.tex.est in l. nō impossibile.ff.de pact.

Trigesimusnonus. Eodem mō commentariensis, seu custos carceris propter eius negligentiam punitur.l. cōmentariensem C.de custo.& exhibit.reorum.& ibi gl.no. quā uide contra prælatos negligētes &c.

Quadragesimus. Similiter & medicus, qui incipit medicari alicui etiam gratis, si neglexit curam insitam, tenetur de leui & leuissima culpa.tex.est iuncta glo.no. in l. idem iuris.in prin.ff.ad leg.Aquil.

Quadragesimusprimus. Sic etiam in patrem negligētia uindicare iniuriam facta in filio transfertur executio & actio.l.sed si vnus.§.interdum.ff.de iniuriis.

Quadragesimussecundus. Et hoc idem statutum est procuratore patris negligēte prosequi iniuriam filii. Nam exercitium competit filiofa.l.sed si vnus.§.procurator ff.de iniur.

Quadragesimustertius. Sic etiam negligentia hæredis nocet fideicommissario,& currit præscriptio tex.est in l.si hæres.l. 2. §.si.cum glo.ff.ad Trebel.

Quadragesimusquartus. Et negligentia scribæ, seu notarii punitur text. notabilis & singularis.in l.fi.C.de mag. conuen.

Quadragesimusquintus. Negligentia etiā inducit consensum ad illud quod fit, ut habes gl.in c.4.de offi.deleg.

Quadragesimussextus. Et per negligentiam perditur possessio, iuxta no. per Bar. in l.si de eo.ff.de acq.po.&Abb.in c.cōtingit.de dolo & contum.

Quadragesimusseptimus. Clericus etiā qui negligit agros ecclesię, uel eius utilitatē non curat, potest remoueri ab ecclesia. gl.est notabilis in c.sæpe.12. q. 2.

Quadragesimusoctauus. Pari modo negligentia prælati nocet successoribus in pręscrip.successoria, ut per glo. no.in c.2. de præscrip.

Quadragesimusnonus. Etiam serui coloni, uel procuratores negligenter rem domini cu rantes puniuntur tex.sing. in l. fi.in princ.C.de acq.pos.

Quinquagesimus. Punitur etiam qui negligenter in stipulam ignem immittēs gratia comburendi eam, & ob eius uecordiam aliorum agros igni depopulatus est ut est tex. not.in l.qui occidit.§. pen.ff.ad leg.Aquil.

Quinquagesimusprimus. Si ob negligentiam curantium non lethaliter vulneratū, vulneratus moritur. vulnerans non tenetᷓ de occiso, sed tantum de vulnere, vt est casus in d.l.qui occidit.§. fi. ff. ad leg. Aquil.

Quia

Quinquagesimussecũdus, Sic etiã si propter creditoris negligentiam res pignorata deterior facta est, negligens punitur. l. quemadmodum. §. magistratus. ff. ad legẽ Aquil. quod not. contra Hebręos pignora ab scholaribus capientes.

Quinquagesimustertius. Eodẽ modo negligens in nõ eligendis bonis ministris punitur. in l. si seruum. §. seruum. & §. fornicarius. ff. ad leg. Aquil.

Quinquagesimusquartus. Et colonus negligens infra uel ante tempus rem locatam comminui, condemnatus ad pẽsionẽ totius temporis. l. dominus horreorũ. §. fi. ff. locat. Ias. in l. diem. col. 8. ff. off. assessor.

Quinquagesimusquintus. Sic etiã ignorantia facti crassa, quæ negligentiæ, æquipollet, aliquem non excusat. l. regula iuris in §. sed facti. ff. de iur. & facti ignor. & c. 2. de const. lib. 6.

Quinquagesimussextus. Negligentia & tutoris in reb. pupilli punitur. l. tutor qui repertorium. § competit. ff. de admin. tut.

Quinquagesimusseptimus. Pari etiã modo punitur tutor, qui neglexit vendere frumentum uetus ante nouum. ut Bart. in l. 1. C. de condit. in public. horreis. libr. 11.

Quinquagesimusoctauus. Præterea si tutor neglexit singulis annis cogere affictus siue census, tenetur pupillo. l. 2. in prin. & ibi Bart. C. debit. ciuit. lib. 11.

Quinquagesimusnonus. Tenetur etiã tutor de suo, qui neglexit post Cal. Nouemb. dare uinum nouum ad bibendum familiæ, secundum Bart. in l. iubemus. la 1. C. de erog. mili. anno. lib. 12.

60. Et negligentia custodientis furiosum, qui alteri dãnum uel iniuriam intulit, punitur. in l. diuus. ff. de of. præs.

61. Item negligentia non exigentis uectigal, punitur. in §. volumus. in auth. ut iud. sine quoquo suffr.

62. Similiter negligentia mariti nõ petentis fundum datum in dotem ab eo, qui præscribit punitur. casus est notabilis in l. si fundum. ff. de fund. dota.

63. Eodem modo negligentiã mariti in non exigendo dotem à debitore, qui postea factus est, non secundo punitur, & sibi imputatur. bonus tex. in l. extraneus. ff. de iure dot.

64. Est etiam notandus casus illius negligentis, qui cum uitiosus sit neglexit tamen à sua familiaritate eos expellere, qui ipsum malefacti incusabat. Nam in pœnã negligentiæ inducitur, ꝙ non possit eos repellere ab accusando etiam sub prætextu criminis, quod fortè pateretur, ex quo antea à se separare neglexit, ut est tex. in c. nulli. de accusat.

65. Tanta etiam est uis negligentiæ, ut acquisita est per filium familias, potius acquisita ex profectitiis, quàm ex aduentitiis bonis præsumantur, ut est glos. notabilis in l. cum oportet. in prin. C. de bonis quæ liber.

66. Creditores etiam suæ negligentiæ pensum ferre debent, si negligentes fuerunt in exigẽdo ab hærede, qui post modũ uel se abstinuit, uel factus est nõ soluẽdo. tex. est not. in l. pupillus, ff. de his quæ in fraud. cred.

67. Negligentia etiam illius notatur, qui cum literas alterius damnosas acceptasset tacuit, nec contradixit. Nam per hoc uidetur consentire casus singularis in lege, filiusfamil. ff. ad Maced.

68. Etiam maritus negligens in non curanda uxore perdidit lucrũ dotis si periit. glo. est notabilis in l. ab hostibus. §. si uir. ff. sol. matr.

69. Sic & negligentia succedentium pupillo in non petendo ipsi tutorem priuat eos successione ipsius decedentis infra pupillarem ętatem. l. sciant cuncti. C. de leg. hæred.

70. Et negligentia hæredis non uindicãtis cædem defuncti priuat ipsum eius hæreditate. l. 1. C. de his quibus ut indig.

71. Et similiter negligentia hęredis in nõ parẽdo uoluntati defuncti priuat ipm cõmodo testamenti. auth. hoc amplius. C. de fideicom.

72. Pari modo negligentia hæredis nõ conficientis inuẽtarium, facit eum teneri insolidum creditori. l. fi. C. de iure delib.

73. Et eodem modo negligentia omissi inuentarii reddit tutores suspectos. l. 3. §. tutores qui repertorium. ff. de susp. tut. & l. fi. C. arbitr. tutelæ.

74. Negligentia etiam uenditoris domus ante traditionem omittentis interpo-nere

nere stipulationem damni infecti, suo dã no cedit. l. uenditor domus, ff. de ac. emp.

75. Desidia etiam, & ecclesiasticorum negligentia circa officia diuina, ad quæ sunt mancipati, reddit eos indignos im munitati omnium munerũ illis ob eam causam concessæ, tex. est no. in l. generali ter, C. de episc. & cler. canonizatus: 16. q. 1: quod est cõtra uagos scholares notãdũ.

76. Filius etiam hæres institutus negli gens ægrotantem patrem, uel eum ab ho stibus redimere priuatur successione, ca sus est notabilis in §. si quis de prædictis, in auth. ut cum de appellatione cog.

77. Et scholaris negligens nunquam ef ficietur magister, ut dicit glos. iuncto tex. no. in auth. de quæstore. § porrò.

78. Et ad propulsandam negligentiam tempus exceptionis non numeratæ dotis est abbreuiandum, in authen. de tempore non solutæ dotis, col. 7. in princ.

79. Item etiam qui neglexit appellatio ni deferre, se appellationis beneficio indi gnum facit bonus tex. in c. cum sit, de app.

80. Dominus qui neglexit seruum suũ ægrotũm, priuatur dominio ipsius, tex. est in l. 1. §. & scimus. C. de lat. lib. tol.

81. Hæredes etiam uiolatores pacis ne gligentes iuris rigorem seruare diuidẽdo secum hæreditatem, qua fuerint priuati, puniuntur, ut ab ipsis tota hæreditas abdi cetur. c. si quis hominem, in tit. de pace te nen. & eius uiolato.

82. Sic usufructuarius negligens in sub mittendo alia capita animalium, in locũ demortuorum proprietario tenetur. l. q̃d ergo. ff. de usufr.

83. Etiam seruitus urbana non uten do amittitur, quando uicinus negligit li bertatem usucapere, tex. est not. in l. hæc iura. ff. de ser. urb. præd.

84. Socius tamen qui negligenter ali qua in societate egit, non compensat, si in plerisque aliis societatem auget bonus text. in l. nõ ob eam, cũ l. seq. ff. pro socio.

85. Et sociorum etiam negligentia cõ sideratur in l. socius socio. ff. pro socio.

86. Fortuita etiam incendia, quę per ne gligentiam eorum apud quos orta sunt, non fuerunt extincta, dãno negligẽtiæ ce dũt. l. capitulum. §. incẽdiarii, ff. de pœnit.

87. Et licet edictum prętoris manifestis simum sit, illius tamen interpretationem nunquam negligere debemus. l. 1. §. quam uis. ff. de uentre inspic. facit tex. in l. apud Labeonem. ff. de iniu. §. hoc edicto.

88. Item tribus edictis citatus, si sui prę sentiam facere neglexerit, personaliter ca pi poterit, tex. est in l. consentaneum. C. quomodo & quando iud.

89. Et possessio uacans ex negligentia domini, sine ui occupari non potest. l. fun dum §. fundi. ff. de usuc.

90. Negligentia unius anni in non repa rando illud quod erat mihi quęsitum per occupationem, de iure gentium inducit priuationem iuris, casum & exemplum habes in l. fi. ff. de usuc. & ibi not.

91. Præterea ius ingrediendi tenutam ex decreto iudicis per biennium negligẽ do intrare, tollitur. Ita singulariter Bart. in l. si finita. §. si quis metu. in fin. ff. de dam. infect.

92. Item qui tenetur denuntiare malefi cia, si per eius negligentiam fuit præuen tus ab iniuriato, denuntiando punitur, ut per Bar. in l. ult. col. diuus, uers. quæro q̃d si talis denuntiatur. ff. de cust. reorum.

93. Præterea ecclesia læsa ex negligen tia prælati ipsum prælatum negligentem conuenire potest. gl. est not. in c. placuit, in uer. pertineat. 16. q. 3.

94. Rursus negligentibus illis, qui in lu do & alea aliquid perdiderunt, repetere deperdita, eorum repetitio episcopo con ceditur, ut in const. alearum usus, C. de re lig & sump. fun.

95. Qui parum etiam diligens fuit in seruandis sacris, adeo ꝙ insordescant, a iu re damnatur, ut in c. fi. de custo. sacram.

96. Et qui officium clericale negligit, & seculi fluctibus se immergit, ab ecclesiasti co ministerio fit alienus, c. sed neq; procu rationes. ne clerici uel monac.

97. Mulier etiam negligens iusiurandi religionem de alicui nubendo, damnatur a papa, in c. requisiuit, de spons.

98. Similiter negligentes parere iudici delegato puniuntur, c. de causis, de offic. deleg.

99. Et qui conscientiæ confidit & famã suã negligit, crudelis est c. nolo, 2. q. 1.

100. Pari

100. Pari modo qui in termino a iudice sibi assignato ius suum neglexit deducere, amplius non auditur. l. diffamari. C. de ingenu & manum.

101. Negligentiá annalis illius qui habebat reuocationem feudi in alium transferri sibi præiudicat, text. singularis in c. Titius. in ti. si de feu. fuer. con. inter dom. & agnat. per quem ita limitatur singulare dictum Bart. in l. 1. §. permittitur. ff. de aqua quot. & æstiua.

102. Item si canonici, qui de certo canonicorum numero induigentiam habebāt ipsam seruare neglexerunt, non possunt postea superiori opponere, si alium canonicum supra numerum addidit, c. pro illorum, ubi bonus tex. de præb.

103. Dominus requisitus ab ecclesia, ut terram suam ab hæreticis purgat, si per annum negligens est, terra ipsa catholicis occupanda conceditur, ut in auth. si uerò dominus, C. de hær.

104. Damnum si mihi tua negligentia datum, mihi satisfacere teneris, c. fin. de iniur. & damn. dat.

105. Parentes ob quorum negligentiā filii in cunis oppressi fuerunt, grauiter puniuntur, c. quæsitum, de pœni. & remis. & c. consuluisti. 2. q. 1.

106. Dissoluta etiam negligētia fideiussoris, suo, & non debitoris damno cedit, l. si fideiussor. in prin. in 1. resp. ff. mand.

107. Et si arbor ex negligentia incidentium transeuntem oppresserit, incidens eā punitur, ut in c. sæpe. l. dist. de quo in l. sicut arbor. ff. de l. Aq.

108. Qui iuratoriam cautionem a se præstitam negligit seruare ut periurus punitur, tex. bonus, in l. quotiēs. C. de dig. li. 12.

109. Milites negligentes honestatem circa rusticos seruare, & ipsos spoliantes mulctantur, & infamiæ pœna afficiuntur. l. non patiuntur. C. de extrsn publ. lib. 12. quem tex. ad unum aliud notabis, uidelicet, quòd rusticus dicitur miserabilis persona.

110. Missus in possessionem bonorum alicuius non debet esse negligens, sed utiliter agere, alias sibi noceret. l. in uenditione. ff. de bon. auth. iud. possid.

111. Executor literarum non potest se impedire de beneficio, cuius collatio deuoluta est ad capitulum: propter negligētiam episcopi. c. le. si de beneficio, de præb.

112. Negligens etiam honorem & reuerentiam scholaribus seruare, acrius punitur, auth. habita. C. ne filius pro patr.

113. Electores ēt qui infra octo dies post electionem factam negligunt electionem ipsam electo præsentare puniuntur pœna, de qua in c. cupientes. §. cæterum, de elect. in 6.

114. Curatores reipub. si negligenter in bonis distrahendis se gesserint, puniuntur in simplum: tex. est in l. fi. §. iidem scripserunt. ff. de administr. rer. ad ciu. pert.

115. Et negligentia hæredis non eligentis unum ex pluribus legatariis ex uoluntate testatoris, facit ꝙ omnes admittantur ad legatum, tex. est not. in l. si quis Titio. in fi. in l. cum quidam, el 2. ff. de leg. 2.

116. Vtensilia uendentes & negotiantes, licet ob eam causam uerberibus cæsi sunt, non tamen propter hoc quasi uiles negligere debemus. Imo ad honorem & dignitatem promoueri possunt. l. eos, ff. de curio. ubi tex. probat unum aliud, ꝙ propter raritatem bonorum minus digni assumi debent ad officia.

117. Et ille qui ad diem commeatus uenire negligit, perdit salarium, & ut desertor punitur. l. 3. §. ad diem, cum glos. ff. de re mi.

118. Abbas negligens corrigere monachos, punitur. c. fi. de sta. monac. & ele. 1. in fin. de uita & honest. cler.

109. Negligens post denuntiationem factam a uicario tollere arborem, quę in ædes uicinas pendet, perdit eam, & uicinus autoritate propria poterit arborem asportare, ut ponit Bar. in l. 1. ff. de arb. cæden.

120. Propter negligentiam eorum qui debent petere tutores, & non petunt, creditores possunt accedere ad iudicem ut confirmat tutorem cōtra quem legitime agere possint. l. diuus. ff. qui tut. pet.

121. Si contumax infra annum comparens, cautionē de iudicio sisti offerre neglexerit, actor post annum constituitur uerus possessor. c. quoniam frequenter, §. & in aliis, ut lit. non contest.

122. Ne

121. Negligẽs infra terminum iuris, uel hoiẽ apostolos appellationis petere, illis renuntiasse uĩ. cle. q̃uis. in princ. de appel.

123. Negligens etiam uicino opem petenti pro repellenda iniuria auxilium prę stare, fauorem iniurianti præstare uidetur c. dilecto. de sent. exc. lib. 6.

124. Plus iusto oneratus si per negligẽtiam per lubricum transiens & labens alicui damnũ intulit, Aquilia tenetur. l. qua actione. §. 1. ff. ad l. Aquil.

125. Gratia de aliquo beneficio uacaturo extinguitur per negligentiam non petendo præbendam primam uacantem. bonus tex. c. si clericus. de præb. in 6.

126. Appellatione deserta per negligẽtiam, licet partes prosequantur appellatio nem, tamen propter hoc sententia non desiit transisse in rem iudicatam, text. est in cle. si appellationem. de appel.

127. Maritus negligens uendicare mortem uxoris, dotem amittit, & fisco applicatur. l. eum mortem. ff. de iure fisci.

128. Negligente eo infra tẽpus ad quẽ spectabat electio eligere vnam de plurib. præb. uacan. electio deuoluitur ad alium, qui secũdo loco poterat eligere. tex. in c. si pluribus. de pręb. in 6.

129. Qui arbitrium suscipit, illud negligere non potest, sed laudem ferre cogitur l. 3. §. 1. ff. de arbi.

130. Si quis propter negligentiam non plenè probauit, in pœnã iuramẽtũ in supplementũ plenæ probationis sibi non defert. Ita mirabilr dixit Bal. ĩ c. fi. de iureiu.

131. Item ecclesia, quæ per negligentiam infra quadriennium in integrum restitutionẽ nõ petiit, aduersus lęsiones amplius eam petere non potest. text. est in c. 1. & c. 2. de rest. in integ. lib. 6. sicut in minore dicitur in l. fi. C. de temp. in integ. rest. pet.

132. Ille qui est negligens in moderãda & gubernanda familia sua, in episcopũ promoueri non potest, quia qui negligens est in minimis multo magis in maiorib. ubi maior cura exigit, præsumi debet. bonus tex. in c. sicut hi. circa medium. 47. dist. Et econtra, qui negligens est in maiorib. pręsumit in minimis negligẽs, ut inf. nu. 160.

133. Negligens dominus non corrigendo seruum suum, uel ascriptitium, qui liberæ mulieri nupsit, punitur. in l. 1. in fi. C. de senatusconsul. Claud.

134. Tutor negligens contutorem suũ iam suspectum accusare conuenitur in totum. l. qui plures. ff. de administ. tur.

135. Maritus qui uxoris negotia gerebat, si negligens fuit in nõ exigendo, quæ uxori debebãtur, tenetur actione negotiorum gestorum. l. diuortio. ff. de neg. gest.

136. Si hæreditas euicta est ab hærede propter sua negligentia stipulatio de restituendo legato non committitur. bonus tex. est in l. §. legatarius. ff. si cui plusquã per l. Falc.

137. Negligente tutore administrare negotia pupilli, & præstare illi alimenta, curator decreto iudicis ad hoc constituitur uel tutor remouetur, uel quod iudici uidebitur. l. fi. ff. ubi pupilli educ. debent.

138. Si causæ defensionem emptor neglexerit contra uenditorem, non datur actio de euictio. l. si ideo. ff. de euict.

139. Propter hæredis negligentiã nõ defendentis testamentum inofficiosum, sententia lata nõ preiudicat legatariis. l. qui repudiantis. in fi. ff. de inoffic. testa.

140. Negligentia in superiore est peccatum mortale. gl. in c. ea quæ. de off. arch.

141. Propter negligẽtiam eius, cui a testatore optio data est eligendi vnũ ex seruis infra annum, optio transfertur in legatarium. l. fi. §. sed si quis. C. cõia de leg.

142. Negligentia in reb. alienis nõ excusatur ex negligẽtiã in reb. propriis pariter commissis. optimus tex. in l. si constãte. §. sĩ maritus. ff. solu. matrimo.

143. Negligens in nõ utendo rescripto infra annũ, amplius eo se iuuare nõ põt. c. plerunq;. & ibi Doct. refer.

144. Negligentia prælati in non soluendo canonem pro feudo, nocet ecclesiæ inuita sua. cap. 1. §. fin. de cap. Corrad. in usib. feu.

145. Negligentia specialis procuratoris fisci, nocet etiam generali, facta prius discussione specialis. l. quoniã Augerio. C. de conuenien. fisci debit. lib. x.

146. Negligentia mandatarii nocet etiã mandanti, qui ad illud tenetur. text. bonus in l. si procuratorem. §. tutores. ff. mandati.

147. Ille etiam, qui ad regimẽ parochialis ecclesiæ adsumptus est, si infra annum ad sacerdotium se promoueri neglexerit, ipsa ecclesia priuatus est, tex. sunt uulgares, in c. licet, & in c. commissa, & in c. statutum, de elect. lib. 6.

148. Negligens petere bonorum possessionem intra centum dies, facit locum sequentibus, in gradu, l. 1. §. decretalis, & §. quid dicimus. ff. de succes. edic.

149. Quia priuilegium tollitur propter negligentiam decem annorum, l. 1. ff. de nundinis. gloss. in c. suggestum, de deci. in gloss. 1.

150. Negligens in non soluendis decimis excommunicatur, c. non est, de deci.

151. Si aliquis propter negligentiam alicuius moriatur sine confessione, negligens reus est animæ illius, c. officium, de offic. archipr.

152. Cui mandantur duo, si in uno est negligens, præsumitur fore negligens, & in alio, ut gl. ult. in fin. in c. si capitulo, de concess. preb. lib. 6.

153. Electores Imperatoris si negligentes fuerunt in ipsum eligendo, electio deuoluitur ad papam, c. apostolicæ, de re iudic. lib. 6. in gl. ult.

154. Si mortui propter negligentiam clericorum inuoluti fuerint uestimentis sacris puniuntur. c. nemo. de consf. dist. 1.

155. Negligentib. a iure nõ succurritur. l. non enim. ff. ex quib. cau. ma.

156. Et pp negligẽtiam potest quis priuari beneficio gl. in c. 1. de offi. cust. gl. in c. ea quæ de offic. arch. glo. 2. q. 3. placuit. gl. in c. dictum, 81. dist.

157. Et si propter negligentiam tutorũ debitores non sunt exacti, si fiant postmodum non soluendo, iudicio tutelæ tenentur. l. 2. C. arb. tut.

158. Si feudatarius, negligente domino per annum fuit in possessione feudi, iurãdo solum se inuestitum, præiudicat domino. bonus tex. in §. fi. in titulo, si de inuest. feu. inter dominum & uasallum lis oriatur.

159. Negligentes in non acquirendo sibi præiudicant in casib. not. per gl. in l. 2. in §. non tantum, ff. de hær. uel act. uendita. in uerbo, postquàm adipisci.

160. Negligens in maiori, præsumitur in minori fore negligens. Bart. in l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter, in 3. col. ff. ex quib. causis maiores.

161. Si testis non fuit interrogatus per negligentiam iudicis de causa scientiæ, cũ pars fecisset interrogatoria, talis testis nõ probat, dictum est Io. And. in c. cum causam, de test. refert Lud. Ro. & quidam Moder. in l. 1. ff. de ope. no. nun.

162. Si iudex, qui debebat de plurib. interrogare per negligentiam de uno interrogare omisit, actus nihil ualet, c. præsentium. de testib. lib. 6. iuncta. l. cum hi. §. prætor ait. ff. de trans.

163. Si negligentia hæredis legatus seruus non adparet, sibi erit damnum, & non legatari, tex. in l. cum hæres, ad fin. ff. de legat. primo.

163. Ille qui per annum fuit negligens in non petendo emendationem æstimi sui, seu catastri sui, amplius non auditur. Ita dixit Bart. in l. forma. in fi. ff. de censib.

165. Qui propter fauorem, receptionẽ, defensionemve hæreticis præstitam, excõmunicatus fuit, si infra annum absolutionem, uel satisfactionem petere negligat, amplius non auditur, & infamis perpetuò efficitur, auth. credentes. C. de hæret.

166. Qui per annũ stetit in excõicatione, quem incurrit pp aliquod crimen, põt priuari beneficiis, si infra illud tempus neglexit absolui. 11. q. 3. c. rursus, & c. quicunque, de quib. iurib. mentionem feci supra in proœmio reg. de annali, quod intellige & limita non procedere, si pp ciuilem c. usam fuisset excommunicatus, gl. sing. in c. contingit, de dolo. & contu in gl. 2.

167. Negligens discordes ad concordiã reducere, peccat uenialiter. bo. tex. in §. alias ea demum. 34. dist.

168. Sponsus qui accipit fundum causa nuptiarum, eis non sequutis tenetur de fructib. percipiendis in restitutione fundi si negligenter fundum curauit. l. uidemus in princ. ff. de usuf. iuncta gl.

169. In dolo est ille, qui negligit illud ad quod ex natura actionis tenetur. bo. text. in l. dolus ff mand.

170. Dominus feudi negligens ius reddere uasallo iurisdictione priuatur, & illa deuolui

deuoluitur ad ordinarium,gl.eſt in c.cæte rum,de iud.

171.Infeudatus ſi per annum negligit inueſtiri a domino, redit feudum ad do minum,tex.eſt in c.1.§.præterea.de proh. feud. alie. per Fed.

172.Negligens ex præterito, præſumi tur negligens in futurum, c. ſcribam. de præſumpt.ubi qui negligens fuit in ſtudē do ius ciuile præſumitur,ꝙ erit negligens in ſtudendo ius cano.

173. Si pars eſt negligens in petenda di latione ad producendum teſtes,iudex po terit illi terminum ad producendum eos præfigere, dato,ꝙ non petat.Ita notabili ter Bar.per illum tex.in l.1.C.de dila.

174 Negligentia hæredis non redimen tis pignus a creditore, in omni caſu ſibi nocet, ſi poſtmodum pignus uendatur: quia legatarii habent regreſſum contra ip ſum.gl.eſt notabilis,& ibi Bart.in l.qui ſo lidum.§.fin.ff.de leg.2.

175. Delegatus per negligentiam per dit iuriſdictionem, & transfertur ad ordi narium,c.ſignificauit,de offic.ord.gl.in c. ex tranſmiſſa.de for.comp.

176.Negligentia creditoris in non exi gendo debitorem,dum erat ſoluendo,no cet ſibi,& non fideiuſſoribus datis in id, quod ab ipſo ſeruari non poterit,caſus eſt ualde notabilis in l.ſi fideiuſ.ff.de fideiuſ.

177.Mandatarius,qui debebat aliquid emere,ſi negligit,tenetur.tex.eſt in l.ſi pa trem.§.ſed etſi.ff.mandati.

178.Si tutor per plura tempora negli git facere inuentarium,& poſtea fecerit, poteſt ut ſuſpectus remoueri, uide omni no Bartol.in l. tutor qui repertorium, in prin.in 1.col. in uerſ. ſed quæro ſi negle xit.ff.de admin.tuto.

179. Negligentia prælati non concor dantis partes diſcordantes,induEit pecca tum mortale.gl.ſing.in §.cauſas alias, §. ea demum.15.diſt in uer.neglexerit.

180.Cuſtos negligens priuatur offi.ſuo c.1.de off.cuſt.

181.Ille qui præſcribit iuriſdictionem contra aliquem,ſi fuerit negligens in illa exercenda iuriſdictio defertur illi contra quem præſcribit.c.irrefragabili. in princ. de off.ord.

182. Prælatus negligens in reparando eccleſiam,punitur tanquam dilapidator, Ioan. de Ligna.in extr.execrabilis.

183.Vaſallus negligens priuatur feudo Cald.in titulo de feud.conſ.6.

184. Emphyteota negligens circa me liorationem non obſtan. pacto in contra rium,poteſt eiici, & priuari emphyteoſi. Spec.in tit.de locat.in §. nunc aliqua, in uerſic.89.

185.Teſtis negligens in reddenda ratio ne ſui dicti,quam tenebatur reddere, te netur parti læſe ad intereſſe.But.in c.cau ſam,de teſtam.

186.Epiſcopus negligens in purgando diœceſin ſuam hæreticis, poteſt deponi, per tex.in c.excõicamus, in fin.de hær.

187.Ille qui neglexit ſibi caueri de dã no infecto,non poteſt etiam facere,ꝙ ru dera,& diruta, & lapides contra acta rui na moueantur.l.euenit.ff.de dam.infe.

188. Alium caſum negligentiæ ponit Bal.in c.ſi.col.ſi.de elect.ubi refert. quod Roberti Regis Siciliæ dictum aureis lite ris in porta cameræ illius ſcriptũ, & Barb. in capitulo cum M. in 6. columna de conſtitu.

189.Si quis propter negligentiam deſe ruit facti appellationem ab iniqua ſentẽ tia,iudex non uenit condemnandus, niſi ad expenſas,non autem ad totale intereſ ſe:ubi alias ſi non appellaſſet, fuiſſet con demnatus,hoc poſuit notab. Bart. in ſua diſput.incip.Iudex per impetitiam in ul timis uerbis.

190. Si res mihi data tradatur pignori creditori,quæ poſtmodum auocatur a do natario propter non factam inſinuationẽ ſi per negligentiam creditoris non ſit inſi nuata, pignus in illa re non durat, ubi alias duraret ceſſante negligentia. ita no tabiliter Bar.in l.ſi res.ff.quib.mo.pig.uel hyp.ſolui.

191. Negligente epiſcopo executionẽ ultimę uoluntatis,auditur quilibet de po pulo,text.eſt in §.fin aũt locorum. in au then.de eccl.tit.& Bar.in l.nec quicquam §.fi.ff.de off.proc.& leg.

192. Negligente capitulo capitularis poteſtas reſidet in uno ſolo diligente. ut in c.cum olim,de teſta.

193. Licet extra territorium iudex non possit citare. l. fi. ff. de iur. om. iud. tamen si iudex illius territorii ad requisitionem alterius negligit citare reum, tunc ille iudex extra suum territorium poterit citare ita singulariter Bart. in extrauag. ad reprimendum. in uerbo, per edictum, sequitur Franc. de Aret. in cons. 58. incip. consideratis omnib. diligenter. in 3. col. do. Ias. in d. l. fi. pro quo bene facit quod dicit idē Bar. in l. 1. C. de summa trin. in 11. col. 18. q. ubi omnino uide.

194. Si eligentes arbitratorem super aliquo contractu, infra tempus statutum negligunt notificare uel certificare arbitrationem, dicuntur ab eius arbitrio recessisse. Bar. in l. si quis arbitratu. ff. de uerb. oblig. in ult. col.

195. Si emptor, quando est datum tempus ad mēsurandum uinum, si post denūtiationem sibi factam negligens in mensurando fuerit, uenditor potest uinum effundere, tex. est bonus in l. 1. §. licet. ff. de peric. & commod. rei uend.

196. Rectores piorum locorum negligentes administrationem, & curam, excōmunicantur ipso iure, tex. est in clement. quia contingit, de relig. dom. in princ. & post princ.

197. Habentes ius præsentandi, si præsentato infra terminum statutum a dięcesano portionem congruam prouentuū assignare neglexerint, assignatio deuoluitur ad diœcesanum, clem. 1. de iurep.

198. Diœcesani non se impediunt de iurisdictione minorum pręlatorum, nisi ipsis negligentibus. 1. §. ne igitur, cum gl. in uerbo, negligentiam, de celeb. mis.

199. Si sanguis Christi per negligentiā decidat in terram, debet eum sacerdos lingua lambere, & quatuor diebus debet pęnitentiam agere, c. si per negligentiam, de conse. dist. 2.

200. Si per negligentiam aduocati lis differtur ultra triennium, aduocatus punitur in duab. lib. auri. l. properandum. §. illo proculdubio. C. de iud.

201. Si accusator infra tempus statutū accusationem propositam prosequi neglexerit, grauissimè mulctatur. l. 1. C. ut intra cert. temp.

202. Vxor, quę defuncti memoriam negligit secundo nubendo, negligensque tutelam filiorum susceptam, grauiter punitur, ut in §. sui autē tutelā. in auth. de nup.

203. Debitor ex plurib. causis negligēs exprimere, quando soluit simpliciter in quam causam ipse uelit solutum, electio transfertur in creditorem, l. i. ff. de solu.

204. Colonus qui neglexit colere fundum: pro anno futuro ex quo passus fuit sterilitatem, non potest petere pensionis remissionem: Cy. in l. ad comparandas, in fi. C. mandati. bo. tex. in l. ex conducto. §. cum quidam. ff. loc.

205. Dominus negligens exigere affictum a colono per 40. annos, non potest amplius petere nec rem, nec possessionē, gloss. in l. 2. in gloss. fi. C. de iure emph. gl. in l. cum notissimi. §. fi. C. de præscript. 30. annor.

206. Emphyteota negligens soluere per biennium canonem, si sit priuatus, potest possessione expelli, gl. & tex. in l. 2. C. de iure emp. & gl. in authen. qui rem, de sacrosan. eccle.

207. Possessor hęreditatis tenetur de negligentia culturæ prædiorum bonus tex. in l. ei qui. in fin. ff. de pet. hær.

208. Vasallus negligens circa dominū, priuatur feudo. c. 1. §. quid si non fecerit, in tit. quæ fu. prima cau. be. amit.

209. Fructus percepti ab hærede propter negligentiam fideicommissarii non petentis, non imputantur in quartam, cū alias, imputarentur text. est not. in l. mili ti. §. si hęredes ff. ad Treb.

210. Eodem modo quæsita per hærédē post aditam hæreditatem ex rebus hæreditariis negligentia fideicommissarii non petentis restitutionem, non imputantur in quartam, etiam si coactus hæres adiuit tex. est sing. in l. ita tamen. §. 1. ff. ad Treb.

211. Veterani milites negligentes perdunt priuilegia ueteranorum, l. pen. C. de ueter. lib. 12.

212. Renunciatio de non petendo adinuicem aliquo modo inter fratres facta di uisione non extenditur ad ea, quæ applicanda sunt propter negligentiam alterius alter. Ita not. Barto. in auth. hoc amplius, in fin. C. de fideicommis. & in l. qui cum tutorib.

tutoribus. ff. de transf. & in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de uerb. obl. per tex. notab. in l. damni. §. l. ff. de dam. infec.

213. Alium casum negligentiæ ponit glo. in l. senatusconsulto. C. qui accus. non possunt.

214. Alium etiam ponit tex. cum gl. in l. in rem. §. fi. C. de rei uend. quosdam etiã alios inuenies positos per Bar. & Mod. in l. ꝙ Nerua. ff. de pos. quos non curaui recẽ sere. Nam res ferè in immensum procederet, & ideo sufficiet mihi ex istis studiolos ad perquirendos alios casus inuitare, ac ansam dare uoluisse. Nam & ego iam pro culdubio fastiditos, innumerabiles alios negligentiæ casus omisi, quos de facili ex scriptis præsertim Mod. quilibet curiosus colligere poterit, maximè, quia pro maiori parte illorum Commentaria sunt ornata repertoriis. Volui igitur hic tantum negligentiæ casus colligere quos in repertoriis uulgarib. collectos non reperi, quibus quidam alii casus adiungi poterunt, quos And. Alc. & Gul. Bened. uiri eruditi in tit. de uer. sig. fol. 17. col. 1. & in rep c. Raynutius. fol. 194. & seq. ti. de test. tradiderunt. Nam materia ista negligentię tam frequens est inter mortales, quàm in homine oscitatio ipsa.

Visis negligentiæ casibus, & effectibus præiudicium afferentib. operęprecium erit quosdam alios breuissimos casus adnotare, in quibus negligentia non nocet.

Primus casus est, quando uenditor fundi ante traditionem fundum ut alienum neglexit: nam hoc casu de negligentia nõ tenetur casus est not. in l. uenditor ex hæreditate, §. 1. in fin. ff. de hær. & act. uend.

2. Quando maritus fuit negligens in exigẽdo dotem a patre uxoris, qui factus est nõ soluendo: nam tali casu non tenetur de suo. casus est notab. in l. si extraneus ff. de iure dot. quod singulariter limitabis non procedere si fuisset negligens non exigendo ab hęredib. patris. casus est not. in l. ob res, §. fi ff. de pact. do. & ibi Bal.

3. Si negotiorum gestor cœpit alicuius gerere negotia, si negligat, & non perseuerat, gerere non tenetur, casus est not. in l. tutori, C. de neg. gest.

4. Quia bonæ fidei possessor hæreditatis si negligit hæreditatis res meliores facere, non subiacet querelæ, casus est notab. in l. si quid possessor. §. sicut. ff. de petit. hær.

5. Casus: quia negligentia unius non nocet alteri, gl. est in l. si ex duob. ff. de ne. ge.

6. Quia ille, qui negligit agere, per hoc non dicitur fraudem facere, nec sibi nocet, ut dicatur in fraudem creditorũ hoc fecisse, ut est bonus tex. in l. qui fraudem, in princ. ff. de his quæ in fraud. cred. l. neq; ex sociis. §. fin. ff. pro socio. cũ similib. licet q̃nque fallat, ut per gl. no. in l. 2. §. nõ tantum. ff. de hær. uel act. uen.

7. Quia seruus a testatore uetitus rationes reddere, negligentiæ non tenetur, casus est uotabilis in l. si seruus uetitus, ff. de leg. 1.

8. Negotiorum gestor, qui equum in pascuis solutis neglexit excusatur, nec imputatur illi, ut est gloss. in l. si negotia. ff. de neg. gest.

9. Negligentia serui non petentis fidei commissariam libertatem, non præiudicat sibi quin ex die dato libertas sibi competat, tex. est notab. in l. cum uerò. §. 1. uer sic. ex die. ff. de fideic. lib.

10. Quia negligentia non nocet, quando socius fuit quoque negligens, sed compensatur, tex. est not. in l. si ambo. ff. de compensat.

11. Negligentia contra unum non pręiudicat contra mihi alium secundũ dicta Bart. in l. si seruus, ff. ui bo. rap. & in l. litẽ, in pri. ff. de alien. iud. mut. cau. fact.

12. Quia si uendita insula combusta fit negligentia seruorum, mihi non nocet tex. no. in l. si uendita. ff. de peric. & com. rei uendit.

13. Si missus in bonorum possessionem negligat, & destituat bona nõ præiudicat sibi, ut teneatur ob illius negligentiam, casus est nota. in l. prætor ait in §. cæterum. ff. de bo. au. iud. poss.

14. Tutoribus licet quandoque negligere præceptum & uoluntatẽ testatoris, bonus tex. in l. quidam decedens. §. usque adeò. ff. de adm. tut.

15 Quia executorib. literarũ papallum non currit tempus negligentes, de quo in c. 2. de concess. præbend. gloss. in clemen. si

 ben efi

beneficio.in uerſ.epiſcopi,eo.ti.

16.Si hodie ſum negligens, per hoc nõ inducit præſumptio, ut retro fuerim negligens,iſtud ponit Bar.in l.ab hoſtibus.§. ſed hoc ſimpliciter,in 3.col.in fi.ff.ex quibus cauſ.maio.

17.Negligentia in rebus ſuis,non nocet l.in te mandata.C.mandati.l.ſed etſi.§.cõſuluit.de pet.hær.

18.Quia licet quis per negligentiam perdat ius agendi,uel corrigendi, tamen nõ perdit ius aſſiſtendi agenti,uel corrigenti, glo.no.in c.irrefragabili.§.excluſus,in gl. in uerbo per epiſcopum,in fi.de off. ord. & hoc prodeſt ad multa.

19. Quia creditor negligens in non exigendo a debitore ad diminutionem fideiuſſorũ,ſibi non præiudicat quo ad fideiu. text. not.in l. ſi fideiuſſor creditori. ff. de fideiuſſ.

20.Quia negligentia in re depoſiti dũ modo non fuerit magna, non imputatur pariter etiam non parendo conditioni adiectæ legato facto eccleſiæ,non nocet ipſi eccleſiæ.Ita notab.dicit Abb.&alii in c.ab bate,de uerb.ſig.

HActenus negligentiæ caſus enarrauimus,in quibus iam longo feſſus itinere finem facere deſtinaueram. Verùm,quia parum eſt negligentiæ incõmoda noſſe,niſi etiam quid damni,uel cõmodi diligentia afferat, ſcribamus, ideo pauca quædam adhuc de diligentiæ commodis,uel incommodis ſubnectam.Nam ex quo diligentia & negligentia quædam ſunt qualitates, quæ communiter ipſis hominibus adhærent, & inter ipſos paſcũtur,inconueniens, uideretur ſi poſtquam unum actum incepi,totam tragœdiã non perficiam.Rem igitur aggrediamur.

1.Primus effectus diligentiæ erit. Quia ſi homo diligens aliquid indebitè alicui ſoluit,& repetat indebitum, probare tenetur: quia diligens indebitum ſoluiſſe non præſumitur,tex.eſt in l. cum de indebito,de prob.

2. Caſus,quia filiusfa. diligens & induſtrioſus aliquid acquirens,præſumitur ex ſuo,& non ex bonis parentum acquiſiuiſſe,& ideo illud profectitium eſſe non iudicabitur gl.no.in l.cum oportet,in prin. C.de bo.quæ lib.

3.Quia paludes & paſcua, diligentia & induſtria poſſeſſorũ meliorata ab ærario, uel ab alio,abſtrahi non poſſunt,nec in ipſis poteſt aliquis functiones aliquas imponere.bon.tex.in l.fi. C.de alluuionibus & paludibus.

4.Quia cohæres,qui fuit diligens in repetendo partem ſuam depoſiti a depoſitario,qui poſtmodum factus eſt non ſoluẽdo,non tenetur contribuere cum cohærede.l.fi.ubi bo.tex C.depoſiti.

5. Quia creditor, qui fuit diligens in petendo creditum ab hærede, qui factus eſt non ſoluendo,uel abſtinuit ſe poſtmodum ad hæreditate,non participat cũ alio creditore,tex.eſt in l.ſi pupillus. ff. de his quæ in fraud.cred.

6.Quia illud, quod acquirit ex ſua diligentia hæres,non imputatur in bonis, ut quouis modo cedere debeat ad commodum legatariorum,text ſing.in l.ſi hæres, ad l.Fal.in princ.

7.Quia ſi alter ex duobus reis credendi ex cauſa lucratiua fuit diligens in præueniendo ſolutionem legati,totum ſibi uendicat.caſus eſt ſingularis in l. Falcidia.§. hoc obſeruandum.ff.ad leg. Falc. ſecus ſi non eſt cauſa lucratiua: quia licet præoccupet,& totum conſequatur,contribuit. bonus text.in l.fideicommiſſa.§.plerunq; ff.de leg.3.

8.Quia etiam malæfidei poſſeſſor,a quo ſeruus petitur,non tenetur de fructibus, quos percipere potuit ex artificio ſerui, quod ex ſua diligentia &ſumptib.didicit tex.ſingularis in l.cæterum.ff.de rei uen.

9.Quia ſi quis fuit diligens, & curioſus in redimendo teſtatorem captiuum, uel curando ipſum infirmum,negligente hærede,lucratur hæreditatem ipſius, tex. eſt not.in auth.ut cum de appel. cog. in §. ſi quis,de præd.

10.Quia propter diligentiam,& curam alterius ſocii ſocietas hoc modo communiri poteſt,ut unus damnum tantum ſentiat,& alter lucrum: ita quod lucrum duntaxat commune ſit, text. eſt not. in l. ſi non fuerit,ff.ſi pro ſocio.

11.Quia licet regulariter quando debitor fideiuſſori ſuccedit, obligatio fideiuſſoria,

soria extinguatur, tamen uolente credito re, qui diligens in sibi prospiciendo fuit, non extinguitur. text. est multum notab. in l. debitor fideiussori. ff. de separa.

12. Quia si prior creditor, qui fuit diligens sibi in cautione pignoris illud in solutum accipiat, tamen secundus per hypothecariam non auditur, nisi offerendo debitum, quamuis per dationem pignoris in solutum extincta fuerit obligatio. l. 1. & ibi gl. C. si quis creditor.

13. Quia diligens commodatarius sit in incendio suas pretiosiores seruandas prætulit commodatis, excusetur a culpa, tex. no. in l. si ut certo. §. quod uerò. ff. com.

14. Quia si quis emit aliquā domū, uel rem alteri obligatam, & eam sua diligentia meliorem reddidit, si ab eo postea per hypothecariam euincatur, præstando primam æstimationem liberatur. Ita mirabiliter dicit Bar. per illum textum in l. 2. in fine. C. de præd. nauiculariorum. lib. 12. quod est notandum ad ea, quæ not. idem Bar. in l. cum postulassem, per illum tex. in fi. ff. de dam. infect.

15. Quia si uasallus sua diligentia in feudo aliquod ædificium fecerit, & postmodum contingat uasallum sine hærede masculo decedere, dominus pati debet aut ædificium auferri, aut certè meliorationis pretium soluere, ut in §. uasallus, in tit. hic finitur lex. in usib. feud.

16. Idem in colono diligenti, quod in uasallo dicendum est. Nam si colonus meliorauit fundum, potest ei insistere donec melioramenta sibi soluantur, ne sua diligētia sibi sit damnosa. l. colonus. ff. locati.

17. Quia si colonus sua diligentia rem meliorem reddidit, pensio illa augeri nō potest. gl. magna in l. si merces. §. uis maior. ff. locati.

18. Quia si domus uendita ante traditionem cōbusta fuit, licet id damno uenditoris cedat: tamen si constat uenditorem eā diligentiā in ea custodiēda adhibuisse, quam homines frugi & diligenter præstare solent, damnum ad eum nō pertinebit. tex. est not. in l. si uendita. ff. de peric. & cō mo. rei uend. de quo uidendum est, ut per Ias. in l. domus, ff. de leg. 1. & per Soc. in tractatu fallent. reg. 178.

19. Quia damnum datum autoritate curiæ in re pignorata, quæ diligentia, & solicitudine creditoris fuit recuperata, cedit, & pertinet ad debitorem: quod non esset si creditoris instantia & diligentia recuperata non fuissent, text. est notabilis in l. si. ff. de pig. act. quod est notandum ad id de quo ibi per Bar.

20. Quia prælatus, qui diligentia, & industria sua acquisiuit aliquid ecclesiæ, & ipsius intuitu ecclesia tantum liberè potest disponere, & habet priuilegium, de quo in c. consensus, de rebus eccles. non alienan.

21. Quia si unus ex sociis sua diligentia & cura communem domum recuperauit & socius infra quatuor menses non satisfecerit sibi pro rata contingenti efficitur dominus totius rei, l. 4. C. de ędif. priuatis. Et text. in l. si fratres. §. idem respondit. ff. pro socio.

22. Quia fundus datus in solutum melioratus industria, & diligentia creditoris, lucro creditoris, & non debitoris cedit. l. pen. C. de sol.

23. Effectus diligentiæ est: quia diligens in uno artificio, in eo nunq̄ læsus, non petit in integ. rest. l. i. C. qui, & aduer. quos.

24. Quia licet procurator impetrans literas ad lites, de mādato docere teneatur, tamen in causa appellationis non tenetur quia non præsumitur, ꝙ qui diligens in causa principali fuit, ius appellationis ꝓ sequi negligat. gl. magna, in c. nonnulli, ad fin. de rescr.

25. Quia iudex qui pronuntiauit appellatione desertam potest reponere appellantem, si doceat de diligentia sua ita pulchre dixerunt Domini in Rota, in decis. 43. in antiq. tit. de app. sequitur Fely. in c. ex parte. el 1. de resc.

26. Quia si iudici commissa est diligens testium examinatio, ꝑꝑ uirtutem huius uerbi diligens, si testem de causa, & rōne sui dicti interrogare dimittit, nō ualet dictum suum, ita tenet Bal. nota. in c. sicut, per illum textum de re iud. relatum à Soc. in l. 1. in 6. charta. ff. de noui ope. nunt.

27. Quia ꝑꝑ diligentiam & exploratam industriam præfecti prætorii, ab eo non appellatur. l. i. ff. de off. præf. præt.

28. Quia si donans sit industriosus, & diligens, non debet ali à donatario: alias ali debet, & ita in filiosamil. est text. in l. si quis à liberis. §. 2. de li. agn. & gloss. nota. in l. si quis argentum. §. sed si quis. C. de donat.

29. Quia probando diligentiam prælati, creditor dicitur probare motiuum factum in utilitatem ecclesiæ conuersum fuisse. per gloss. nöt. in authen. hoc ius porrectum in gl. fi. C. de sacrosf. eccles.

30. Quia tutor diligens, licet alias pauper, tamen ut suspectus remoueri non potest. l. suspectum. ff. de suspect. tut. cũ simil.

31. Quia in vno solo de capitulo diligenti existente, capitulo negligente capitularis potestas residere potest. Abb. in c. olim. de testib.

Et per ista finem imponam huic Opusculo, cum satis superque ex istis notitia: negligentiæ, & diligentiæ haberi pôt quã uis etiã hic locus postularet quædam alia de iis, quæ in omittendo consistunt, enarrare, quę latius alias digessi: sed ne plus debito regula ista oneretur, ad alius quæstiones transitum faciam.

QVAESTIO XXIX.

QVæro, nunquid impetrans à papa beneficium uacans in curia, & sic reseruatum reseruatione in corpore iuris clausa, hoc non expresso, dicatur habere titulum coloratũ, & defendatur ista regula?

SOLVTIO. Ter fuit in Rota decisus iste punctus, ideo super illo nõ multũ insistã.

Primo enim decisus fuit inter Ioannẽ Beltran. ex vna, & Hieronymum Beltran. aduersarium ex altera. Nam Rota in istã opinionem inclinauit, ꝙ reg. nõ suffragef, ut d. Ioannes de Auguiano, antiquus procurator, qui tunc causam tractabat, retulit Secundo iste casus disputatus fuit per Dominos in vna Veronen. canonicatus & pręben. corã D. Corrado, ut refert hic d. Gul. & tunc etiã Rota disputando tenuit eãdẽ opi. uidelicet, huiusmodi impetrantem regula non suffragari. Ratio decisionis fuit quia regula excipit istum casum de beneficio reseruato: non obstan. ꝙ tex. istius reg. in principio præsupponit impetrantem habuisse titulum ex collatione apostolica nam ex quo hic excipiuntur duo casus. Casus ergo illi excepti debent intelligi retento eodem themate, uidelicet, etiam si habuerit titulũ à papa. Quia casus exceptus debet esse de regula, ut dicit Dyn. in rubr. de regul. iur. libr. sexto. & Batto. in l. 1. ff. eodem titulo. & in l. ex iis. per illum text. ff. de legib. Non enim esset bona exceptio dicere, Omnes homines currunt, exceptio equo: quia ex quo regula non loquitur de equo, exceptio non est cõueniens: debuit ergo fieri exceptio de aliquo homine, ut sic exceptio conueniat terminis præsuppositis in regula: ita est hic dicendum. nã text. hic loquitur de titulo apostolico, uel ordinario, & debet exceptio etiam loqui de eisdem in terminis reg. & ita etiam tertio loco, secundum istam opi. iudicauit R. D. Raynaldus Petrutius die 9. Iulii 1537. in vna Sagouien. parochialis de paladis: & quia ista interpretatio est iam trita in Rota, ideo non amplius in sistam.

Limitatur tamen ista conclusio duob. modis. Primo in casu, de quo per glossato rem hic in 2. col. uers. itẽ ibi absq; simonia co ingressus, &c. in quo quia dicit fuisse iudicatum, non moror: quia alias mihi uidetur ille casus multum dubius.

Secundo limitatur, nisi papa de beneficio reseruato prouideret motu proprio quia ex quo tunc obiici non potest subrepti taciturnitatis reseruationis, debet tali casu possessorem iuuare reg. Tamen do. Gul. hic tenet contrarium, ex quo regula ista indifferẽter excipit prouisum à papa de beneficio reseruato, & nõ distinguit, an prouisio facta simpliciter, an motu proprio, ut hic latius per eum. Adiuuatur ista domini Gul. quia licet prouisio facta à papa sit motu proprio, præsupponi tamẽ debet, ꝙ prouisio aduersari sit melior, adeò, ꝙ ista ꝓuisio motu proprio facta uidetur tantum colorẽ ad possidendum tribuere, quia alias si dicta impetratio motu ꝓprio ex omni parte ualida esset, non indigeret possessor auxilio regulæ aduersus aliũ impetrãtem: quia eum uinceret ex sua bona prouisione absque auxilio reg. Tenẽdũ est ig. ꝙ isto casu prouisio Papæ nõ erat bona, sed alius contra quem excipitur de regula

gula habebat titulum uerum & bonum. Itaque ex quo sumus in odiosis, & exorbitantibus, debet generaliter exceptio regu. intelligi quatenus minus, quàm sit possibile uero impetranti habenti bonum titulum præiudicetur. Vnde licet regulariter in omnib. aliis beneficiis excludatur impetrans, habens bonum titulum per triennalem possessorem: fallit tamē in beneficiis reseruatis ex vacatione facta in curia: quia tali casu etiam habens titulum coloratum à papa, siue simpliciter, siue motu ꝓprio non iuuatur regula.

Nihilominus licet ista opi. aures demulcere uideatur: mihi tamen non omnino satisfacit: quia habens prouisionem à papa ex certa scientia de beneficio taliter reseruato ex quo habet ab eo, qui dare potest, non dicitur intrusus, ut reg. præsupponit. Et ideò nō uideo quare iuuari nō debeat, cum eadem ratio militet, quæ in aliis beneficiis, & in exorbitantibus licitum est argumentari ex identitate rationis ad similes. Casus vulg. gl. in uers. Italiæ. in c. 1. de temp. ordi. lib. 6. cum aliis triuialib. traditis per Doct. in vulg. auth. quas actiones. Et ita seruat Rota, prout dixerunt Domini in vna Salamantina parochiali de Guadramiro coram R. D. Marco Antonio.

QVAESTIO XXX.

QVæro, quid si papa contulit beneficium reseruatum uacans in curia Martino, qui post triennalem possessionē moritur extra curiam, & ordinarius cōtulit Titio, papa uerò contulit Gaio: & ille Titius possedit posteà per trienniū, & deinde conuentus à Gaio excipit de reg. ista Gaius replicat regulam non habere locū in reseruato vacante in curia, ut patet hic. Dubitatur igitur quid iuris?

SOLVTIO. Tota difficultas huius dubii consistit in hoc: an semel reseruatū duret semper affectum? An uerò expiret reseruatio, & affectio per collationē factā ꝑ papam Martino? Pro una parte uidetur dicendum, ꝙ semel affectum, semper durat affectum, ut est decis. 181. & 207. in no. & est extrauagans Pauli. inc. piæ. & Benedicti inci pien. ad regimen. cum similibus.

Tamen contrarium est uerum: quia licet beneficiū sit reseruatum reseruatione. c. 2. de præb. 6. quæ est illa quam text. hic appellat in corpore iuris clausam. Nihilo minus eo ipso, quod papa disponit de illo beneficio, per illam collationem cessat reseruatio, adeò, ꝙ ordinarius pōt postea de illo prouidere, sicut facit de litigioso cessante lite pend. libro 2. & clem. 1. codē tit. Quod autem per collationem papæ expiret reseruatio, tenet Old. consil. 57. & decis. 20. in titu. de præbend. in antiquior. & omnes aliæ prædictæ decisiones proximè allegatæ, & decis. 283. in antiquis. & tenet Lapus allegat. 127. incipien. Anastasius. Et Calder. consil. 10. titul. de præd. cum quibus concordat Dom. consil. 93. incip. Clemens 7. Et ista conclusio procedit etiā si collatio papæ ex causa sua fuerit inutilis, ut declarat Rom. consilio. 335. & est communis opi.

Item conclusio prædicta procedit quādo papa contulit, & super tali collatione literæ sunt expeditæ. Secus autem si collatio manet in sola supplicatione: quia per solam supplicationem non dicitur adhuc reseruatio extincta. Ita dicit Ecly. ex mēte Rotæ, in rubr. de constit. in 4. col.

Secundo limitatur, nisi papa contulerit suo familiari: quia tali casu per collationem prędictam non expirat reseruatio, qa incipiet ex hoc creari noua reseruatio, adeò ꝙ ordinarius non poterit disponere, ut dicit Gemin. conf. 30. inc. Bonifacius & concord. Calder. in d. consil. 10.

Tertio limitatur, nisi prouisus per papam ante acceptationem collationis moriatur: quia tunc non respirat reseruatio, ut expressè probat Oldr. in consil. 57. & tenet Spec. in ti. de act. seu petitorio. §. pen. & ibi Ioan. Andr. in addit magna. in uersi. sed quæro circa ipsam decretalem ubi latissimè hoc ponit, referens omnia fundamenta Old. in dicto consil. eo. tacito, & sequitur Domin. in capit. 2. in fin. de præb. lib. 6. & Gaspar de Perusio tacito Old. hāc opin. tenet in trac. reseruat. in 3. quæst. Cum quibus concordat Collecta. in capit. ecclesia. in 3. column. uersi. sed quia papa de fortileg. licet Rota uideatur titubare in dec. 882. nota, ꝙ ubi gratia, &c. in antiquis.

quis. Si tamen prouisus post acceptationē prouisionis moreretur, possessione non capta: nihilominus reseruatio expiraret, ut dicit Io. And. in d. addit. ad Spec. & sequit Gemin. in dicto cap. 2. & est decisio Dominorum in decisio. 283. nota, q ibi papa in antiq. Ratione est: quia solus cōsensus tribuentis & recipientis perficit gratiam, & dat ius plenum, ca. si tibi absenti. de præb. libro sexto. tenet Inn. in c. 1. & c. ex parte. de concess. præb. & in c. constitutus, in gl. si enim. de rescript. Oldr. consil. 136. inc. q q ex productis. & secundum hoc dictum Felyn. in d. rubr. de rescript. de quo supra proximè feci mētionem, redderetur dubitabile.

Quartò limitatur, nisi prouisio per papā per uiam commendę facta fuerit: quia tūc reseruatio non expirat, ut latè probat Collectarius in c. si constiterit, de accus. & prosequitur. d. Guliel. decis. 5 ti. de priuilegiis. & reassumit Moder. in tract. reseruationū. quæ non euro prosequi. cum ad istum locum non pertineat.

Et ista quæ dicta sunt per collationem papæ reseruationem expirare, procedunt etiam si papa ipse non conferret, sed mandaret executorialib. ut talem poneret, in possessionem: quia talis actus æquipollet collationi, iuxta tradita per Rotam decis. 441. in no. inc. fuit dubitatum. & Egid. decis. 226. & Roma. in consil. 337. quo ad primum. in princ.

Ex quib. omnib. resultat decisio quæstionis nostræ, uidelicet, q exceptio posita in ista regu. de reseruato, non habet locū in casu, nostro, quominus possessor triennalis defendi possit regula.

Et ex istis infertur vnum aliud, q licet aliquis possideat beneficium reseruatū uacans in curia si possessor postea prouisus à papa fuerit, & ille deinde per triennium pacificè possideat, poterit ab ista regu. defendi, quod non pono pro constanti.

Et in casu nostræ quęstionis magis iustificatus opinio, ex quo ille Martinus prius per triennium possederat, & sic etiam stante reseruatione posset Titius iuuari alleg. Lap. 89. per quam excluditur necessitas iustificandi titulum sui prædecessoris, ut tradit etiam Old. consilio 229. hęc sunt dubia & tenet Egid. in quadā decisione: aliàs fieret processus in infinitum si quis ti. prædecessoris probare teneretur. Nā illa iō, quæ posset obiici cōtra tit. immediati prædecessoris, eadē posset obiici tituli centesimi prædecessoris. Et si oporteret habere paratas probationes omnium, q est absurdum & fere impossibile, non secus, ac si repeteremus originem maiorum nostrorū, quæ secundum hoc esset exordienda, & repetēda ab Adam, ut dicit gl. in l. assumptio. ff. ad munici. ut igitur euitarentur ista absurda, bona fuit prędicta allegatio Lapi, & nō immeritò toties à Rota canonizata, & in usum recepta. Quę propter breuem hominum uitam, & fomentum istius regulæ, Modernis temporibus, ad triennium reducta fuit: quibus omnibus concordant etiā rationes positæ per Spec. tit. de probatio. §. probare. uersic. ucium.

QVAESTIO XXXI.

QVæro, quia dicitur hic, q triennalis possessio non iuuat possessorem in beneficio reseruato, ex aliqua reseruatione generali in corpore iuris clausa: q sic illa reseruatio in corpore iuris clausa, & an sit unica, uel plures, & de qua reseruatione intelligatur hęc regula?

SOLVTIO. Ista quæstio tria capita cōtinet. Primum, quæ sit illa reseruatio in corpore iuris clausa. Et communiter dicitur, quòd est illa, de qua dispo nitur in capitulo secundo de præbend. libro sexto quia nulla in iure maior uel potior inuenitur, ut dicit Dom. Guliel. decis. 23. titu. de præb. Quæ nam sit ratio tantæ potentiæ, dicam inferius in 2. capit. istius quæstionis.

Et aduertendum est, quòd reseruatio. de qua in dicto capit. 2. censetur eo ipso inducta, quod beneficia uacant apud sedem. Et cum mysterio text in d. capitulo secundo, loquitur de beneficiis uacantibus apud sedem, & non dicit in curia, quiā ista uidētur diuersa: quod ex eo apparet, quia si ordinarius alicui scienti conferat tale beneficium reseruatúm, ille non facit fructus suos, ut uidetur tenere Spec. & ibi Ioan. And. in titu. de dispens. §. uidendum restat. uers. sed pone q aliquis. Ratio est, quia ex quo prouisus sciuit beneficium

apud sedem uacasse, non debuit ignorare eius decretum, quod est iuris: quia in his, quæ sunt iuris, ignorantia non præsumitur, ut in cap. 2. de constit. lib. 6. & ideo fuit in mala fide. & per consequens non facit fructus suos, ut dicit Rota in decis. 4. titu. de resti. spoliato. in no. quam latius sequitur Abb. in cap. dilecto. de præbend. & in cap. cum dilectus. de iure patro. & ubique in pen. notabili. Et istã cõclusionẽ sequuntur etiam Fely. in ca. de quarta. in secũda fall. de præscrip. & Ias. in §. sed iste. nu. 92. insti. de act. Are. in consi. 17. & Cur. antiquus in consilio 71. inci. princeps de functus. in 6. & seq. col. & ĩ terminis istius reseruationis apud sedem, quòd non faciat fructus suos, tenuit Modernus Sabin. in tracta. reseruatio. in 9. effectu. quartæ quæst. Sed hoc non procedit in possidẽte beneficium in curia uacans, nisi probetur eius notitia: quia cum beneficia uacare dicantur beneficia designata in extrauag. ad regimen. & in extrauag. ex debito. eorum præsumitur ignorantia, iuxta tradita per Abb. & Felyn. in capitulo pastoralis. de fid. instru.

Et ideo pro clariori & fundamentali intelligentia prædictorum est cõsiderandũ, quòd uacatio apud sedem potest intelligi dupliciter. Primo modo, propriè: & tũc uacatio apud sedem intelligitur de illa. d. c. 2. quę est in corpore iuris clausa, & ita capit Lap. alleg. 84. Secundo modo, uacatio apud sedem capitur impropriè pro quacunque uacatione in curia: & tunc uacatio apud sedem, & uacatio in curia pro eodem capiuntur. ut in cap. statutum. & ibi no. gl. de præbend. lib. 6. & ita capit Lap. alle. 84. & alibi sæpe. Adeo ꝙ propriè loquendo, omnis uacatio apud sedem potest dici uacatio in curia, sed nõ econtra. & ita procedit decis. 17. de præbend. in anti. & Fastoli dubio 53. Hoc probatur, quia licet reseruata per extrauag. ad regimen contingat alibi, quàm apud sedem uacare: in curia tamen uacare dicuntur non tamen apud sedem: quia illa reseruatio non est in corpore iuris clausa. & ita procedit, quod dicit Calder. consi. 9. tit. de præbend. circa fi. Et hoc in terminis uoluit Rota in una Monasteriẽ. canonicatus, coram R. D. I. Clerici. de mense Nouem. 1533. Ex quo infertur, ꝙ talia beneficia reseruata p d. extrauag. & alias quascunque, uacantia extra duas dietas, poterant per ordinarius post mensẽ conferri: quia non censebantur in curia, neq; apud sedẽ uacare. Et ideo ob eã causam, per extrauag. Bonifacii incip. piæ solicitudinis. per quam corrigitur cap. præsenti. de præbend. lib. 6. inductum fuit. quòd ordinarii, etiam post mensem, illa conferre non possent, secundum Ioan. And. & omnes ibi & Lap. alleg. 96. incipien. beneficia uacantia. quos sequitur Reuerend. bo. memor. Iacob. Simonetta, quondam Rotę auditor celeberrimus. in tracta. suo reseruat. in 1. parte. de quo aliquid Egi. licet corruptè, in decis. 655. Et eodem modo beneficia resignata in curia dicuntur uacare in curia, licet non apud sedem: quia iste modus reseruationis nõ est in corpore iuris clausus. Et ita procedit, qđ dicit Roma. consilio 341. Sic etiam si Papa propter bonum pacis & concordię, de consensu duorum, ad resignationem alterius constituat alteri pensionem, adeò dicuntur illa beneficia sic pensione grauata, affecta: quòd occurrente uacatione, nullus præter Papam de illis disponere poterit, qa cẽsenẽ reseruata. Ita mirabiliter dicit Gul. de Monf. in comment. pragmaticæ sanctionis. fol. 51. rationem notabilem ibi assignans, quam uide per eum. Et licet istud dictum sit notabile, tamen multum dubito an sit uerũ. Postremò, unum aliud notandum est, circa istam reseruationem in corpore iuris clausam, ꝙ licet talis reseruatio habeat effectus iuris communis, non tamen absolutè facit ius commune, licet de ea in d. c. 2. caueatur. Ratio est quia ista reseruatio dicitur in iure communi clausa, & aliud est ius commune, aliud clausum in eo, ut patet in c. cum ordinẽ. de rescrip. Et hinc est, quòd inseria in iure communi, & ius commune differunt in uiginti casibus, ut inferius in fin. q. dicam. Reseruatio igitur in corpore iuris clausa, nihil aliud est quã singulare quoddam sedis apostolicæ priuilegium prærogatiuam specialem continens, ut colligitur apertè ex uerbis d. cap. 2. Quæ omnia magis clara reddentur, ex infra

infrà dicendis in secundo & tertio articu lo istius quæst.

Secundus igitur articulus istius quæstionis est, utrum sit unica tantùm, an plures reseruationes in corpore iuris clausę. Et ita Glossator hic dicit, quòd licet per 23. annos legendo & practicando reuoluerit ius canonicum, nihilominus quòd non reperit nisi unicam reseruationē in corpore iuris clausam, quæ est illa, de qua in dict. ca. 2. Et licet regula ista in illis uerbis, ex aliqua reseruatione generali, in corpore iuris clausa, &c. plures alias similes reseruatiões præsupponat, quarū aliqua exempla ipse hic enarrat: nihilominus illis non obstantibus, sequutus Nicolaum de Castello illorum temporum abbreuiatorem, ipse concludit unicam tantum esse reseruationem in corpore iuris clausam, de qua in d. c. 2. ut hic per eum. Et eādem opinionem repetit idem Glossator in commento regulæ 62. col. penul.

Quid dicendum? Certè iste punctus non uidetur sine difficultate: ex eo, quia text. hic in illis uerbis, ex aliqua reseruatione in corpore iuris clausa, &c. præsupponit, ut dixi, plures esse huiusmodi reseruationes. Et ne putemus hoc factū fuisse per errorē Abbreuiatorum, ut dicebat Nicolaus de Castello, hic relatus per Gloss. hoc idem clarè probatur in decreto concilii Basil. tit. de elect. & reseruat. ibi reseruationib. in corpore iuris clausis semper exceptis, &c. Et sic uidemus, ꝙ text loquitur in plurali. Et istam opinionem, uidelicet, quòd plures sint reseruationes in corpore iuris clausæ, uidetur tenere Nicolaus Milis, in uerbo, reseruatio. §. 2. in fi. & Gaspar de Perusio, antiquus doctor, in tract. reseruatio. q. 9. & Moder. Sabinen. in tracta. etiam reseruatio fol. 4. qui sex species reseruationis in corpore iuris clausas enumerat, computando tres illas, quas Glossator hic ponit. Quib. præfati Moderni tres alias iungunt. Primam addunt reseruationem positam in extrauag. ex debito, Ioan. 22. inter communes. tit. de electio. Et aliam reseruationem inductam per extrauagantem Benedicti duodecimi incipientem, ad regimen. Aliam posita in extrauag. execrabilis. ut ibi per eos.

Tamen pace eorum dixerim, illæ tres reseruationes, licet per extrauagantes inductæ dicantur, non tamen dici debent in corpore iuris clausæ: quia alia est reseruatio iuris communis, quæ in corpore iuris clausa dicitur, alia est reseruatio per extrauagan. inducta. Nam in corpore iuris clausa dicitur, quia est à iure communi inducta, & in eius corpore inserta, prout fit de aliquibus legibus, quæ à canonibus inseruntur, ut in ca. 1. & cap. autoritate. de concess. præben. lib. 6. & in multis locis decreti, sicut etiam eodem modo dicitur priuilegium in corpore iuris clausum, nō quod extrauagatur, sed quod in iure communi inseritur, ut in ca. cum ordinem. de rescript. Aliæ tres species reseruationis adductæ per Glossatorem hic, non sunt propriè reseruationes, ut ipsemet uidetur sentire. & sequuntur Moder. in dicto loco, quia in illis Papa confert iure deuoluto, & tanquam ordinarius, non tanquam reseruata. Et ideo uidemus, ꝙ executor & legatus talia cōfert. Et tñ si essent reseruata, nō conferret, ut dicunt Domini in deci. 491. inci. Nuntius apostolicus. in tit. de præbend. in no. post gloss. in clem. penul. de prębend. in uerbo, siue ad nos. Et dom. Gundisaluus auditor ī tract. de leg. quęst. 9. primæ partis. colum. secunda. & probatur in cap. penul. de præbend. ubi Abb. Panor. in 1. notab. dicit ibi esse tex. ad hoc, qui non potest cauillari cum multis aliis concord. quæ congerit Modernus Aurelianen. in tract. leg. conclusio. 21. cui nomen est Ioan. Brunellus. Sic etiam dispositio cap. 2. ut lite penden. lib. 6. quæ secundū ipsos reseruationem in corpore iuris clausam inducere uidetur, euitari potest: quia si uerum esset per litem motam beneficiū effici reseruatum, sequeretur unum absurdum maximum, quod cessante lite ad huc maneret beneficium reseruatum, & per consequens non posset ordinarius cessante lite de illo disponere, cū semel reseruatum semper reseruatum maneat, ut dicitur in extrauaganti Paul. 2. incip. ad Ro. tit. de præbend. & tenet Rota in plurib. decisionib. de quib. per Bar. Belenzi. in tract. de char. subsi. quæst. 146. Et tamen hoc est falsum, quia prohibitio d. cap. 2. no

nō afficit ordinarios cessante lite. cum ꝓ uidere possint: ut ibi patet, & clement. prima.eod. tit. Ergo non est uerum per illum tex. aliquam reseruationem inductā fuisse, sed potius quandam simplicem inhibitionem temporalem, uidelicet, lite durante. Et fortè de istis reseruationib. im propriis ista regula, & decretum dicti concilii Basiliens. superius allegatum loqui uoluerunt, sed in his amplius non insistā. Sed ultra prædictos modernos ego alias plures reseruationes in corpore iuris communis clausas reperio, de quibus posset intelligi ista reg. & decretū ꝑdicti cōcilii.

Prima est in translationibus episcoporum, quę pro communi personarum esset ecclesiarum utilitate, atque necessitate & non propria cuiusque uoluntate fiunt, ut in c.si quis. & in cap. mutationes. 7.q.1. & in capitulo, quanto. & toto titulo, de trāsla. episco. Vnde episcopatus propter trāslationem uacantem nullus alius quàm Papa conferre potest, quia iste casus est de reseruatis Papæ reseruatione in corpore iuris clausula, ut in cap. q̄ translationem de officio legati. & in capitulo fin. de translatione episcopi.

Secūda reseruatio in corpore iuris clausa est in episcopatu, uel dignitate uacante per depositionem, ut in d.c. quod ad translationem. & in c.inter. de translat. episco. & in cap. nisi. & in cap. post translationē. de renuntiat. In talibus enim ius commune apponit manum.

Tertia reseruatio est in casu cap. quanquam. de elect. lib. 6. qui quidem tex. licet loquatur in uno casu, extenditur tamē ad plures alios casus, qui etiam sunt reseruati reseruatione in corpore iuris clausa, ut latissimè hoc probat quidam Guliel Mōserrat Hispanus in commento quodā suo ad pragmaticam Francię. tit. de elect. ubi tex. in d.cap. quanquam extendendo discutit à fol. 46. usque ad fol. 49.

Quarta reseruatio in corpore iuris clausa est, quando episcopus est captus à paganis uel schismaticis, tunc iste casus est Papæ reseruatus, ut nemo alius possit prouidere de tali episcopatu, nisi Papa, ut est tex. in capitulo, si episcopus. & ibi gl. fi. de supplen. negli. lib. 6.

Quinta quando episcopus propter senium, aut aliud impedimentum, corporale perpetuum non potest officium suum exercere, tunc enim papa solus potest prouidere, & non alius, ut in c.1.§. si autē episcopus. de cler. ægro. lib. 6.

Sexta reseruatio est quando papa dat beneficium in commendam licet prius uacauerit extra curiam: quia per talem commendam manet reseruatum, adeò q̄ nullus inferior potest de illo disponere, ut tenet Federi. in tract. permut. q.15. & Ro. & cons. 150. Archi. & alii in c. is cui. de elect. li. 6. Sed ista reseruatio potius ex interpretatione doctorum quàm aliqua speciali iuris dispositione inducta uidetur, & ideo inter prædictos casus computari rectè nō poterit, nisi dicamus de hoc esse text. in d. c. is cui. ponderatum per Compost. in c. cū à nobis, de elect.

Septima reseruatio iuris est quando cathedralis ecclesia clero & populo Christiano caret. Nam prouisio tantū spectat ad papam, ut in clem. in plerisque. de electio. Et pro nunc, ista exempli gratia sufficiant, per quæ extendi poterit dispositio. d.cap.2.

Et ista inuestigatio, an sint plures reseruationes in corpore iuris clausæ, uel vnica, potest esse utilis ad multa, tū ad dispositiones particularium, ac etiā facultates legatorum, quibus conceditur facultas ꝓuidendi de beneficiis quomodolibet reseruatis, excepta reseruatione in corpore iuris clausa. Nam per hoc facile intelligemus de qua reseruatione papa intellexit.

Circa tertium articulum istius quæstionis, uidelicet, de qua reseruatione intelligi debet ista regula, simpliciter loquens, præfati Doctor. post Glossatorem, hic uoluerūt istam regulam intelligi de illa tātū reseruatione, de qua loquitur text. d.ca.2. de præbend. libr. 6. quorum opinio mihi placet, & eam pluribus rationibus cōprobo. In primis ex communi stylo signaturæ, qui illa uerba communiter in supplicationib. apposita, uidelicet non obstante reseruatione in corpore iuris clausa. intelligit de illa reseruatione, de qua in d.c.2. Fę ꝓ ista opi. facit, q̄a uerba singulari numero ꝓlata, in dubio de maiori reseruatione intel

intelligi debent iuxta ea quæ not. gloss. in l.si fuerit.ff.de reb.dub.per text. in l. si ita scriptū.de le.1.& no.Alc.in l.1.§.pe.in ult.q.ff.de uet.ob.Et sic uidemus, ꝙ in materia maximè stricta appellatione excōmunicationis,uenit tantū excōmunicatio maior.c.pe.de sent. excom. Sic etiam dispositio de dominio loquens,de maiori intelligitur.l.1.§. si in perpetuū. ff. si ager. uect. Sed nulla reseruatio in corpore iuris est maior,aut efficacior illa d.c.2.de ben.uac. in curia,ut dictū fuit sup. Et not.antiquus ille Vicecorrector in illo utili libro, qui Practica cancellariæ inscribitur. tit. de beneficiis generaliter reseruatis. notabili. ultimo fol. 87. quod ex his quæ dicit decis. Rotæ 100.in no satis apparet, & inferius per exempla clarius probabo.

Ex quibus omnibus infertur, ꝙ uerba istius regulæ, de reseruatione in corpore iuris clausa, loquentia, debent per excellētiam,de reseruatione per obitum apud sedem intelligi,de qua loquitur tex. in d. c.2.Sicut cum de iure ciuili mentionem facimus, per excellentiā de iure tm̄ ciuili Romanorū intelligimus:licet ius vniuscuiusque ciuitatis,ius etiā ciuile appelletur: ut in §.quotiens.inst. de iure natur. gent. & ciuil.Et ad ostendendum, ꝙ dicta reseruatio apud sedem, de qua in d.c.2.sit omnibus aliis reseruationibus in corpore iuris clausis dignior,efficacior & excellētior per exempla quæ sequuntur ostendo.

Sed antequā specialia priuilegia istius reseruationis per exempla attingam, notandum est vnum, ꝙ curia ad effectum reseruationis. d.c.2.intelligi debet, ubi resi det papa:quæ quidem curia, ratione residentiæ,extenditur per duas dietas & ultra iuxta not.in c.fi.de for.comp.& in ca.præsenti.de præb.lib.6.Et qūo hoc intelligaẽ, declarāt Doct. in clem. ne Romani per illum tex.de elect.Sed propriè loquēdo, aliter consideratur uacatio in curia, aliter in urbe,ut dixi superius. Nam si beneficia in urbe uacant ultra hoc,ꝙ etiam in curia uacare dicuntur,habet tamen in illis papa maiorem affectionem,quàm in aliis uacātibus extra urbem licet uacent in curia. Ratio est.quia beneficia vacantia in vrbe, Papa confert etiam si non essent reseruata,tanquam episcopus urbis Romæ, ut dixi late in ca.1.in primo notabili.de const. lib.6.de quo quidem urbis episcopatu, ultra lapidem uetustissimum in ecclesia Sanctę Anastasiæ fit mentio in suprascriptione capitu.3.98.distinct.& in suprascriptione capit.si quis episcopus.7.quæst. 1.cum similibus. Hinc est ꝙ papa expectatiuas in vrbe ad talia beneficia uacantia concedere posset, ut uoluit Glos. noster Hispanus in reg.7.sup.eo.Merito igitur ad papā tantum pertinet ipsorum collatio, ita ꝙ in talibus beneficiis necessaria non esset reseruatio.Quia reseruatio fit per papam super beneficiis, in quibus timet ab ordinariis habentibus alias potestatem illa cōferendi,præueniri. Sed in uacantibus in vrbe,& sic in suo proprio episcopatu, nō cadit ille timor præuentionis,quia nullus conferre potest. Igitur non est necessaria reseruatio.Et secundum hoc superflua uideretur regula septima Cancellariæ suprà eod.in qua papa reseruat sibi beneficia in illis tribus ecclesiis patriarchalibus urbis, videlicet,Sancti Petri, Sancti Ioan. & Sanctæ Mariæ maioris.Tamen uidetur, ꝙ hodie non sit superflua, ex quo in illis ecclesiis Cardinales præficiuntur,ut dicitur in Prouinciali ecclesiarum,in principio.Et receperunt potestatem pleniorem conferẽdi per reg. Sixti incip. Item cum cardinales. a quo tempore fuerunt effectualiter in quasi possessione conferendi. Et eodẽ modo iure ordinario habent eandem facultatem conferendi in titulis suis,in quibus habent iurisdictionem episcopalem, ut latè tradit Fel.in c.his qui de maior. & obe.& Paul. in trac.ne sede uacāt.& Mod. in tract.leg.cōclu.5. Imò maius ius habẽt in ecclesiis subiectis titulis eorum,q̄ ecclesiæ matrices in capellis non subiectis, ut tradit Bart.Belenzi. in tractatu de chari. subsid. q. 3. Posset etiam reseruatio dictæ regulæ septimæ habere locum eis absentibus,ut regulæ innuunt, quod prius introduxit Nicolaus Quintus,ut in eius regulis apparet.Et meminit Pau. Hiero.in practica Cancellarię,tit.de bñficiis gñaliter reseruatis.Antiquitus tñ illæ ecclesię Patriarchales urbis nō solebāt dari cardinalib.sed ipse papa eas regebat, ut colligiẽ ex his quæ dicit

dicit Præpos. in cap. in nomine Domini. colum. 5.23. distinct. Doct. in cap. fundamenta. de elect. lib. 6. Ad cautelam igitur bona fuit reseruatio inducta per d. regulam septimam.

Sic itaque ex præmissis habes unam differentiam, & singularitatem beneficiorũ uacantium in urbe ad uacantia in curia. Quia, ut dixi, uacantia in urbe papa confert iure proprio ordinario, ut dixi: & cõfert etiam, quia reseruata: & sic habent duplex uinculum. Vacantia uerò in curia, id est, in loco ubi papa residet, non ita confert. Nec ita sũt cara sibi sicut illa, licet digniori & fortiori reseruatione magis affecta sint, quàm quæcunque alia reseruata. Et ista dicuntur reseruata reseruatione in corpore iuris clausa, de qua in d. c. 2. Et ob eam causam, tam sæpe talis reseruatio fuit confirmata per plures extrauagantes Romanorũ Pont. præsertim Io. 22. Bened. 11. & Clem. v. Et ista reseruatio in corpore iuris clausa, de qua intelligitur & loquitur ista regula, ut dixi, est principalior, dignior, & fortior cæteris aliis, ut nõ ab re specialib. priuilegiis ornari meruerit: quę cum plura sint, & uariis in locis tradita, decreui ex multis quædam potiora per trãsitũ ad cognitionẽ istius reseruationis adnotare, ut sic ꝑ exẽpla quasi ꝑ iudicẽ tota materia intelligatur.

Primum igitur speciale priuilegium in ista reseruatione inducit ꝑ istã regulã, qđ uidetur contra regulas iuris communis, uidelicet, quòd licet habens titulum ab eo, qui originaliter potuit conferre, titulum coloratum habere dicatur, ut dicit Lapus allega. decimasexta. & Fel. in cap. in nostra. de rescript. & no. omnes in cap. cum nostris. de concess. præb. Neque talis intrusus dici possit, etiam si uiolenter possessionem intrasset, prout not. Domi. in cap. cum qui. in secundo notabili. de præb. lib. 6. Tamẽ quo ad effectũ istius regulę intrãs in beneficio reseruato dicta reseruatione, etiã si habeat titulũ ab eo q originaliter potuit cõferre, dicit intrusus, & non habere coloratũ titu. qđ est cõtra reg. iuris cõmunis. Et in hoc potest dici ista regula exorbitans.

Secũdũ priuilegiũ istius reseruationis in corpore iuris clausæ est, quia in generali facultate conferendi beneficia quomodolibet reseruata non uenit, nec comprehẽditur ista reseruatio, ut tradit Gaspar de Perusio in tractat. reseruatio. & Milis in uerbo, reseruatio. & sunt plures decisiones Rotæ super hoc, de quibus ꝑ Moder. in d. c. 2. ut patet decis. 97. incipien. habẽs autoritatem in no. & in antiquis. 462. incipien. nota, ꝙ habens cum simili b. Ex quibus apparet quãta sit istius reseruationis dignitas. Nam ad prerogatiuam refertur, ꝙ in generali sermone aliqua res non cõprehendatur. arg. l. item apud Labeonem. §. ait prætor. ff. de iniur. & c. quàm periculosum. de senten. excom. lib. 6.

Tertium priuilegium speciale est, quia reseruatio dict. c. 2. adeò afficit beneficia, ut si quis ea ab ordinario receperit scienter non facit fructus suos à die ingressus sui, ut sentit Specul. titulo de præb. §. audiendum. uersi. sed pone ꝙ aliquis. & ibi Io. And. Et hoc tenet Rota hodie facit decis. in no. 24. & quæ not. Abb. in c. dilecto. col. 2. de præb. & in c. cũ dilectus in pen, ult. not. de iure patro.

Quartum speciale priuilegium est, quia de tali reseruatione oportet facere specialem mentionem, & generalis non sufficit, ut tenet Gemin. & Philip. Francus post Lap. in d. c. 2. in penulti. & ult. colu. & tenet decisio. 572. in antiquis. Et hoc procedit etiã in supplicatione cũ apponeretur clausula, Quacunque reseruatione nõ obstante. ut dicit Gemi. conf. 12. utrum ille, in fi. Tamen bonæ memo. Domi. de Iacobatiis olim inter primarios auditor, & postea cardinalis, adnotauit fuisse in Rota obtentum contrarium. uidelicet, sufficere derogationem per clausulam, nõ obstãte reseruatione in corpore iuris clausa: quia ex quo nõ est nisi una, intelligetur de ista & ꝑ inde esset, ac si specialiter de illa fuisset facit mentio. arg. c. ex parte. de offi. dele. Et ita dicit obtinuisse. Io. Baptistã in una ciuitate, corã Triuultio, dicens. Rotã hoc aliàs tenuisse tẽpore Fely. ut patet in formationibus. Cacialupi, in una Sancti Andreæ hæc Iacobatius.

Et ita reperio in terminis istam opini. tenere Moder. in tract. reseruatio. in 6. effect.

effect. Tamen considera, quod casus est diuersus. Nam multum refert, an dicatur, non obstante quacunque reseruatione. uel, nō obstan. reseruatione in corpore iuris clausa: quia primo casu decisiones sunt claræ sub illa generalitate prædictam reseruationem comprehendi, propter generalitatem uerborum. quia dictio illa uniuersalis comprehendit ea quæ aliàs sub generali sermone nō comprehenderentur, ut dixi superius in secunda quæstione.

Secundo uerò casu secus est dicendum, quia illa uerba, nō obstante reseruatione in corpore iuris clausa, sunt incerta & ambigua, quia possunt reseruari in qualibet reseruatione in corpore iuris clausa, de quibus superius dictum fuit. Nisi dicamus, quòd de proprietate sermonis ac ab usu patrisfa. tum etiam, quia uerba in dubio debēt intelligi in potentiori significatu, uerba debent intelligi de reseruatione dicti cap. 2. Meritò igitur decisio Dominorum rectè processit.

Quintum speciale priuil. quia reseruatio d. c. 2. ex quo est notoria, quia inducta per ius commune, quod omnibus innotescere debet, repellit agentem spolio, ut est decisio. 16. in no. & in antiquioribus. 10. titulo de restitutio. spoliatorum, cum multis decisionib. quæ fortè sunt decem numero, quæ loquuntur super hoc, quas sequitur Bald. nouellus repet. l. naturaliter. §. nihil commune. fo. ultimo. ff. de acquirend. possessio. & Corsettus in tracta. an spolia, ante oīa, &c. in 41. limitatione.

Sextum speciale priui. quia intrusus in beneficio reseruato non solùm non facit fructus suos, ut superius dictum est, sed etiam taliter intrusus nulliter confert beneficia ad ipsius beneficii reseruati collationem spectantia, ut dicit Rota in antiq. decis. 183. incipiente. not. ubi aliquis. cuius contrarium est in aliis beneficiis, ut ibi dicitur, decisio. 4. de præb. in antiquioribus & per Egid. decis. 66.

Septimum speciale priui. quia reseruatio prędicta non solùm impedit optionē, ut in c. si. de consue. lib. 6. sed etiam impedit optionem cameræ petinentis ad illud beneficium, ut dicit cardinalis in cons. 16. dñs papa. Ex quibus omnib. adparet specialitas, & fortior prærogatiue istius reseruationis. Nimirum igitur si tex. noster appellatione reseruationis (dato quòd aliæ reperirentur in corpore iuris clausæ) de illa clausula in d. ca. 2. intelligere uoluit. Et ratio prædictorum colligitur ex uerb. extrauag. piæ solicitudinis Bonif. 8. ubi dicitur, quòd papa intendit de istis beneficiis uacantibus in curia specialibus, & dilectis personis prouidere. Ex quib. arguitur reseruationis prærogatiua. Et quod dictum est de reseruatione in corpore iuris clausa, quæ differt ab aliis propter singularem eius prærogatiuam, idem dicendū est de priuilegiis in corpore iuris clausis, quæ habent uiginti specialia priuilegia ultra ius commune, quæ sigillatim scribit Gulielmus Monferrat in commentariis Pragmaticæ. fo. 53. cum seq. quos apud aliquem alium scripta non legi, licet penè infinita uiderim. Quæ omnia addenda sunt ad Moder. in trac. reseruatio. qui super ista reseruatione incorpore iuris clausa sicco pede transierunt.

QVAESTIO XXXII.

QVæro, nunquid dicatur habere coloratum titulum ad effectum istius regulæ, qui fuit præsentatus, & institutus ad capellam testatoris in uita uxoris contra uoluntatē testatoris prohibentis præsentari capellanum in uita uxoris suæ?

SOLVTIO. Decius ponit in terminis istam quæstio. in consi. 120. incip. in causa uenerabilis presbyteri. & post plures notabiles rationes concludit prædictum titulū fuisse canonicum & coloratum quo ad effectum istius regulæ. Et quòd ista regula defendat taliter institutum, huiusmodi ratio assignatur, quia cùm capella ad quam pręsentatio fieri debuit, iam fundata & dotata fuerat secundum dispositionem testatoris, talis capella statim episcopo subiecta fuit. c. omnes basilicæ. 16. q. 7. & c. cùm episcopus. de offi. ordi. lib. 6. cū concurd. ut per Cardi. in consi. 118. in fine. Ergo in uoluntate episcopi, fuit præsentationem factam admittere, quæ licet contra testatoris uoluntatem facta fuit, ex quo tamen iuridica erat, eius effectus impediri non debuit, & per consequens testator in præiudicium episcopi facere

non

non potuit, quòd præsentatio prædicta, & institutio non ualerent: quod nihil aliud profectò esset, quam capellam ab eius potestate eximere, quod illi prohibetur, ut dicit Bartol. in l. quotiens. §. fin. ff de admin. tutor. Et Abb. in c. requisisti. col. penul. de test. Quia testator facere nō pōt, ꝙ leges in casibus suis locum non habeant. l. nemo pōt. de leg. 1. Præsertim quā do uoluntas testatoris antea ꝑ patronos, ad quos id pertinet, executioni demandata reperitur, quo casu episcopus de illorū consensu mutare eius uoluntatē potuit, ut tradit Felyn. in c. super his. in 2. col. de accusa. quia potest de cōsensu patronorū uoluntatem testatoris alterare, ut tradūt omnes in c. cum accessissent. de constit. & Rochus in tract. iurispat. in uerbo, pro eo ꝙ in 15. q. ubi latissimè hoc probat. Et ꝓpterea Rota in una Asturicen. Capellanię, coram R. D. Raynaldo Petrutio. 5. Martii 1537. iudicauit episcopū capellanū amouibilem per testatorem in capella sua positum perpetuum facere posse, per ea quę not. Imol. in l. 1. ff. de conditio. instit. & ea quæ Rochus dicit in d. q. pro qua decisione allegabatur etiam consi. Paul. de Cast. 358. lib. 1.

Postremò ista opinione fundari potest, ista ratione, quę apponit gladium ad radicem: quia ex quo institutio facta ab eo qui originaliter potestatem instituēdi habuit, dato ꝙ institutio per testatorē impediri potuerit, nihilominus si facta fuit, coloratum titulum tribuit. & hoc sufficit ad effectum istius regulæ, quę, ut dictum est, plures in præceden. q. nō excipit, nisi duos casus in quib. non uult titulum haberi pro colorato. Ergo in contrarium regula procedet.

QVAESTIO XXXIII.

QVæro, an ille titulum coloratum habere dicatur, cui ordinarius cōtulit beneficium, quo alteri per sententiam priuationis abstulerat, de cuius sententiæ processu non constat?

SOLVTIO. Rota die 4. & 7. Februarii 1536. in una Valentina spolii de Torrent. coram D. Nicolao Aragona tenuit ꝙ nō. Ratio fuit: quia ubi euidenter & notoriè constat de fundamēto tituli infecto, talis titulus non dat colorem, quia dicitur emanare de facto, & non de iure, ut Fel. tradit in correl. 2. c. in nostra. de rescri. sed clarū est sententiā nō cōstito de processu nullam esse, ut Egidius dicit decis. 89. Ergo collatio episcopi fundata super illa sententia, nullius erit momenti, quia ubi nullū est subiectum, corruit correlatiuum, ut dicit Bal. c. 1. de feu. guardiæ. per gloss. in c. 1. de fid. instr. Non potest igitur talis collatio ti. coloratum tribuere: quia tit. coloratus, debet hr̄e ultra id quod proueniat ab eo, qui dare pōt, & debet in se quandam præsumptæ iustitiæ imaginem continere. Itaque eius claritas seu ueritas notoriè nō appareat, quia tali casu aut erit titulus omnino bonus, aut omnino malus, in quib. reg. non habet locū. debet igitur titulus adparenter esse coloratus, quia in dubio præsumitur bonus ad effectum possidendi. Cum igitur hic notoriè appareat de fundamēto collationis episcopi, quæ est facta de beneficio uiuentis sub prætextu sententiæ priuationis, de qua non adparet, meritò talis collatio non tribuit titulum coloratum.

Adde prædictis similem decisionē, quā hodie 26. Ianuarii 1540. in vna Vincētina parochiali, corā me fecit Rota, uidelicet, ꝙ possidens per triennium pacifice beneficium ex titulo resignationis Hieronymi, si propter modum in supplicatione expressum, non seruatum beneficium à prędicto possessore repetatur, tanquàm quod non fuerit in illum titulus trāslatus, possessor non poterit ista regula iuuari, quia non dicitur habere titulum coloratum, ex quo papa non uisus fuit illi prouidere, nisi seruato modo, iuxta tradita per Abb. in c. cū pridem. de pac. & alibi sępe.

QVAESTIO XXXIIII.

QVæro, an per citationem nulliter factā possessio pacifica, de qua loquitur reg. ista, interrumpatur?

SOLVTIO. Ista quęstio plenius discussa fuit in reg. de annali q. 45. & ideo ibi dicta non repetam. Nam conclusit ibi Rota possessionem pacificā non interrumpi. Et idē quo ad istā regulā Dn̄i tenuerūt in vna

Virdunen. Canonicatus & præbendæ, co ƒã R.P.D.D. Petro Vortio episcopo Aquẽ. de mense Iunio 1539. Rationes istarum decisionum ponuntur in d.q.45. ideo ibi uideantur. †

QVAESTIO XXXV.

QVæro, ibi electione, & electionis huiusmodi confirmatione, seu præsentatione, & præsentationis instit. &c. An sola electio, uel sola præsentatio det titulum coloratum ad effectum istius regulæ?

SOLVTIO. Text. hic innuere uidetur ꝙ non, cum copulatiuè loquatur de electione, & confirmatione, & de præsentatione, & institutione, & ad ueritatem copulatiuę requiritur concursus utriusque copulati. c. ex parte. & in c. inter. de rescr.

In contrarium facit gl. in c. quanto. 63. dist. quæ vult per solam electionem ius tribui, & per consequens titu. coloratũ. Et illam gl. sequitur Abb. in c.2. & in c. ꝙ aũt & in c. uobis. de iurepat. & in c. cum inter canonicos. & in c. transmissam. & in ca. nihil. & in c. sacrosancta. de electione. & alibi sæpe. Et sequuntur Mod. in tract. elect. in prima parte cap.8. & 12. & Rochus Curtius in tract. iurispat. in prin. q.4. cum sexcentis concord. quæ cumulat Fel. in c. cũ Bertoldus. in 1. col. de re iud. & reassumũt Mod. in tract. Beneficii in j.q. tertię partis. Tamen istis non obstantib. prima opinio est uerior & cõmunis, pro qua est hic tex. clarus. & etiam eam dicit communem cardin. Alex. in d.c. quanto plura allegans. & Fely. tandem istam opi. dicit magis ueiã in d.c. cum Bertoldus. & sequitur etiam Gloss. hic, adeò, ꝙ est firma conclusio ꝙ ꝑ solã præsentationem, uel electionem, siue confirmationem uel institutionem nõ tribuitur ius in re, sed ad rem, & sic quoddã pręparatorium, ad consequendum beneficium per rationes & fundamenta quę ibi allegantur eos, quę breuitatis causa non refero. Et hoc esse uerum adparet per plura exempla. Nam videmus, ꝙ interficiẽtes tantum electum, in pœnam interficientis episcopum non incidunt, ut dicit Bald. in l. si nondum. C. de fur. sequitur Ias. in l.2. C. de inofficioso testam. & in l.1. §. qui mãdatum. in 1. col. ff. de offi. eius. Sic etiã nec impetratio facta per obitum electi tantũ non consecrati tanquam de beneficio uacante per mortem nõ ualet prout probat Fel. in c. in nostra. 31. corrol. col. pen. de rescrip. Hinc euenit, ꝙ electus tantũ episcopus indulgẽtias concedere non potest, ut dicebat Francis. Versellensis in c. accedentib. de excess. pręlat. per illum tex. & Arch. in c.1. de pœnit. & remiss. lib.6.

Ex quibus omnibus infertur, ꝙ cum ꝑ solam electionem ius in re non tribuatur, nec potest etiam per eam haberi titulus coloratus. Et cum istis concordant ea, quę R.P.D. Cæsar Lambertinus episcopus Insulen. tradit in nouissimo tract. iur. pat. in 8. articulo 5.q. principalis. secundæ partis 2. lib. alias fol. 302. Quæ omnia de plano procedunt in electionibus collegialiter, uel ab aliis factis: qui confirmare eas non possunt: si uerò ab illis electio facta fuerit qui confirmandi potestatem habent, talis electio ius plenum in re, & per consequẽs titulum coloratum tribuit: quia talis electio loco prouisionis plenè habetur prout latè probat Fel. in c. eam te. in 3. col. de rescript. Et ita fortè concordari possunt opiniones contrariæ.

QVAESTIO XXXVI.

QVæro, an titulus coloratus requisitus in ista regula probetur per confessionem actoris?

SOLVTIO. Videtur dicendum ꝙ sic, quia ista regula non emanauit ad finẽ adiudicandi beneficium, sed solum ad exeludendum

ANNOT. IOAN. MIL.

† Si in citatione non exprimatur causa quare fiat citatio & causa petendi, non ualet tam in personali, quam in reali actione: ut cap.2. & 3. extra de libel. oblat. & talis citatio habetur pro non facta: ut c. bonę. el 2. extra de elect. & glo. in c. si episcopus tertia q.2. & c. ul. 3. q.2. ideo per citationem nullam non interrumpitur possessio: ut iurib. alleg.

dendum agentem per exceptionem, qui sibi potuit ex sua confessione præiudicare. Et sicut confessio rei in iudicio recuperandæ proficit actori, quo ad titulum coloratum inducendum ad finem recuperandi possessionem deperditam, ut sunt claræ decisiones Rotæ in no.ti. de restit. spo. 17.& 19. inci. Item fuit dubitatum. Longè magis debet illa confessio proficere ad possessionem defendendam, & excludendam molestiam, iuxta intentionem istius. Nam cui lex dat actionem, fortius illi exceptionem concedit. l.i. §. quod ait. ff. de supeifie.

Conferunt ad ista multa, quæ scribit Fely. in c. olim. de rescrip. Et rationes Dominorum in decisio. 4. titu. de re iud. Et ea, quæ scribunt Philip. Perusinus in ca. ad decimas. col. 9. de rest. spol. lib. 6. Et in c. 1. colum 4. de eo, qui mit. in poss. caus. rei ser. eod. lib. Et Præposit. in c. porrò. col. 4. de diuor. & in c. 1. col. 3. sexta. q. 1. alias 3. q. 1. Et Nicolaus Milis in uerbo, possessorio recuperandæ. Gemin. consil. 147. incip. super isto dubio. col. 2. & Guido Papæ. q. 85. Et licet confessio super titulo non probet institutionem canonicam, cum non dependeat à parte, dare titulum in beneficio, ut not. Arch. & Ioan. And. in nouel. in c. 2. de confes. lib. 6. cum concord. de quibus per Præpos. in c. super eo. de eo, qui cogno. cōsang. uxor. suę. Tamen illud procedit, quo ad hoc, ut uigore confessionis fieri debeat adiudicatio beneficii, ut dicit Egid. decis. 183. secus uero, quo ad effectum defendēdi se in possessione. Vel dici potest, ꝙ confessio, licet nihil operetur cōtra alios, quo ad alios: bene tamen prodest contra confitentem. Nā sibi præiudicat, ut repellatur, & ei silentium impunatur, ut in d. ca. 2. & per glo. iuncto text. in uerbo, consistit. in c. post electionem. de concess. ptæb. Et ita uidetur hic concludendum.

QVAESTIO XXXVII.

QVæro, nunquid possidens beneficium per triennium ex collatione capituli, de cuius potestate non constat, dicatur habere coloratum titulum?

SOLVTIO. Hanc difficultatem breuiter resoluam, ex eo, quia Domini mei Auditores in causa Traiectē. coram R. P. Do. Petro Vortio de mense Ian. 1530. tenuērunt titulum coloratum non esse, ex eo, quia regula ista loquitur de collatione ordinaria. Ergo de collatione per episcopum, uel alium natiuum ordinarium facta intelligi debet, qui de iure communi iurisdictionē ordinariam habent: uulg. c. quia diuersitatem. & c. ad decimas. & c. omnes basilicæ. cum similibus. Non autē debet intelligi de collatione, quæ cōpetit capitulo, uel alteri iure priuilegii, uel extraordinario, ut in c. cum uenissent. cū ibi not. de in sti. Quia uerba in dubio de iure ordinario, non extraordinario intelliguntur. l. Seio. §. medico. ff. de ann. leg. cum concord. ut scribit Decius in capitulo inter cætera. in 3. columna de appell. dixi in c. 1. in gl. de const. lib. 6. & tradit Soci. in l. qui Romæ. §. Callimachus. col. 5. de uerb. oblig. & isto modo intelligendo uerba regulæ naturaliter & simpliciter, non autem secundum quid intelligentur: iuxta tex. in l. 1. ff. dona. & in l. fi. C. de iis, qui uen. æta. impe. & in l. hoc legatum. & ibi Bar. ff. de leg. 3. & in l. i. §. hoc interdictum ff. de fonte. quæ omnia cum uerificari nō possint in collatione capituli, meritò conclusum fuit non tribuere titulum coloratum, nisi aliter iustificetur.

QVAESTIO XXXVIII.

QVæro, nunquid noua prouisio impetrata in curia pro absente, qui à capitulo, de cuius potestate non constabat, ꝓuisus fuerat, det titulum coloratum ad effectum istius regulæ?

SOLVTIO. Reueren. Do. Pet. Vortius, nunc episcopus Aquen. hoc dubium in Rota proposuit, de mense Ianuario 1530. in causa Traiecten. Et pro parte negatiua dicebatur, ꝙ illa noua prouisio non daret titulum coloratum, quia non constabat illa noua prouisio non daret titulum coloratum, quia non constabat illam de consensu absentis impetratam fuisse, & ideo illius non præsumitur, iuxta ea, quæ dicit Card. cōsi. 25. col. 2. & Gemi. cons. 33. Imò uerba ipsius nouæ prouisionis contrariū innuere uidebātur, dū in ea de possessione forsan subsequuta mentio fiebat. Et sic, ꝓ

pter illam dictionem Forsan, de possessio ne sua (quod est factum proprium) dubitare uidebatur: de qua tamen, ultra quod in actis clarè constabat, de illa tanquam de facto proprio, impetrans certus esse debebat, & non dubius. l. quanquam. C. ad Velleia. c. ab excõmunicato. de rescr. Et percõ sequens uidebatur dictũ nouã prouisionẽ potius ab aliquo amico absente, eo inscio & ignorãte, impetratam fuisse, quã ab ipso.

Istis tamen non obstãtibus, omnes Domini, excepto Domino Christophoro Papigarola, cõtrariũ tenuerũt uidelicet, quod dicta noua prouisio det titulum coloratũ: quia emanauerat à papa, & sic ab eo, qui dare titulum poterat iuxta doctrinã traditã in c. cum nostris. de concessione praeb. Et tenendo istam opinionem, motiuũ pro cõtraria parte adductum non obstat: quia licet non constet, nouam prouisionẽ per absentem impetraram fuisse: ex quo tamen dicta noua prouisio, cũ impẽsa expedita reperitur, praesumitur impetrata de cõsensu absentis, iuxta no. in l. cum seruus. ff. de uerb. obl. Et hoc in terminis tenet Oldr. in cons. 136. col. 2. & Specul. tit. de appella. §. nunc breuiter. uersi. quid si adpareat. Et sic constat, quod dicta per Cardi. & Gemin. in dictis consiliis, procedunt in simplici supplicatione, in qua impetranda modica impẽsa interuenit. Secus tamen, si considerabilis impensa facta fuit: nam tali casu etiã si ille, sub cuius nomine cantat noua prouisio, absens fuerit: ex quo tñ cõmodũ eius cõcernit, praesumitur eam sciuisse, & ratã habuisse, iuxta consil. Rom. 250. & dixi in reg. de annali. q. 32. nu. 6. Et talis ratificatio multò magis praesumi debet, quãdo à tempore datae dictae nouae prouisionis, tãtum temporis decurrerat, infra quod uerisimiliter ad notitiam absentis peruenisse poterat. Et ita Domini multis aliis motiuis, quae breuitatis causa omitto, die 21. Ianuarii 1530. unanimiter concluserunt.

QVAESTIO XXXIX.

QVaero, an possessori triennali pro colorato titulo sufficiat bulla pensionis expedita pro illo, qui resignauerat eidem possessori beneficium quod possidet?

SOLVTIO. Illud dubium modò in Rota pendet coram me in causa Gratiano politana. Nam Io. Lazarus de Zarapica resignauerat quandam parochialem in fauorem Io. de Bogii possessorẽ cũ certis pactis & cõuẽtionib. de quibus in literis: postea dictus Io. Lazarus resignãs moritur, & Marianus de Magistris impetrat parochialem per obitum dicti Io. Lazari, & deinde dictum Ioannem possessorem ad iudiciũ traxit. Possessor excipit de reg. ista: Dictus Marianus impetrãs replicat dictũ Ioannẽ nullum titulum saltem coloratum habere prout ista reg. requirit: triplicat Io. Bogii pro colorato titulo bullam pensionis pro Io. Lazaro expeditam sibi sufficere, in qua Clemens narrat Leonem eius praedecessorem in dicto Ioanni Lazaro pensionẽ ex causa resignationis factae in fauorem dicti Ioannis possessoris reseruasse: dictus uerò Marianus impetrans dicit hoc non sufficere. Quaeritur quid iuris?

Pro parte dicti Mariani impetrãtis facit quia uerba narratiua Papae in his, quae nõ dependẽt a facto proprio, maximè in praeiudiciũ tertii, non probant, ut no. in cle. literis. de probat. & tradit late Fely. in ca. cum à nobis. de testi. ergo nec per consequens à fortiori dat titulum non habenti.

Itẽ, quia in dicta bulla renũtiatio narratur facta cũ certis cõditionib. quas nõ cõstat Io. Bogiũ impleuisse: ergo antequã cõstet impletas cõditiones fuisse, titulus non cõfertur, nec renuntiatio effectum habet, ut tradit Abb. in c. cũ uniuersorũ de rerũ permu.

Pro parte uerò contraria adduci potest quia Ioãnes Bogius est possessor, ad cuius possessionẽ tuendã quodlibet adminiculũ sufficit, & adminiculũ in casu praesenti sumi põt ex praedicta bulla, in qua principaliter renũtiationẽ Ioãnis Lazari in dictum Io. Bogiũ factã fuisse narratur, & hoc ẽt Marianus impetrãs in articulis suis fatetur. Et ideo sola illa cõfessio in articulis facta titulũ coloratũ tribuere uidetur, ut in terminis est decisio Rotae in nouis, in ti. de rest. spo. dec. 17. inc. itẽ fuit dubitatũ & quaesitũ, &c. & dec. 19. eo. titul. cum plur. cõc. ut dixi superius q. 36. Et facit dec. 245. incip. not. quod ubi, in antiq. & decisio. Egidii 183. inc. assertioni.

Praeterea, quia uerisimile est papam nõ asseruisse resignationem in fauorem dicti Ioannis factam fuisse, nisi ita esset, & illa

& illa assertio posito ꝙ plenè nō probet, saltem præsumptionem tituli inducit, ut Egid. dicit. Pro'quo facit optimè ratio ad dicta per eundem Egidium decisio. 578. incipien. spoliatus. & per Bald. nouellum post Alexand. in repet. §. nihil cōmune. colum. 22. & in 10. & 32. fallent. ff. de acquirend. poss. Et per Imol. in cle. 1. col. 10. de caus. pos. Abb. in c. in literis. col. 12. de rest. spol. cum similibus.

Et ista opi. magis iustificabatur: quia dicta bulla pensionis expedita fuerat in forma, ut rationi congruit, in qua secundum stylum solet data supplicationis admissæ resignationis inseri, super qua supplicatione bullę expeditę fuerunt pro Lazaro: nec est uerisimile, quòd si renuntiatio uerè facta non fuisset, dictum Ioannem Lazarum expensam expeditionis bullarum fecisse. quia nemo præsumitur iactare suum, uulga. cap. super hoc. de renuntiatio. Præterea quia in correlatiuis, quod prodest uni, ꝓdest alteri correlatiuorum, ut traditur in l. fin. ff. de accepti la. Et hinc dicimus, quòd dilatio data debitori, censetur data creditori, ut dicitur in l. petende. C. de in integ. rest. pet. & diligentia appellantis prodest appellato, ut dicit quædam decisio. in no. de dolo & contumacia. Ex quo igitur Ioan. Lazarus resignans bullas pēsionis expediuit, illæ prodesse debent Ioanni Bogio resignatario: quia in correlatiuis, &c. sicut dicimus in correis, quòd beneficiū concessum uni, prodest alteri, ut in l. 1. C. quando plur. una sent.

Finaliter, aliis omissis, Rota die 23. Decēbris 1534. conclusit dictum Ioannem Bogium possessorem absoluendum fore, & illam resignationem pro colorato titulo possessionis sufficere. Nec obstat, quòd in dicta resignatione certæ conditiones ad impleri debebant per Ioannem Bogium, quas non constabat impleuisse: quia illud procederet, quando resignans hoc allegaret: sed ex quo resignās est mortuus, Marianus impetrans hoc allegare nō potest: qa ad illum non attinet, ex quo est tertius, & exceptio sua nō est clara: & in hoc dubio, quia non est ius clarum, quo ad ipsum, & sufficit Ioanni Bogio, quòd reperiatur in possessione, & ita in dicta causa Gratio nōpolitana Rota conclusit, & idem in simili pro colore ad spolium restituendum tenuerunt Domini corā R. D. Ioanne Clerici, & coram me in una Aretina parochialis de mense Iunio 1537.

QVAESTIO XL.

QVærò, nunquid capiens beneficium litigiosum uacans, uigore suæ gratię expectatiuæ, dicatur habere titulum coloratum, ad effectum istius regulæ?

SOLVTIO. Prima facie uidetur dicendum ꝙ sic: cum possessor habeat expectatiuam à Papa, & sic ab eo, qui beneficia litigiosa cōferre potest: & ideo talis dicitur habere coloratum titulum, ut traditur, per Abb. & alios communiter, in uulgato ca. cum nostris. de conc. præb. imo attentari pōt acceptantē beneficia ecclesiastica, uigore gratiæ expectatiuæ, non solum coloratum, sed uerū titulū habere, ex eo, quia expectans litigiosa acceptare potest, ut ꝑ plura motiua probat Egid. in cons. 35. ergo dicetur habere titulum coloratum. Et hoc in casu isto à fortiori procedit, ex eo, quia illud uitium litigiosi purgatū fuit ꝑ extinctionem litis, post acceptationem sequutam arg. l. postq̄ liti. C. de pact. post cū ius extinctionē triennalis posses. processit

Istis tamen non obst. hodie 15. Decembris 1535. coram R. D. Raynaldo Petrutio Rota in una Cæsaraugust. uicarię de Azuaria tenuit contrarium. Ratio decisionis fuit: quia de stylo antiquo, & fortè etiam de iure, expectatiua nō capit beneficia litigiosa, ut tenet Bonifacius de Vitalinis Rotæ auditor, in cle. 1. in 5. col. ut lit. pen den. & uide de hoc tex. in c. 2. ut lite pēd. lib. 6. Cuius decretum in curia clarum & notorium est: & ideo tali casu expectatiua nullum colorem tribuit: Facit dec. Rotæ 28. de conces. præb. in antiq.

Et ista de plano procedūt, quando sumus in claris, ꝙ expectatiua talia beneficia nō capit, ut hic. Secus autem in dubio: quia tali casu expectatiua faceret titulum coloratū. Vt exempli gratia, qñ expectatiua reuocata de facto caperet beneficium, qd̄ alias sub dicta gratia comprehendebatur, uigore cuius expectans postea per trienniū

pacificè possedit. Nam tali casu, expectatiua daret titulum coloratum. Ratio est: quia ex quo reuocatio expectatiuarum consistit in facto iuxta l. consilio. ff. de cur. fur. quod factum potest probabiliter ignorari & in dubium uetti ut in c. i. de const. lib. 6. in hoc dubio expectatiua tribuit colorem & excusationem probabilem, fortè, quia ante uacationem expectatiua reualidari potuit: & ideo nil mirum, si in isto dubio Rota uoluit possidentem triennio beneficium, uigore expectatiuæ reuocatæ, coloratum titulũ habere prout Rota tenuit coram d. Paulo Capisucco in alia causa. Secus uerò, quãdo nõ sumus in dubio, quod beneficia sub expectatiua non cõprehendunt, ut in casu nostro, in quo est dispositio iuris clara, de qua in d. cap. 2. cuius ratio generalis est, & ignorari non debet, iuxta ca. 2. de const. li. 6.

Et per hoc adparet d. consil. Egid. 35. hoc casu nõ esse uerũ. Possent tñ dicta Egidii habere locum in casu decisionis 14. ut lit. pend. in no. ubi ponit casus notabilis, in quo gratiæ expectatiuę possunt litigiosa beneficia capere. Verbi gratia, ut quãdo impetraui gratiam à papa in forma iuris, si cõstiterit Titium fuisse homicidam, beneficium mihi conferatur. Nam si lite pendẽte Titius moritur poterit expectans tale beneficiũ acceptare, rationib. de quib. ibi de quo tñ uidendũ est aliquid per d. Gundisaluum in tract. leg. q. 13. primæ partis, col. 15. uel posset consiliũ Egidii habere locũ in casu decis. 588. in antiq. uidelicet, quãdo expectãs uellet prosequi ius ex acceptatione sua quæsitum, contra collitigantem superstitem: quia tali casu acceptatio beneficii litigiosi, quo ad hoc, ualida esset, ut ibi dicitur. & ad ista pro & contrà, facit cons. Old. quia Vgo. circa fin. cuius ratio optimè quadrat ad regulam de subrogandis. & vidẽda sunt, quę dicã infra quęsti. proxima, ubi sub quadã distin. ista q. declarat.

QVAESTIO LXI.

QVæro, quid si ordinarius contulit uni tertio, puta Titio non collitiganti, beneficium litigiosum, uacãs per obitum alterius ex collitigantib. possessoris: & iste tertius postea triennio possideat pacificè, utrum dicatur habere titulum coloratũ, ad effectum istius regulæ?

SOLVTIO. Videtur prima facie dicẽdum, quod non, propter inhibitionem & decretũ, de quo in c. 2. ut lite pend. lib. 6. quod discolorat, & inficit titulũ, & possessionẽ, & eundẽ ferè effectum, quem reseruatio hic in reg. excepta, inducit, adeò quod talis collatio omni admminiculo iuris carere uidetur, ut in terminis dicit decisio 1. ut lit. pend. in antiquio. & decis. 1. de rest. spol. in no. in addit.

Accedit, quia possessio dicti Titii pro uisi, attentata uidetur, & ut talis reuocari potest, ut est decis. 10 in ti. ut lite pend. in no. & decis. 5. eo. titu. in antiq. Et adeò pręducta uera sunt, quod acceptatio & prouisio uigore gratiæ expectatiuæ de tali beneficio factę, non ualent, ut est decis. 12. ut lite pend. in no. & deci. 2. eo. ti. in antiquio. Sequitur Bonifacius Rotæ auditor, in cle. auditor in ſi. de rescr. Hinc est, quod intrusus in beneficio litigioso, si spolietur, non debet restitui, obstante decreto. d. c. 2. ut est dec. 4. titu: de rest. spol. in antiquio. Bisigner. Ratio prædictorũ est: quia huiusmodi possessor non dicitur titulũ coloratũ habere.

Tñ istis nõ obstãtib. cõtraria opinio uerior uidet, uidelicet, quod prouisus ad ordinario de beneficio inter alios litigioso, defendatur ista regula. quod uidetur sentire d. Guliel. hic in 7. & 11. dec. Ratio decisionis fuit: quia ista regula titulum in duob. tantum casib. hic exceptis discolorat. Ergo in omnib. aliis casibus non exceptis manet dispositio reg. firma. Cum igitur iste casus non sit de exceptis, meritò in illo locũ habebit regula.

Non obstant, quę superius in contrariũ allegata fuerunt. Primò, quod tertius non collitigans, intrans possessionem beneficii litigiosi, dicatur attentare: quia est uerum, quo ad hoc, ut possessio ab eo, per superstitem coll tigantem euinci possit: ipsa tamen possessio litigiosa nõ dicitur quo ad tertium: quia uitium litigiosi non afficit nisi partem colligantem, nõ autem tertiũ qui nõ est in lite, ut dicit dec. 3. ut lite pẽdẽte. in no. circa fi. gl. in l. creditor. in princip. iu uerb. posse. in fi. ff. manda. Fel. in c. exceptio. col. 7. uersic. fallit quintò. de except. Decius in cap. sua nobis. col. 3. uers. 4. fallit.

fallit. de app.& alibi sæpe. Er ideo si talis tertius prouisus,per triennium postea po sederit, dicetur pacificè possidere,& exce ptione istius regulæ uti poterit. Et licet or dinarius beneficium litigiosum cõferre ꝓ hibeatur,ut hoc respectu, talis prouisio di scolorata dici possit,obstãte decreto,& in hibitione posita i d.c.2.illud ꝓcedit, quo ad effectus iuris communis,iuxta quos ta lis coloratus dici non poterit,adeò ꝙ si ta liter prouisus spoliaretur,illi non daretur restitutio,ut dicta dec.3.Bisigneti.& tradit dict.Gul.in ti.de rest.spol.de. 1. Tñ quan tum ad prærogatiuam istius reg. talis titu lus coloratus erit,cum sit datus ab eo,qui originaliter de illo prouidere poterat, li cet accidentaliter prohibeatur. Et tali ca su,causa originalis attenditur,& non acci dẽtalis,iuxta l.qui habet.ff.de tutel. & ita reg.procedet. Nec obstat etiam,ꝙ accepta tio beneficii litigiosi,nec prouisio execu toris,uirtute gratiæ expectatiuæ ualeat, ut in dictis decisio.ut conclusi in proxima præcedenti q.Quia illud procedit, quãdo post litem incępta emanauit expectatiua. Secus,si ante,ut dicit Egid.in d.ca.2. & in cons.35.ubi notabiliter loquitur:& Oldr. cons.299.in fin.Vel dici potest, ꝙ magna est differentia inter illum casum, de quo in præcedenti quæstione dicam,& istum. Quia ille casus,propter ambitionẽ restrin gendam in materia odiosa,qualis est expe ctatiua,continet spem improbabilem, ut in c.1.& 2.de conces.præb.restringitur,ut coloratum titulum non det, obstante de creto.Secus in prouisione ordinaria dicẽ dũ est,quæ à iure fauorabili ampliatur,& ideo in ea diuersum ius inducitur, ut ui delicet inducat titulũ coloratũ, argum.c. si plurib.de præb.lib.6.Præsertim quia, ut sæpe dictum est,quo ad effectum istius re gulæ,omnis titulus dicitur coloratus, qui specialiter hic exceptuatus non est, dum modo sit datus ab eo, qui naturaliter po test conferre.

Et istud fundamẽtũ generale erit, & ad plures quæstiones ualens,quæ in progres su istius regulę discutientur. Nam per hoc fundamentum potest decidi illud dubiũ quod in causa Tuden. parochialis Sanctæ Euphamiæ proposuit R.Domin. Marcus Antonius Marscottus in Rota. die 12. Aprilis,1528.uidelicet, an possessor trien nalis,qui ingressus fuerat possessionem,li te pendente, inter alios debeat gaudere priuilegio istius regulæ?

QVAESTIO XLII.

QVæro,an ista regula de triennali,sicut requirit titulum saltem coloratum requirat etiam bonam fidem?

SOLVTIO. Guliel.hic in quadam de cisione incidenter tenet,istam regulam,re quirere bonam fidem. Vt in vna Salaman tina.coram dom. Iacob. Simonetta refert disputando sensisse Dominos. Et idem tẽ pore meo,in vna Conchen. præstimonio rum,coram R.D.Ioan.de Clerici de mẽse Martio 1534.interloquendo sentire uide bantur. Posteà uerò, melius discussa, pro pter conflictum rationum, uota Domino rum in duas partes cõtrarias diuisa, paria remanserunt:deinde causa sæpius disputa ta ac proposita,pro parte affirmatiuã,qui dam ex Dominis hoc motiuum adduce bant,ꝙ possessio ista triennalis quandam similitudinem prescriptionis habere vide batur:uti in simili casu dixit Abb. in c. cõ tingit.col. 5.de dol.& contum. Et tamen clarum est,ꝙ in præscriptione, ultra titu lum bona fides requiritur,ut patet in l. 1. & l.super.C.de præscriptione long.temp. præsertim in fore canonico:ut in ca. fi.de præscri.& ca. possessor.de reg.iur.lib.6.Er go eodem modo in ista regula.

Præterea,quia licet fouenti bonum ius super bñficio ab alio possesso, per lapsum triennii silentium imponatur,adeò ꝙ age re non possit:sicut neq; ille agere potest, contra quem lata fuit iniusta sententia su per beneficio,quæ transiuit in rem iudica tam,ut patet in c.cũ dilecti.de elect.& ca. cum olim.de dol.& contum.cum aliis,de quibus per Host.in summa, tit. de conces. præb.§ 2.& Inn.in c.ad aures.& c. manda tum.de rescriptis. Nihilominus tamen, si is,pro qua lata est sentẽtia, notitiã iniusti tiæ habeat,& sciat in beneficio ius non ha buisse,nec de iure ad eum pertinere,certè talis nunquam illud beneficium, salua cõ sciẽtia,retinere poterit,ne cursu tẽporis iu

 uabitur.

uabitur. Ita est hic dicendum, ꝙ licet possessor triennalis priuilegio istius regulæ, & habens etiam sententiam pro se iniustā uirtute rei iudicatæ in foro fori, siue contentioso defendentur: in foro tamen conscientiæ præfati tuti non erunt, ex quo sciunt, nullum in beneficio ius habuisse. Et ideo contra tales se clypeo istius regu. uel rei iudicatæ defendentes, habētes ius bonum per uiam denuntiationis euangelicæ agere possent, dicentes illos in peccato esse, detinendo beneficium sine titulo ut dicit expressè Abbas & Imol. in c. i. col. fi. de conces. præb. Sicut uidemus, ꝙ triennium istius regulæ non impedit, nec ligat superiorem: quominus non possit repellere triennalem si eum ius, seu titulum canonicum in beneficio non habere repererit: tradit Felynus post alios in capit. illud. de præsumpt. & melius in ca. sicut. in decimasexta col. de re iudicata. & latius in ca. licet. de simo. quia triennalis possessio non dat ius, ut dicit Abb. in c. cōtingit de dolo & contum. Confirmatur ista opinio: quia certum est, ꝙ interruptio facta per citationem, ideo impedit cursum triēnalis possessionis, aut alterius præscriptionis, quia præsumitur possessor citatus iā habere malā fidē, & titubare de iure suo. l. nemo. C. de acquirend. possess. quo fit, ꝙ talis non præscribat per mille annos, ut dicit expressè Abb. in c. illud. col. pen. uersi. & scias. de præscrip. Et tamen si uera esset opinio, ꝙ hic nō requireretur bona fides, talis interruptio non noceret possessori quæ tamen propter malam fidem nocet, ut superius dictum est.

Istis tamen non obstāt. Rota in d. causa Conchen. pręstimoniorum, de dicto anno 1534. re prius diutius disputata, & sæpius proposita, tenuit contrarium, uidelicet regulam istam bonam fidem in possidente nō requirere. Et idem Rota tenuit in vna Valentina parochialis coram R. D. Io. Mohedano, de hoc anno 1537. Et eadem opinionem antiquos dominos Rotę tenuisse refert Ant. Cap harelis, aduocatus illorum temporum excellens, in quibusdam suis consiliis, redditis in causa Monasterien sis decanatus. Ratio decisionis fuit: quia ex quo per istam regulam, ultra ius commune, in beneficialib. noua dispositio inducitur, debet aliquid denouo, ultra ius cōmune, operari: nihil enim operaretur, uel de nouo induceret, si in ea tit. & bona fides, sicut in temporalibus requireretur, ut in l. 1. de vlucap. Præsertim, quia per hanc triennalem possessionem, in hac materia beneficiali, quæ magis fragilis est, non ita de graui, perpetuo, & irreparabili pręiudicio agitur, sicut in præscriptione, siue usucapione bonorum temporalium, & profanorum. Ratio est: quia per triennalem pōssessionem istius regulæ, exceptio tantum acquiritur, & non ius, ut dicit Fely. in d. c. sicut. in 16. col. sed in usucapionib. temporalibus uerum ius, & dominium acquirit, ut dicit gl. & ibi communiter Doctores in l. traditionib. C. de pact. ideo nil mirum, si maior in tēpalibus usucapionib. solennitas requirit̄, uidelicet titulus & bona fides. Sed in casu nostro, non agitur de quærēdo dominio, sed de exceptione temporali, ad vitam possidentis duratura: propterea papa ad cōstituendam differentia inter istas tēporum præscriptiones, ac ut aliquid specialius in ista materia beneficiali induceret, statuit hic tantum titulum coloratum sufficere, etiam si uigore illius possidens in mala fide fuerit constitutus, sciēs beneficium uerè ad alium pertinere, uel inter alius litigiosum fuisse. Et ista procedunt, siue simus in dubio, siue in claro, ꝙ triennalis possessor malam fidem habeat. Quia si in dubio, res est plana, quia ex titulo suo colorato in dubio bona fides præsumitur adesse, & hoc sufficit ad tuendam possessionē, iuxta tradita ꝑ Mod. in c. de quarta. de præscrip. Nā ille titulus coloratus præstat possessori quoddā uelamē sub cuius vmbra bona fides nutritur, ut dici Abb. in c. si diligenti. & ibi Fel. col. pen. uers. considera bene. de præscrip. S. uerò sumus in claro, ꝙ possessor triennalis in mala fide fuerit, idē dicendum est, per supradicta. Nam ex quo regula ista simpliciter loquitur, intelligi debet tam de possessore bonę fidei, quam malæ fidei, iuxta l. 1. ff. de usu aleæ, & aleat. Præsertim, quia ista reg. tantū requirit aliquem, cum tit. colorato, per trienniū pacificè possidere, nec aliud plus exigit: & ab hoc requisito duos tantum casus

sus malæ fidei excipit,uidelicet,intrusum in beneficio uacante apud sedem,& simoniacum. Ergo in cæteris dispositio reg. generaliter procedet: quia exceptio firmat regulam in non exceptuatis,iuxta vul.ca. cum dilect.de confirmatione util.

Et iste intellectus adminiculo iuris nō caret;quia uidemus,ꝙ error iuris causat malam fidem: & tamen si adest titulus colloratus,illa mala fides non nocet,quo ad fructuum acquisitionem,iuxta doct. Bar. in l.sed etsi §.scire ff.de pet.hęred.& Abb. in c.si diligenti.col.6.de foro compet. Ergo a fortiori, fructuum perceptio magis licita erit,quando cum ea concurrit autoritas istius regulę,quam uisus fuit papa ex uisceribus.capit. 1. de præscrip.eruisse ubi est tex. ꝙ per possessionem triennalē etiam cum mala fide,iura ecclesię præscribuntur.Si igitur hoc papa ibi statuit in rebus ecclesiæ,in quibus per præscriptionē ecclesiæ infertur magnum præiudicium: quia agitur de abdicādo ab ecclesia dominio perpetuo,quod transit ad hæredes, à fortiori potest papa in beneficialibus, in quibus non agitur de tanto præiudicio, nec de dñio perpetuo acquirendo, statuere.Quia uidemus papam concedere posse fructus beneficiorum etiam sine titulo beneficii,ut patet in c.si propter,de præscri. lib. 6. quod tantum cum idem hic facere posset noluit tamen hoc, nisi cum titulo saltem colorato triennalibus possessorib. concedere, exceptionem illis tantum tribuens,& ut possessor triennalis per illam in sua possessione defendatur. Rationabile uidetur:quia agens contra possessorem triennalem,nihil aliud habet, quàm titulum,& possessor etiam triennalis titulum habet,& est reus & possessor. Quo casu uidetur præferēdus solo titulato,præsertim negligenti contra quē omnia iura clamāt ut in l. si pupillus. ff.de iis,quæ in fraud. cred.cum conco.ut latissimè dixi superius in trac.neglig.& patet in c.si à sede.de pręben.lib.6.& in c.duob. de rescri. & in c.in pari.de reg.iur.&in c.tibi qui.de rescr.eo. lib. Nam turpius eiicitur, quam nō admittitur hospes, ut in c. quemadmodū.de iureiu. Et ista fuit vna ratio ex pluribus scriptis superius in 10.q. quare execrabilis defenditur ista regula:& tamen si spoliatus agit,ut restituatur,non auditur. Primo.n. casu est reus, & possessor, qui non agit de damno euitando,& se in possessione triēnali defendēdo.Secundo casu execrabilis erit actor,qui agebat de acquirendo,& secundū iura facilius qui arcetur ab ingressu uitioso,quam ꝙ iam possessor deiicitur,ut dictum est.

Nec obstat hoc fortè procedere in foro contentioso, ut superius dicebatur: secus in foro conscientiæ, quia respondetur, ꝙ text.in d.c.1.de præscrip. procedit etiam in foro conscientiæ,ut ibi dicunt Doct.& tamen ibi disponitur præscriptionem cū mala fide ualere,alias ille text.imponeret nobis laqueum,contra id quod dicitur in c.de uiduis.27.q.1.& sic conditio possidētium beneficia deterior esset, quam mercatorū fœnerantium. quod præsumēdum non est. Nam clara est doctr.Doct.post Bal.ibi,in ca.quę in ecclesiarum.de const. ꝙ si lex est iusta in foro fori, utique iusta erit in foro poli. Quod latissimè per exēpla iuridica probaui in c.2.de const.lib.6. Hinc uidemus,ꝙ dispositio.cap.cum dilecti.de emp.& uend. quæ loquitur de contrahentibus decipiēdis,procedit secundū diuum Thomam,in foro poli.Papa igitur à fortiori,in beneficiis ecclesiasticis hoc facere poterit.Imò tanta est in beneficialib. papalis potestas, ꝙ non solum exceptionem ex titulo colorato cum possessione triennali,sed etiam uerum ius &dominiū posset cōferre,& etiā statuere,ꝙ beneficia trāsirēt ad successores,sicut res ꝓfanæ: quia ista omnia sunt de iure positiuo,supra qđ est papalis potestas.c.proposuit de conce. præb.c.per uenerabilem,qui fil. sint legitimi. Vñ meritò in c.2.de prębe.lib.6.dicitur papā in beneficialib. plenissimam habere potestatem. Nā pōt ſm Host. & alios in c. cū uenissent.de iud. quadrare rotūda quadratis:&quadrata rotūdis:ut latius dixi in c.1.de cōst.lib.6.Et ideo ꝑ pdicta cōcludēdū est,cōstitutionē istā sanctissimā esse,q̄ litib.finē imponit,ac negligētes punit:&ita fit,ꝙ possessores beneficiorum erunt certi,propter quorum incertitudinē diuinus cultus, & ecclesiarum cura negligi posset, ac sub incerto pastore manere.

Sicque

Sicque sub hoc timore, homines diligētiores ad petendum iura sua debitis temporibus reddentur. Nec, ut dixi, in hoc magnum, & irrecuperabile præiudicium negligentibus infertur. cum eius ius per istā regulam non annullatur, sed suspenditur durāte uita possessoris triēnalis: quo mortuo de iure suo actor experiri poterit: cū reg. ista personalis sit, tantum possessorib. triennalibus fauens, non alteri successori. Nec mirum, si actor per tam modicum tēporis spatium, excluditur à iure suo, cum minore tempore & fortasse breuiori negligentia, beneficiati priuari beneficiis suis soleant, ut patet in toto titulo de cler. nō resid. & tradit notabiliter Abb. in ca. capitulum. col. fi. de rescrip. Nec obstat, quod dictum est de sententia quæ transit in rē iudicatam, quæ quando quis scit esse iniustam, non defendit uictorem in foro cōscientiæ. Quia ad illud respondet notabiliter Abb. in consil. 60. inc. in causa & quæstione. in 2. col. lib. 2. ubi ponit vnam regulam. ꝙ quando peccatum est remissibile per partes, talis sententia licet iniusta, uictorem in utroque foro defendit, ut ibi latius exempla ponit, quæ uideantur. Et ad hoc facit dictum Bar. in l. fiscus. ff. de iur. fisc. qui dicit, ꝙ licet litis pendentia constituat possessorem in mala fide, est uerū, quando est pronuntiatum contra eum, alias secus. Cum igitur in casu nostro impetrans in negligentia fuit, sicut potuit beneficio suo renuntiare, ita tacite promittere, ꝙ alter in eo ius excipiēdi acquirat. Ex qua patientia uidetur quædam tacita renūtiatio includi, ut in cap. ex ore. de his, quæ fiunt a maior. par. c. in cle. gratiæ, de rescri. Et ita cum illa opinione Rota in prædicta causa conclusit.

QVAESTIO XLIII.

QVæro, quis tenetur probare titulum esse coloratum, ad effectum istius regulæ, si negatur esse coloratum per agentem, contra triennalem?

SOLVTIO. Vt breuiter concludam, ipse actor tenetur probare: quia possessor triennalis ad petitionem partis, titulum suæ possessionis ostendere, nec probare tenetur, ut notat Compostel. in c. capitulū. in gl. magna. de rescript. & Archi. in c. contra morem. c. distinct. circa fi. Et ideo actor non audietur, nisi prius aliud probet, per quod adpareat reum triennalem possesso rem non habuisse titulum coloratum, ut in l. cogita. C. de pet. hæred. Sed ad iudicis requisitionem bene tenetur reus possessor titulum ostendere & probare, ut dicit expresse Abb. in c. cum nostris. in fi. de conces. præb. per plura iura, quæ Arch. allegat in d. c. contra morem. Et in terminis istius regulæ hoc expresse tenet ille excellens Glossator concilii Basilien. de quo in pragmatica Franciæ, tit. de pacific. poss. in uerbo, coloratum, col. 6. uersi. circa secundum, fol. 132. in 2. col. quia quo ad superiorem inquirentem de titulo, nihil impedit triēnalis possessio, ut Fely. tradit in c. licet Heli. de simo. & in c. illud. de præsumpt. & in c. sicut. in 16. col. de re iud. Et quia ista est communis opinio, quæ ad iudicando teneri debet, amplius non insisto.

QVAESTIO XLIIII.

QVæro, an impetrans beneficium uiuētis, & postea possidens uigore illius impetrationis per triennium, possit mortuo illo, per cuius obitum impetrauit, uti priuilegio reg. contra alios impetrantes?

SOLVTIO. Videtur concludēdum, ꝙ non: quia ultra hoc, ꝙ possessor est inhabilis, ut patet suprà in regula 20. & ibi dixi: non tamen dicitur possessio a iure approbata, ut dicunt Doct. in c. 1. & 2. & ca. literas. de conces. præbend. Nec ille titulus posset dici coloratus, ut dicit decisio clara 21. in titulo, de restit. spol. in no. incip. si agenti. quam sequitur Milis in uerbo, possessorio recuperandæ agens. Et ita obtinuit Ange. de Cessis in vna Aquen. capellaniæ, coram D. Mercurio: & licet iste triēnalis uideatur habere titulum, fuit tamē ab eo datus, qui non potuit dare. Nam & papa non potest conferre beneficium uiuentis, quia tali modo illum inauditum, & sine causa priuaret, quod fieri non potest, ut tradunt in c. quę in ecclesiarum. de constit. & in c. 1. de caus. possess.

Breuiter putarem ita distinguendum, ꝙ aut,

ꝙ aut ante obitum illius, cuius beneficiũ impetrauit pössessor fuit in possessione ꝑ triennium.& talis possessio non suffragatur.per supradicta, quia est de beneficio non uacante, ac etiam, quia duo insolidum eodem tempore eandem rem possidere nõ possunt. Aut uero post eius obitum iste, qui impetrauit beneficium uiuẽtis, possedit triennio, & tali casu uidetur posse adiuuari regula. Non ob. ꝙ non habet tit.coloratum, quia respondetur esse uerum quo ad alios effectus iuris cõis, secus uerò est quo ad effectum istius regulæ quæ omnem tit. reputat coloratum, nisi in duob.casib.exceptis in ea, dummodo ille tit. fuerit ab eo datus, qui alias originaliter conferre poterat. Et in dubio titulus præsumetur coloratus, nisi probetur contrarium: ut dixi in proxima præcedenti q. sufficit n. ꝙ onus probandi contrarium incumbant actori triennali possessori ad prę sumptionem coloris, ꝙ toleratus fuerit ꝑ superiores suos, qui singulis annis uisitare beneficiatos, & uidere titulos possessorũ solẽt, ut dicit Fel.in c.licet Heli.ꝑ illũ tex. de simon.& in c.ordinarii.de off.ord. li.6.

QVAESTIO XLV.

QVæro, ponamus ꝙ vnus possedit bñficiũ triẽnio, & ti.nõ colorato, in 3. anno superuenit titulus coloratus, an possit post triẽniũ inquietari, ut iuuetur regula?

SOLVTIO. Pro parte affirmatiua, uidelicet, ꝙ talis possessor exceptione istius reg. defendatur: adducitur primò, quia pẽdente tpe possessionis suæ ex inualido ti. cœptæ, non prohibetur quis validũ ius acquirere, nec dicit̃ propterea immutari possessio, nec requirit̃ alia adprehẽsio possessionis de nouo, ut est text. in l.certe. §.is qui. ff.de preca.& tenet Bal.in l.si aquam.in 9. col.uersi. super secundo puncto. & uersi. sed pone. C.de ser.& aqua.

Prętereà, qa ex quo ille possessor ꝑ ꝑ titulũ nõ coloratũ nõ fuit inquietatus, sed toleratus ꝑ superiorẽ, si posteà cõpleat trienniũ cũ colorato titulo, & sine aliqua molestia, ui.ici posse adiuuari reg.arg.tex no.in c.pe.de sup. neg. prælat. Et pro parte ista facit tex.in c.ex parte.de conc. præb.& in c.postulasti.de cle.exc.mi. & qđ no. Spec. tit.de primo & 2. decreto. §. uidendũ.uers si.quæ est ratio.& Archid. in c. ordinationes.1.q.1. Et quæ dicunt Bart.& Bal.in l. cogi. C.de pet.hæred. Accedat illud quod scribit Oldr.in consilio 299.quidam, &c. ubi dicit, ꝙ licet quis incipiat perprã litigare: tamen potest ex iure de nouo sibi obueniẽti lite pẽdẽte uincere, neque ꝓpterea dici calumniosus.

In contrarium facit, quia tex.hic requirit ab initio possessionis titu.coloratũ iũcto cũm possessione triennali, ut patet ibi ex illis uerbis; ex apostolica uel ordinaria collatione illorũ, ad quos collatio, uel ꝓuisio pertinet, & ibi per triennium possederit, &c. Requirit ergo regula titu. & ꝙ cum eo per triennium possideat. Nam põdero primo illa uerba, ex apostolica, &c, quæ ratione dictionis Ex, denotant actum immediatum, per quem quis possidere debet, ut notat Bar.& Ias.in l.non dubiũ C.de leg.& in l.1. §. ex incendio. ff. de incend. rui. nauf. Rursus pondero illa alia uerba, per triennium. Nam dictio Per, denotat rem perfectam. l.urbana. §. pernoctare. ff.de uerbo.signific. Et illud dicitur perfectum, quod ex omnibus, suis integralibus, id est, ex principio, medio, & fine constat. l.1. ff.de origi.iur. cum concord.ut ibi in gloss. Requirit ergo regula, quòd totum compleuerit triennium, cum titulo possideat, sicut in usucapionibus uidemus, quòd triennium continuum requiritur, ut in l.nunquam. §.in usucapionibus. ff.de usucapionibus.& in l.1. C. de usucapionibus transform. Cùm igitur in casu nostro possessor nõ compleuerit trienniũ colorato titulo, per consequens nõ debet gaudere priuilegio regulæ. Et pro ista parte facit dictã l.certè. quæ considerat initium quo ad hoc, ut quis dicatur precariò possidere, ut patet ibi in uerb.precariò cœpit possidere. & idem est de iure canonico, ut not.in summa. 16. quæstio. 3. & 4. ubi in præscriptione non solùm initium, sed etiã uniformis possessio attẽditur. Postremò, pro ista parte facit, qa quãdò, qs à principio possidet sine titulo, uel cum inualido; si posteà superueniat titulus ualidus, censetur quis causam possessionis sibi mutare. l.nõ solùm. §. qđ uulgo. ff. de usucapioni.& uide quæ dicã in seque. q.

QVAE

QVAESTIO XLVI.

QVaero, ut dictum fuit, ꝙ reg. ista requirit continuum trieniũ, & non interpollatum, quid si possessor triennalis possedit per trieniũ continuũ, sed uirtute duorum titul. Nam ꝑ duos annos possedit uigore unius tituli, tertio uerò anno uoluit possidere uirtute alterius tituli fortassis melioris, nunquid iuuetur regula?

SOLVTIO. Tota uis est uidere, nunquid iste possessor per hoc causam possidendi mutare sibi uideatur. Et Rota in una Placẽ. præpositurae corã R.D.Io.Clerici inter Ioã.Mariã.& D.episcopum Cesen. tenuit quòd sic. Nam ibi episcopus à principio possessionem tenebat titulo nõ colorato, posteà impetrauit nouã prouisionẽ, ui gore cuius possidebat, & posteà expoliatus fuit. Rota tenuit illũ esse restituẽdũ, qa ꝑ superuenientem titulũ nouæ prouisionis causam possessionis mutare uisus fuerat. l.non solùm.§.quòd uulg.ff.de usucap.

Et hoc sine dubio uerũ uidetur, quãdo animus mutandi adest: aliàs secus, ut dicit Socin.in consi.131.colum.3. in 1. uol. Et sequitur Decius in quodã consilio, cuius numerũ amisi.& ratio ponitur ꝑ Bar. Angel.Imol.& Alex.in l.3.in princip.ff.de acquir.poss.ut ibi per eos. Et secundũ hoc casus istius quæst. uidetur decisus. Nam ex quo secundus titulus obuenit possessori, tertio anno noua fuit possessio, quæ non sufficiebat ad istam regulam: quia ista possessio est diuersa à prima, quę nõ erat etiã sufficiẽs, cũ esset duorũ annorũ. Itaꝙ tali casu dictus possessor regula ista iuuari nõ poterit, cum non fuerit triennalis uigore unius tituli.

Sed aduertendum est, ꝙ si in præsenti quæst. præsupponimus primam possessionem teneri uigore boni tituli, nunquam superueniẽtia noui tituli immutat priorem possessorem: quia stãte prima possessione, secunda acquiri non potest, & ideo requiritur ad hoc, ut ex secundo tit. noua possessio quæratur, quod prima possessio effectualiter dimittatur, & tunc secunda quæri potest ex superueniẽte iusta causa, siue titulo. quod est uerum, nisi prima possessio esset mera detentio. Nam tali casu sine dimissione illius detentionis ex superuenienti titulo noua possessio quæretur, ut notabiliter declarat An. Aret. in §.nouissimè.col.fi.instit.de usuca. Et secũdum hoc procedit decisio Dominorum in dicta causa Placen. præpositurae. Et licet Socin.in l.3.§ ex pluribus. uer. 3. conclusio.ff.de acquir.poss.uoluerit non esse necessariam dimissionem primæ possessionis, quo ad effectum acquirendi nouam: tamen contra eum est cõmunis opi. Pro qua est text.in l.qui bona.§.fi.ubi Paul.Raph.Cu.& Alex.hoc declarãt.ff. de acquir. possess.quos sequitur Dom.Guliel. Cassiodorus in tit.de restitu. spol. decisio 4. circa fi. Et secundum istam opinio.casus præsentis q.recipit contrariam resolutionem primę, uidelicet, ꝙ possidens per triennium cõtinuũ pacificè, uigore duorum titulorum possit exceptione istius regulæ iuuari, ex quo per superuenientiam secundi tituli primam possessionem non amisit nisi effectualiter illã dimitteret, & alteri traderet. Faciũt ad prædicta, quæ dixi in præceden. quæstione.

QVAESTIO XLVII.

QVaero, quia hic fit mentio de intrusione, ut patet ibi. Dummodo in beneficiis huiusmodi se non intruserint, &c. quis dicatur intrusus quo ad effectum istius regulæ?

SOLVTIO. Intrusus de iure communi potest dicit quis octo modis: quos narrat Felyn.in cap.ueniens, in secundo notabili.de accusationibus.& reassumunt Moder.in tract. benefic. in 11. q. tertiæ par. sed mihi magis placet diuisio quã ponit Gemi.in c.propter.19.dist. quem sequuntur latiùs Moder.in tract.elect.q.17. Dicũt enim, quòd intrusus in iure capitur quinque modis. Nam ille dicitur intrusus, qui non de licentia superioris, sed ꝓpria, uel parentum autoritate, & absque ulla cõfirmatione occupat beneficium, ut sunt illi, qui nullum habent titulum, secundum Inn.in c.nihil, in gl.magna.circa medium de elect. facit text.in c.alienationes.12. q.2.& est gl.in uerb.metuebar.in fi.c.bonæ.el.1.de elect.cum similibus.

Secundò, dicitur intrusus ille, contra quem est lata sententia depositionis, à qua non fuit appellatum, & manet in possessione

sessione. Ita tenet Innoc. in c. qualiter. el 2. de accus. in glo. magna.

Tertiò, dicitur intrusus ille, qui ante cõfirmationem suæ electionis, ut lit. pend. administrat, ut in cap. 2. de restitu. in integrum & in capit. cum iam dudum. de præbend.

Quartò, dicitur intrusus, qui habet titulum & possessionem à nõ habente potestatem cõferendi, quia pertinet ad alium collatio, uel publicè suspensus erat, ut est text. in cap. fin. de exces. prælat. & in ca. quia diuersitatem. de concef. præben.

Quintò, dicitur etiam intrusus, à quo alter fuit expoliatus, ut dicit text. notab. secundum unum intellectum in dicto capit. fin.

Et ista omnia de plano procedunt de iure communi: sed quo ad effectum istius regulæ est uidendum, nunquid omnes prædicti uel aliqui eorum possint dici intrusi? Decius in consilio 121. col. fi. tenet, quòd regula ista, quæ repelli intrusos, intelligitur de prædictis. & hoc idem tenet Bar. Cassa. in cons. 20. col. 7. nu 36. Tamen hoc non est uerum, quia ipsi fortè, quia non uersati sunt in curia, nõ intellexerunt stylum eius, nec obseruationes Rotæ. Dicas ergo sic, quòd intrusi ad effectũ istius regulæ dicũtur tribus modis.

Primo modo dicitur intrusus omnis ille, qui non habet titulum uerum, uel præsumptum.

Secundo, dicitur intrusus etiam ille, qui habet titulum, sed non ab eo, qui habet potestatem conferendi, qui nullo modo dicitur habere titulum coloratum, secundum Doct. superiùs allega.

Tertio modo dicitur intrusus ille, q in altero ex duobus casib. hic exceptis prouideri obtinuit de beneficio, etiam si habuerit titulum ab eo, qui originaliter conferre potuit. Primus casus hic exceptus est, quando quis per simoniam beneficiũ cõsecutus fuit, etiam à papa. Secundus casus est quando est aliquis prouisus de beneficio reseruato reseruatione in corpore iuris clausa non facta mentione istius regulę. Et licet aliqui uoluerint, quòd ille qui habuit beneficium per simoniam, ab eo, qui habuit potestatem conferendi, non dicatur intrusus, licet non habeat coloratum titulum requisitum ad istam regulã respõdentes ad uerba istius regulæ, de intrusione loquentis, uidelicet, q referãtur ad secundum casum de beneficio reseruato, ita q simoniacus & intrusus ponantur ut diuersa tamen Fel. in c. in nostra. secundo corrol. in fine. de rescr. confutat illã differentiam, ut ibi latius per eum. Quantũ ad istam regulam, sicut est intrusus habẽs titulum, etiam à papa de beneficio reseruato, ita & habens titulũ per simoniam, & exceptis istis, omnes alii enumerati superius per præfatos Doctores, licet dicantur intrusi de iure communi, & inhabiles, quo ad plures effectus iuris communis, quos distinguunt Modern. in tract. elect. quæst. fin. & non dicatur habere etiam titulum coloratum, ut dixi in alia q. nihilo minus ad effectum istius regulæ non dicẽtur itrusi, nec inhabiles, neq; discoloratũ titulũ habere. Et hoc secundum intellectũ communem Rotæ, quod uidentur sentire præfati Mod. in d. tract. elect. q. 17. in fi. dũ uoluit, q ubi constitutio est pœnalis, nõ includuntur in ea omnes species intrusionis, de quibus superius mẽtionem fecerat ex mente Gemin. in d. c. propter. sed solũ includẽtur ueri, & propriè intrusi, ut sunt illi, de quibus superius diximus.

QVAESTIO XLVIII.

QVæro, nunquid dicetur iutrusus ille, qui ingreditur possessionem cum titulo præter autoritatem superioris?

SOLVTIO. Glossator hic in 7. colum. & Glossator pragmaticæ dixerunt eum esse intrusum. Tñ aduertendum est dictũ istorũ nõ esse uerum ad effectũ istius reg. sed dictum eorum procedit quo ad casus iuris communis, quia non ad dispositionem istius regulæ, illi tantum intrusi dicuntur, qui in casibus hic exceptis notantur, in quibus etiã si cum autoritate superioris possessionem ingrederentur, intrusi dicerentur quo ad effectum istius regulæ sed extra illos casus habens coloratum titulum, si uigore illius accepti possessionẽ propria autoritate sine licẽtia superioris, & eam per trienniũ pacificè continuauit tutus

tutus erit exceptione istius regulæ, neque ille ingressus possessionis impedimentum illi præstabit, quominus exceptione istius regulæ uti possit, licet quo ad effectus iuris cõmunis huiusmodi intrusio cõsideret & attẽdatur, ut latiùs prosequit idẽ Glossator in dicta pragmatica, & Moder. in cap. cum, qui. de præb. libr. 6. Et dixi in regula de annali. q. 43.

QVAESTIO XLIX.

QVæro, an ista regula defendat possessorẽ in beneficio cõtra habentẽ regressum in specie ad illud?

SOLVTIO. Domini sæpe tenuerunt, quòd sic, moti illo fundamento sæpius replicato in aliis quæstionibus, uidelicet, regulam omnem possessorem coloratũ defendere, nisi in casibus expressis, uidelicet simoniæ, & beneficii reseruati reseruatione in corpore iuris clausa: in omnib. aliis reg. manet firma in casibus non exceptuatis. uulg. l. nã quod liquidè. ff. de pen. leg. & c. quoniam. ubi Abb. de coniug. lepro. cũ similibus. Ista est ratio, per quam penè infiniti casus super ista regula decisi fuerũt in Rota, ut in præcedentibus quæstionibus uisum fuit.

Sed aduerte diligenter, quia in primis ista ratio nõ uidetur solida: quia licet hic non excipiantur nisi duo casus: tamen casus excepti recipiunt extensionem ad alios casus similes ex identitate rationis, ut est text. in c. cùm dilecta. & ibi Abb. in 5. notabili. de confir. util. uel inutil. Et hoc procedit, etiam si casus exceptus cum dictione taxatiua exciperetur, quia propter hoc non excluduntur casus similes, ubi est maior, uel eadẽ ratio, ut declarat Ias. in l. 1. in col. pe. ff. de offi. eius. per tex. in l. ob æs alienũ. C. de præd. mi. quẽ tex. habui in punctis doctoratus mei. Sed in regressu est par, uel maior ratio, quare excipi debeat à regula: ergo in eo reg. non habebit locũ, sicut non habet in duob. casib. exceptuatis in ea. Quòd autem in regressu sit par, uel etiam maior ratio, quàm in casibus exceptuatis hic, patet: quia ratio quare beneficium reseruatum in corpore iuris hic excipitur, est propter decretũ irritans, quod afficit titulum & possessionem, & per consequens tollit colorem, ut dicunt Domini in decis. 16. in no. aliàs est decis. 3. in titulo de resti. spolia. quam sequitur simpliciter Philip. Franc in cap bonæ. in 5. col. uersic. 7. & ultimo. de appel. & Fely. in c. si cõstiterit. in fi. de accus. & latè Abb. in dispu. Titius clericus. col. 9. Et latiùs hoc probat decis. 4. de rest. spolia. in antiq. cum qua concordat decis. 17. eo. titu. in antiq. cum concord. traditis per Corsettũ in tract. quòd spoliatus ante omnia debeat restitui. in 41. fallent & ita seruat palatium, ut dicit d. decis. 4. Nam decretum irritans nõ solùm discolorat & annullat titulum & possessionem, sed etiam ipsam detentionem infectam & uitiosam reddit, adeò ut omnia adminiculo iuris careant, ut dicit notabilis decis. 1. in titul. de restit. spol. in antiquioribus. præsertim col. um. si & sequitur Bal. nouellus in repet. §. nihil commune. ultima char. de acquir. poss. Nam decretum irritans est tam malignæ naturæ, quòd quicquid inuenit, destruit, & in oppositum ducit, ut cap. si postquàm. de electio. libro 6. & in cap. quodam. de preben. & cap. 1. de conces. præbend. eod. lib. Si igitur decretum generale tantum operatur in beneficio reseruato, ut in eo color possidendi quo ad priuilegium istius regulæ, & remedia possessoria, quæ aliàs sunt inducta in fauorem spoliatorum, impediantur, quantò magis debet operari decretum speciale regressus corpori beneficii adpositum? Nã clarum est, ꝙ magis uidentur afficere ea, quæ specialiter disponuntur, quàm ea, quæ generali decreto sunt dicta, ut in notabili casu tradit Lap. alleg. 84. in 12. colũ. uersicu. sed uerum est dicere, &c. secundũ primam impressionem. Facit quæ dicit Abb. in cap. 1. in 6. colum. paruæ impressionis. de rescript. Et de hoc est text. in cap. quanquam. 23. dist. & in ca. si aduersus. de hæret.

Accedit, quia licet ista regula sit possessorib. fauorabilis, tamen negari non potest, ꝙ in eo, quod contra desides præscriptionem inducit, dicitur odiosa, ut tradit Bart. in l. si in princ. ff. de eo, ꝑ quem fac. erit. sequitur Petr. de Anch. in cõsil. 5. col. pe. sed præscriptio istius regulę inducta

est cõtra negligentes.ergo erit odiosa, & per consequens debet restringi inquãtũ possimus,iuxta cap.odia. de reg. iur. lib. 6,cum uulg.

Tñ tenendo primam opi. ad istud moti uum põt responderi, ꝙ in simonia, ac in reseruatione de qb.excipit iste tex.est lõ gè diuersa ratio,quàm in decreto regres sus, ex eo, quia in simonia propter dete stationem criminis, quod tam magnum est, quòd cætera peccata, respectu eius, quasi pro nihilo reputantur, ut in c.tãta est labes.de simo.regulæ iuris transgrediũ tur,& in istis beneficialibus,in quibus ma gna puritas requiritur, cõtra simoniacos omnia iura clamant,& talibus auxilia sua denegant: & eodem modo in alio casu hic excepto,uidelicet, in reseruatione in corpore iuris clausa, cuius decretũ est no torium à iure communi inductum, quod ignorari nõ debet,nec præsumitur.cap. 1. de constitu.lib.6.& l. leges sacratissimæ. C.de legib. Et illa notorietas facit, quòd possessio,titulus,& omnia discolorentur, & etiam,quia in dicta reseruatione in cor. pore iuris clausa,sunt plura alia specialia ultra communes regulas, quæ in regres sibus non militant, ut dixi superiùs in 46.q. Meritò isti casus excepti habent specialẽ rationẽ.Cùm igitur in regressu il la nõ cõcurrant,ideo casus excepti in isto text. procedant in casu nostro. Nec pos sunt extẽdi ad regressum, in quo non mi litat eadem rõ.quia cũ sit facti,& in facto cõsistat, ignorari põt,& in dubio in factis alienis ꝑsumitur ignorantia. Et ita in una Compostellana canonicatus,& præb.corã R.P.D.Marcello 9 Iunii 1537.fuit per Do minos,exceptis duob.conclusum,ꝙ decre tum certo corpori beneficii,non inficeret possessionem triennalẽ,quo minus posses sor possit uti exceptione regulę.Et hoc ꝑ illã rationẽ, qa sufficit possessori habere originaliter titulum ab eo, q cõferre po tuit, licet ex accidenti fuerit impeditus, quo ad effectu istius regulę, exceptis illis duob.casib.habentib. specialẽ rationẽ, in, quib.nullus color iustificat possessionẽ: & ita diu,& sepe interpetratione Rotæ recẽ ptũ est.Nec obstat ꝙ ista reg.ex quo uidetur quandã præscriptionem contra negligen tes inducere,dicatur odiosa,iuxta dictum Bar.in d.l.fi.quia respõdetur illud proce dere in præscriptione 30.uel 40. ann. de qua ibi loquitur Barto.quæ nõ est similis præscriptioni per istã regulã inductæ, si quouis modo præscriptio dici possit. Sed potiùs regula ista usucapioni triennali ad aptari põt,quę est fauorabilis, ut Bart. in d.l.fi.dicit.itaque arg.factum in cõtrariũ retorqueri potest.Quantò magis,quòd re mediũ istius regulæ, nec præscriptioni, nec usucapioni ęquiparari potest,propriè loquẽdo,ex eo, quia in præscriptione ue rus titulus,&bona fides requiritur:hic ue rò sufficit titulus coloratus absque bona fide,ut superiùs in alia q.diximus. Neque etiam usucapioni adaptari potest hæc di spositio regulæ,ex eo quia per usucapio nem acquiritur uerum dominium,ut est gloss. in l. traditionibus. C. de pactis. Sed hic nõ acquiritur triennali possessori, nisi nuda exceptio,ac etiam, quia in usu capione titulus,& bona fides requirũtur: quę,ut diximus,hic cessant.

Non obstat,ꝙ decretũ discolorat posses sionẽ, adeò quòd spoliatus nõ debet resti tui,per ea,quæ superiùs allegata sunt. qa uerũ est,ꝙ decretum reseruationis disco lorat,quo ad effectus iuris communis, ut latè scribit do.Guliel.in quadam decisio. sua posita in titulo de restit. spolia. inci pien.prouisus.Et sic etiam titulus non co loratus dicitur multis modis,quo ad effe ctum iuris.ut superius latè dixi in quadã quæstione.Tamen quantum ad consequẽ dam exceptionem istius regulæ,nullũ de cretum possessionem uel titulum inficit, uel discolorat, nisi in casibus exceptis re gulæ. Itaque omnis titulus dicetur colo, ratus,quo ad istam regulam, nisi in casi bus expressis.

Nec obstat,ꝙ casus excepti non exclu dunt extensione similiũ, qa respõdetur casum istũ esse longè dissimilẽ. Et præsup posito ꝙ esset similis, non debet fieri ex tensio, quando exceptio casuum fit à sta tuto,& non à iure communi, prout dixi respondendo ad istud contrarium,in alia q.ꝑ doctrinam Abb.in ca.ad audientiam, ratio concurrit, quare spoliatus subie ctus decreto non restituitur. Nam illud, ductum

Inductum est, ne in beneficialibus, detur uitiosus ingressus, qui magis in actore, est considerabilis, quàm in reo, ut in c. 1. de eo, qui mit. in poss. lib. 6. Sed hic agitur de defendendo reo in possessione sua triennali aduersus negligentem ius suũ infra trienniũ prosequi, igitur tãquã diuersa debent diuerso iure cẽseri. l. Papinianus. ff. de mino. Præsertim, quia reo faciliùs conceditur exceptio, quã actori actio. l. 1. §. quòd autem. ff de superficie not. Ias. in l. impuberib. in fin. ff. de aequir. hære. Nil mirum igitur, si spoliatus actor contra decretũ nõ auditur, reus uerò exceptione defendit. Nã turpiùs eiicitur, quã nõ admittitur hospes, ut dicitur in c. quẽadmodũ. de iureiur. Et quia fauorabiliores esse debemus reis possessoribus, quã actoribus iuxta l. fauorabiliores. ff. de regu. iur. quia in pari causa potior est conditio possidentis. uulg. ead. in pari. de reg. iur. lib. 6. & c. si à sede. de præb. lib. 6. Præsertim, quia non petens beneficiũ suũ ꝑ trienniũ, uidet̃ illud habere pro derelicto: iuxta not. per Abb. in c. contingit. de dolo & contu. Et etiã, qa ad decretũ adpositum in regressu, uel alia quacunque gratia nõ habet effectũ, nisi uolente eo in cuius fauorẽ est adpositum, ut in c. 1. de cõcess. præb. lib. 6. cum concor. ut tradit Rota in decis. 423. incipien. notat primus. &c. in antiquis. & Modern. in l. nemo potest. ubi Aretinus & Clau. Aquen in 4. col. de leg. 1. Decius in l. pacta quæ contra. C. de pact. & illo decreto ꝑ trienniũ nõ utẽdo, uidetur tacitè illi renunciare: arg. c. ex ore. de his quæ fi à præla. Et quod dictũ est in decreto gratiarũ, idẽ est in decreto regularũ & extrauagãtiũ, q̃ non impediunt effectũ istius regulæ. Propterea uidemus, ꝙ possidẽs triẽnio uigore collationis ordinarii, beneficiũ reseruatũ ꝑ reg. uel extraua. est tutus exceptione istius regu. nisi in casibus exceptis in ea, ut est dictum superiùs in aliis quæstionib. aliàs si cõtratiũ diceremus, facilè, redderet̃ ista reg. frustratoria, & penitus inutilis: cũ hodie in quibuscũq; ꝓuisionibus, etiã de uacãtibus, adponatur decretũ irritans, ita q̃ ne nũquã haberet locũ regula, qđ nõ est dicẽdũ. Diligentia igitur opus est, ne incidat qs in regulã, quoniam uigilantibus scripta est. Et extra istam regulã qđ operet̃ decretũ adpositum certo corpori beneficii in regressu, uel literis de beneficio uacaturo, uel de uacãti, uidẽdã est lata decis. dict. Guliel. incipien. decis. 3. in tit. de restit. spolia. Et ista omnia quæ dicta sunt de decreto adposito regressui, & incerto corpori beneficii, ꝙ nõ impediãt exceptionẽ istius regulæ: nõ solũ ꝓcedit, quãdo exceptio istius regulæ allegatur ꝑ possessorẽ triennalẽ cõtra prætẽdẽtẽ regressum, sed etiã quãdo possessor nõ triennalis excipit de triennali possessione prædecessoris sui, cõtra quẽ poterat excipi de regressu, quia talis exceptio etiã iuuat possessorẽ cõtra agẽtem uigore regressus. Prout in una Neapolitana ecclesię Sãctæ Mariæ fuit cõclusum ꝑ Dominos corã R. D. Marc. Antonio, die 19. Nouemb. 1535. ꝑ Io. Cauart, cõtra Io. Baptistã de Baldassinis. Et hoc nõ tã fuit tẽtũ uirtute regulæ, quã alleg. Lap. 89. dãtis fomẽtũ, qa ex quo prædecessor Ioan. Cauart fuerat triẽnalis. poterat habere à dicto Ioan. Baptista cassationẽ regressus, uel habere titulũ meliorẽ exclusiuũ regressus, quẽ quidem prædecessoris tit. Io. Cauart possessor nõ tenebat̃ iustificare: qa satis est ad præsumptionẽ iustitiæ inducẽdã, prædecessorẽ suũ triẽnio possedisse ad excludẽdũ cõtrariũ, ꝓut dicit Oldr. in cõs. 229. Nã iuris præsumptio est ꝓ eo, q̃ allegat titulũ prædecessoris, iuxta no. ꝑ Innoc. in ca. cũ olim. de priuilegiis. Quod sufficit in beneficialibus, ut tradit Innoc. in c. ex parte. de rest. spol. & glo. in cle. 1. de cau. poss.

Tamẽ aduertẽdum est diligẽter, qa omnia prædicta, quæ de regressu dicta sunt, & declarata fuerũt ꝑ Rotã, ꝓcedũt, quando habẽs regressum sciebat uacationẽ beneficii, ad qđ regressum habebat, & distulit ꝑ trienniũ agere cõtra possessorẽ: quia tũc sibi imputãdũ est. Secus si ignorabat, quia tali casu tenuerũt Dñi isti regulę nõ esse locũ. Ratio fuit, qa cõtra ignorãtẽ nõ currit pręscriptio, ut in uulg. l. i. de an. except. & c. qa diuersitatẽ. de cõcess. præb. nisi talis ignorãtia fuerit crassa uel supina, ut in cap. secũdo. de constitutionibus. lib. 6. Et ita de hoc anno 1539. in una Vrbeuetan. archipresbyteratus dixerunt Domini coram

coram R.D.Io.Paulo Ptolomæo. & ita se habet stylus in Rota, seruatus in pluribus aliis causis.

QVAESTIO L.

QVæro.an regula ista existentē in quasi possessione pacificè,non soluendi pensionem per triennium defendat, quã do agitur cõtra ipsum ad priuationē & regressum,ob non solutionem?

SOLVTIO. Hæc quæstio tres in se cõ tinet difficultates. Prima est, quando aliquis non consensit personaliter pensioni sup beneficio, sed prædecessor, quo mortuo iste successit in beneficio,& in eo stetit pacificè per triennium, in quo non soluit pensionem, nec illi bullæ fuerunt intimatæ.Secunda,quando disputatur post triennium,utrum beneficium sit obligatũ pensioni uel non ? Tertia, quando beneficiatus personaliter consensit pensioni & regressui,ob non solutionem. Circa primam uidetur dicendum, regulam huiusmodi possessorem defendere: quia dicitur hic in intextu , quòd si quis possederit beneficia,qualiacunque sint, per trienniũ,nequeat molestari. Illa enim uerba, qualiacunque, quæ generalia sunt, cõprehendunt pensionem,ut dicit Ioan.And.in clem.quoniam.§.cæterùm.per illum tex. de uita & ho.cle.sequitur Paulus Rom.antiquus in tra.pension.quæstio.prima. Nã impuniandum est illi, qui tanto tempore pensionem petere distulit:quia uigilantibus & non dormiẽtibus ius scriptum est: ut dicitur in l si pupillus.in fin ff. de his, quæ in fra.cre. Et ista est pœna negligentiæ in istis, quæ usu consumunturr : ꝙ si infra triennium non petat, quæ sibi debẽtur,usucapiuntur,ut in l.1. ff. de usucap. & in §.1.insti.eo.titu. Nec de alio, quàm de seipso pensionarius conqueri potest, qui neglexit ius suum prosequi, & ideo uidetur tacitè consentire , & se isti pœnæ subiecisse,arg.l.imperatores.ff.de iur.fis. uia enim,quam elegit,ipsa illi pateat.l. si mulier.ad Vell.

Breuiter,prædictis non obstantibus,circa primã difficultatem huius quæstio. cõtrarium dixerunt Domini super regula de annali,ut latiùs ibi dixi,& idem hic dicendum uidetur.Ratio est, quia ista regula loquitur, quando aliquis molestatur sup ipsis beneficiis. Ista.n. uerba titulũ beneficii concernunt. Nam dictio Super, proprietatem denotat.l codicillis. ubi Bar.de leg.3.c.cum super.de off.deleg.quæ diuersa est a pensione.Et licet alias uerbũ,Qualiacunq;,pensiones cõprehẽdere possit, illud procedit,quando materia subiecta hoc patit.Sed illa repugnante uerba illa generalia recipiũt restrictionẽ de habilib. ut est gl.not.in § sed hæc solẽnia instit de uer.obl.Præsertim,quia beneficiũ trãsfert in aliũ cũ onere suo , & possessio triẽnalis nõ tollit illud pẽsionis onus, qđ impositũ est,nõ super titulo beneficii , sed sup fructib.& illi fructus sũt obligati pẽsionario. Vñ qua rõne,si possessor beneficii cõueniretur sup fructib.nõ posset defendi ista regula:quia causa fructuũ est profana,& nõ beneficialis,ut no.in c.2.ut lit.pen.li.6.Ea dẽ rõne,& qñ agitur sup pẽsione:quia ita se habet pẽsio.respectu bñficiii , sicut usus fructus,respectu ꝓprietatis.c.fi. de pig.& ĩ c.possessiões.16.q.3.& in c.qcũq; 12.q.2.

Circa secundam difficultatem uidetur idem cõcludendũ propter easdem rõnes.

Circa tertiam militant fortiores rationes,ut idem dicere debeamus. Nam ultra hoc,ꝙ ista causa priuationis beneficiorũ ob non solutionem pensionis,sit causa ꝓfana,& nõ beneficialis,ut no. in cle. dispẽdiosam.de iud.possessor beneficii,ex quo à principio,medio iuramẽti cõsensit huic priuationi in euentum non solutionis,nõ potest post triennium allegare turpitudinem suam,nec potest à periurio excusari; nisi adimpleat in forma specifica.c.debitores.& c.ad nostrã.de iureiu. Et imputet sibi quare cõsensit:quia si eo nõ soluẽte, cõtra eũ ad priuationem proceditur,non fit illi iniuria,quia uolenti , & consentienti non fit fraus, neque dolus. Non.n.debebat se sub iuramẽto ad soluẽdũ obligare, si pẽsionariũ decipere intẽdebat, confisus beneficio istius reg. Deceptis.n.& nõ deceptorib.iura subueniũt.c. cum vniuersorũ. de rer.permuta.Restituat ergo beneficiũ, quod accepit,aut soluat eius pensionem: quia contra honestatem uideretur, si possessor detineret beneficiũ meũ,& fructus. Reg.igitur ista non procedit isto casu : qa

intentio Papæ non fuit, parare tendiculū bona fide contrahentibus, ne inde nascā tur iniuriæ, unde iura nascuntur: contra c. qualiter. de accusat. & l. meminerint. C. vñ ui. Reliqua uidēda sunt in reg. de annali.

QVAESTIO LI.

QVæro, an exceptio istius regulę obstet excipienti de regula non exprimendo vero valore?

SOLVTIO. Ista quęstio fuit proposita per me in vna Areti. parochialis sanctę Ceciliæ, & longè anteà contigit etiam idem casus de anno 1522. de mense Iunio corā D. Ioa. Antonio de Triuultiis, in vna Barchinonen. parochialis sancti Vincentii. & pro parte negatiua dicebatur prima facie, ꝙ non ex eo, quia regula requirit titulum coloratum: & tamen quādo titulus est nullus, per sententiam iuris uel hominis, non dicitur coloratus, ut sępe dictū est in aliis quæst. & Abb. tradit in c. cum nostris. in fi. de concess. præb. & ante ipsum Lap. allegat 16. cum concord. ut scribit Fely. in c. in nostra. in 16. correl. de rescript. sed reg. de uero ualore exprimen. annullat retro ipso iure titulum propter decretum irritans in ea adpositum. Ergo possessio triennalis sequens nullius erit momenti, quia nuda est sine titulo.

Præterea, quia decretum irritans, dato ꝙ non discoloret titulum, negari tamen non potest discolorare possessionem, ut dicit decis. 2. de dolo & contum. in antiquiori. & est etiam decis. 3. de restit. spol. in no. Facit text. in capit. si eo tempore. de elect. in 6. & in c. 1. & 2. ut lit. pend. & ca. 2. de præb. eo. li. cum vulg. sed possessio discolorata non sufficit ad dandum aliquod fundamentum iuris. igitur, &c.

Prædictis tamen non obstantibus, Rota tam coram d. Triuultio, quàm coram me in causis prędictis conclusit contrarium: & præcipuum fundamētum istius decisionis fuit: quia iste text. non discolorat titu. nisi in duobus casibus iam sæpius repetitis, uidelicet, quando quis obtinet beneficiūm per simoniam, uel beneficium uacās in curia: exceptio enim istorum duorum casuum firmat regulam in contrarium in aliis casibus non exceptuatis. & licet illi titulo subreptitio, uigore cuius emanauit possessio triēnalis, obstet reg. de ualore nō exprimendo: tamen ille tit. ab ista regula defenditur, quæ iuncta triennali possessione, in odium negligentis tribuit maius robur, & per hoc tollitur motiuum de decreto irritanti. Præsertim, quia negari nō potest, possessorē triennalē potuisse facilè excusari ab obiectu dictę reg. ex quodā errore iuris dubii, uel potius ex errore facti dubii, in quo de facili erraſ, attēta maxima difficultate probādi ualorem, quā usu quotidiano experimur. Adeò ꝙ tales errores in præscribendo, excusant, secundum Abb. in c. de quarta. de præscrip. & in c. ad nostram. de reb. eccl. non alien. cum similibus. Itaque cum iste casus non sit de exceptis in regula, concludendum erit, exceptioni istius regulæ locum esse.

QVAESTIO LII.

QVæro, an hæreticus defendatur ista regula?

SOLVTIO. In uero hæretico non credente, regula non procedit. Nam si reg. de annali, quæ solam & nudam detentionē sine titulo defendit, hæreticum non tuetur, ut ibi latè diximus, quantò magis reg. ista, quæ titulū coloratum, & ueram possessionem requirit, illum defendere non debet? quæ quidē requisita in hæretico cadere nō possunt, ut in c. cum secūdum. de hær. lib. 6. & tradit Bar. in l. imperator. in fi. ff. de iure fisc. Abb. in c. uergentis. & c. fi. de hær. in rubrica de testa. in 2. col. Et hoc adeò uerū est, ꝙ ex cōtractu inito cū hæretico, nō solū dominium, sed nullum ius ei quæritur. Hinc est, ꝙ alienata per hæret. possunt libere per inquisitorem reuocari arg. eorum, quę dicit Bar. in l. si debitor. ff. in fraud. cred. & tenet expressè Alber. in tract. iurispat. lib. 1. Carent .n. tales omni auxilio & priuilegio iuris: c. si aduersus. de hæret. neque, ut dixi, possunt dominiū rerū, neque possessionē habere? ut in c. quo iure 8. distinctio. cum concord ut ibi glo. faciūt ea, quę in alia quæstio. dixi de simoniaco, qui pro eo, ꝙ testatur, ut hæreticus excipitur ab ista regula, à fortiori uerus hęreticus excludi debet. Nam si possessionem habere non potest, præscriptio sine possessione non procedit vulg. c. sine possessione. de reg. iur. lib. 6. Et per consequēs non

non fruetur exceptione istius regulæ, quę possessoribus tantum tribuitur.

QVAESTIO LIII.

QVæro, quia textus requirit triennalẽ possessionem pacificam quæ dicatur pacifica possessio ad effectum regulæ?

SOLVTIO. Gemin. consi. 78. col. pen. & fin. post longam discussionem, cõcludit illum dici pacificum possessorem, cui nulla cõtrouersia iuris, uel facti iudicialis uel extraiudicialis nota fuit, ut not. omnes Doct. in cle. gratiæ. de rescript quorum dicta in terminis istius regulæ adducit, & põderat Franciscus de sancto Nazario, de Ripa nuncupatur in repet. rub. de caus. poss. & propr. in 10. col. nu. 39. Tamen quia materia est paulum inuoluta, super qua uariarunt antiqui patres nostri, neq; per Gemi. aut præfatum Modernum est satis discussa: ideo eam latiùs repetendam duxi.

In primis igitur aduertendũ est, ꝙ licet dicta Gemi. & aliorũ Doct. in dictis locis communiter teneantur: tamen prædictis aduersantur, quæ dicunt Inno. & Host. in c. constitutus. el 2. de appellat. & Archid. in c. licet episcopus. de præb. lib. 6. ubi uoluerunt, ꝙ pacificus possessor dicitur ille qui percipit fructus, licet illi moueatur lis super titulo beneficii. Et hoc idem uoluit deci. 3. de præb. in antiq. ritu. de caus. pos. & prop. & deci. 3. de præb. in no. & in quadam addit. mouentur per l. sciendum §. si fundum. ff. de qui satisdat cog. & arg. l. intra. ff. de diuers. & tempor. præscrip. satis enim est secũdum eos, ꝙ de facto quis possideat, licet super iure lis moueatur. Sed quicquid sit. hodie Rota tenet opin. Doctor. in d. clement. gratiæ. reiecta opin. Inn. & Host. quam reprobat Egi. dec. 697.

Et ideo pro uera intelligentia istarum opi. istius regulæ, & aliarum de pacifica possessione loquẽtiũ, est notãdũ, ꝙ magna est differẽtia inter possessionẽ pacificã, quæ requiritur in cap. licet canon. de elect. lib. 6. & eam, de qua loquitur tex. in c. de multa. de præb. Nam quo ad c. licet canon. sufficit pro pacifica possessione habere exercitium curæ, quanuis non possideatur maior pars bonorum, sed non requiritur, ꝙ illa pacifica possessio sit continua, sed sufficit si statim non fuerit de iure uel de facto turbata, prout dicit Egid. in dicta decis & cum mysterio dixi statim: quia si possessor statim turbatus nõ fuisset, sed per unum, uel duos menses duntaxat, sine dicta molestia possedisset, proculdubio ille pacificus possessor diceretur, quo ad effectum d. cap. licet canon. hoc dicit gl. notabilis in c. commissa. in uerb. pacificam de elect. eodem lib. quam ita ibi Lapus Arch. & Gemin. intelligunt. Et ista, ut dixi, procedunt quo ad pœnam dictorum ca. licet canon. & c. commissa. Sed quo ad c. de multa. ad effectũ, ut quis primo beneficio curato per assecutionem secundi beneficii ipso iure priuetur, requiritur, quòd assecutio secundi non solum sit pacifica, quoad exercitium curæ tãtum prout in d. c. licet sed etiam requiritur pacifica possessio respectu omnium fructuũ, uel maioris partis eorum, ut dicunt communiter Doctores in d. c. de multa. Et hoc idẽ requiritur, quo ad cap. cum in cunctis. §. cum uero. de elect. ut dicit gloss. in c. si tibi concesso. de præb. lib. 6. sequitur Rom. in consil. 334. & in consil. 345. col. pen. Gemi. consil. 78. Et ita debet intelligi, quod dicit Bald. in c. ecclesia. in fi. de electio. qui uoluit illum dici pacifice possidere, qui possidet spiritualia & temporalia, uel spiritualia tantũ, uel maiorem partem. & tenet Domin. consil. 125. in secunda col. in 3. dubio. Rationem differentiæ istorum casuum ponit gl. in d. c. si tibi concesso. quæ communiter adprobatur, & in omnibus istis casibus secundũ stylum hodiernum Rotæ, ut quis dicatur non pacificus, sufficit, quòd ei moueatur lis, uel molestia super titulo beneficii, licet nõ turbetur possessio. Nam eo ipso, ꝙ mouetur lis super beneficio, cẽsetur mota et super possessione, licet de ea nihil dicatur ut probatur in c. ut lit. pend. lib. 6. & tradit Calde. in consi. 5. titu. de præb. Et est adeò uerum, ꝙ si conuentus super tit. beneficii, spoliatur possessione, ad restitutionẽ eius agere non posset, tanquam ꝙ pacifice possedisset, ut dicit quædam additio in decis. 3. de præb. in nouis. Et ad hoc facit decis. 3. de restit. spoliatio. in anti. Hinc est ꝙ lite penden. super titul. beneficii si fiat trãslatio

latio possessionis in alium, etiam ex causa permutationis, uel alias, committitur attentatum, ut dicitur in decisio. 3. ut lit. pend. in no. & eodem tit. decis. 3. in antiq. Et hoc non alia ratione inductum est, nisi quia possessio est pars beneficii, & sapit naturam eius vt probat Card. Alex. in c. j. col. 7. num. 28. 1. q. 1.

Bene igitur infertur, ꝙ cõmissio super titulo beneficii tantum includit possessionem, ut probatur in cap. 1. de sequ. poss. & fruct. & in cap. pastoralis. de caus. poss. quia petitorium habet in uentre possessorium, sicut mulier prægnans habet filium: ut in c. cum dilectus. de caus. poss. Et ob eã causa uoluerunt decisiones nostræ Rotæ, ꝙ licet causa super petitorio tantum, & non super possessorio committatur, possunt tamen auditor, & partes uigore prædictæ commissionis petitorium suspendere, & possessorio agere: adeò ꝙ tela super petitorio tenta dicto iudicio possessorio seruier absq; noua obseruatione terminorum. Qualiter autem intelligantur ista, ui de quæ distinguendo dixi in notabilibus meis, seu epilogo signaturæ iustitiæ, posito in fi. q reg. de non iudicando iuxta formam supplicationis. Stat igitur conclusio ꝙ lis mota super titulo beneficii tantum, etiam possessionẽ litigiosam reddit, adeò ꝙ non dicatur pacificus possessor, quo ad illam regulã. Et ita seruat Rota. Pro qua opin. ulterius facit: quia quando mouetur lis super titulo beneficii, dicitur agi super quasi dominio, ut in cap. si tibi absenti. de præb. lib. 6. Et tamen lis super dominio, uel quasi, facit rem litigiosa, adeò ꝙ quis nõ dicatur pacifice possidere, ut in c. 1. & ibi not. Abb. de confir. util. uel inut. & Bar. in l. 2. & in auth. ibi posita. C. de litigiosis.

Sed ista non procedunt econtra. Nam si moueatur lis super possessione, non redditur litigiosa proprietas, sed ipsum ius possessionis, ut declarat Ant. Abb. & alii in d capit. primo, & milis in uerbo. litigiosa res. & Philip Franc. in ca. 2. ut lit. penden. lib. 6. & Oldr. in consil 299. & Calder. in d. consil. 5.

Non obstant iura allegata in contrariũ in prædictis dec. Primò. tex. d §. si fundus. quia uerum est, ꝙ possessio siue pacifica, siue non pacifica releuat ab onere satisdãdi, ut ibi dicitur: quia lis non tollit cõmodum possessionis, ut in c. j ut li. pend. Sed quænam sit pacifica possessio, ibi non cauetur. Nec tex. in d. l. si intra. probat aliquid: ita ꝙ hæc disceptatio solũ consistit in opinionibus prudentum, in qua quidẽ disceptatione stylus Rotæ modernę cõtrariatur opinioni antiquorum dominorum Rotæ, ut sępe uidemus, & dixi aliquid superius in illa. q. de commenda. Nec immeritò. quia iste stylus hodiernus, propter maiorem temporum experientiam uidetur magis in iure fundatus. Et ideo solet dici, ꝙ Mod. sunt sicut culices in capite elephantis, quæ uident priora & posteriora: vnde illud dictum uulgatum emanauit, ꝙ quanto iuniores, tantò perspicaciores. Et licet ita sit, nescio tamen quo fato contingit, ꝙ curia Romana in stylo quotãnis mutando facilis redditur: fortè hoc accidit propter crebras Pontificum & Auditorum Rotæ mutationes, ut dicit Fely. in c. Rodulphus. in 15. col. uer. ubi autem. de rescrip. Et declarat Alberic. in Dictionario. in uerbo, curia Romana. Et hanc opinionum Rotæ uarietatem non solum in hac quęstione accidisse, sed & in pluribus aliis iuris articulis euenisse legimus. Ex quibus quosdam exempli gratia connumerare licebit.

Nam in primis uidemus Rotam antiquis temporibus tenuisse per sententiam quæ transiuit in rem iudicatam, litem finiri: & tamen Rota moderna tenet litẽ non finiri, nisi post sententiam executioni demandatam, ut de hoc specialius scripsi in regula de annali, & in quadam quæstione istius regulæ. Sic etiam in unione facta ex falsa causa Rota Moderna uariauit ab antiqua, ut refert Milis quondam insignis Auditor Rotæ, in uerbo, unio. Eodem modo, quòd canonicatos in collegiata, cum prærogatiua regulæ non cadat sub expectatiua, in forma pauperum iudicarunt Domini, modernis temporibus, ut refert D. Gulielmus iudicatum suo tẽpore fuisse in quadam decisione per rationem, quam ibi ponit. & tamẽ antiqui Domini tenuerunt semper contrarium. Sic. n. natura ex uarietate temporum nouas de

pro

properat edere formas, ut dicitur in l. 2. C. de uet. iur. enue. Et hoc nō solum diuersis ætatibus contingit, quo ad facile est, sed vno, & eodem tempore accidisse comperimus. Nam Rota antiqua ipsa eadem suo tempore in multis etiam uariauit, & fecit iudicia cōtraria. Nam iudicauit uno tempore, ꝙ lit. pēd. posset apostolicus impetrans acceptare beneficium uacans per obitum litigantis, ut dicit Egid. Bellam. se hoc uidisse teneri in Rota in consil. 35. in princip. & tamen Bonifac. de Vital. etiam auditor in clem. auditor. fin. de rescript. refert iudicatum fuisse postea contrarium. Sic etiam antiqui auditores tenuerūt prouisiones ordinarii infra mensem expectātium ualere, illis postea non acceptantib. ut patet in decis. 423. & 450. in antiq. & tamen postea Rota iudicauit contrarium, ut decis. 834. in antiq. Et Besigne. decis. 23. quam opinionem hodie tenet Rota ut refert d. Petr. Andr. Gammarus Auditor in tract. leg. lib. 3. q. 3. & dicam in regula de publicandis. q. 17.

Sic etiam in commenda aliquando Rota tenuit regulam istam in ea non habere locum: alio tempore tenuit contrarium, ut latius adparet ex his, quæ superius q. 5. dixi. Ita ꝙ non est mirandum, si ex uarietate temporum generentur etiam noua phātasmata, & nouæ speculationes, secundum Bald. in l. 1. C. de his, qui ante aper. tab. Nō enim posteriorib. auferri debet (ut inquit ibi Bal.) facultas ulterius cogitandi. quod dictum sequitur And. Sicul. in consil. 89. col. penul. lib. 4. & alibi sæpe, ut scripsi in §. omnium & in §. quædam. insti. de actio. Et hac ratione uoluit Ant. de But. in c. cū uenerabilis. de except. ꝙ aduocatus citra notam contrarietatis potest hodie vnam legem allegare ad vnum propositum, & cras in alia causa melius cogitando dicere ꝙ nihil facit. Et eodem modo doctor & testis possunt hodie credere vnum, & cras mutare propositum, & dicere se aliud credere citra periculum periurii, ut dicit idē Bal. in l. de tutela. C. de in integ. rest. min. cum multis aliis, quæ congerit quidam Moder. & curiosus doctor Bonon. Vlpianus de Zaninis nuncupatus, in §. his ergo. in 36. & antepenultim. col. instit. de iusti. & iure. & ita Andr. Sicul. in d. consil. 89 & alibi sæpe se à contrarietate excusat: hoc enim natura inductū est, ut superius dixi, ꝙ quantò iuniores tātò perspicatiores sumus, ut dicit gl. in l. Gallos. in princ. ff de libe. & posthu. licet illi gl. uideatur aduersari text. in capit. primo in fi. de natur. feū. Vtcunque sit, negari tamē non potest, magnam partem huic reum uicissitudini ex trauagantes, & regulas summorum Pontificum, quæ sæpe prioribus contrariantur uel ab illis in aliquo differunt, conferre: nec hoc malum recens est, sed adhuc tēpore Host. emergebat, ut non ab re ipse dicerit in procemio suę summæ in 4. col. ꝙ stylus Romanæ curiæ modò est alb. modò niger: & idem dicit Lap. alleg. 5. quam etiā styli mutationem in uocabulis quoque experimur, ut Aulus Gellius notat, & recenset Modernus Alciat. in titu. de uerb. signi. pag. 39.

Redeundo igitur ad propositum, Rota moderna hodie tenet, ꝙ pacificus possessor quo ad effectum istius regulæ & cuius libet alterius de pacifica possessione loquētis, dicitur ille, cui non mouetur cōtrouersia iudicialis, uel extraiudicialis super beneficio, iuxta dictum Pauli, Imolę, Cardi. & aliorum in d. cle. gratię. quicquid tenuerint, alii tenent Car. cons. 28, in 3. column.

QVAESTIO LIIII.

QVæro, an per appellationem extraiudicialē intimatam possessori, postea desertam, pacifica possessio triennalis iam incepta, interrupta fuerit?

SOLVTIO. Ista quæstio potest considerari dupliciter. Primo modo, quādo appellatio extraiudicialis fuit interposita in principio possessionis triennalis, uel in medio eius. Secundo modo, potest intelligi, quando appellatio præcessit, & eius desertio, & post eius desertionem incepit possessio triennalis, & finita fuit.

Circa primum uidetur prima facie dicendum, per talem appellationem extraiudicialem, quæ uim citationis obtinet, ut in capit. primo de appell. libro sexto, quæ post triennalem possessionem deserta fuit, possessionem pacificam prius incepram

ptam non interrumpi. Quia sicut dictum fuit, in reg. de annali, per citationem nullam pacificam possessionem non interrũpi: ita neque per appellationem desertam triennalis possessio pacifica turbari debet quia non præstant impedimentum, quæ de iure non sortiuntur effectum, ut in ca. non præstat. de reg. iur. lib. 6. Sed sic est, ꝙ appellationis desertio facit, ꝙ perinde sit ac si nunquam fuisset appellatum. Et per consequens reddit appellationem penitus inutilem, adeò, ꝙ quis uidetur reduci ad illum statum, quo erat ante appellationẽ interpositam, ut dicit tex. in l. fi. §. illud ibi tanquam si ab initio fuerit minimè prouocatum, &c. C. de tempor. appellat. not. Io. Andr. & alii in cap. licet. de sentent. ex communi. lib. 6. Et tenet Rota in decis. t. de appellat. in no. & decis. 76. eod. titul. in antiquis. Igitur per eam possessio pacifica non debet interrumpi, quia nullum & inutile æquiparantur. c. 2. de translat. prælato. Nam quando res deuenit ad casum, à quo incipere non posset: actus factus nihil operatur. l. pluribus. ff. de uerb. oblig. Qua igitur ratione, si appellatum nõ fuisset, lis diceretur extincta, per transitum in rem iudicatam: eadem ratione, quando appellatio, quę interposita fuit, posteà deseritur, lis omnino extingui debet, ac si nunquam fuisset, & per consequens, nulla existente lite, pacifica possessio nõ interrũpitur. Et ista de plano procedunt, data appellationis desertione: sed, quod est fortius, etiam si appellatio extraiudicialis deserta non fuerit adhuc per eam non inducitur litis pendentia à principio, adeo, ꝙ titulus, ut lite pend. non habeat locum in tali appellatione, ut expresè dicit dec. 69. in titu. de appellatio. in antiquis. inc. sciendum est, ꝙ c. ut circa. alias est secundum nume. 764. Et rationem assignæ decis. 25. incip. Item, si reus & possessor, &c. in ti. de rescript. in nouis. Quia appellatio extraiudicialis nihil aliud est, nisi quędam prouocatio ad causam. c. cum sit Romana. de appella. & ideo per eam non inducitur uera litis pendentia. Ita dicit ibi dec. Et ob eam causam neque appellatio propriè dici potest, ut dicit Abb. & Mod. in rubr. de app. neq; habet uim citationis, adeò, ꝙ appellatus, uigore talis appellationis, non tenet comparere, nisi aliter citetur, ut tenet Innocen. in c. dilecti. de maior. & obed. in prima col. & sequuntur omnes in d. c. cum sit Romana. post gl. ibi in uers. nec solent.

Ex quibus infertur, ꝙ si talis appellatio non inducit à principio litis pendentiam a fortiori & deserta non pariet aliquod obstaculum, & per consequens triennalis possessio pacifica, non erit in aliquo interrupta aut perturbata.

Præterea, pro ista opinione facit: quia licet appellatio extraiudicialis deuoluat causam ad curiam: non tamen nocet possessori in possessione sua, ut dicit Inn. in d. c. dilecti. & sequitur Præpositus Mediolanens. in c. bonæ. in 11. col. uer. sextus est effectus. de appel. Si igitur possessioni non officit, non erit turbata pacifica possessio: quia alias diceretur officere possessori.

Prædictis tamen non obstantibus, contraria opin. est de iure uerior, ut conclusit Rota die 30. Octob. 1538. in vna Hispalen. Cantoriæ, córam R. D. Raynaldo, pendente inter Io. Rodericum, possessorem triennalem & Didacũ Vasques. Ratio decisionis fuit: quia de iure Canonico, & in beneficialibus illud erat certum, ꝙ per appellationem extraiudicialem à principio parti intimata, legitimè fiebat deuolutio causæ ad curiam, ut dictum fuit, & tenent decis. 39. in titulo de appella. in antiquis. alias secundum numerum 847. & decisio. 17. eodem titul. in no. & idem tenet Egid. decisio. 521. Et desertio dictæ appellationis, posteà superueniens, non potest tollere deuolutionem ad curiam semel factã, per quam possessio appellati interrupta fuit: quia appellatio extraiudicialis in causa beneficiali, non interponitur solum, ut per eam reparetur grauamen: sed etiam principaliter, ut causa ad curiam deuoluatur. & hoc inducit principaliter intimatio dictæ appellationis, quæ fit parti. Et ideo, licet reparatio grauaminis, per desertionẽ cessare uideatur: non tamen cessat deuolutio, ut notabiliter declarat Egi. in decisio. 520. & hoc idem latius declarat idẽ Egid. in decis. seq. & decis. 560. Si igitur causa est iam deuoluta, & aduersarius per eam fuit

fuit super beneficio suo ad curiam prouocatus, dici non potest, quin per hoc reddatur beneficium suum, super quo appellat effici non pacificum, sed litigiosum: & per consequens, induci ueram litis pendentiã quę possessionem pacificam interrumpit ne compleri possit, nisi tali lite finita. Et ꝙ per huiusmodi appellationem extraiudicialem legitimè intimatam parti inducatur litis pendentia, tenet ad literam Egid. in decis. 769. incipien. licet per appellationem.

Non obstat, ꝙ desertio facit, ꝙ censeatur non appellatum, ut in dictis decisio. & in l. quoniam. C. de appel. Et ideo, deserta appellatione, attentata non reuocantur: quia hoc non impedit, quo minus sit lis, quę in curia nunquam finitur nisi per sententiam, ut dicit decis. 10. in tit. ut lite pen den. in nouis quæ secũdum numerum est 411. incip. Item si lite pendente. Donec igitur non sit pronunciatum super desertione, manet lis, & dimittitur uia aperta utrique parti ad procedendum in causa, ut declarant Moder. in c. non solum. §. illa col. 3. de appella. lib. 6. Nec obstat decis. 1. eo. tit. in contrarium allegata, quæ uult, attentata post desertionem non posse reuocari per appellantem: quia illud est uerum per uiam attentati, & sic uia priuilegiatiua, quæ fit summariè absque litis contestatione. & ita procedit illa decisio. Secus autem uia ordinaria, non priuilegiatiua, & sic per uiam iustitiæ. Ita in terminis concordant ista decisiones Philip. Francus post dicta Anto. & Imol. in c. sæpe. in 10. col. uersic. in gl. in uerbo, rata. de appel. & Abb. & Præpos. in c. cum sit. in 7. notabili. eod. tit. Vel dicas, ꝙ ideo attentata nõ reuocantur deserta appellatione, quia non fuit dictum de qualitate grauaminis, & ita procedit decisio, alias secus: ut not. gloss. in d. c. non solum. Abb. & alii ca. dilecti. de ma. & obe.

Non obstat etiam decis. 69. de appel. in antiq. ꝙ per appellationem extraiudicialem, non inducatur litis pendentia: quia ad illam decisionem respondetur multipliciter. Primò, ꝙ illa decisio intelligitur certo respectu, uidelicet respectu collationis, uel potestatis conferendi, uel eligendi de quibus loquitur clem. 1. & 2. ut lite pendente. Secus uerò in materia beneficiali. Ita expresse declarat Imola & latius Car. Alex. in c. bonæ. in nona col. uersi. succedit q. & colu. decima, uersicu. decimus est effectus. de appellat. post Io. And. in c. cum M. in uerbo, innouata. de constit. uel illa constitutio procedit, quando appellatio extraiudicialis non fuit intimata legitimæ parti, ut concordetur Egidius in d. decisione 749. quia sine intimatione non deuoluit. Vel illa decisio procedit in materia profana, uel spirituali, secus autem in beneficialibus, quia in tali materia illa appellatio extraiudicialis, quæ interponitur ad papam, de qua pars habet notitiam, habet uim ueræ citationis, & per consequens arctat appellatum, sicut uera citatio, & deuoluit causam, sicut appellatio iudicialis, ut est tex. in c. primo. de appellatio. lib. 6. quem textum ad hoc ponderet Præpos. in d. c. cum sit Romana. col. pen. in glo. ne solent. Et in c. bonæ. in septima col. in uersi. fallit secundò. in undecima col. uersi. decimus est effectus. eodem titul. Et ꝙ in tali appellatione intimatio, uel alias scientia requiratur, quo ad hoc ut dicatur citatio, probat idem Pręposi. in dicto cap. bonę in octaua col. uers. 12. & ultimo per text. in c. primo. de election. lib. 6. Et ita limitatur dictum Innoc. & sequacium in d. ca. dilecti. de maior. & obed. & doctrina Abb. & aliorum in d. c. cum sit. uolentium appellationem extraiudicialem non esse propriã appellationem, neque ueram citationem arctatoriam. Nam, ut dixi, non procedit in beneficialibus, in quibus habet uim ueræ citationis, & deuoluit negotium ad curiã inuito appellante, & appellato, dummodo fuerit intimata, ut latius declarat idem Præpositus quondam Rotæ auditor, & postea dignissimus cardinalis in d. c. bonæ. in 9. col. uers. succedit. & col. 11. uersi. 10. per c. 1. de elect. libr. 6. & est de hoc clara decisio Rotæ 38. in nouis. Vel etiam dicas, ꝙ appellatio extraiudicialis non inducit litis pẽdentiam respectu totius causæ, sicut iudicialis. & ita intelligitur illa decisio. Secus uero respectu illius grauaminis, à quo appellatur. & ita procedit decis. Egidii, & sic declarat Præposi. in d. c. bonæ. in 9. col.

 uersi.

uersic.secundus effectus.post Abb.in c.cū nobis.de elect.

Minus obstat, ꝙ ista appellatio non no ceat possessori;ut Innoc.in d.c.dilecti. qa hoc est uerum, respectu malæ fidei, uel impedimenti, quo minus uti non possit iure suo. Ita intelligit illud dictū Innoc. Card.Alexan.in d.c.bonæ.in 11.col. uersic. secundus effectus.Secus uerò respectu isti us regulæ, quæ cùm sit odiosa, debet strictè intelligi.

Circa secundum articulum istius q. ui delicet,an possidens per triennium, post appellationem extraiudicialem intima tam,& iam desertam possit iuuari exce ptione istius regulæ?

SOLVTIO. Istud dubium fuit hodie octaua Nouembr. 1538. propositum per eundem Reuerend.Dominum Raynaldū Petrutium in Rota, ubi disputatum fuit. Tandem dominorum uota se in duas di uiserunt partes. Nam quatuor dicebant, possessorem iuuari posse regula. Primò, quia quemadmodum per sententiā, quæ transiuit in rem iudicatam, à qua nō est appellatū,dicitur finiri & extinguilis,ut dicit gl.in cle.fin.in uersic.postquam. ut. lite pend. ita & lis di citur finita, quando fuit ap pellatum,sed appellatio est deser ta:quia per desertionem fingitur nunquā fuisse appellatum, & sententia transit in rem iudicatam,ut dicit tex.in l.fi.§.illud. C.de temp. appel.& in clem. sicut. & cle. si appellationem. de appellat. & isto ar gumento utitur Decius, qui hoc tenet in consil. 34. de ultimis impressis. incipien. uisa instructione, &c. colum. 3.Et hoc in casu isto faciliùs uidetur tenendum,quia idem appellatus est, qui post desertionē appellationis possedit per triennium, & petit iuuari regula. Ex quo datur intelli gi, ꝙ licet post desertionem appellatus possit cōtra appellantem agere,ut decis. 39.de app. ī antiquis, quasi ꝙ desertio sit inducta in odiū appellātis,& nō appellati tñ qn appellatus renūtiaret prosecutioni suæ,& sic fauori suo,desertio esset īducta quo ad utrosque. Sed hic possidendo per triennium post desertionem animum ha buit si uelle uti ista reg. prout adparet.Er go tacitè uisus fuit renunciare prosecu tioni, & sic uelle litem finiri per senten tiam. Alii quatuor domini, inter quos ego, tenebamus contrarium, istis funda mentis: quia, ut dictum fuit in proxima quæstione, per appellationem extraiudi cialem legime intimatam inducta fuit li tis pendentia, ut dicit Egid. decisio. 749. Igitur dicitur per eam induci molestia & perturbatio, ut dicit decisio. Thomæ. Fastoli,causa.3.dubio.13.Et tamen cōstat illam litis pendenciam, uel molestiam iā semel causatam & inductam, ac ad curiā iam deuolutam, per desertionem solā nō tolli,quia iuxta stylum Rotæ,relatū in de cis.10.ut lit pend. lis non finitur,nec tolli tur nisi per sententiam. Quod manifestè ꝓbatur,quia appellatus,nō obstāte deser tione. potest agere contra appellantem,& prosequi causam per audientiam contra dictarum,sine noua citatione, ut dicit de cisio.39.titu.de appel. in antiq. & decis. 17.eod.tit.in no.Egid.decis. 521. & decis. 236.circa finem.& decis.729.inc. si in cau sa.& in aliis pluribus decis.Ratio redditur per eundem Egid.in decis. 207. inci. audi tor.& in dec. 273.inc. defectus. Quia de sertio appellationis.uidelicet,ꝙ fingatū nō esse appellatum, est inducta solū in odiū appellantis,nō aūt appellati.Et hinc est,ꝙ auditor datus super causa appellatio nis, & desertionis,si reperiat bene iudicatū, & malè appellatū,&appellationē esse mo dò desertā,pōt pronūtiare bene ꝓcessū & malè appellatum, & sic primam senten tiam confirmare,& appellationem deser tam declarare; quia de omnibus istis cōn stat sibi.l.de.qua re.ff.de iudic. ita dicunt illæ decisiones Egid. & idem tenet decis. 14.titu.de appel.in no.& Philippus Peru sinus in c.ex ratione. colum. 20. uersicu. circa tertium. de appellatio. Adparet igitur ex istis, quòd post desertionem ad huc durat iudicium, & per consequens lis. Et ideo durāte lite,non potest aliquis dici pacificus ad effectum istius regulæ. Hinc uoluit Innocen.& alii communiter in c.ex parte. el. 2. de rescrip. quòd si ap pellatus recipit appellationem, uel aliàs interest sua,ne appellatio deseratur, non potest appellans illi renuntiare,nisi quate nus tendit in sui fauorem. Neque etiam per

permittere, ꝙ fatalia labantur. Quod est idem secundum Ang. in rep. §. qui pronū tiauit l. tale pactum ff. de pact. Et si appellans contrarium fecerit, potest appellatus prosequi desertionem, & à iudice appellationi condemnationem expensarū obtinere. secundum Ant. de Butr. & Imol. ibi. & ita dicit ibi Petr. de Anchar. se obtinuisse in facto, & consuluisse Feder. de Sen. & idem tenet Saly. in l. eos. C. de appel. Et cum istis concor. decis. 24. tit. de appella. in no. incip. item quòd auditor, &c. quæ dicit, quòd auditor in causa appellationis, absque alia noua commissione, potest de desertione cognoscere, & pronuntiare appellationem esse desertam. uel cōfirmare, si uoluerit, primam sententiam, & in expensis appellantem condemnari facere, ut in c. sua. de appellatio & idem tenet Thomas Fastolus causa 3. dubio 9. per tex. in dicto c. ex parte. & est etiam de hoc dec. 36. de re iud. in antiq. Ex quib. omnibus manifeste adparet, per solam desertionem appellationis, nec litem ex ea motā extingui, nec iudicis appellationis iurisdictionem finiri. Quod ulterius suaderi pōt, ex iis, quę dixi in regula de annali. q. 44. ubi conclusit Rota in fortioribus terminis post sententiam, quę transiuit in rem iudicatam, ante eius executionem, durare adhuc aliquas reliquias litis prioris, quę pacificam possessionem, impediunt ad effectum illius regulæ, & ita sæpius tentum fuisse, ut ibi latius scribo.

QVAESTIO LV.

QVæro, an possessio desinat esse pacifica, quo ad istam regulam, si possessor triennalis confiteatur per literas suas habuisse notitiam citationis decretæ contra eum ante completum triennium?

SOLVTIO. Rota die 19. Martii 1535. in causa Legionen. beneficiorum coram domino Iacobo Simonetta, tenuit, ꝙ nō: quia per illam notitiam, siue scientiam citationis, nec possessio beneficii, neque fructus turbari uidentur, quia lis turbatiua pacificæ possessionis, non ità de facili inducitur, ut notat Bonifac. de Vitalinis, Rotę auditor antiquus, in clem. 2. & col. 2. ut lite pend. facit decisio Egidii 462. Et ita etiā tenuerunt Domini in Tarasconen. canonicatus coram R. D. Marco Antonio, de mēse Maio. 1538. Pro qua decisione faciunt omnia illa fundamenta, quæ vnus ex Dominis adducebat cōtra illam decisi. factā, uidelicet, ꝙ sola cōmissio causæ interrūpebat annalem & triennalem pacificā possessionem, quæ hic nō repetam: quia latissimè dictum fuit in reg. de annali. in 48. & 49. quęst. & dicetur etiam infra quæst. sequen. Nec obstat dec. 408. incip. fuit dubitatum & quęsitum &c. in no. & dec. 421. etiam in no. ubi disponitur per commissionem spoliantis confitentis titulum aduersarii, spoliati, probari titulum coloratum spoliati ad effectum, ut ille restitui possit, de quo dixi superius q. 36. sic uidebatur hic dicendum. Nam si possessor triēnalis cōfitetur se habere notitiam citationis decretæ contra eum ante completum triennium, ex hoc uidetur probari interruptio possessionis triennalis.

Sed ad istas decisiones respondetur, ꝙ illæ procedunt speciali fauore spoliati, pro quo multa specialia in iure inducta sunt in odium spoliantis, ut ibi dicunt prædictæ decisio. sed ista ratio cessat in casu nostro. Imò faciunt per cōtrarium, ex quo reg. ista est fauorabilis possessoris, & odiosa negligentib. sicut usucapio triēnalis, ut dicit Bar. in l. fi. in prin. ff. de eo, per quem factum erit. non debet igitur talis confessio solius notitiæ citationis turbare possessionē: quia non caueē iure, ꝙ sola confessio scientiæ allegata per actorem negligentē arguā interruptionem pacificæ possessionis, si aliunde non adpareat de uera lite, quæ per executionem citationis, uel ꝓductionē mādati ipsius possessoris inducitur tunc merito, desinet esse pacificus, quia titulus beneficii est affectus, uel etiam si possessio turbetur. Clarius igitur debet actor contra pacificum triennalem probare intentionem suam, & non per coniecturas, ex quo actor præsumptionē contra se habet. Et ita in prædicta causa iudicauit d. Iacob. nunc cardinalis.

QVAESTIO LVI.

QVæro, nunquid possessor committens causam, & decernens citationem cōtra tertium super beneficio quod possedit, quam citationem per decem annos exeen

executus non fuit, sed semper beneficium prędictũ possedit, dicatur pacificus possessor ad effectum istius regulæ?

SOLVTIO. Hodie septima Februarii 1536. in una Valentina parochialis corã Reuerend. Domino Raynaldo de Petrutiis, quatuor dominis exceptis, Rota iudicauit, ꝙ sic: ex eo, quia licet iste possessor committendo causam, uideretur litẽ introducere, & beneficiũ litigiosum facere, illa lis nocet tantum in certis casibus expressis, de quibus scripsi superiùs in tracta. signaturæ. numero 64. & dicã aliquid infrà, quæstio. 61. & q. fina. In illis igitur tribus casibus in dicto tracta. enarratis, litis pendentia per solam commissionem, & decretum citationis in odium committentis causam introducta dicetur, licet citatio executa non fuerit. secus uerò, quo ad effectum istius reg. Nam ex quo huic possessori, qui causam commisit, nullus molestiã intulit, non potest dici non pacificus, quia nõ fuit in aliquo perturbatus, neque de iure, neque de facto. Et lis dici non potest inchoari, nisi per litis contestationem. ut in §. omnem. in authen. de litig. & notatur in capitul. relatum. de offic. del. Et regula ista, quæ loquitur de possessione pacifica, præsupponit nõ esse litem, quam debemus de uera lite intelligere, quæ ex tribus personis constituitur, uulg. c. forus. de uerb. sig. arg. l. 1. ff. si ag. uectig. l. fi. C. de his, qui ueniam ętatis & c. penu. de sentent. excommunic.

Et pro ista opin. adducebatur ꝙ in casu istius quæstionis possessor post decretam citationem, non executam, possedit per decem alios annos, cuius quidam tẽporis interuallum inducit titulum præsumptũ iuxta l. si filius. C. de petit. hęredit. & dixi superiùs in alia quæstione. qui quidẽ præsumptus titulus quãdã etiã litis abolitionem inducere uidetur, per ea quę tradũt Doct. in ca. contingit. de dolo & contu. & in c. illud. de præsumpt. pro quibus faciunt in proposito, uerba hic in fine regulæ apposita, uidelicet, Antiquas lites penitus extinguentes, &c. ut latiùs dicam infrà, quæst. 61. Et quia uera molestia consistit, quando uel perturbatio circa titulum, possessionem, uel fructus infertur, ut not. in clem. gratiæ. de rescrip.

Prædictis tamen non obstantibus communis opin. Dominorũ in pluribus causis firmata se habuit in cõtrariũ, uidelicet quòd possessor per solam commissionẽ causæ, & decretum tantùm citationis inde emanatum dicatur taliter litem introducere, quòd interrumpit suam possessionem pacificam, adeò, quòd uti non poterit exceptione istius regulæ. Et ita in terminis tenuerunt Domini in una Parme. Archipresbyteratus coram Domino Nicolao de Spina, de mense Martio 1519. ut refert domi Gulielmus hic in quadam decisione. Et hoc idem post dominũ Gulielmum temporibus meis iudicauit Rota, coram R. P. D. Petro Vortio in una Toletana, die 10. Nouem. 1533. Et ita eodem modo post longas informationes iudicauit Rota per tres sententias in una Conchen. præstimoniorum contra quendam Ioan. de Morillas. in qua causa ego primam sententiam potuli. Et idẽ in alia Gienn. canonicatus, corã domino Simonetta contra Rodericũ Lopez, in quibus ego tunc fueram tertius responsalis. Et idem Rota tenuit in una Valentina parochiali de Pego, corã R. D. Io. Mohedano, & in pluribus aliis causis, quas breuitatis causa omitto. Et fundamentum istarum decisionum consistit in quatuor decisionibus antiquis. quarum una est in titulo, ut lit. pend in nouis, decis. 6. & decis. 4. eod. tit. in antiq. Et est decisio Egidii 380. & 545. quæ decisiones concludunt, quòd per commissionem cum solo decreto citationis inducatur uera lis, quæ operatur omnes effectus, quo ad committentẽ causam, quos inducit lis executa citatione, ꝑ rationes, de quibus ibi per eos. Et illas decisiones sequuntur Fely. in c. super literis. col. 8. de rescript. & Georg. Astens. in cle. sæpe. in prin. col. 6. de uerbo. sig. Non obstat, ꝙ lis per secundã cõmissionẽ, & citationẽ nõ dicaẽ introducta, nisi in tribus casibus: quia hoc negari põt, imò quo ad cõmittente, qui sibiipsi litem & molestiã intulit, dicitur omni casu uera lis, & sibi imputet, q hanc uiam elegit. l. si mulier. ad Velleia. l. Imperatores. ff. de iure fisci. Vnde sicut reus habens notitiã citationis

non

nōdū executę, ueniret ad causam, diceret introducta uera lis, quo ad ipsum: ita & causam committens, & decernens citatio nem, ex qua se habet pro molestato in beneficio, debet induci lis, quo ad ipsum, cū correlatiuorum debet esse par conditio. l.fi.ff.de acceptilat. Nec obstat ꝙ lis constat ex tribus personis, &c. quia illud procedit in iudicio: secus in lite, quæ potest cum iudice & actore tātùm constitui, ut in dictis decisionibus. Nec etiam releuat, ꝙ lis capit initium à litis contestatione, quia illud ex parte actoris non procedit, qui titulum sui beneficii per commissionem suam litigiosum effecit, & sic uisus fuit principi confiteri, se ab alio, super hoc molestari, & petiit causam cōmitti, & sic committendo causam, sibiipsi litē intulit. quæ durat durante commissionē, donec aliquo iuris fine terminetur. Faciunt not. per Hostien. & Io. And. in c. olim. de accusat. Et ista decisio Rotæ in prædictis causis facta, procedit, etiā si reus, contra quem emanauit citatio, cessit liti & causæ coram notario, quia hoc nō obstāte adhuc causam omittens non dicetur pacificus: quia lis semel per cōmissionē introducta, non perimitur, nisi ꝑ sententiam executioni demādatam, uel per extinctionē papæ, ut sunt decisiones uulgatæ. Et ita in isto casu cōclusit Rota, die 5. Iunii 1539. in una Brachar. parochialis sanctorum Faustini & Cypriani, corā R. P. D. Marcello episcopo Marsicano pro Christophoro Ferdinandi, contra Aluarū Ferdinandi, qui prętendebat se esse trēnalem pacificum, propter prædictam cessionē litis & causæ, ut latiùs in suis informationibus dixerunt aduocati.

QVAESTIO LVII.

QVæro, an ab ista regula actor deducere ex triennio possit tempus impedimenti bellorū, infra quod nō ponit poss. triennalē ad iudiciū euocari facere?

SOLVTIO. Videtur dicēdum, ꝙ nō. & tenuit Rota de mense Ianuario. 1532. coram R.P.D. Marcello, in una Zamoren. quæ uoluit non deduci tempora impedimenti, ex eo, quòd probatum fuerat: bella de anno 1527. in urbe fuisse. Nam illud non concludebat: propterea quia potuit possessor conueniri, & in partibus coram ordinario citari, ubi impedimentum non erat, & sic interrumpi poterat ibi triēna lis possessio. Si igitur actor non fecit, sibi imputandū est. Ibi ita dixerunt Domini.

Sed aduertendum est, pro clariori intelligentia istius quęstionis, quòd impedimentum potest cōsiderari multipliciter, & uario modo: & ideo in ista quæstione distinguendi sunt plures casus.

Primus est, quando bellum est in urbe, & non in loco beneficii, & tali casu non excusatur negligens. Et ita procedit decisio facta in dicta causa Zamorē. propter rationem in ea assignatam. Et quia huiusmodi impedimentum uenit ex facto impediti, quo casu nō excusat, ut not. Rom. in consi. 9. facit text. in c. quia diuersitatē. de concess. præb. & sequuntur Moder. in l. naturaliter. ff. de usucap.

Secundus casus est, quando bellum uiget in loco beneficii, in quo citari debet possessor ad effectum interrūpendi possessionem, & isto casu communis est resolutio, quòd deducantur de medio tempora impedimenti bellorum, quia interim pręscriptio non currit, sed dormit, adeò, ꝙ finito bello, siue hostilitate, tēpus sequēs continuatur cum præcedenti, ut not. Inno. & Doct. in c. ex transmissa. & c. audiris & in c. de quarta. de pręscrip. & est decis. Egid. 83. Et idem est, quando actor non potuit citare possessorem, ex eo, quia fuit detentus ab hostibus, nec potuit ꝑ curatorem constituere, tali enim casu ꝑscriptio triennalis non curreret contra eum, ut tradit Specul. tit. de in integ. rest. §. 1. uer. diximus. Et habetur in l. succurritur. ff. ex quib. caus. ma. facit gl. in c. cum per bellicam. 34. q. 2. quæ uoluit, quòd clerico captiuo ab hostibus, & posteà redeunti, est beneficium restituendū. quā tocunque tempore stetert detentus. glo. in c. pastoralis. 7. q. 1. Et idem dicitur de impedimento grauissimæ pestis, quando aliquis non audet accedere ad citandum possessorem, per ea, quæ not. in c. si uerò. de iureiuran. & not. Abb. in cap. dilecti. de dolo & contum. Hinc uoluit Henr. Boich, Doctor antiquus, in cap. quoniam. ut lite nō cont. quod ubi aer est infirmum & pestifer,

pestifer, potest beneficiatus se absentare a beneficio, nec debet procedi contra eũ ad priuationem, sed debet expectari quousque cesset impedimentum. Facit text. in clement. ne in agro. §. sanè. de statu monachorum. iuncta glos. in uerbo, rationali. Et ita in genere reperitur iste casus decisus in concilio Basilienſ. titulo de pacificis possessoribus. à quo sumpta fuit ista regula, ut superius in proœmio diximus, in quo quidem concilio excipitur casus hostilitatis, uel aliud legitimum impedimentum. Est bene uerum, quòd taliter impeditus, debet de hoc protestari, & possessori intimari facere, iuxta formam clē. causam. de electio. Tamen hoc intelligi debet in casu, in quo possit fieri intimatio. Nam si esset actor incarceratus, uel ui detentus, excusandus esset, per nota. per Abb. in ca. cùm M. de constitu. & c. 1. q̃d metus caus. & not. Bal. in l. si repetendi. C. de condict. ob tur. caus.

Sed in casu, in quo persona impedita non fuisset, est dubium, nunquid talis protestatio hodie sit necessaria, quia licet in dicto concilio statuatur hoc esse necessarium: tamen Romani Pontifices in suis regulis Cancellariæ hoc non receperunt, sed potiùs uisi sunt illud relinquere sub dispositione iuris communis. arg. l. cōmodissimè. de liber. & posthum. Et de iure communi regulariter non est necessaria protestatio impedimenti extraiudicialis, quia sine ea excusatur impeditus, licet possit aliquando de bene esse fieri, & ad cautelam. l. si cum ipse. ff. de excusat. tut. c. ex insinuatione, de appellatio. de quo Bar. in l. senatus. ff. de offi. præt. & c. plerunque. de rescrip. ubi Abb. & Petrus de Ancha. in cap. cupientes. §. q̄ si per uigintí. de elect. lib. sexto. de qua quidem protestatione, nunquid necessaria sit, latius in regula de annali, quæst. 75. & sequen. dixi.

Aduertendum tamē est ulteriùs, quòd allegans impedimentum ad effectum, ut audiatur contra regul. debet illud probare. ut est decis. 3. in ti. de iureiur. in antiq. aliàs est nu. 303. & hoc tenet Innoc. in c. ex transmissa. in prin. de præscrip. & est tex. in l. 2. §. quod diximus. ff. si quis caut. Quomodo autem probari debeat impedimentum, decisio prædicta dicit, quod quando præsumptio uerisimilis est ꝓ impedimento, sufficit illud probare proposito iuramento: aliàs tamen plenè probari debet, ex quo agitur de præiudicio tertii, ut tradit Fely. in c. si pro debilitate. col. penult. de offi. deleg. & Moder. Mediolan. in c. sciscitatus. in fin. de rescript. & in c. cùm sit Romana. in t. colum. de appel. Et ista omnia de plano procedunt, quando quis petit se admitti per uiam restitutionis ad agendum contra regulam cum excludentem. ubi uerò quis admittitur per uiam gratiæ, secus est ut puta quando quis petiit prorogationem istius regu. fortè ad annum. Nam licet in prorogatione dixerit se illam prorogationem petere, ꝓpter impedimenta belli: non tamen adstringitur ad probandum illa. Ita hodie 18. Febr. 1538. fuit conclusum ꝑ Dominos in una Toletana Abbatię sancti Vincentii coram D. Io. Paulo Ptolomæo. Ratio fuit, quia ex quo papa gratiosè concessit prorogationem infra tempus regulæ, quam sine aliqua causa nemini solet denegare, expressio eorum quæ si tacita fuissent, nihilominus papa concederet, etiam si sit falsa, non uitiat concessionem, ut est decis. 350. incip. Nota quòd illa post Inno. in c in nostra. in fi. de rescri. & in c. cùm nostris. de conces. præbend. Egid. decis. 4. & deci. 115. Et præsertim in d. casu, ubi si papa prorogationem non concessisset, posset actor agere contra possessorem, cùm esset infra tempus triennii.

QVAESTIO LVIII.

QVæro, quid important ista uerba posita in text. uidelicet, Super beneficiis sic possessis nequeant molestari? &c.

SOLVTIO. Omittendo illam disputationem, de qua inter Doct. an prohibitio molestiæ intelligatur de iudiciali, uel extraiudiciali, de qua latè per Fely. & Mod. in c. causam. de rescript. & in cap. in præsentia. de probatio ubi latè Andr. Sicul. nu. 13. insistit, ut ego latiùs dixi post Moder. in cap. ad nostram. el t. de iureiur. qui quidē text. fuit mihi per R. Patres, Dominos meos auditores Rotæ, assignatus, in punctis publicæ disputationis auditoratus

tus mei, die 7. Maii. 1529. ſupet quo latiſſimam diſputationem compoſui.

Ad prop. redeundo, dic ꝙ quo ad effectũ iſtius reg. ille dicitur moleſtare poſſeſſorẽ, q̃ de iure, uel de facto iudicialiter, uel extraiudicialiter, quouis modo inquietat eũ, ẽt ſi uerbaliter hoc agat, negãdo illũ habere titulũ, ut tradit Iaſ. in l. ſi prius. in 5. & 6. col. ff. de ope. no. nunt. Et hoc intelligitur tam in petitorio, quàm poſſeſſorio, ut dicunt in terminis Modern. in tractã. beneficii. in 3. parte. q. 21. ubi latè examinant iſtam regulam, & dixi ſuperiùs in alia q. Et hoc in ratione conſiſtit, quia papa hic mandat non moleſtari. Et tamen hæc uerba. Non moleſtari, ſeu, Nõ inquietari, idem important de iure canonico, qđ ſilentiũ imponere ſecũdũ Bal. in l. 2. C. ne fil. pro patre. Et ſilentiũ imponere, nihil aliud eſt, quàm audiẽtiã denegare. ca. 1. §. ſi quis autem. de pac. Cõſtã. & l. 1. §. quod ait. ff. de aleat per quæ iura dicit Bal. in d. ca. 2. quòd paria ſunt, ſilentiũ perpetuũ imponere, & audientiam perpetuo denegare. Et ſunt tãtæ potẽtiæ hæc uerba, ꝙ ſẽtentia imponẽs perpetuũ ſilentiũ, uel audientiã denegãs, eſt diffinitiua, & trahit ſecum executionẽ ipſo facto, nullo medio interueniente, ut dicit Bal. in l. 1. §. fi. ff. ſi quis in ius uoca. non ierit. Innoc. & Ioan. And. in c. cum noſtris. de conc. præb. Facit text. in cap. dilecto. in fi. de præbend. & in ca p. eccleſia. de cauſ. poſſeſ. Vnde ille, qui prohibetur inquietari, uidetur iuſſus perpetuò ſilere, ita quòd non poterit audiri, ſi uelit aliquid contra titulum dicere, ſiue per uiam actionis, uel in integrum reſtitutionis, ſiue alterius cuiuſcunque profecutionis, etiam per uiam replicationis, ut Alex. dicit in conſil. 36. 1. uolumi. Et tradit notabiliùs idem Alexandr. in pulchro caſu, in conſilio 1 ſ t. uiſo rhemate. & conſ. 164. uiſo proceſſu. in 2. uolum. Et ſecundũ hoc poteſt inferri, quòd triennalis poſſeſſor eadem debet ſecuritate gaudere, qua gaudet præſcribens per 40. annos, per ea quæ Alex. ibi adducit, & reaſſumunt Moder in tract. præſcrip. fol. 38. col. 1. qđ erit perpetuò notãdũ cõtra illos, q̃ dicũt triennalẽ poſſeſſionẽ præſcriptioni nõ æqui pollere. Et ꝓ iſta opinione põdero illud uerbũ, Nequeãt, poſitũ in tex. hic: ꝑ quod tollitur iuriſdictio, adeo ꝙ acta, ſententia iudicis, & inde ſequuta, in contrarium nõ ualent: ut dicit Bal. in l. cum dubium. col. fin. C. de legib. & in l. cum lege. ff. de teſtament. & idem dicit Bal. in d. §. ſi quis aũt Nã d. uerba, ex quo ſunt priuatiua, de natura ſui tollunt omnem potentiam, ut dicunt Arc. & Io. And. in nouella, & in c. cũ plures. de offi. deleg. li. 6. Et adeò hoc eſt uerum, ꝙ dicit hic gloſſator in quinta col. uerſi. & ex hoc conſului, ꝙ iſta uerba, Nec moleſtari, adeò omne impedimentum tollunt, ꝙ poſſeſſori dant titulum ut tenuit Rota in vna Portugal. de Vallada, in qua ita pronuntiauit Gaſpar Auditor, ut hic per eum. Tamen ego de hoc multum dubito, per ea quæ dicam hic in calce iſtius quæſtionis. Et ꝙ iſta uerba, Non moleſtari, abſoluté intelligantur. de omni moleſtia, ſunt plura iura. In primis text. in c. 2. in fi. ibi, Non eſſe moleſtandos, de præſcr. lib. 6. & bonus tex. in l. fi. in uerſic. nullam moleſtiam, uel inquietitudinem. C. de ſu. pat. lib. 11. & in c. licet. in fi. de prob. & in de c. 1. ſtatu mon. & in l. Aurelius. in prin. & §. Gaio. ff. de li. leg. Facit etiam text. in c. ex parte Adæ. de teſtib. & in c. audita. de reſtit. ſpol. & in c. dilectus. de ſimon. & in l. j. C. de nundi. Et iſta omnia procedunt, quando ſubiecta materia & generalitas uerborum hoc innuunt: quia tunc clarum eſt, uerbum Moleſtia, de omni perturbatione debere intelligi, ut dicunt notabiliter Moderni Mediol. in ca ſciſcitatus. in 4. notab. per illum tex. de reſcr. & eſt notabilis deciſio Rotæ 18. in titulo de reſti. ſpol. in nouis. quam plures ſequuntur, ut ibi dixi. Et eam nouiſſimè ſequuti ſunt Domini mei, in vna Bracharen. parochialis Sanctorum Fauſti & Cypriani, cotã Reuerẽd. Dom. Io. Paulo, de menſe Iunio 1538. Cũ igitur in iſta regula ſint uerba prægnantia cõcludendũ eſt, intelligi debere hoc uerbũ Moleſtia, gñaliter de omni inquietatione.

Et iſta declaratio facit ad plures quæſtiones examinandas inferius. Et uerba huiuſmodi, Non moleſtari, reſpiciunt litem antiquam. Hoc enim colligitur ex uerbis regulæ Calixti, quæ habebat alia uerba, quæ non ſunt hodie in modernis regulis.

lis. Nam dum tex. hic dicit, dummodo in beneficiis huiusmodi, si dispositioni apostolicę ex aliqua reseruatione generali in corpore iuris clausa, reseruata fuerint, se non intruserint, &c. in reg. Calixti sequebantur ista uerba: Et causæ super ipsis beneficiis, ab anno proximè transacto, prosecutæ non fuerint, super beneficiis taliter possessis nequeant molestari, &c. Ita quòd illa molestia respicit litem præteritam: quam si non prosequebatur, prohibetur molestari. Possunt etiam respicere futuras impetrationes, cùm etiam illud molestia appelletur. Nam impetrãdo contra aliquem possessorem triennalem, dicitur molestari, ut in l. fi. C. ne lite pendent. & in l. si quis maior. ubi latissimè repet. C. de transactio. Et licet uerbum Molestia, largo modo capiat omnẽ molestiã, & in possessorio: illud tamen nõ procedit quo ad istam regul. quæ non habet locũ, quando agitur possessorio, ut superiùs in alia quæstione est dictum: sed procedit tãtùm in petitorio, & circa illud dicit regula, non debere possessorem molestari. Est etiam aduertendum, quòd molestia ista intelligitur, respectu actoris impetrantis, secundum glo. notabilem in ca. cùm olim. de cau. poss. & propr. not. Bal. in c. ex conquestione. de restir. spol. Secus uerò est respectu ordinarii, cui non obstat ista regula, nec illi silentium imponitur. Nam potest ordinarius, etiam post triennalem possessionem, amouere possessorem sine titulo, & alteri conferre, quia ordinario non obstat regula, ut in terminis dicit Felyn in capitulo sicut. in 16. columna de reiudic. & in capitul. licet Heli. de simo. & in ca. illud. de præsump. post Abb. in cap. dilecto. de præbend.

Ex quibus omnib. facio istam concl. ꝙ licet uerbũ Molestia, generaliter de omni molestia Intelligatur, ut dictum est: tamẽ in ista regula nõ intelligitur generaliter, sed respectu tituli tantùm. Sed super possessorio, triennalis possessor molestari poterit, ut dictum est superiùs. q. 11.

In contrarium tamen, ꝙ molestiæ prohibitio in dubio intelligatur de possessione tãtùm, & nõ in petitorio, uidetur text. in c. licet causam. de probat. Sed ad illum text. potest responderi, quòd ibi fuerat actum possessorio retinendæ: propterea illa uerba impositionis silentii, & sic molestię, possessorium tantùm respiciunt: quia sententia refertur ad id quod est petitũ, ut in l. si quis. ff. ad exhiben. & ibi glos. & Bar. & in l. si ut proponis. la 1. C. quõ. & quãdo iud. Sed extra illum casum silentii impositio respicit possessorium & petitorium, ut probatur in ca. dilecto. in fi. de præbend. & in c. ecclesia. de caus. poss. & proprie. & in cap. 1. in fin. de concess. præbẽd. lib. 6. & secundũ hoc posset defendi dictũ Glossatoris hic, quòd ista uerba, Nequeant molestari: si utrunque comprehendunt, possessori triennali titulum dare uidetur. Ex quo infertur, quòd triennalis possessor, etiam contra ordinarium se defendere posset.

Tamẽ istis non obstantibus, contraria opinio est uerior, uidelicet quòd ista regula secundum interpretationem Rotæ, nõ dat titulũ, sed tãtũ exceptionẽ, & ideo ordinatius nõ prohibetur cõtra triennalem de titulo inquirere. Ita tenent Felyn. & communiter Moder. in d. cap. sicut. & in aliis locis superiùs allegatis. Et ꝙ ista opi. sit uera, uidelicet, quòd ista regula nõ det nisi tãtũ exceptionẽ, ꝓbo manifesta ratione: quia dicta uerba, Nequeant molestari &c. hic posita, sunt ꝓhibitiua, ex quibus resultatũ unũ dictũ ubiq; adprobatum, ꝙ quãdo lex aliquid uetat ad cõmodum illius, cui fieri aliquid uetatur, tunc ex illa lege non competit illi in fauorẽ, cuius ꝓhibitio facta fuit, nisi sola exceptio. Ista est doctri. Bart. communiter ad probata in l. 1. in 2. colu. uersic. quãdoq; lex uetat, &c. nume. 5. ff. de condict. ex leg. & in l. 1. ff. ad Macedo. & in l. 1. ff. ad Velleia. Sed in casu nostro, prohibitio molestiæ, ꝑ istã regulã in fauorẽ triẽnalis possessoris inducta fuit: ergo illi tãtũ cõpetet exceptio, & nõ actio, & sic nõ acquirit illi ꝑ istã regulã titulus: qa si titulus acquireretur, agere posset. cuius cõtrarium ex superiùs dictis probatur.

Concludo igit, regulã istã tãtũ exceptionẽ producere, quæ nõ impedit ordinariũ inquirentẽ. Itẽ, ꝙ illa prohibitio solũ operatur, quando triennalis qossessor super titulo

titulo molestatur, nō autē super possessio ne, ꝑ ea, quæ superiùs diximus, in quæst. 11. Ex quibus infertur, quòd ista uerba, Nequeāt molestari, hic posita, attenta subiecta materia istius reg. non concernent possessorium. prout in dicto c. dilecto. cum aliis superiùs allegatis, sed petitoriū tantùm. quod not.

QVAESTIO LIX.

QVæro, an possessio capta per amicum sine mandato, cum titulo colorato, possit inde ad duos annos ꝑ dominum ratificari: itaque post ratificationē, dominus possidens ulterius per annum, efficiatur triennalis, in præiudicium medii impetrantis à papa?

SOLVTIO. Hodie 14. Decemb. 1537. in una Regien. canonicatus & præbendæ, coram R.D. Raynaldo, fuit ꝑ maiorē partē Dominorū cōclusum, ꝙ nō: qa ratificato tali casu nō pōt fieri in præiudiciū tertii, nisi ratificātis, ut tradūt Doctor. post gloss. in cap. ratihabitionem. & cap. ratum de reg. iu. li. 6. & Ias. in l. filio, quē pater. eo lum. 1. de libe. & posth. cum sexcētis concord. cōgestis ꝑ Deciū in l. semper q non ꝓhibet. colu. fi. ff. de regul. iur. Et ideo possessio incipiet à die ratificationis: & sic ex nunc, nō autē ex tunc, præsertim, qa tēpore quo amicus accepit possessionē, dominus non habebat animum possidendi, & possessio capi nō potest sine animo & corpore. Et per hoc potest decidi alia quæstio. quæ pendet modò, de mense Maio, 1538. in una Salamantina capellaniæ, corā R.D. Ioanne Mohedano. in qua quidam Petrus Sarmiente commisit causam contra Ferdinādum Alphonsi, possessorem, & quidam assertus procurator dicti Petri obtinuit decretū citationis, quæ executa fuit cōtra d. Ferdinandū. Post cuius executionem d. Ferdinandus triennio possedit, deinde post triennium d. Petrus Sarmiento ratum habens quicquid factū fuit per assertū ꝓcuratorē suū, prosequitur causam cōtra dictū Ferdinandū possessorē, qui excipit de ista regula, & fuit dubitatum quid iuris? Tandem domini resoluerūt locū esse regulæ, per supradicta, & ꝑ illa fundamēta, quæ scripsi super regula de annali, quæst. 49. nisi fuit decisus idē casus in una Tude. coram R.D. Ioan. Clerici, ut ibi dixi.

QVAESTIO LX.

QVæro, an possessor triennalis, cum titulo tantùm colorato, possit agere post trienniū, cōtra habentē uerū titulū, ad recuperationem aliquorū fructuū perceptorum?

SOLVTIO. Dicendum uidetur, ꝙ non: quia licet triennalis possessor, cum titulo colorato fructus legitimè retinere possit, & agentem exceptione istius regulæ repellere: nō tamen agere poterit: quia ista regula nō defendit nisi possessorē, & ad hoc concedit tantùm exceptionē, sed in petitorio nihil tribuit, ut superiùs q. 58. probaui, per doctr. Bart. in l. 1. nume. 5. ff. de condic. ex lege. Itaque si triennalis possessor, sub prætextu suæ possessionis triennalis contra habentem uerum titulū agere uellet, & ille se ex titulo uero defendere, certè succumberet, quia oportet eum de titulo meliori docere, quem sola possessio triennalis producere non pōt: quia & Fely. & alii, tam in c. illud. de prę sump. quàm in c. sicut. col. 16. de re iud. & in cap. licet. de simo. dicunt regulā istam neminē in petitorio iuuare, sed tātū exceptionem producere.

Posset tamen unus casus considerari, in quo licet triēnali possessor esset, actor posset priuilegio istius regulę uti, per uiā replicationis, ut quando contra usurpatorē, & sine aliquo titulo intrusum, & usurpatorem alicuius partis fructuū ageret. Nā proptereà, quòd triennalis possessor omnes fructus non possideat, non desinit esse pacificus, quia sufficit eum maiorē partem possedisse, iuxta not. in cap. commissa. de electio. libr. 6. & in capitu. de multa. per Abb. & alios de præbend. ut latissimè dixi superiùs in alia q. Si igitur triennalis possessor, contra illum intrusum sine titulo ad illos fructus ageret, & intrusus de non legitimo & sufficienti tit. triēnalis possessoris excipereret (nā coloratus titulus nō est sufficiēs neq; ad agendum satis firmus) posset hoc casu, ut opinor,

opinor, triennalis replicare titulum illum coloratum, cum triennali possessione coniunctum, ad recuperandum fructus ab illo usurpatore nullum titulū habenti, sufficere: quod non sufficeret, si triennalis cum intruso habenti bonum titulum concurreret: quia tunc oporteret de ueritate tituli, ad effectū canonizationis discutere, & stante bono titulo alterius, coloratus titulus triennalis possessoris canonizari non posset. Imò si alius titulus non esset, ille titulus coloratus nunquam canonizari debet, licet in isto casu sufficiat, quo ad iudicationem fructuum ipsi triennal. faciendam.

QVAESTIO LXI.

QVæro, quomodo intelligantur ultima uerba istius regulæ, uidelicet, Antiquas lites penitus extinguentes?

SOLVTIO. Ista quæstio est multùm necessaria ad istam regulam, & pēdet modò in Rota coram me, in causa Conchen. præstimoniorum inter Ioan. de Morillas ex una, & Garsiam de Villareal. Sed intellectus uerborum eius est ualde difficilis. Nam d. Iacob. Simonetta, auditor omniū antiquior, & fortè etiam curiosior, dixit se pluries audiuisse à maioribus suis, qui hoc idem à prædecessorib. sui etiam habuerant, ista uerba nunquam intellecta fuisse: quinimo sæpius interrogasse Reuerendis. d. Laurentium Cardinalem Sanctorum Quatuor, uirum certè longo usu & doctrina singularissimū, qui sæpe huiusmodi regularum editionibus interfuit: & respōdisse, se ignorare quid illa uerba pręse ferrent, sed ea prout à maiorib. quasi per manus recepit: ita prout iacent describi permisit. Et Glossator hic etiam dicit se super intellectu istorum uerborum interrogasse doctos & practicos curiales, & præsertim Nicolaum de Castello tunc aduocatum, & Antonium de Eugubio practicum, & antiquum causarum procuratorē, qui sibi dixerunt, illa uerba non intelligere, nec putabant unquā intellecta ab eiusdem compositoribus fuisse. Itaque dici potest, hoc dubium esset ueluti illud Gordii uinculū tota Asia celebratissimū, tot etiam seculis inextricabile. Quod qui soluisset (ut erat apud incolas frequens opinio ex oraculi uoce) tota Asia potiri debebat, ut autor est Arrianus, & Qu. Curtius, rerum gestarum Alexan. libro tertio. Verùm quia nihil in rerum natura est ita difficile, quod non labor assiduus & industria conficiat, decreui pro tenui facultate mea, in hoc tam ancipiti & difficili passu neruos intendere: non, quòd me sperem aliquid assequi, quod non priùs & meliùs maiores nostri cogitauerint: sed quod satis est, mihi consuluisse arbitrabor, si rem ipsam explicem clariùs, differam copiosiùs, quàm per alium hactenus factū fuerit. Nam, ut opinor, ista uerba, Antiquas lites, &c. septem, uel octo intellectus, seu interpretationes recipere possunt, quorū aliquos Glossator hic confusè & inuolutè ennarrat. Ex quibus omnibus duos tantùm Rota adprobauit. Et ideo ut omnes suo ordine discutiantur, rem aggredior. Antiquas lites super illis motas penitus extinguentes, &c.

Primus igitur intellectus istorum uerborū fuit, quòd ista uerba de litibus motis cōtra possessorem, ante possessionem triennalem intelligantur. Nam si post illā litem possessor, absque aliqua molestia triennio pacificè possedit, illa triennalis possessio sequens, lites illas anteriores extinguit. Sed aduertēdum, quòd iste intellectus non uidetur uerus, non solùm quia contra illū intellectū Rota bis iudicauit, refert hic Glossator, sed qa aliis motiuis & rationibus subsistere non potest.

In primis quia stante isto intellectu, sequeretur hoc inconueniens, quòd regula ista ius quæsitum lit. pend. tolleret. quod tamen ipse idem summus pōtifex, istius regulæ conditor, hoc superiùs per aliam suam regulam prohibuerat. Debent ergo uerba generalia istius regulæ taliter interpretari, ut quo ad fieri possit, iuri communi conueniant, in cap. causam. de rescript. Et in dubio, talis debet præsumi papæ illius cōditoris mens & intentio, qualis est iuris, ut uidelicet, nemini præiudicium, nec iniuriam faciat, ut tradūt Bal. Ale. & Ias. in l. ex facto. ff. de uulg. & pup. post Inno. in cap. quoniam, ut lite non cōtest. Non enim inde iniuriæ oriri debēt, unde

iura nascuntur, ut dicitur in c. qualiter. de acc. & in l. meminerint. C. unde ui. Quòd autem ex tali intellectu, siue interpretatione regulæ ius quæsitum tollatur, exemplo probatur. Nam ponamus me impetrasse beneficium ex iusto titulo, ex quo mihi ius uerum reale, & indubitabile competit uigore cuius Titium possessorem adhuc non triennalem in iudicium traxi. Certè attento prædicto intellectu, ab isto bono & uero iure meo excludor, si per trienniū prædictam litem non prosecutus fuero, & Titium post litem per me motam triennio possidere permisero. Quod quantum in beneficialib. prohibeatur, nemo non intelligit, cùm satis notum sit, in beneficialibus quem a suo bono iure, solo temporis cursu excludi non debere, c. 1. & 2. de reg. iur. lib. 6. & c. ex frequentib. de inst. tradit Bart. in l. solent. §. fi. col. fin. ff. de off. proc. quod Rota tenuit in duab. causis: ut refero in reg. de non tol. iu. quæs. q. 5. nu. 13.

Præterea, ex prædicto intellectu sequitur aliud absurdum, ꝙ impetranti, fortè legitimè impedito infra triennium litem prosequi, tollitur ius quæsitum sine causa, contra dictam regulam, & l. 2. §. si quis a principe. ff. ne quid in loc. pub. & c. satis peruersum 56. dist. Item sequitur etiam aliud inconueniens, ꝙ is, qui nullum ius habet, triennali possess. bonum ius habentem excludet. Itaque hoc casu melioris cōditionis erit iniquus possessor, quàm bonum ius habens: contra tex. in c. eum, qui. de præb. lib. 6. qui tantò diuturnior eius possessio probatur, tantò grauius puniri deberet per rationem tex. in c. fi. de præs. Cui etiam intellectui refragatur decisio Rotæ iam diuturno patrum usu & consensu comprobata, in ti. ut li. pend. in no. de cis. 1 o. quæ disponit litem semel inceptā nunꝗ in Rota nisi per sententiam finiri. Ex qua sequitur, ꝙ lite pendente possidēs pacificus possessor dici non potest, & per consequens uti priuilegio istius regulæ non poterit. Reiecto igitur isto intellectu, alius perquirendus est.

Secundus igitur intellectus regulæ est, ꝙ illa uerba, Antiquas lites, &c. intelligantur de litib. motis contra triennalem possessorem post triennium, antequam reg. ederetur, quæ postea edita regula, cassantur. Iste intellectus fundatur ex serie uerborum regulę, inquantum superius dixit, Super beneficiis taliter possessis, &c. & paulò post dicit, Impetrationes de beneficiis sic possessis, &c. deinde subdit ultimo loco, Lites super illis motas penitus extinguentes. Ex quo ergo superius reg. semper loquuta est de beneficiis triennio possessis. & postea dicit lites super illis debet intelligi super illis sic triennio possessis, ut ista relatio, cum eadem qualitate fieri censeatur, iuxta doct. Bart. in l. Iulia. in princ. ff. de hær. inst. & Bal. in l. fi. C. de impu. & aliis subst. reg. enim intendit pacificos possessores triennales tā per exceptionem respectu futuri temporis, quàm per extinctionem litis, respectu præteriti, tueri ac defendere.

Iste intellectus fuit antiquorum aduocatorum, cui magis adhærere uidebantur uerba regulæ Calixti, quàm istius regulæ, ut dixi in præfatione istius regulæ. Et istū intellectū, ultra Glossatorem hic, reperio plures Doctores, diuersis temporib. in uariis causis tenuisse. Nam Ant. de Caphare. & Ludouicus de Interāne, egregii aduocati, in causa Salzburg. præbendæ, istum intellectum sunt sequuti. Et idem Antonius eundem intellectum tenuit in causa Maclouie. ecclesiæ de S. Iuuato, quem in alia causa Ioach. de Natnia est imitatus.

Sed iste intellectus reprehenditur ex parte Garsiæ, in dicta causa Conchen. nūc pendente coram me, ꝙ non sit uerus, ex eo, quia si regula intelligatur de litib. post triennalem pacificam possessionem motis, frustra ponerentur illa uerba, Antiquas lites, &c. quæ præsupponunt lites ante triennalem esse motas, non post triennalem. Nam si papa de illis intellexisset, dixisset lites post triennalem possessionem motas, & non dixisset, Antiquas lites penitus extinguentes. Verùm quia illud uidebatur superfluum, omisit, quia post triennalem possessionem, non oporteret extinguere lites, cum hoc ipsum sit priuilegiū ipsius triēnalis possess. lites extinguere, & silentiū perpetuū imponere, ut patet ex illis uerbis, Nequeant molestari. quod idē significant, ut dixi sup. in q. 58. Nā si post

triennium completum regula permitteret molestari, non bene quadraret prohibitio quæ locum habet ipso eodem momento, quo finitur triennium. Molestia igitur & lis debet præsupponi ante triennium, quæ post triennium prohibetur etiam in futurum, & lis præterita extinguitur. Et tunc bene quadrant uerba regulæ, Antiquas lites penitus extinguentes. Et ideo ad alium intellectum ueniamus.

Tertius intellectus istorum uerborum colligitur ex regula Hadriani licet extincta per eius obitum, ut uidelicet ista uerba intelligantur de litibus motis, per prædecessores contra alios possessores, uel per alios contra ipsos: Secus, si ipsi triennales possessores litem mouissent super beneficio contra alios, & sic fecissent sibi beneficium litigiosum. Nam licet postea possederint dictum beneficium per triennium, regula ipsis, qui litem moueant, non suffragatur. Iste intellectus sumitur ex uerbis dictæ regulæ Hadriani. Potest tamen sumi arg. ex lege reuocata, uel correcta ad intellectum alterius legis, iuxta doctrinam Bar. in l. 1. ff. de coniung. cum emancip. lib. & in l. fi. ff. de fals. Nam non est nouum, quod leges posteriores per antiquas etiam reuocatas declarentur, uulg. l. non est nouum. & l. nam & posteriores cum ex actu nullo uoluntas & mens disponentis colligatur, & declaretur, uul. l. fi. ff. de reb. eod. Pro isto intellectu uidetur dictum Nicol. Milis antiquo auditoris in uerbo, lite pendente, quo ad litigantem, &c. ubi tenet, quod lis inter alios non facit beneficium litigiosum quo ad tertiũ, qui non est in lite, ut ibi optimè probat, & dixi superius in alia q.

Sed iste intellectus non uidetur posse subsistere, ex eo, quia ista regula generaliter lites motas extinguit: debet ergo de omnibus litibus generaliter intelligi, tam de litibus motis per ipsos prædecessores contra alios, quàm de motis per ipsos triẽnales possessores, absurdum enim est distinguere, ubi lex non distinguit. c. solitæ, de maior. & obed. cum uulg. Et licet maior ratio sit in possessore triennali mouẽte litem, quàm in alio, per ea, quæ Rom. tradit in conf. 330 in 1. col. illa tamen differentia est per plus, & minus, quòd non facit rem ipsam in substantia differre, ut in l. fi. ff. de fundo instru. not. Bar. in l. 1. ff. de act. & oblig. lex enim generalis comprehendit utrunque casum licet, maior ratio militet in uno casu, quam in alio, ut est tex. iuncta gl. in l. unica in uerbo, sponsam. C. de rap. uir. facit c. le. i. cum gl. de resc. Et solet ad hoc allegari no. tex. in l. §. quod aũt. ff. de aleat. & per hoc uidetur rñsum ad motiua superius facta.

Non obstat regula Hadriani ponderata superius: quia si illa recte ponderetur, potius probat oppositum: quia illa uerba, uel per eos motas, posita in dicta regula, inferunt manifestè, quod siue lites fuerint motæ per prædecessores contra possessores triennales, siue per eosdem possessores contra alios, quod huiusmodi lites extinguntur, & sic uerba dictæ regulæ faciunt in contrarium.

Non obstat regula de annali non suffragari possessori, qui consenserint priuationi: quia respõderetur causam non esse similem, ex eo, quia ibi uisus est renuntiasse omni exceptioni, per quam eo non soluente, posset impediri priuatio, ex quo illi consensit, & uolenti & scienti non fit iniuria, ut in c. scienti, de reg. iur. lib. 6. Et ideo illa non faciunt ad profitum casus nostri, & ita in terminis istum intellectum reprobarunt quidam Mod. Sab. in quadam apostilla ad istam regulam, ubi respondent ad decis. 75. in no. procedere in odium attentatorum, alias secus.

Quartus intellectus ad ista uerba datur ut extinctæ lites antiquę intelligantur hic quæ motæ fuerunt per decem annos ante triennium: secus de litibus minori tempore introductis, quia illæ antiquæ lites dici non possent, quod factum uidetur propter negligentiam deserentis litem ante decem annos, ut sit litium finis, quod ex dictis d. Gulhel. dicentis hoc alias in Rota in causa Giennen. tentum fuisse comprobari posset, uidelicet litem censeri spatio decem ann. desertam. arg. glo. in clem. i. in uerbo prosequatur, ut lit. pend. & in l. peregre. ff. de acq. pos. Et tenendo istum intellectum uerbum antiquas, hic positum, exponeretur pro litibus longi temporis, iuxta

ea tex.& quæ ibi notat Dom.post Arch.& Ioan.And.in c.1.de sepult.lib.6. Et Præp. in c.1.in pri.in notabilib.qui feu.da.poss.

Sed iste intellectus eodem morbo laborat,ex eo,quia contra illum obstat decis. 411.in no. quæ uult litem in curia non finiri,nisi per sententiam, & exponere uerbum antiquas,idest, longas est etiam quędam extorta interpretatio. Nā iura allegata pro ista expositione non faciunt ad rē, quæ loquuntur in casibus suis, ubi subiecta materia hoc suadebat,sed hic subiecta materia non est talis ut cogat nos ita exponere,igitur,&c.

Quintus intellectus, qui uidetur diuersus a tertio intellectu superius dato, fuit cuiusdam Iacobi de Rizonibus abbreuiatoris,ut refert Gloss.hic, uidelicet, ꝙ ista regula intelligatur de litibus motis cum antecessore:secus cum isto possessore, qui possedit per triennium cui nunquam fuit mota lis. Et ideo res inter alios acta non debet isti successori & possessori nocere, qui uidetur habere bonam fidem.

Sed iste intellectus etiam non ualet, ex eo,quia si beneficium est litigiosum, transit cum uitio suo, sicut lepra sequitur leprosum,ut in l.2. C.de litig. & Not. Milis in uerbo,litigiosum,& etiam illi obstat decis.10.ut lit.pend.in no.& aliis rōnib.illum reprehendit Glos hic qui uideri pōt.

Sextus intellectus est,ut reg.intelligatur de litib.antiquis motis extra curiam,quas hic papa extinguit,secus de litibus motis in curia,in quibus potest procedere prædicta decis.411.in no.

Etiam intellectus iste est diuinatiuus: quia reg. & decis. indistincte & generaliter loquuntur: & ita per curiales intelliguntur, & quia eadem est ratio in litibus extra curiam,sicut in curia, cum utroque modo beneficium efficiatur litigiosum.

Septimus intellectus datur, ꝙ ista reg. intelligatur tantum de litib. futuris post triennalem possessionē pacificam, & tūc uerbum Antiquas referrur ad futurum,ut sensit Gloss.hic. Itaque erit sensus, ꝙ per triennalem possessionem papa uult omnes futuras lites extinguere, & finē eis imponere,ut amplius nō possint ꝑ illas molestari triēnales.Nā uerbū Antiquas,ponit̄ ꝑ posteriorib.ut ī l.cū scimus.in fi.C.de ag. & cens.lib.11.Vel melius dicas, quòd uerbum Antiquas,non refertur ad lites iudiciales,quæ fuerunt,sed ad altercationes,& disputationes prudentium. Nam sæpe fuit disputatū,nunquid per decēnalem possessionem præscriptū esset titulo beneficii, uel argueretur titulus. de quo in cap. illud.de præsumpt.& Lap.allega. 89. nunc per istam reg. lites illæ, id est, controuersiæ,& antiquæ contentiones Doct. penitus extinguantur,& sic uerb. Lites, hic capitur pro controuersia extraiudiciali, ut in e. forus. de uerb..sign. de qua Virg. 12.Aeneid.

Limes erat positus, litem ut discerneret agri.

Et alibi,

Quis vestrum tantas poterit componere lites?

Habemus igitur ex prædictis septem intellectus, qui propter uerborum obscuritatem non carent diuinatione,adeò quòd potest illud dici.ꝙ sæpe a multis curialib. iactatum est,uerba omnino obscura esse reiicienda, & illis non obstantib. sequendam iuris dispositionem, quæ uult litem non extingui,nisi morte uel sententia, ut not.Io.And.in d.clem.1.& cauetur prædicta decis.10.ut lit.penden.in no.Hinc uulgò dicitur,ꝙ quando lex est ambigua, & habet plures intellectus non est alleganda in decisionibus causarum,ut dicit Bar. in l.in ambiguo.ff.de reb.du. cum multis cōcor.ut latissime scripsi in c.1.in gl. de consti.lib.6.Et ideo nimirum ii domini auditores sæpe neglectis istis uerbis tanquam obscuris tulerunt sententias, sequuti potius dictam decis.411.quàm interpretationem obscuram istorum uerborum.Quod potuerunt facere per ea,quæ dicit Bal. in c.fi.de consti.& in l.2.in 2.col.C.quando prouoc.non est necess. Quinimò fortius uoluit Io.de Ana.in c.Petrus.in 1.col. de homi.ꝙ quando lex præcepti data a Deo habet plures intellectus, faciens contra eam,non peccat mortaliter quod tenuit Abb.post Io.And.in c.capellanus,de feriis Ias.in l.posthumo.col.7.C.de bon.poss.cōtra tab.& in l capatorias, col. pen. C. de testam.milit.& alibi sæpe. Nam ut inquit Boetius,quem refert Bal.in l.precib. col. 7.C.de impu.& aliis subst.quod multipliciter

citer intelligitur, eius ueritas ignoratur, sed ne regularum conditores, qui plures fuerunt, & viri undecunque doctissimi, de imperitia uel negligentia arguantur, cum tam sæpe dicta uerba innouarunt, nec unquam ea a reg. deleuerunt, erit necessariũ, aliquem ex prædictis intellectibus sequi. Nam quando in una lege plures dantur intellectus, licet omnes sit diuinatiui: tamen si ex alio congruo modo intelligi nõ potest', intellectus ille tenendus est, qui minus diuinat, ut dicit Bartol. in lege ita stipulatus, la grande. col. 11. de uer. oblig. Vel ille intellectus, cui minus iura aduersantur, ut dicit Alex. in l. rei iudicatæ, in princ. col. fi. ff. sol. mat. Ias. in l. huiusmodi. §. si cui. ff de leg. 1. Vel intellectus, qui magis placet: quia hoc non est peccatum cõtra Spiritum sanctum, ut dicit Inno. in c. per tuas, de Sim. & dixi in c. i. in i. no. in fin. de rescr. lib. 6. Quæ cum ita sint, uisum fuit Rotæ die 20. Nouembris. 1534. proposita per me iterum, atque iterum dicta causa Conchen. tertium & quartum intellectus, ex superius relatis adprobare, propter quos iudicarunt Garsiam posse se beneficio istius regulæ tueri. Verùm quia ipse idem Garsias ante triennalem possessionem commiserat causam, regula ista sibi nõ profuit, ex quo sibiipsi beneficium litigiosum effecit, & ideo possessio triennalis sequens, pacifica dici nõ potuit Imò illa sola commissio causæ, sibi in pluribus aliis casibus est damnosa, quos enumerat Fel. in c. super literis, col. 10. uer. limitatur primò, de rescr. & dixi in reg. de subrog. & in trac. sig. Viam igitur quam elegit, illa sibi proderit, iuxta l. si mulier. ad Velle. Quia si ex lite per eum mota, sibi molestiam iuris intulit, & per consequens, exceptione istius regulæ se priuauit, de seipso cõqueri debet, & damnũ, quod sua culpa sentit, sibi debet imputari, ut dicit tex. in vulg. c. damnum. de reg. iur. lib. 6. Et ita in terminis istius q. uidelicet, ꝙ committens causam, dicatur quo ad se introducere litem, quæ eum non pacificum possessorem reddit, Rota tenuit de anno 1519. de mense Maiio. in causa Parm. archipresbyteratus, pendente corã D. Hugone de Spina, de qua meminit D. Gul. hic in collectaneis decisionum, per plura motiua, quæ ibi uideri possunt. Et ita etiam tempore meo dixit Rota in causa Gienen. canonicatus, pendente coram D. Iacobo Simonetta, inter Rodericum Lupi, qui commiserat causam & allegauerat triennalem, & quendam capellanum familiarem, cardinalis Gienen. Et idem tenuit Rota Valẽtina parochialis de Pego, de mense Martio 1537. coram R. D. Ioan. Mohedano, ut dixi superius, q. 56.

Antiquæ igitur lites extinguuntur per istam regulam, quæ inter alius ante triennalem possessionem motæ fuerunt. Et ita etiam hodie 12. Iunii 1538. istam regulam intellexit Rota, in alia causa. Cegob. parochialis de Paradinas, coram R. P. Do. Matecllo, episcopo Marsicano. Secus, ut dixi, si ipse possessor prius contra alios causam commisisset, ut est dictum, & ad decisionem Rotæ, ut lit. pend. in no. quæ uoluit litem non finiri, nisi post sententiam quia ad illam respondetur trib. uel quatuor modis.

Primò, ꝙ decisio procedat, nisi de ista reg. excipiatur, sicut dicimus de decreto facto in fauorem alicuius. Nam ita demũ ligat, si ille uti uoluerit. ut dicit glo. in c. 1. de conc. præb. lib. 6. cum concor. ut scribit Dec. in l. pacta quæ contra. C. de pact. nu. 11. & Phil. Peru. in c. dispendia, in princ. de rescr. lib. 6. & in c. ut nostrum. in 3. col. de app. Ias. in l. transactione. in fin. C. de transa. Et idem in emphyteuta, qui non ob solutionem canonis, est priuatus ipso iure. Nam intelligitur, domino uolente, ut tradit Ias. post alios in l. 2. C. de iure emph. Et hoc idem habetur in l. filio præterito. ff. de iniust. rup. & in l. eleganter, & ibi glos. in uers. nullam. ff. de dolo. Possessore igitur triennali tacente, & non opponente, lis non finitur per possessionem triennalem: adeò, ꝙ si triennalis possessor moriatur, beneficiũ adhuc durabit litigiosum, etiam per mille annos, donec finiatur lis sententia, & ita procedere potest dicta decisio.

Scdò uidetur, ꝙ illa deci. ꝓcedat attenta dispositione iuris canonici, de qua in c. fi. de iud. de quo iure instantia perpetuò durat, nisi per sententiam terminetur.

tur. Sed attenta dispositione istius regulę, Cancellariæ, lis triennio extinguitur, sicut estde iure ciuili cautum, in l. properādū, C. de iud. Nec est mirum, ꝙ ius canonicū, & regulæ sint contrariæ: quia idem uidemus in aliis regulis. de annali, de infir. resign. & in pluribus, quæ contrariantur iuri communi, prout etiam ius ciuile in eodem casu reperitur limitatum, & restrictū a iure prætorio: ut l. in honorariis, ff. de act. & oblig. & alibi sæpe.

Vel tertiò dici potest, ꝙ illa decisio nō est uera: quia contra eam sæpius fuit iudicatum, ut adparet in una causa Giennen. coram do. Iac. Simonetta, in qua in Rota, per maiorem partem Dñorum cōclusum fuit, per lapsum decem annorū, litem haberi pro derelicta, ut meminit do. Gul. Cassiodorus, in collect. decis. tit. ut lit. pend. Et idem in possessione fuit tentum corā D. Camillo de Ballionibus, in una causa Gebennen. pro cardinale Aneonitano, 3. Iulii 1531. per doctr. Abb. in c. contigit, de dol. & cont. ut dixi in reg. de non tol. iure quæs. q. 5. imò ipsum beneficium dicitur per tantum tempus 10. annorum haberi pro derelicto, ut ibi dicit Abb. quem in hoc non sequuti fuerunt domini, sed respectu possessionis, ut dixi, per ea, quæ idem Abb. dicit in c. cū uenissent. de rest. spo. & in c. cap. de resc. Sed ꝙ tit. beneficii præfato tempore perdatur, tenet etiam Old. consil. 1. colum. 2. & Per. de Anch. consi. 405. & hoc ut finis litibus imponantur. Et hoc quod dictum est de possessione Domini traxerunt ad litem, quæ decennio uidetur haberi pro derelicta, ut dixi.

Ex præmissis igitur patet, decisionem illam non procedere, quam etiam impugnauit Nicolaus Milis Rotæ auditor, in uerbo, lit. pen. & uerbo, lis finitur, & Glossator in reg. de subrogandis.

Vel quartò ad illam decisionem respondet Glossator hic, ꝙ procedat de lite in curia, secus extra. Sed ista solutio nihil facit, nisi restringatur ad beneficia uacantia in curia litigiosa. Quod nescio si ipse ita intellexerit. Ex quib. omnibus resultat ista conclusio, regulam istam non posse intelligi de lite mota per triēnalem possessionem, sed ante, ut est dictum. Et ita ego in d. causa Conchen. pronuntiaui: quæ sententia postea confirmata fuit ꝑ tres cōformes. Nec fuit in Rota causa, quæ maiores tumultus excitaret, quàm ista, quæ ultra istas tres sententias Rotę, uentilata postea fuit per tres alias snīas coram Gubernatore, & postea coram auditore Cameræ, & deinde coram Card. Simo. commissario, postremò cum ultimo silentio diffinitiua in signatura Papæ: propter quam caus. ut partes hanc causam usque ad insaniam prosequuntur iudicio curialium,

QVAESTIO LXII.

QVæro, an regula ista tueatur non promotum infra annum, iuxta c. licet canon. & c. commissa de elect. lib. 6.

SOLVTIO. De hoc dixi superius in 10. q. tractans materiam execrabilis.

QVAESTIO LXIII.

QVęro, an si possessor citatus uigore cōmissionis, in qua adposita fuit illa uulgaris clausula, uidelicet, dummodò ante terminum ad articulandum literas expedierit, & ꝙ interim beneficium non censeatur litigiosum, &c. si post citationem prædictam triennio possedit, dicatur pacificus ad effectum istius regulæ?

SOLVTIO. Videtur prima facie dicendum, ꝙ non sit pacificus, ex eo, quia illa clauś. fuit adposita ad effectum, ut actoris malitia cōprimeretur, qui procurabat sæpe possessores fortè senes uigore dictarum commissionum literis non expeditis & sic cum modica impensa citare, ad effectum, ut per eorum obitum possent subrogari, & sic ordinarios patronos & expectantes excludere. Cùm igitur adposita sit d. clausula ad effectum tollendæ subrogationis, non debet alium effectum operari arg. l. quod fauore, C. de leg.

Præterea, quia talis possessor ex tali commissione & citatione uexari & molestari dicitur, ut not. Imol. in cle. 1. in fi. de rescri. quia uexatio incipit à citatione, ut not. Fel. in c. ex tenore. de refer. facit quod not. Bar. in l. amplius non peti. ff. rem rat. hab. & Bald. in l. 1. C. de nundi. & dixi in

regula de annali.in q. de citatione nulla. Et ita retulit iudicasse Rotam Alex.de Cesena quondam famosus procurator, ut refert Aeneas Sabinen.in quibusdam apostillis regulæ 29.de commissionib. literis non expeditis.ubi etiam refert D. Berengariũ Sagãta dixisse illi Rotã ita iudicasse in quadam causa Tranen. Et dicit esse notandũ hoc quia stant ista simul, ꝙ beneficium nõ sit litigiosum,& ꝙ non sit pacificum, ꝓut ego notaui in alio casu superius in alia q. de illo,qui possedit triennio post sententiã quæ transiuit in rem iudicatã, & post executoriales:quia licet ibi non sit lis, quia finitur per sententiam: tamen ille non est pacificus,ut frui possit beneficio istius regulæ,ut ibi probaui per quãdã deci in no.

Tamen prædictis obstãt, quæ conclusa fuerunt in præcedenti q.examinando clausulam lites penitus extinguentes,hic positam,& quę dixi in reg.de annali.q. 45. dũ ibi tracto,an per citationem nullam interrumpatur pacifica possessio requisita in illa regula,quibus etiam accedunt ea, quę dixi in regula,de subrogandis. q. 2.

REGVLA DE VALORE *beneficiorum in impetrationibus exprimendo.*

Item voluit,quòd in gratiis (quas personis quibusuis de beneficiis vacantibus,seu certo modo vacaturis,fieri contigerit, illorum,& aliorum quorumcunque beneficiorum, quæ dictæ personæ tunc obtinuerint,seu de quibus eis fuerit prouisum,vel concessum,aut mandatum prouideri) uerus ualor annuus per marchas argenti,aut sterlingorum vel librarum Turonensium paruorum,seu florenos aut ducatos,seu unciarum auri, seu alterius monetæ valor,secundum communem æstimationem exprimatur. Nisi motu proprio, gratiæ huiusmodi fiant, vel personæ prædictæ beneficia, quæ tunc obtinuerint,aut in quibus,& ad quæ ius eis competit, iuxta ipsarum oblationes,vel alias dimittere teneantur alioquin præfatæ gratiæ sint nullæ. Et idem seruetur in expectatiuis de beneficiis obtentis,& in quib. seu ad quæ impetranti ius competit, & illorum valore.

PRAEFATIO.

Avtor primus istius regulę, fuit Vrbanus 4.ut refert Clemens 6. in quadam extrauaganti,de qua inferius facio mentionem. Sed in uolumine regularum,non Vrbanus 4. sed Vrbanus 6. reperitur huius regulæ inuentor. Nam super ualore exprimendo in gratiis, quatuor regulas edidit.Primam circa gratias & beneficia obtenta,quam publicauit vndecimo Calendas sui Pontificatus anno primo.de qua facit mentionem Rota dec.19.de prębend.in no.Secundam, circa impetrantes beneficia uacantia, uel certo modo uacatura, quam publicauit 8. Calendas Maii anno tertio.Et ex istis duabus Io. 13. vnã tantum regulam fecit,ex qua sumpta fuit ista moderna,quam modò habemus. Tertiam deinde regulam publicauit de ualore exprimendo in beneficiis ueniendis. Et istam etiam sequuti sunt omnes successores usque in hodiernum diem,nihil immutando. Quartam uerò circa beneficia impetrata motu proprio,in quibus uoluit etiam mentionem fieri de ualore. Et ista fuit ultima eius regula publicata 7. Calendas Iunii, anno quinto, quam sequutus fuit solus Martinus 5. Et de illa facit mentionem Petr.de Anch.in consil.297. efficacibus.in pri. Et de utraque meminit idem Pet.de Anch.in consil. 295. incip pro clariori.Et licet Fel.in c.ad aures.in 5.& 8.cõclusionib.de rescrip. asserat Vrbani reg.rãtum loqui de dignitatib.impetrandis motu proprio,allegando Pet.de Ancha. in d. consilio:tamen.Petr. de Anchar. hoc non dicit,neque hoc cauebatur in reg. sed illa indistinctè loquitur de quibuscunque beneficiis.Quam postea solus Martinus 5.ut dixi,est imitatus. Alii uero omnes tã antiqui,quàm moderni Pontifices reg. illam, quo ad motum proprium, sustulerunt. Et primus fuit qui hoc sustulit Io.23. qui edidit regulam nostræ modernæ similem, de qua facit mentionem idem Per. de Anch. in consil.138.incip.de natura & efficacia. Et Ioannem 23.Eugenius & Nicolaus, & post ipsos omnes successores Põtifices (excepto Martino) vsque ad nostra tempora sunt imitati nihil penitus immutando, neque ad regulam addendo. Tamen Clemens

mens vt ante omnes istos circa ualorem in literis exprimendum, quandam constitutionem extrauagantem fecit, sequutus Vrbanum 4. prædecessorem suũ: in qua plus uoluit habere locum in permutationibus. Quæ quidem extrauagans hodie adhuc allegari posset in iudiciis, attento ꝙ non repetitur reuocata per successores Pôtifices Et ob eam causam placuit hic eã inserere. Cuius tenor talis est. Dudũ feli. recordat. Vrbanus prædecessor noster, inter alias ordinationes per eum prouidè factas, instituit, ꝙ in quibuscunque gratiis apostolicis de beneficiis uacantibus, seu certo modo uacaturis beneficiorum, quæ obtinent in quibus gratiæ sunt concessæ, seu de quibus eis prouisum uel mandatum fuerit ꝑuideri, ueri ualores exprimantur: alioquin gratiæ nullius existant roboris uel momẽti, nisi proprio motu concessæ fuerint, uel huiusmodi beneficia quæ obtinent, se asserant dimissuros. Et nuper accepimus à nonnullis in dubium reuocari, an idẽ prædecessor sub ordinatione prædicta, beneficia quæ ex causa permutationis post editionem factæ ordinationis, quæ permutãtibus autoritate apostolica hactenus sunt collata, si conferantuur, uoluerit comprehendi. Ad huiusmodi tollendum dubium præsentis tenore declaramus, beneficia eiusmodi post eandem ordinationem per præfatum prædecessorem, seu ipsius autoritate, ac per nos, ex nostro mandato, ex causa permutationis quibusuis personis quoquomodo collata, seu quæ in posterũ conferentur, debuisse & debere comprehẽdi, &c. Ex ista igitur constitutione extrauag. habemus originem istius regulæ, & extensionem ad alium casum in regula non expressum, quod est notandum. Et est aduertendum, ꝙ regula ista uarias habuit rationes. Nam quidam existimatũt eam editam causa tollendæ auaritiæ, ne scilicet ꝑ taciturnitatem ualoris, aliquis ultra merita, & plusquam oporteret, de beneficiis ecclesiasticis caperet, & ita per falsam ualoris expressionem, debitus dispensationis modus papæ (cui est hæc cura à Deo demãdata) tolleretur. c. quia nõnulli. de cler. nõ resi. & in hac opin. fuit Abb. & Fel. in cap. ad aures. de rescrip. Alii totum hoc ad cõ modum bursalem officialium retulerunt. Quidam uerò propter annatas, ne defraudaretur, regulam factam fuisse existimãt. Et istorum opinio magis recepta uidetur, ex eo, quia regula ista de ualore adhæret taxis annatarum. Nam uidemus, quòd in beneficiis, in quibus non soluitur annata, non exprimitur ualor, ut patet in monasteriis monialium & hospitalibus datis in administrationem, ut inferius dicetur. Et hac ratione, quia Cardinales annatam non soluunt, per consequẽs isti regu. secundum communem opinionem non subiiciuntur, de qua dicam in 1. q. Et licet ista tertia opinio, siue ratio istius regulæ, quæ fundatur in annata, sit magis frequẽs: prima tamen ratio plurimum iuris fomentum habet. Et potest utraque ratio militare, ut uidelicet requiratur expressio ualoris, ne sic impetrantes raperent stipendia plurimorum, contra dispositionẽ concilii generalis, de quo in cap. quia non nulli. quod est in fraudem pauperum clericorum altari seruientium, quibus subueniri posset, & propter quos beneficia uidẽtur inuenta, iuxta c. cum secundũ. de preb. introduci uideretur. Et etiam, ne per huiusmodi ualoris taciturnitatem annatæ defraudentur, quæ ad subuentionem papæ, & Card. indigentium introductæ fuerunt, sicut & charitatiua subsidia, ut tradunt Fernãdus Cordub. Hispanus in tract. annatarum & Barth. Belenzinus in tract. de cha. sub. q. 16. Vt igitur fraudes huiusmodi euitentur, composita fuit ista regu. Sed est ulterius præmittẽdum, ꝙ ante editionem istius regulæ, duo illi taxarum libri, quibus nunc sedes apostolica utitur, inuenti fuere. Quorum primis mercedes officialium expedientium literas apostolicas, taxat. Secundus ualorem beneficiorũ consistorialium, ex quib. annatæ solui debent, describit: qui quidem libri ante editionem istius regulæ, seu alter saltem eorum uidebatur fere inutilis, cum nemo adstringebatur de iure cõmuni ualorem exprimere, ut dicit glo. in cle. 1. de præb. edita uerò reg. illi libri receperunt spiritum vitæ. Quorum librorum (ut opinor) inuẽtor Ioan. 22. fuit. de primo nullus dubitat eum fuisse inuentorem, cum curia reside

ret Auinionen. quod etiam ex genere monetæ Turonēsium colligitur, quæ nunquã cognita fuit in curia Roma. nisi post reditum curiæ in urbem, & tamen Ioan. 22. ibi taxas composuit, numerum scriptorum apostolicorum distinguens. Et sub eadem moneta ibidem Benedictus 12. eius successor, taxas sacræ penitentiæ ordinauit, ut adparet ex ordinationibus eiusdem Benedicti, ut autor est Polydorus li. 8. de inuentor. rer. cap. 2. Secundum uero librum, qui beneficia consistorialia & annatas respicit, eundem Io. inuenisse, ex eo coniecturam capimus, quia in illo libro beneficiorum ualor, per florenos auri designatur, quod genus monetæ primus omniũ pontificum Io. 22. cudi iussit. Nam cum hæc moneta primum à Florentinis originem habuisset, & postmodum per admistionem æris a quibusdam populis adulterata fuisset, Io. 22. sub anathematis pœna prohibuit, neminem decætero, præter Florentinos eius inuentores, monetam illam debere cudere, quàm quidem prohibitionem non seruauit: quia cudi iussit florenos eiusdem bonitatis, quo erant Florentinis mutatis in aliquo eorum signis. Nã loco S. Io. adposuit myrtũ circũscriptũ literis nominis sui. Ex altera uerò parte erat flos Lilii, circunscripta istis literis, uidelicet S. Pet. S. Paul. ut de istis omnibus autor est Io. Villanus, antiq. Florentinorum historicus, in libr. 9. Chronicorum Floren. 100. 279. ex quibus liquidò adparet ab eo tempore florenorum usum, de quibus in taxis fit mentio, ad sedem apostolicam delatum fuisse. Fuit enim Io. 22. circa taxas & annatas impense studiosus bonusque domus suæ paterfamilias. Nã ut alias dixi in procemio regularum Ioan. præter industriam huius rei, plura alia noua inuenit repertoria alphabetica componens, quibus res omnes nota dignas, uelut i horreo quodam conderet, ut eis, cum opus esset, ad libitum uteretur, ut de hac se solus Fran. Petr. lib. 2. rerum memorabilium tract. 3. c. 53. autor est, deinde prædictum librum primum taxarum officialiũ Pius Secundus, propter nouam creationẽ abbreuiatorum ampliauit, & postea Sixtus quartus, qui longe plura officia noua creauit, easdem taxas locupletiores reddidit. Postremò, Leo qui etiam innumerabilia officio noua induxit, eas in immensum creuit. Ex quibus quidem nouis & quotidianis exactionibus, uerificarum fuit dictum Alphōsi Regis Aragonum, relatum per Ant. Pan. in libello de dictis Alphonsi, dicentis, Harpyias non amplius insulas colere, sed ex insulis in Romanam curiam migrasse, ibique iam domicilium suum construisse. de quo meminit Fel. in c. 2. in 8. col. de resc. Secundus liber taxæ, qui beneficia consistoria præscribit, & annatas respicit, in eodem fere statu mãsit. Qui quidem taxarum libri de facili defraudabantur, nisi Vrbanus, qui multa alia utilia cogitauit, remedium inuenisset, per editionem prædictarum regularũ quas successores pontifices, pro se quisq; in melius reformarũt, donec Eugenius ex illius quatuor reg. Vrbani, unam tantum regulam fecit, quæ sufficere uidebatur, a qua sumpta est ista moderna, quæ nunc inter manus uersatur. Et licet præfati summi põtifices plene huic parti de ualore exprimendo, ut eis tunc uidebatur occurrissent: nihilominus illud de gratiis expectatiuis, an uidelicet exprimi deberet in eis ualor, omiserunt, quod Gregorius 11. primus omnium reparauit regulam de ualore exprimendo beneficiorum obtentorũ, in gratiis expectatiuis inueniens, quàm postea multi pontifices successores particularius sunt sequuti, quædam ad illam addentes. Sed ad istam regulam modernam, de qua loquimur, nihil penitus addiderunt, uel immutarunt, sed in omnibus cum antiqua concordat, & ideo uniformis erit in ea decisionis ratio.

QVAESTIO PRIMA.

QVæro, igitur primo, an regula ista cõprehendat Cardinales?

SOLVTIO. Text. regulæ in illis uerbis, personis quibusuis, uidetur innuere cardinales cõprehendi, quia illa dictio uniuersalis comprehendit, quos specialiter non excipit ut latè probat Alex. in conf. 30. incip. ponderatis. in 4. col. uol. 5. & Ro. conf. 51. colum. 1. facit tex. in capitul. eos. §. fin.

§ fi. de senten. excom. lib. 6. cum sexcentis concor. de quibus per Cuttium iuniorem in consil. 1. in 1. col.

2 In contrarium tamen plura facere uidẽtur: quæ breuitatis causa perstringam, cũ iam superque satis super ista q. tã in procemio regularum, quàm in reg. de infirm. resig. & multis aliis regulis disputauimus. Quamobrem ea solum hic adducam, quæ alias in prædictis locis non scripsi. In primis igitur, ut cætera omittam, & unico uerbo concludam medullam istius difficultatis, ista opinio, uidelicet ꝙ cardinales regula ista non adstringantur, est cõmunis, & à Docto. recepta, quam expressè tenet Pet. de Anch. in cons. 295. incip. pro clario ri. ubi plura fundamenta ponit. Et cum ea transit Bar. Belenzinus in tract. de cha. sub si. q. 66. in 6 col. & alii plerique Moderni. Et fundatur principaliter hæc opinio inter alia, hac ratione, quia ista regula est ex orbitans à regulis iuris communis, & ideo debet tantum restringi ad casum, in quo loquitur. Propter quam rationẽ dicit ibi Belenzinus, Rotam, eo præsente, iudicasse extrauagantem Bonifacii 8. incip. iniũcte. sub tit. de elect. Cardinales non comprehẽdere. cum qua opin. uisus fuit etiam tacitè Fel. sibi contrarius transire in c. causam. el 2. in 4. col. de rest. & in cap. in eos. in fi. de hær. & alibi sæpe. Et secundum istam opi. consuluit Ioan. Fran. de S. Nazario de Ripa, uir eruditissimus in consi. 15. posito in lib. 1. responsorum, sub titulo de legib. & long. consue. nouiter impresso. Vbi pro hac parte plures autoritates adducit. Et ultra ipsum, istam opinionem in specie latè defendit Andr. Sicul. in consil. 23. inci. scripsit propheta. &c. in 5. col. in c. dubio lib. 1. Et idem And. latius hoc idem reassumit in cap. in nostra. in 2. col. de rescript. quo loco in indiuiduo dicit istam opin. uideli cet, sub dispositione istius reg. odiosæ cardinales non comprehendi, firmam esse, sicut firma petra. Et ita etiã reperio tenuisse Ioan. Bap. de S. Seuerino, quondam celebertimum aduocatum, in quibusdã notis gratiarum, qui allegat ultra Petrum de Ancha. Old. consil. 221. 293. & 321. & Pauinum in extrauag. ad onus. cum similibus.

Quid in tanta uarietate dicendum? Teneo primam opin. prædictis non obstan. motus ista ratione, quia clarum est, ꝙ creatori Deo, & uicario creatoris subiecta est vniuersa caro, ut dicit Inn. Abb. & cæteri in c. 1. per illum text. de constit. Sed ab ista reg. generali non reperiuntur excepti cardinales. Igitur subiicientur eius constitutioni, nisi eos excludat. Nam speciale est in papa conditore, ne ligetur sua lege, qa à nemine iudicatur: & ut sit differentia inter ligatum, & ligantem. c. fi. de instit. cum vulg. Sed ista ratio non militat in cardinalibus. igitur, &c. Alias si contrarium dicere remus, essent acephali, & sine aliquo superiore, & certarent de paritate cum papa. Et sic non posset eos constitutionibus suis punire, cum par in parem non habeat imperium, uulg. l. nam & magistratus. ff. de atb. Hoc tamen absurdum esset dicere: qa perinde habetetur, ac si duo in ecclesia capita fingeremus. quod ut monstrum ab horret tex. in c. quoniam. de offi. ord. Igitur dicamus eos comprehendi: quia lex omnes subditos ligat, nisi excipiantur. l. princeps. ff. de legi. c. omnis anima. de censib. Accedit ad hoc, quia uerba generalia in constitutionib. ad hoc ponuntur, ut per illa comprehendantur illi, qui alias simpliciter non comprehenderetur: ut probat Dyn. in rubr. de reg. iur. libr. 6 & gloss. in cleme. 1. de re iud. lib. 6. in uerb. quauis. & & in cle. 1. in uerbo, quibuscũque. de iud. cum concord. ut notabiliter scribit Gemi. in consil. 65. incip. discutiam. in 3. col. Sed in præsenti regula sunt posita ista uerba uniuersalia & prægnantia, personis qui busuis. Ergo dato, ꝙ alias constitutio simpliciter prolata, cardinales non comprehẽderet, ubi uerò profertur cũ clausulis pregnantib. & generalib. adparet uoluisse illos cõprehendere: quia alias illa uerba essent superflua, quod non est dicẽdum, iuxta l. primã. ff. qđ met. cau. & c. si Romanorum. 19. dist. Et ideo non ab re Fel. in c. cũ in iure peritus. de offic. deleg. & in rub. de ma. & obed. & hic in quibusdã suis breuib. & corruptissimis apostillis dixit, ꝙ de stricto iure defendi non potest illa opinio, ꝙ cardinales nõ cõprehẽdãtur in dispositione generali habente clausulas prægnãtes.

Postremò, hæc opinio põt alio motiuo adiuuari:

adiuuari: quia si propter dignitatis prærogatiuam dicimus, cardinales sub regula non comprehendi, idem dicendum esset de episcopis, quorum dignitas maior est cardinalatu, saltem respectu ordinis. Nā episcopi dicuntur habere culmen dignitatis, ut dicit gl. in c. 2. de præben. lib. 6. & in ca. q̃ periculosum. de sent. exc. lib. 6. Cardinales uerò non dicuntur habere dignitatem, sed officium, & tamē dignitas maior est officio, ut dicunt Doct. in c. cùm accessissent. & ibi declarat Abb. de constit. & in c. de multa. de præben. Hinc est, quòd de iure antiquo episcopus debebat postulari ad cardinalatū: quia dicebatur descendere, & nō ascendere, ut latiùs dixi in proœmio regularum in 1. q. quod nō alia ratio ne prouenit, nisi quia episcopatus reputabatur maior cardinalatu, ut notatur in c. quāquam. 2. q. 7. Et ideo, ut dixi, episcopus dicebatur per assumptionem ad cardinalatum descendere, & non ascendere, ut tradit etiam d. Gundisa. de Villadiego in tract. Card. quinta q. principali. & dixi post Abb. in c. ecclesia. el 2. de electio. & in cap. bonæ. de postul. prælat. Et tamen attēta ratione prædicta, idem dicendum esset de episcopis, quòd sub ista regula non cōprehenduntur. hoc aūt est absurdum dicere. Igitur idem dicendum erit de cardin.

Rursus pro ista parte facit, quia sub cōstitutione concernente commodū animę, cardinales & omnes comprehenduntur, ut dicit Domi. & alii in c. nemo. & ca. sciant cuncti. post gl. ibi, de elect. lib. 6. Sed ista reg. continet in se commodū animæ. Nā per expressionē ueri ualoris, nec camera apostolica, nec officiales curię, qui summi pontificis fidē sequuti, sua officia ex causa onerosa emerunt, defraudantur: hanc enim fraudis prohibitionem ad cōmodū animæ pertinere nemini dubium est. Nā aliquem defraudare, sine peccato & periculo animæ non possumus, ut in specie dicit doctor ille practicus & antiquus Cancellariæ apostolicæ corrector in lib. nuncupato Practica cancellariæ. fo. 47. Sicut etiam dicunt omnes Summistæ in uerbo, gabella. quòd licet gabellæ, grauent subditos: tamen sine peccato non possunt fraudari, ex quo sunt impositæ ab habente potestatem. Cùm igitur taxæ beneficiorum sint impositæ de mandato pontificum, ad effectum, ut per expressionem ueri ualoris, iura cameræ & officialium secundū taxam ordinatam soluantur, meritò illas defraudantes per expressionem falsi ualoris, peccant. Et licet ista ratio non concludat ad cardinales, quia liberi & exempti sunt à tax. s, sed comprehendant alios: militat tamen in eis secunda ratio finalis istius regulæ, quæ fuit, ne ex taciturnitate ueri ualoris unus stipendia plurimorum caperet, & plus fortassis quàm mereatur, & ita pauperes clerici, quib. de reliquo ꝓuideri debet, defraudentur. Nā cū aliquæ constitutiones sint, ꝗ cardinales non possint impetrare, nisi usque ad certam summā, ut hodie est cautum in cōcilio Latera. sessione nona, certè si illi nō sunt subiecti huic regulæ, pauperes poterūt defraudari: præsertim cū lege etiā caueatur, ꝗ si aliquis habeat necessaria ex uno beneficio, non debet aliud beneficiū impetrare, nisi hoc dicat. Quod multis rationib. probat Ioā. de Lignano in tract. de pluribus benefic. Nā ut dictum est, taliter impetrātes usurparēt stipendia plurimorū, quod tendit in graue animæ periculum, ut dicit text. in c. quia nōnulli. de cler. nō resi dē. & in c. quia in tantum. de præb. Quæ mala & absurda, sicut ex taciturnitate uel mala expressione ualoris facilè sequi possunt: ita per eius expressionē uerā omnino tolluntur. Nam ꝑ uerā ualoris expressionē Ro. pontifex redditur certus quātitatis cōcedendæ, & aliquādo iustis de causis cōcedet uni plus, quem cognoscit capacē ac utilem ecclesiæ, & benemeritū tanti ualoris, quod alteri denegabit, ꝓpter incapacitatē petentis. Et isto modo sciens dispensabit reditus ecclesiarum secundùm merita & exigentiam personarum, arg. eorum, quæ no. in c. de multa. de pręb. Et istam rationem ponit in terminis Abb. in c. ad aures. de rescrip. & ad prædicta facit cū adeo. eo. tit. & c. de monachis. de pręb. & c. 1. 2 1. quæst. i. Sancta igitur & rationabilis fuit ad hoc istius regulæ constitutio, quæ summū pontificē cōcedētē, certiorē reddit de ualore, ꝓ quē seruaꝫ iustitia distributionis, quæ ad ipsum papam nosci

tur

tur pertinere,qui non debet uni tantum tribuere,ut alter esuriat, contra Apostoli uerbum,in scandalum plurimorum capi. 1.16.q.7.Facit capitul.Vulteranæ.12.q.2. Conueniens inquam, & honesta fuit talis reg.quæ istis omnibus medetur,quæ deni que has fraudes amouet,ac ambitionis & auaritiæ semina tollit. Quæ omnia, cum animæ commodum concernant, dicendũ est reg.in cardinalibus locum habere. Pos sent tamen prædictæ opiniones contrariæ fœdere distinctionis concordari,faciendo differentiam inter cardinales præsentes in curia,& absentes. Nam in præsentibus potest procedere prima opinio, ut uideli cet propter prærogatiuam præsentialita tis gaudeant hoc priuilegio, ne sub ista re gu.comprehendantur.In absentibus uerò procedat secunda opinio.Et ista distinctio potest bene comprobari ex iis,quæ dixi in reg.de impetr.benefi.per obit. famil. Car di.q.17. Et ultra ibi dicta pro ista distin ctione faciunt,quæ dicunt Mod. Hispani repet.l.imperium.num.55. ff. de iur. om. iud.ubi dicunt,ꝙ cardinales æquiparãtur præfecto prętorio, & ideo illustres appel lantur,secundum omnes ibi,& habent me rum imperium,ut in ca. per uenerabilem. qui fil.sint legit.quem no.Abb.in c. ex ge stis.de cler.non resid. Et tamen si fuer ut absentes à curia sine causa, qđ facere non debent,iuxta gl.in c.nobilissimus.97. dist. tunc desinunt esse illustres,nec habent me rum imperium.Imò si cardinalis abest cau sa legationis,non dicitur illustris, sed spe ctabilis,quia æquiparatur proconsuli. c.2. de offi.leg.& tamen si manet in curia,dici tur illustris.Magnum igitur est priuilegiũ prȩsentialitatis curiȩ.Pro quo facit unum simile.Nam consules sunt superillustres, ut tenent communiter Doct. in l. 1. ff. de offi.eius,cui mand.est iur. Tamen si rece debant à latere principis in legatione, effi ciebantur spectabiles,ut.ff.de offi procõs. & declarat ibi gloss.

QVAESTIO II.

QVæro,an regula ista habeat locum ex tra curiam in impetrationib. factis à legatis?

SOLVTIO. In legatis dicendum uide tur,ꝙ sic:quia ratio mouens conditorem adstringentem impetrantem ad exprimẽ dum ualorem, est illa, quam ponit Abb. in d.c.ad aures.in 3.col.uers. puto tamen de rescrip.uidelicet, ne cuilibet permitta tur temporalium dispensatio, nisi secun dum qualitatem personę: Nam talis est aptus ad habendũ beneficium tenue, qui est omnino ineptus ad habendum benefi cium pingue.Proinde quãtitas expressa re dituum, principem subtrahere aut indu cere posset ad concessionem, uel denega tionem gratię. Ideo utile & necessarium uidetur ualoris expressionem fieri. Hęc est ratio,quã assignat Abb.ad regulam Vr bani,quę(ut dixi) concordat cum ista am pliando eam, ut in q. superiori. Sed ista ratio militat in legato,ergo & in eo habe bit locum dispositio.Suadetur hoc,quia vi demus omnes subreptiones, quę uitiant gratiam Papę,uitiare etiam legati gratiã ut not.uoluit domin.Anto.cardi.& Imol. in clem.2.in 2.notab.de offi.ordin. & Do min.in c.fi.in 2.not.de offi.deleg.lib.6. Et Marian.consil.14.quęritur.Et ante ipsum hoc tenet N.Milis auditor,in uerbo, gra tiam impetrans.

Et ista ęquiparatio facta est de iure anti quo,ut in d c.fi.& dicta cle. 2. Dispositio ista igitur nouiter procedens, loquens de papa,debet etiam habere locum in legato quia qñ duo sunt ęquiparata de iure anti quo,dispositio postea loquens in uno, de bet habere locũ in alio.vul.l. si quis seruo C.de furt.Accedit,quia magis militare de bet dispositio istius reg.in legato,q̃ in pa pa cui iurisdictio legati sit odiosa,extraor dinaria, & superinducta: quia uenit in di minutionem iurisdictionis ordinarii,ut di cit gl.in d.cle.2.Ergo de facili restringibi lis.c.mandatum.& c.Abbatem & c.literis. de rescrip.Et patet hoc exemplo, de quo Paul.& Imol.in d.cle.2.meminerunt,dum dicunt,ꝙ in facultate dispensandi, legato concessa,subintelligitur,dummodo dispẽ sati in dispensatione mentionem ualoris beneficiorum faciant: alias dispensatio nõ ualebit,uolentes in hoc extendere iura de collatio tantũ loquentia ad istũ casum dispensatio,ex quo in eo est eadem ratio quę in papa consideratur. Pro quo facit gl.in cle.literas.de rescr.quę extendit illã

dispo

dispositionē de literis papæ, ad legatū, ꝑ eandē rationē: qa dispositiones legati faci liùs restrictionē recipiūt, ꝓpter minorem potentiam, quàm papæ. Itaq; idē dicēdū est in restrictione facta ꝑ istā reg. cum sit maior ratio propter minorē facultatem. Et ꝙ per idētitatē rationis debeat fieri ex tensio in casu nostro, ubi tractatur de re stringēda ampliatione beneficiorū, tenet expressè Imol. in d. cle. literas. reddēs ratio nē extensionis, quæ ibi à gl. conceditur in casu exorbitante, ut illud procedat ꝓpter æquitatem, quæ inest dispositiōi refrænā ti ambitionem acquirendi beneficia, quæ quidem ratio militat in literis legati, ut di camus iudicandum esse in regula ista, cum ibi dispositio militet, ubi illius ratio mili tare uidetur. c. inter. de translat. episcop. Et ista opinio iustificatur etiam ex uerbis istius regulæ, quæ adaptantur etiam lega tis. Nam illa uerba (in gratiis de beneficiis uacantibus, seu certo modo uacaturis) hic posita, uerificari possunt in legato, q dat gratias de uacantibus. c. 1. & fi. de off. leg. lib. 6. tenet Imol. in d. cle. literas. Et dat etiam gratias reseruationis ad beneficia uacatura. c. penul. de offi. leg. eo lib. & no tatur in c. hi qui autoritate. de præb. li. 6. tenet Im. in d. cle. literas. & latiùs Gaspar de Perusio, in tract. reser. fo. 19. Et exce ptio quę hic ponitur de gratiis factis mo tu proprio, etiam in legato militat, qui etiam gratias motu proprio concedit se cundùm cōmunē opi. gl. & Doct. in c. fin. de offic. leg. lib. 6. & in cle. fin. de offi. ord. tenet Glossator sup. in reg. 15. Et dixi latè in rubr. de rescrip. lib. 6. & in reg. de anna li. in 9. uel 10. quæst. Cùm igitur mens, ra tio, & uerba regulæ uerificentur in proui. sionibus legati, meritò sub illa comprehē di debent: arg. l. ab omnibus. ff. de leg. 1. Et ita cum ista opinione uidetur trāsire do. Guliel. in collecta. decis. super reg. de infir mis resignantib. Vbi dicit, quòd reg. ista ideo non procedit in ordinario, sed in pa pa, & legato, ex eo, quia ordinarii intēdūt prouidere ecclesiæ: papa uerò & legati, ꝑ sonis, ut dicit Card. post Lauren. in d. cle. 2. Et hoc uidetur sentire Fely licet aliquā tulum se inuoluat, in c. ad aures. in 14. con clusione. de rescrip. Et sequuntur Mod. in tracta. beneficiorum, in tertia parte. q. 12 uersi. 13. qualitas. Et finaliter secūdū opi nionē istā iudicauit Rota in una Burgen. beneficiorum, coram domino Camillo de Ballionibus. 16. Decembris, me tunc præ sente, & primo responsali. Et inter alia mouebatur Rota his motiuis. Primo, quia literæ legatorum dicuntur apostolicæ. c. si apostolicæ. & c. hi, qui de præb. lib. 6. & notatur in c. si abbatem. de elect. lib. 6. qa in prouincia sibi decreta repræsentat pa pam, ut notat Bonifacius in clem. 1. num. 12. de offi. leg. Et latiùs Gundisal. in tra cta. de leg. q. 9. primæ partis. Cùm igitur re gula ista loquatur de literis apostolicis, habebit locum in legato.

Prætereà, mens regulæ in eo uerifica tur, quia siue regula edita sit propter anna tas, siue ex eo, quia papa non habet notitiā personarum, utroque modo rationes istæ militant in legato: quia de eius prouisioni bus annatæ soluuntur, & eodē modo lega tus nō cēsetur habere notitiam persona rum, sicut papa. Hinc est, ꝙ papa & lega tus dicuntur prouidere personis, Episcopi uero ordinarii, quia præsumuntur habere notitia personarum suæ diœcesis, dicun tur prouidere ecclesiis, ut dicunt omnes in cle. 2. de offi. ord. & tradit Fely. in c. ad aures. in 14. q. de rescript.

Præterea, quia uidemus ꝙ legatus, qui iurisdictionem suam reassumit à Curia Romana, pręsumitur scire ea, quę uersan tur in ea, & per consequens regulas istas Cancellariæ, quæ in ea publicantur. Vnde quando persona trahit originem suæ po testatis, & dependentiam à curia, ligatur regulis Cancellariæ, ubiq;, tam in curia, quā extra curiā. Ita dicit Fely. in c. a. in pe nul. col. uer. regulæ Cancell. de rescript.

Præterea, qa legati dicuntur omnia ser uare, & seruari facere, q̄ solēt à delegātib. obseruari. Et id quod mouet delegantem, mouere etiam debet delegatū. not. Gem. post Archid. Ioan. And. & alios in c. 3. post. tertiam gloss. de præb. lib. 6. Et in æquipa ratis dispositum in uno, habet locum in alio, uulg. l. si quis seruo. C. de furt. Ex istis, & pluribus aliis motiuis, quæ breuita tis causa omittuntur, mota fuit Rota ad sic tenendum. Et ita etiam tentum fuit tē

pore

pore Sixti, prout reperio adnotatū in memorialibus antiquis.

QVAESTIO III.

Quæro, an regula ista habeat locum in monasteriis monialium, uel aliis quibuscunque, siue illa sint consistorialia siue non?

SOLVTIO. Videtur prima facie dicē dum, ꝙ nō, ex eo, quia in illis cessare uidetur ratio istius reg. quæ fuit propter euitandas fraudes annatarum, cum de monasterius monialium ex consuetudine curiæ non soleat solui annata, sed unum rochetum, ut est etiam cautum in concilio Basilien fol. 4 in 4. col. Igitur uidetur, ꝙ non sit necessaria mentio ualoris, præserrim, quia dispositio generaliter loquēs, nō habet locum in monasteriis, de quibus consistorialiter ꝓuidetur, ut dicit Lap. alleg. 84. ut dixi in reg. de infirmis resignātib. & idem tenet Archid. in c. 2. de præb. lib. 6.

Quibus tamen non obstantib. cōtrariū fuit interloquendo dictum in vna Virdunen. monasterii sancti Mauri, corā domino Nicolao Picolomineo. Ratio fuit, ꝗa expressio ualoris non solum fuit inducta per istam reg. proptei fraudem annatarū, sed ut papa per ualoris expressionem distribuere ac dispensare beneficia secundū merita & habilitatem impetrantium ualeat. Nam ex quo papa dicitur personis, & non ecclesiis prouidere, ut dixi in prima quæstione, per expressionem ualoris iudicabit, si impetrans idoneus & dignus erit ad tantum pondus, uel ad tot redditus sustinendos. Et ita papa secundum idoneitatem, uel meritum impetrantis, uel cōcedet uel denegabit. Ista ratio militat in monasteriis. Igitur, &c.

Præterea quia mens istius reg. fuit, ambitionem petentium coercere, quæ ratio militat in monasteriis. Et quia reg. loquitur indistinctè de beneficiis, habet locum in monasteriis, quæ appellatione beneficiorum comprehenduntur.

Tamen quicquid, sit hodie de stylo cōtrarium seruatur, ea ratione: quia de illis monasteriis non soluitur annata, & ideo nulla fit expressio fructuum. Nam ista est firma propositio apud curiales practicos ꝙ expressio ualorum, semper respectum habet ad annatam: adeo, ꝙ à cōmuniter accidentibus, ubi non soluitur annata, ibi ualor non exprimitur: secus ubi annata soluitur. Crederem tamen, ꝙ in casib. in quibus annata non soluitur, si exprimeretur ualor, & malè, ꝙ locus esset isti regulę propter generalitatem eius, & rationes superius allegatas, & quia multa expressa nocent, quæ non expressa non nocent, ut in capitulo significasti, de elect. Et in summa pono hic unam doctrinam generalem pro firmo, ꝙ monasteria monialium hodie non subiiciuntur regulæ, quia non soluunt nisi Rochetum papæ pro annata. Alia uerò monasteria, aut nō sunt consistorialia, & subiiciuntur regulæ propter prædictas rationes. Aut sunt consistorialia, & tunc regulantur iuxta librū taxę beneficiorū consistorialiū: qui liber hodie habetur prò regula, & ista reg. in illis non seruatur. Ratio est, quia attenditur ualor monasterii expressus in libro taxæ, Siue igitur quis exprimat plus, siue minus expressio impetrantis non attenditur, sed libri taxa, iuxta quā fit cōpositio annatæ. Et ista ratio procedit non solum in monasteriis, sed etiam in aliis beneficiis cōsistorialib. in quib. non attēditur ista reg. quia in cedula cōsistoriali, quæ habetur ꝓ supplicatione, non exprimitur ualor dictorū beneficiorum, secundum uerā æstimationē: sed attenditur, ut dixi, taxa expressa in libro, quæ firma manet, nec uariari pōt ꝑ assertionē partis, ut dicit dec. 45. tit. de cōce s. præb. in antiquis. Et hoc est quod uoluit Arch. in d. c. 2. de præb. lib. 6. Et ita hodie in curia practicatur. proprerea non insisto. Itaq; rationes factæ in contrariū, ꝓcedunt de iure, non de stylo, cui standum est, ut legitur in c. ex literis. de constit. & c. quam graui. de crimine fals.

QVAESTIO IIII.

Quæro, an militet reg. in hospitalibus?

SOLVTIO. Io. Bapt. Cacialupis, quondā aduocatus celeberrimus, in tract. pensionis. q. 26. dicit, ꝙ si hospitale datur in administrationem, & non in titulum, non requiritur mentio ualoris: secus si datur in titul. per ea quæ notant omnes in cle. fi. de off. ordi. Aduertendum tamē est. quia Fely. in c. ad aures. col. fi. dicit ꝙ ipse, audi

audiuit, quando fuit Romę, ꝙ si hospitale excedat summam centum ducatorum, tunc requiritur mentio ualoris quia solu i annatam. Secus, si non excedat summã prædictam. Sed talis obseruatio hodie nõ adparet, quia uidemus ex stylo, ꝙ quãdo hospitalia dantur in administrationẽ, ut fructus eius distribuantur in pauperes, nulla fit expressio ualoris. Secus uero, ubi dantur in titu. beneficii. Potuit esse, ꝙ tẽpore quo audiuit Fel. erat aliqua constitutio, ꝙ fructus hospitalis dati in administrationem, exprimerentur, & tunc fieret illa distinctio. Satis est, ꝙ hodie non est in usu, & ideo vera est opi. Io. Bap. per ea quę dixi in reg. de infirmis resign. Et quod dictum est de hospitalib. idem dicendũ est de omnib. reditibus, qui non dantur in titulum, ut altaria, capellæ, oratoria, & mortuaria, & alia, quæ particularius exemplificat Fely. in c. in nostra. in primo corrollario. de rescrip. & in d. c. ad aures. in 9. col. de rescrip. Quę uerba, tacito authore, accepità Belenzino in tract. de char. subsi. q. 76. Declarando tamen, ut per eundem Fely. in d. c. in nostra. in 22. corrollario. post And. Sicu. in c. ex literis de cõsuet. & Bar. Belenzinum in tracta. de char. subsi. q. 68. & dixi in tract. expect. in 9. formula. num. 93. Et ea, quæ dicta sunt de hospitalib. dici possunt de præstimoniis, de quibus uidenda sunt quæ scripsi in d. trac. expectatiuarum. in prima forma. num. 39. cum seq.

QVAESTIO V.

QVæro, nunquid reg. ista habeat locum in gratiis de beneficiis vacaturis?

SOLVTIO. Istud dubium fuit propositum per D. Nicolaum Aragonia in vna Zamoren. Thesaurariæ, de anno 1533. Et tunc pro vna parte dicebatur, ꝙ regula tali casu non procedit. ex eo, quia reg. ista loquitur in impetratione beneficiorũ vacantium & uacaturorum, quorum potest haberi certitudo ualoris. Et hoc indicant illa uerba posita hic in tex. ibi (Seu certo modo vacaturis, &c.) ut sit sensus, ꝙ qñ impetratur aliquo d beneficiũ uacaturũ per illos modos in iure expressos, qui sunt modi certi, ut per cõtractũ matrimonii, ingressus religionis, & similes. De quibus in regula 64. tali casu requiritur expressio ualoris & procedit ista regula: secus uerò in gratiis ad uacatura, in quibus non datur de præsenti aliquis certus modus uacandi.

Ex diuerso dicebatur contrarium, & ita pro ista parte iudicauit Rota, coram eodẽ D. Nicolao, de mense Nouemb. 1533. Et secundum eandem opinionem ita etiã obseruatum fuerat tempore Sixti, ut in quibusdam memorialib. inuenio ad notatũ. Et pro ista decisione facit in primis textus istius regulæ, ibi (& idem seruetur in expectatiuis &c.) Facit etiam ratio euidẽs de qua superius in aliis quæstionib. feci mentionem. Nam ad hoc requiritur expressio ualo is, ut papa sciat dispensare patrimoniũ Iesu Christi, secundum meritum personarum petentium, ut sic possit unicuique de reditibus ecclesiasticis secũdum meritum, industriam, uel habilitatẽ personæ prouidere, ut dicit Abb. Fely. & alii in repetit. cap. ad aures de rescrip. Sed ista ratio militat in gratiis de uacaturo. Igitur militabit etiam dispositio. Et ista opinio suadetur etiam ex generalitate uerborum istius tex. qui indefinitè loquit. Ergo debet intelligi tã de beneficiis uacãtibus, quàm uacaturis, certis & incertis. arg. tex. no. in c. quia circa. de priui. Nec obstant illa uerba (certo modo) quia non indicant modum uacationis, seu formam impetrandi, ut patet in reg. de annali, & in aliis regulis, quæ utũtur simili mõ loquendi: & tñ absurdum esset, & cõtra communem, & receptum sensum, illas regulas ad illos tres, uel quatuor modos uacandi superius nominatos restringere. Quod ulterius demõstrat: quia regula ista cõtinet duas partes alternatiuè. Prima est circa beneficia uacãtia. Et ista pars intelligitur generaliter de quacunque uacatione. Quia quando fit mẽtio uacationis simpliciter, & nullus modus exprimitur, uenit omnis modus uacãdi, ut dicit Lapus alleg. 6. in 2. col. cum conc. ut scribit Fel. in c. in nostra. in 37. corrol. de rescr. Et est tex. in c. ex parte. el 1. de offi. deleg. Si igitur prima pars alternatiuæ, de beneficiis uacantib. debet intelligi generaliter codẽ mõ secũda pars alter

alternatiuæ, de beneficiis uacaturis, debet etiã intelligi generaliter de omni specie uacationum, siue sit per illos quatuor modos certos in cancellaria usitatos, siue alio quocunq; modo etiam incerto: quia una pars alternatiuæ debet intelligi, & declarari secũdum aliam, iuxta vulg. doctr. Bar. in l. 1. ff. de reb. dub.

QVAESTIO VI.

QVæro, an regula ista obstet regressui, in quo non est expressus ualor secundum communem æstimationem, prout hic requiritur, ex eo, quia in prima gratia fuerat expressus?

SOLVTIO. Breuiter istum casum ponit D. Gulielmus hic, in quibusdam adnotationibus, & dicit Rotam tenuisse in vna Burg. beneficii, regulam non obstare: quia sufficit, in prima gratia ualorem expressisse. Nam ad illam tanquam ad originalem matricem habetur recursus, ut etiam tũc adnotauerat R. P. D. Simonetta primarius auditor. Si uerò in prima ualor non exprimeretur, regula obstaret, & ita iudicauit Rot. de quo latius per eum.

QVAESTIO VII.

QVæro, an regula ista procedat in beneficiis commendatis?

SOLVTIO. Rota in vna Taurinen. de mense Decembri, coram R. D. Io. Clerici tenuit, quòd non, ex eo, quia regula ista est odiosa, & loquitur de beneficiis uacantibus, & uacaturis, quæ uacatio non uerificatẽ in cõmenda, ut tradũt oẽs in c. nemo de elect. lib. 6. Et quia in commenda de beneficio nõ prouidetẽ, tanquã de uacãti, sed deponitur beneficium ad effectum prouidendi, & ideo manet antiqua uacatio, ut tradit Aret. post gl. & alios in c. si constiterit, de accus. & Rom. cons. 150. Verũ q̃a su per ista decisione posset moueri scrupulus ex eo, quia est magnũ discrimẽ inter commendã perpetuam & temporalem, uidẽda sunt ea, quæ latissimè dixi in reg. de triennali. q. 5. & in aliis præcedentibus regulis.

QVAESTIO VIII.

QVæro, quare papa hic expressit tot uarietates monetarum, & an expressio itaq; monetarũ debeat fieri secundũ æstimationem loci, ubi uacat beneficiũ, an uero secundum ualorem Curiæ Romanæ?

SOLVTIO. Videtur dicendũ diuersitatem istarum expressionis monetarum positam esse ad denotandum diuersitatem nationum & gentium, tunc ad Vrbem Romam accurrentium. Quam quidem monetam unusquisque secundum qualitatem & quantitatem intrinsecam loci beneficii non loci impetrationis exprimere tenebatur, ut dicit dec. 64. titulo de rescrip. in antiquis. & ante illam hoc expressiùs tenuit Old. in consi. 168. incip ad primam. in tertia quæst. Sequitur Pet. de Anchar. in cle. unica. col. fi. de concess. preb. & Ioan. And. in addi. ad Specu. eo. titu. in fi. Et hoc cõsonat isti regulæ non sine ministerio tot monetarũ species numerantis. quod aliunde non euenit, nisi quia papa uoluit morem gerere uisitantibus urbem. Nam illis temporibus omnia ferè regna Christianorum sedi apost. obediebant, & ad eam, tanq̃ ad Asylũ Romuli cõfugiebãt oẽs. Et ita unusquisque in impetrationibus & literis apostolicis exprimebat ualorem per monetã suæ gentis.

Tamẽ considerandũ est, si potest teneri cõtrarium: quia text. hic non disponit expressionẽ ualoris in gratiis apostolicis debere fieri secundum æstimationem locorum uenientiũ ad urbẽ, sed secũdùm communẽ æstimationẽ curiæ. Itaque secundũ hoc locus impetrationis attendetur. & ad illius locis æstimationẽ genus illud monetæ reduci debet, quod uoluit expresse Egidius decisione secũda. Vbi dicit, hoc ideo factum fuisse, ne papa deciperetur, qui de facili ignorare potest locorum consuetudines circa æstimationes, iuxta capitulum 1. de cõst. li. 6. Et ideo licet nomẽ monetæ in supplicationibus exprimatur per libras Turonenses, uel Marchas sterlingorũ: ualor tamẽ beneficiorũ debet considerari, secundũ quod ualet in portatis in urbe, ut refert Glossator in regula. 23. in fine. ubi dicit ita seruare Rotã, & hoc sentit Oldr. in consil. 118. inci p. ex uirtu te. & dixi in tract. expectatiu. numero. 104. Et ista opinio mihi uidetur uerior, quã uidetur tenere Panor. in c. quãto. in ultima colũ. uers. quid autẽ in mãdato. &c. de iureiur. ubi

dicit,

dicit, quòd æstimatio & ualor monetæ debet intelligi secūdū æstimationē loci cōcedentis,, allegat hoc tenere Guliel. de Monte Lauduno in cle. 2. de deci. qui allegat rationē Egidii: Et uidetur ad hoc text. cum gloss. in d. cle. secūda, ubi notant omnes, & sequitur Felyn. in cap. ad aures. in 11. conclus. de rescrip. & illa decis. Egid. sequitur etiam Rochus Curtius in repet. cap. fi. in 7. q. de consuet. & ita hodie seruatur.

Et ista omnia de plano procedūt in gratiis principalib. ut satis fiat regulę, & taxis beneficiorū, ne decipiantur officiales. Secus autē est in reseruationibus fructuum pro pensione: quia tali casu non habetur respectus ad ualorem, secundùm quem fit expressio in bulla, sed secundùm quod ualent in partibus: ut conclusit Rota 16. Nouemb. 1537. coràm me in una Calagu. canonicatus & præbendę. Iuxta quā determinationē Rotæ ita iudicauit Dom. Ioannes de Anguiano arbiter inter partes electus. Et casus ille talis erat: quia Rodericus de Auila resignauerat canonicatū & præbendam prædictos, quarum ualor uiginti quatuor Duc. aur. de cam. sec. com. æstim. ual. an non exced. in fauorē Ioan. Lupi, reseruata sibi medietate omnium; & singulorū fructuū prædictorum propria autoritate percipiendorum leuandorum, & colligendorum, &c. Adueniēte tempore solutionis Rodericus partem uini, grani, & pecuniarū usq; ad medietatē fructuū capere uoluit Ioā. uerò hoc prohibuit, dicens, non teneri ei, nisi ad duodecim ducatos, quæ erat medietas ualoris canonicatus prædicti expressi in gratia. Et quia in ea dicebatur fructuum prædictorum, dubitatum fuit, quid iuris. Domini omnes dixerunt, medietatem illam fructuum debere intelligi, prout in partibus æstimatur, & ualet, non prout in curia: quia illa uerba propria authoritate percipiendorum & colligendorum, &c. hoc innuūt. Si enim Rodericus capere pecuniā cogeretur, & ad hoc Ioan. eum cogere posset, frustra in literis resignationis dictum fuisset, quòd Rodericus fructus propria authoritate capere posset. Nam pecuniam capiendo nō posset dici fructus percipere, sed ualorem fructuū, quæ sunt inter se diuersa. Vnde ex quo Rodericus nō reseruauit sibi dimidietatem ualoris expressi, sed fructuū intelligetur de illis, qui propria authoritate colligi possunt. Nec obstat uerbum prædictorū. qa nō refertur ad ualorē expressum, sed ad canonicatum & præb. prædictorū. Et ita intelligi debent secundum mentem resignantis, qui agit de damno euitando. Resignatarius uerò agit de lucro captādo arg. l. fi. §. in computatione. C. de iure deli. Et ita dicitur, quòd actus agentium secundū eorū intentionē intelligi debent: uulg. l. obligationū substātia. ff. de act. & obli. Nec obstat, quòd fructus canonicatus sint expressi ad uigintiquatuor. Qui illud potius ex stylo Curiæ ne gratia sit nulla, propter istā regulā, si nullus ualor exprimeretur, quàm de iure fit, secūdū gl. in cle. 1. de preb. Quia clarum est, ꝙ ferè omnes canonicatus Hispanię nihil ualent in portatis. Et quia requiritur in literis expressio alicuius ualoris, ponuntur omnes ad uiginti quatuor, etiam si fuerit canonicatus Toletanus, qui inibi residendo ad mille ducatos ascendit. Adparet igitur, ꝙ illa expressio ualoris magis fit ut satisfiat regulæ, quā propter alium effectū, præsertim qa illa expressio ualoris, quæ fit in resignatione prædicta magis fit respectu resignatarii, cui prouideri debet, & cuius prouisio fuisset nulla, nisi esset expressus ualor quā respectu resignantis. qui isto casu nō indiget ualore expresso, cum sine illo posset expedire bullā suæ reseruationis medietatis fructuum, & illam in partibus exigere: quia regula ista non habet locum in tali reseruatione fructuū. Et ista interpretatio est æqua, uerisimilis, & rationabilis, secūdū quā iudicauit d. Io. de Anguiano, prout dixerat Rota. Et est notandū ulterius, ꝙ licet ualor fructuū pro soluenda pensione debeat fieri, prout consideratur in partibus. Hoc autem non haberet locū quando fit solutio pensionis in curia: qa solet solui in ducatis auri de Camera, prout sonat literæ Apostolicæ, licet in partibus sufficeret soluere in moneta, dūmodo illa tantū ualeat, nec cogitur debitor soluere pēsionē in auro. Vt tenuit Rota in una Elnen. pēsionis corā me, inter Dominos Hieronymum de Requesens episcopum

pũ Elnen. debitorẽ pẽsionis. 400. ducat. super episcopatu Elnen. & Ferdinandum Loazes inquisitorem Cataloniæ pensionarium, de mense Nouemb. 1539. mota per ea, quæ notantur per omnes. in l. paulus. ff. de sol. & in l. 2 ff. si cer. pet. Tamen aliquibus uidebatur dura hæc decis. ex eo q̃a in literis apostolicis dicitur, ꝙ solutio fiat in ducatis auri de Camera, & non dicitur in ualorem eorum. Vnde propter illam qualitatem auri, solutio fieri deberet in auro iuxta decis. Parlamenti Guido papæ 492. & Mar. Soc. cons. 6. circa fi. Tamen tenendo opinionem Rotæ ad illa dicta patet responsio ex iis, quæ ipse idem Gui. dicit in d. decis. se Franciæ practicasse, ut ibi per eum. Et opi. Rotę est communis, ut patet per omnes Moder. in tract. moneta.

QVAESTIO IX.

QVæro, Pro intelligentia istius text. secundum ordinem literæ, quid intelligat ista regula (per marchã argenti) quid rursus per libram. & quid per alias monetarum species hic designatas?

SOLVTIO. Vt singula monetarum uocabula hic expressa, ac earum origines & ualores hactenus per aliquem non scripta, secundum cursum nostri tpis declarẽtur, sequar ordinem literæ, & incipiendo a marcha, est sciendũ, ꝙ istud nomẽ, Marcha, apud peritos linguæ latinæ non inuenitur, sed recens fuit, & uulgare nomen: de quo meminit tex. in c. constitutus, de proc. ibi, unam marcham sterlingorum, & in c. 2. de arb. & c. cum pridem. de pact. & in c. significauit, & c. quãto, de cens. Et fortassis de isto noĩe in Decretalib. alii texr. non reperiuntur, quam isti. Et ista marcha aliter capitur de iure, aliter secundum consuetudinem particularium prouinciarum, & locorum, ut inferius in specie declarabitur. Nam æstimatio marchæ legalis est uniformis, quo ad omnes, nisi in locis, ubi est specialis consuetudo circa ualorem, quia in illis æstimabitur marcha secundum communem usum illius prouinciæ, nisi in solutionibus a lege impositis. Quia tali casu solutio alicui facienda per marchas, intelligetur de marcha tpe legis conditæ, non aũt usuali alicuius loci, ut tradunt d. Ant. & Abb. & alii in c. conquerente, de off. ord. Bal. in l. quicunq;. in ult. col. C. de ser. fug. Et ante ipsos Old. cons. 250. factum tale est. Et idem tenet Abb. in c. quanto. col fi. de iureiu. & in cons. 56. in ei p. quod solutio. lib. 2. Et Moder. in l. fin. ff. de in ius uoc. Quicquid dixerit Ro. in cons. 223. circa primum, & Pau. de Cast. in l. 2. C. com. de leg. faciens differentiam inter legem & statutum. Et marcha legalis constituitur ex octo unciis auri ut tenet in specie Io. Fab. in §. nos aũt, inst. de Atrilia. tut. Et q̃libet uncia ualet octo duc. ut dicit Bar. in l. quoties. C. de susc. & Arch. lib. 10. & Abb. in d. c. conquerẽte. Itaque marcha s̃m dispositionem iuris constabit ex duc. 64. Quod est utile ad multa, ut dñt Modern. Pap. in l. 2. §. ex his. ff. de uet. ob. cum cõc. ut scribũt Mod. in d. c. conquerente. Et de ista marcha legali non loquitur legista sed de marcha usuali cuiuslibet puinciæ. Ex quo infertur, ꝙ si clericus francigena impetrat gratiam duorũ beneficiorũ, quorũ unũ sit in Frãcia, aliud in Alemania, in primo exprimet ualorẽ librarũ Turo. paruorũ, q̃ est moneta Franciæ, ut apparet in cle. fi. de mag. in alio exprimet marchas, q̃ est moneta Alemanię. Et ita ĩ specie tenẽt Abbreuiatores, ut referẽt in illo lib. qui uulgò dicitur, Stylus, seu pract. Canc. fo. 74. Intelligentes tñ, monetã sterlingorũ esse monetã Alemaniæ ꝑ participationẽ, alias male diceret ille liber: q̃a moneta sterlingorũ origine & inuentione, est moneta Angliæ cusa sub Hẽr. 24 ut statim dicã. Et marcha argenti, de qua loquitur ista reg. ualet ducatos 5. de Camera. Si uerò fuerit de argẽto puro, ualet ducatos sex, ut inuenio in quodã peruetusto lib. taxarũ sedis Apost. adnotatũ. Et ista marcha arg. uariatur s̃m cõsuetudinem diuersorũ locorũ. Quia in Anglia marcha sterlingorũ ualet duc. 4. Et ita declaratur tex. in d. c. cõstitutus, de procur. qui loquitur de marcha sterlingorũ.

Vt scias originẽ istius monetæ sterlingorum paucis antea notã, est sciendũ sub Henr. Rege Angliæ, illius nominis 4. celebratũ fuisse cõcilium Londini, anno Salutis 1249. in quo inter alia salutaria decreta, illud quoque pro commodo publico sancitum fuit, ꝙ grossi argentei, qui tpe illo, permittente auaritia regis, iam ton

si,& a bonitate argenti deprauati, expen debantur, dissoluerentur, & loco illorum moneta sterlinguorum cuderetur, ab effigie sturni auiculæ in altera parte numi impressa ita uocata, quæ quidem auis lingua Anglica sterling appellatur. Et ita hodie omnis Anglica moneta sterlinguorum nomine putatur. Et cur denarius ille nomina illius auiculę sterling. fuerit signatus, causam tradunt, q ea auis, pars foret insignium, quib. Reges id temporis multarum possessionum, uel extramarinarum domini, usi sunt. Quemadmodum Reges hac ætate solent insignibus regiis, singula suorum regnorum insignia adiungere, quo potentia existat quam maxima, siue q nummus in altera parte haberet notā stellę, quam Angli ster uocant. Ita q hodie isti denarii sic signati repetiuntur, ut aliis omnibus author est Polydorus historiæ Anglicæ, lib. 16. Vel fortassis ista moneta sterlinguorum nomen accepit a castello quodam in Anglia sterlingum nuncupatum. De quo idem author meminit lib. 13. & 14. Et de sterlinguo agro etiam fit mentio ibidem lib. 1. Sic etiam de sterlingensi pōnte habetur in eadem historia lib. 17. Sed in Hybernia ualet marcha sterlinguorum ducatos quatuor, marcha uerò Renensis argenti pari, ualet ducatus Renenses. 8. cum dimidio. Ex quibus ducatis Renensib. quatuor, tres ducati Vngari ci constituuntur. Itaque marcha Renensis ualet aureos Renenses, 70. & parum plus. Marchus uerò Parisiensis est nouem unciarum ex nostris communibus, & tertia pars alterius unciæ. Et ex eo fiunt ducati 70. Et inter istas monetas marcharum sterlinguorum, Turonensium & Parisiensium est magna differentia, ut not. Petr. de Bellap. in l. si. C. de compens. Marchus uerò ad usum Mediolani facit aureos, siue ducatos sex. Et continet marchus prædictus unciam nouem pretiosi argenti, ut latius declarant Mod. Asten. in tract. augmenti monetarum in ult. concl. Et hæc de marcha.

Sequitur in tex. uel librarum Turonensium, &c.

Libra Turonensium paruorum de qua loquitur ista reg. ualet ducatum unum de Camera. Et secundum hoc, libra constat ex duodecim Turonensib. qui quidē duodecim Turonenses constituunt unum ducatum, ut expresse ordinauit Bened. 12. in extrauag. uas electionis. §. si. posita sub tit. de cens. de qua meminit Fely. in c. 2. in 8. col. & c. ad aures, col. 9. de resc. Et ita in cōcernentib. literas & Cameram apostolicā, istum ualorem uoluerunt seruari facere summi Pontifices, ut patet in reg. 23. Et iuxta istam æstimationem scriptę fuerunt taxæ officialium Cancellariæ, compositæ per Io. 22. cum curia resideret Auinioni. Et secūdum eosdem Turon. Bened. 12. taxas sacræ Pœnitentiariæ composuit, ut habemus in originalib. formulariis illorum temporum, per eundem Benedictum editis. Quo factum est, ut cum curia manserit apud Gallias per 84. annos. Et sic a tempore Clem. 5. usque ad Greg. 11. qui curiam in urbem reduxit, ut historici referunt, usus Turonēsium adeò inualuit, ut quodā modo callum obduxerit usque in hodiernum diem. & hoc propter memoriam illius temporis. Tum etiam, quia illo tempore illa moneta utebantur Franchi, quorum erat peculiaris cursus ad curiā expeditionis causa, adeò, q ferè omnes Cancellariæ Apostolicæ expeditiones a Gallis conficiebantur, & ideo bonum fuit, q monetæ illius nomen duraret, deuotione durante, quæ modò omnino cessant. Et quanuis Glos. super regula 23. referat opin. quorundam de orig. istius monetæ Turonensium, quas postea deridet: nihilominus ego existimo monetæ huiusmodi originem initium habuisse à Turonibus, est. n. ciuitas illa in Gallia Narbonēsi antiqua, & percelebris nomine Turon, cuius pręsul Arnulphus a Sācto Remigio baptizatus, inter Sanctos relatus est, hic primum moneta ab urbe nomen accepit quæ tunc in Gallia communiter expendebatur, & fortè tempore Clementis 5. dum Auinioni resideret, in usum tradita, anno 1305. circa quem annum, monetæ mutatio reperitur facta, & ob eā causam uarii tumultus exorti, ut Rob li. 7. historiæ Gallorum meminit. Et tunc hmōi monetā p Io. 22. eius successore taxis Apost. adpositam constat. Et cūm ualore prædictę librę

Turonensis, de qua loquitur illa regu. con cordã: libræ monetæ ciuitatis Meten. Flã driæ, & Regnorum Valentiæ, Barchinon. & Iacen. Nam in dictis regnis, seu prouin ciis libra etiam ualet ducatum unum, ut experientia cognoui, & etiam attestatur Franciscus Sancti Clementis Barch. in Ari thmetica sua. Exceptis istis omnes aliæ ꝓ uinciæ Christianitatis differunt in ualore libræ, prout etiam libræ legales differunt ab omnibus istis, ut statim dicetur. Nam videmus Maiorien. libras tres, ducatos duos conficere. Et similiter libræ tres Tu ronensium in Francia reddunt ducatos duos. Et francus etiam in Francia est ŭmi lis libræ. Quorum tres franci reddunt du catos duos. In Normandia etiam tres li bræ ualent duo scuta auri. Ab his tamen differt libra monetæ Britanniæ, quæ ua let minus ducato uno. Nam decem libræ Britanniæ, ualent octo ducatos de camera. Parisiensium uerò libra ua let parum minus libra Britanniæ, & mo dicũ plus libra monetæ Franciæ. In Scotia uerò, libra monetæ sterlingorum ualet du catos duos. Sed libra monetæ usualis ibi dem ualet ducatum unum, & tres similes libræ ualent ducatos tres, quæ reddũt unã libram sterlingorum ex compositione an riqua. & duos ducatos cum dimidio ſm aliquos, sed ut accepi a fide dignis, reuera ualent ducatos tres. In Anglia libra sterlin guorum ualet ducatos sex. Et promissio simpliciter ibi facta de libris monetæ An glicæ, licet sit ibi uaria moneta tamẽ secũ dum cõmunem usum, in dubio debet in telligi de libra sterlingorum, ut refert se de facto habuisse Lanfr. in rep. c. quoniã contra falsam. in uer. restium depositio nes, in ante col. uers. hinc est, &c. de prob. sequitur Cur. in rep. c. fi. in 7. q. de cons. Li bra uerò monetæ Pap. ualet solidos 20. ut refert Brun. Asten. in tract. de augmento concl. fi. Sed Parmę aliter fit æstimatio: qa ibi libræ 5. & solidi 8. faciunt ducatum unum: Et centum & quinquaginta solidi reddunt ibi etiam scutum unum, ut habui in quadã causa Parm. ita taxata in Rota. Venetiis uerò una libra constat ex marcel lis duob. Quorum duodecim marcelli ua lent ducatum unum. Itaque ducatus ĝsti mat ibidẽ sex libris. Sed libra gross. q̃ mer cãtilis appellatur decẽ ducatis ibidẽ æsti matur, ut notissimum est. Bononienses etiam libras suas habent, quarũ cõmmu nis, siue uulgaris libra, quæ in usu est, Bo logninos 20. ualet, qui reddũt Baiochos 30. & per consequens tertiam partẽ unius ducati, plus minus.

Ab istis omnibus differt libra legalis quæ secundùm antiquos Iurispẽritos ualebat septuaginta & duos ducatos: ut est tex. expressus in l. quotiens. C. de su scept. Præpositis, & Arch. lib. 10. Et decẽ aurei, siue ducati ualebant libram argen ti, ut in l. 1. C. de argent. præb. lib. 10. Po steà uerò introductum fuit, quòd libra non ex 72. sed 96. aureis constitueretur, ut Bart. in d. l. quotiens. Alberic. & alii. in l. fina. ff. de in ius uocand. meminerunt. Et ita se habet communis opinio, ut pa tet ex his, quę Fely. congerit in c. conque rente. de off. ord. & Ias. in l. 2. §. ex his. in 8. col. ff. de uerb. obli. Sed illud fortè an tiquo tempore introductũ fuerat: quia erat minor argẽti, uel maior auri copia, uel quia (ut dicunt quidam historici) au ri bonitas non nisi à Iulio Cæsare, ut us que ad Vespasianum perdurauit. Et ideò post illos, ducatus 20. libras æris ualuit, ut adparet in l. 1. C. de colla. æris. libr. 10. Hodie uerò calamitate temporum factũ est, quòd Alpha reuolauit ad Omega, id est extremitas ad principium, ut dici tur in c. ab exordio. 35. distinct. Nam im mutata auri bonitate, cudiũtur hoc tẽpo re ducati, ut leuiores, ita & uiliores, quo rum sex unciam & 72. libram implent, ut olim. Inter utrunque tamen tempus hoc est discrimen, quia aurum & argentum illis temporibus probatum fuerat, id est purũ, putum, & defæcatum, quod distin guitur per 12. gradus, grana uulgus appel lat. Et illud est omni argento pretiosius. Nam argentum purum, putum, id est, de puratum, quod indoctum uulgus argen argẽtũ de copella appellat, esse ligę 12. de nariorũ, ꝓ cõperto habẽt licet hac ætate eius bonitas ꝑ admistionẽ æris sit depra uata. Huius autẽ deprauationis taxati fuerãt olim inter cæteros Aragonẽses, & quidã alii, sicut etiã seruare bonitatis au

ri Veneti & Anchonitani bene audiebāt, ut refert Lucas de Penna in l.unica. in fi. C.de arg.pretio.lib.10. Nam satis constat, quòd cum denarii eris argento puro im misceantur, tot grana bonitatis argentum amittere. Et illud argentum purum, putū, seu ut uulgus appellat copellatum, Odof. in l.2.ff.si cer.pet.pugillatum nominat. Sed Iurisc.in l.in naue. ff. locati. pusillatū dicit, ut de iis meminit Gel.li.6. Noctium Atticarum c.5.& reassumunt Moderni quī dā Galli in pdicta l.in naue.qui, ut opinor, eorū dicta ab Ant. Nebriss. Hispano uiro eruditissimo in Lexicon iuris acceperunt nisi idem spiritus in duobus corporibus fuit. Latini uerò, quod illi dixere pusillatum, ipsi pustulatum appellant, quod est purum absque omni spurcitia. Nempe pustula idem refert quod puri argēti massa, ut Mar.pluribus locis meminit, & Iuue.Sat. 10. Pauca licet partes argenti uascula puri. Et Sue.Tranq.in uita Ner.in hęc uerba idē refert: Nūmū asperū, argentū pustulatū aurū obrizū exegit. Sed hæc de argēto.

Aurum ēt in 24. pretiositatis gradus distinguitur, uulgus characteres appellat, quale assimilatur hodie ungaricum purū quod obrizum Græci ut Tranq.& Plin.attestantur, Latini uero multipliciter excoctum dicunt, uel, ut uulgus cimentarum. De quo etiam loquitur tex.in l.fin.C.de uet.nu.pot.lib.11. Hinc obrizati appellabantur numi, qui ex optimo & puro auro confecti erant, ut in l.unica. C. de oblat.uoto.lib.12. Nostra tamen ætate nullum aurum, quod 24. characteres attingat, reperitur. Quo fit, ut qdam dixerunt aurum ad 24.characteres decoqui minimè posse. Nam ungaricum, quod pretiosius cæteris æstimatur 23. characteres non trāscendit, ut a peritissimis huius artis accepi qd̄ ēt attestatur Bilibal.in lib.æstimat. numismarum.fol.4. Vtcunque sit, ætate nostra libra auri legalis, constat ex 96. ducatis, & eiusdem æstimationis fuit apud Ro. ueteres, hoc patet: quia libra constabat, ut hodie, ex 12.unciis. Vncia uerò constat ex drachmis octo Itaque libra cōtinet drachmas 96. quę constituunt totidem ducatos, & sic adparet quemlibet ducatum esse drachmalem, i. pendere drachmā unā. Et in hoc hodie conuenimus cum antiquis Romanis: & uerum est, ut in ducatis Vngaricis periculum fieri potest. Quorū quilibet unius drachmę pondus habet. Et idē de ducatis Venetis & Florentinis refert Bar.in l.quotiens.C.de suscepto.li.10. Et hæc de libris sufficiant.

Consequenter textus hic ponit aliam speciem monetæ, quam Florenum appellat. Et habet hæc species monetæ, propter uarias prouinciarū cōsuetudines, incertā æstimationē, ut dicit Saly.in l.fin. C.si cer. pet. Tamen de iure, Florenus, ducatus, & solidus idem referunt secundum Moder. Asten.in tract.monetarum. Et ita pro ducato ponit in taxis sedis Apostolicæ beneficiorum consistorialium: quę per Florenos auri distribuuntur. ex quo datur intelligi, taxarum inuentionem ante cussionē ducati fuisse editam ut etiam inferius adparebit. Quorum quidem Florenorū denominationem à Florentinis originē habuisse satis comperrum est. Nam ut hac in re testis est Io. Villanus Florentinorū antiquus historicus, lib.6. c.54. Historiarū, cū ciuitas Florētina iā opibus, potētia, & dominatu in immēsū cresceret, placuit mercatorib & populo, ut moneta auri cuderetur. Nā usq; ad illa tpa ciuitas illa argenti moneta usa fuerat ualoris 12. denariorū. Sic itaque de mense Ianuario, anno à partu uirginis 1252. Florenus ex auro 24. characterū omniū purgarissimo ualoris soli dorū uiginti cudi cœpit: quorū octo Floreni, auri unciam pēdebant Florenus dictus à Florentia, cuius nomē per florem Lilii albi referebat ex una parte, ut meminit idem historiographus li.1.c.40. ab alia uero parte sancti Io: Baptistæ effigies, ipsius Vrbis pmi protectoris, regenerationē urbis psentabat. Nā cū anteà ciuitas tota idōlis seruiret, facta cōuersiōe, placuit, primo ex tēplo Martis, ecclesiā cathedralē suo nomine sancti ioānis erigi: idq; factū fuisse Cōstātini & Siluestri tpib. idē autor li.1.c. 60. histor. refert. Itaq; ex pmissis adparet, Florenos nō solū à ciuit. Florētia sed à flore Lilii impressa nomē accepisse. Inde paulatim Floreni nomē, & usus ad alias puincias emanauit, quę alii Dn̄i uiciniores in suis dn̄iis cudi fecerūt: usq; adeò, ꝙ purit. a illa

illa auri, aere contaminata fuit: quo crimine Marchiones montisferrati, & apud Ianuenses Spinolæ illo tempore taxabatur, donec Io. 22. anathemate prohibuit, ne de cætero illa moneta cuderetur nisi à Florētinis, ut lib. 9. c. 279. eiusdem historiæ cautum legimus. Huius tamen Floreni usus paulatim ad Vltramontanos serpsit, æstimatione tamen uariata. Nam floreni auri in Aragonia alterius ualoris reperiuntur: quia tres similes ualent ferè ducatos duos & in Camera quatuor floreni similes pro ducati tribus computantur. In Sabaudia uero florenus cum dimidio, & grossi duo unum ducatum referunt. Florenus autem in Sabaudia ualet Baiochos 32. Sed Renenses floreni ad rationem 40. grossorum monetę Flandriæ, pto quolibet floreno, ex illis septem reddunt ducatos quatuor. in regno uero Nauariæ tres floreni ex illis pendent similiter ducatum unum de Camera. Et floreni monetæ prouinciæ tres faciunt unum ducatum: Venetis uerò florēni æstimatio, ad 10. Marcellos illius monetæ argenteæ extēdit. Sed Romæ uarius est usus. Nam apud seculares Romanos, florenus ad Carlenos quinque taxatur. Sed in camera Apostoli ca in taxis, pro ducato de Camera capit, Quod credo factū fuisse potius ex abusu exigentium taxas, quàm ex certa scientia principis, quod ex eo adparet: quia in quadā constitutione concilii Cōstātien. posita inter extrauagātes antiquas, sub ti. de exce ss. p ræl. & de offi. ord. incipit, Sanè prælati, &c. Florenus de Camera grossis decem æstimabatur. Quo factū est, ut cū posteà ducati de camera cussi fuerint, appellatio illa de Camera, imposita floreno, errore quodā, assimilata fuit ducato de Camera. Itaq; perinde florenū æstimarunt, ac ducatū, cū reuera plurimū differrēt, ut superius adparet: nisi dicamus Io. 22. æstimationē floreni & ducati ęquasse, ex eo, quia cū apud Florentinos sola illa moneta auri puri cuderetur, ad æstimationē ducati, placuit & ipsi Ioanni eandē monetam sub eadem æstimatione cudere cæteris omnib. (exceptis Florentinis) sub anathemate prohibitis, ut in dicta Florentinorum historia adparet, ut dixi in proœmio istius reg. Itaq; ab illo tēpore taxę ad ualorem florenorum fuerunt editę. Et ista de florenis sufficiat.

Sequitur in tex. (aut ducatos, &c.) hoc genus monetæ, seu eius nomen apud ueteres non fuit: sed circa annū salutis quingentesimum septuagesimū, initiū habuisse satis cōpertū est. Nā cuius monetæ autor, ut Blōdus, Platina, & recētiores histori ci meminerūt Albinus quidā circūfertur, qui primas omniū in Italiā nomē regiminis Grææ superbiæ plenū tulit, uidelicet ut Exarchus diceretur. Idē primus ueterē administrationis formā tota Italia sustulit, & singulis urbib. singulos, qui potestate præirent, constituit, quos duces uoluit appellare. Quo contingit, ut multis inde annis aureus numus, qui Romę cudebatur, ab inde Romanos Ducatus fuerit appellatus. Indeq; est nomē adeptus; cuius denominatio in hodiernum usq; diē manet, & de iis etiam Polydorus lib. 2. de inuentorib. rerum, autor est. Mirandum tñ ꝙ cum apud uarias gentes prædictæ oēs monetæ uarietatem receperint, solius ducati apud omnes uniformis fuit denominatio, par etiam similitudo ualoris. Nā ducati Vngari, Veneti, Hispani, Florentini, & fere omnes alii ducati maiores, qui uulgò Largi appellantur, idem pondus & parem ualorem retinent. Ex quibus posteà summi Pōtifices aliam ducati speciē cudi iusserunt, quam de Camera nuncuparunt parum à superius dicta differentem. Prodiit deinde alia monetæ species in Gallia quam scutum appellant, eamq; duplicem uoluerunt. Hinc est, ꝙ inter scutos nouos & ueteres in Camera fit discrimen. Quia antiquum scutum reddit idē, quod ducatus: nouū autem scutū in taxa, t. ouē Iuliis, & vno grosso æstimatur: quāuis tempore Clementis 7. ad nouem Iulios fuerit redactū. Non tamen est omittendum, ꝙ modernis temporibus inuenta est alia ducati usualis moneta, quę secundum diuersas regiones uariatur. Nam Papię ducatus non ualet nisi libras quatuor. Itaque appellatione ducati, de cōi usu loquendi, intelligeś de ducato quatuor librarū, nō autē de ducato auri, qui plus ualet: ut refert Rochus Curtius ī rep. c. fi. in 7. q. de cōsuet. Et ita dicēdū erit in quolibet loco. Nā Romę

simplex ducati appellatio inter Romanos intelligitur de 10. Carlenis, nisi auri mentio fiat.

Sequitur in tex. uel unciarum auri, &c. Notum est iam omnibus, etiam tonsp ribus, ꝙ uncia auri ex drachmis octo constat, quantum quælibet unum ducatum reddit. Ex quo adparet, ducatos omnes auri drachmales esse in pondere suo, ita ꝙ uncia auri, ducatos octo ualebit ut dicit Bartol. in dicta l. quotiens, & Moder. Pap. in d. l. 2. §. ex his. Ex quibus de primo ad ultimum infertur, libram, quæ ex duodecim unciis constat, ducatos 96. reddere. Vncia uerò argenti sterlingorum 26. denariis, qualis etiam hodię æstimatur ut refert Polyd. li. 16. historiæ Anglicanæ.

Rursus dicitur in tex. seu alterius monetę, &c. Sub istis uerbis possunt comprehendi reliquæ omnes monetæ usuales cuiuslibet prouinciæ, quæ hic non exprimuntur, ut sunt marabatini Hispaniæ superioris, quæ Castella appellatur: & inferioris quæ Valentia, seu Tarrac. dicitur. Et licet hæc moneta in Castella hodie tantum usitetur, olim tamen omnium regnorum utriusque Hispaniæ, usque ad Lusitaniā communis erat, dissimili tamen æstimatio ne. Nam in regnis Valentiæ unius Marabatinus dimidio scuto auri æstimabatur, de quo adhuc hodie in pœnis legalibus, in memoriam uetustatis, ac pro quadam solennitate solet fieri eius denominatio, quamuis eius forma ignoretur. Et talis moneta antiquis temporibus in Lusitania etiam in usu fuerat, ut adparet ex tex. in c. cum olim, de priuil. ubi de illis Marabatinis fit mentio. Et secundum hoc uidetur dicendum, ꝙ illi Marabatini, de quibus in d. c. cum olim. fit mentio nō fuerint illius æstimationis cum illis, quib. hodie utuntur Castellani qui parui admodum ualoris sunt. ridiculum enim esset. de tam parua quinque ducatorum summa, inter illos abbates ditissimos, tam longam tragœdiæ quęstionem componere, ex qua meruit illa constitutio decretalis fieri. Vt igitur res uideatur uerisimilis, & conueniens tam personis, de quib. ille tex loquitur, quàm Rom. Pontifici autori illius decretalis, est tenendum, illos Marabatinos, de quibus ibi notatur, non de modernis, quibus nūc utitur Castella, sed de Marabatinis ueteribus regni Valentiæ uel Lusitaniæ debere intelligi. Et ita intelligendo, summa illa Marabatinorū expressa in d. c. cum olim scuta mille continebit, quę satis notabilis summa posset uideri, quę illos abbates ad litigandum moueret. Et hoc modo dispositio illius textus bene quadrat quantitati expressæ.

Et istis igitur habes ualorem Marabatinorum ueterum Valentiæ & Lusitaniæ idem esse: Castellæ uerò Marabatini, qui bus hac ætate utuntur Hispani Castellani sunt uilissimi ualoris. Nā unus Marabatinus duas partes unius denarii ualet. Nam ibi denarius diuiditur in tres Blanchas æris, ad similitudinē cauallorum Neapolitanorum: quorum tres Caualli ærei reddūt denariū unū. Ita & Blāchæ tres faciūt unū denarium. Et denominato sunt Blanchæ, a quadam Regina Blancha nomine, quæ prima monetam illam cudi iussit. Ex quibus Blanchis duæ Marabatinū unū faciunt. Itaq; trecētiseptuaginta quinque Marabatini, unum Ducatum largum reddunt. Et tria milia Marabatini, ualent ducatos octo. Et ducatus in Hispania, ualet Regales undecim & quilibet Regaliū est ualoris unius Iulii. Tamen Romæ non ualet unum Regulæ Hispanicum, nisi Baiochos nouem ex reductione Clementis 7. Sunt etiam in regno Valentiæ denarii & solidi. Denarius enim est ad similitudinem quatreni, nisi ꝙ argenti plus aliquid continet, & propterea præualent quatrenis. Adeò, ꝙ ex duodecim fit solidus. Cuius quidem solidi ualor est dimidii regalis, & solidi duo faciunt unum regale, & undecim regalia faciunt Ducatum largū. De denariis aūt Pap. & Luc. quanti ualeāt, habes tex. in c. olim, de cēsib. Et hæc dicta de monetis nostri tēpis, & eorum ualore huc usque sufficiant. Quę ideo hic placuit adnotare, quia nullus scribentium simul de istis tractauit. Licet Budęus, Leonardus de Portis, Alciatus, & Bilibaldus multa de antiquo Romanorum sestertio: quædam etiam de talero, & similib. monetis disputauerunt, quæ non faciunt ad propositum istius regulæ, cum illis hodie non utantur.

tur. De quib. ego latius eo libro, quē de cē ſu. reditu. & impenſa antiquorum, & recē tiorum principum compoſui, pertracta bo: quo loco illud etiam tangam, quænā ſit ratio, quòd cū auri maior copia è terra fodiatur, quā alterius cuiuſcunque metal li, ut Hadrianus Imperator dicere ſolebat: minor tamē illius copia inter hominum manus uerſetur, adeò, ꝙ moneta argēti co pioſior, quam auri uideatur.

QVAESTIO X.

QVæro, an ualor expreſſus in gratia, iu xta taxam Cameræ excuſet a pœna iſtius regulæ?

SOLVTIO: Pro parte negatiua uide tur dicendum, quod nō excuſet. Nam ex quo regula iſta expreſſionem ualoris ſecū dum communem æſtimationē requirit, nō ſufficiet ualor ſecundum taxam, quæ eſt incerta, & nō ponit ualorem ſecundū communē æſtimationem. Præſertim, quia à uerbis regulæ non eſt recedendum. uul gata. l. non aliter. ff. de legatis 3. Et quia re gula iſta dat formam, ut patet ex annulla tione actus, iuxta ea quæ Doct. in l. dubiū. C. de leg. & in l. 1. ff. de li & poſthu. tradūt.

Quibus tamen non obſtantibus, contra riū fuit deciſum per Rotam in una, corā D. Bartholomæo de Petra ſancta de men ſe Ianuario. 1520. ut refert D. Gulielmus in collectaneis deciſionum. Ratiò fuit, qa ad euitandam pœnā regulæ, quælibet iu ſta cauſa excuſat à dolo. l. igitur. §. poteſt. ff. de liber. cau. l. plagii. C. ad leg. Iul. de plag. cū ſimilibus. Et iuſta cauſa excuſatio nis hoc caſu uidetur, ſi quis exprimit ualo rem ſecundum taxam Cameræ. Quæ com muniter approbatur, & in uſu habetur an te oculos papæ, ideo credere debuit impetrans, ſicut de taxis Cancellariæ dicit deciſio Rotæ in antiq. 161. col. fi. Et ita uidemus, ꝙ credens bono uiro excuſa tur, vt dicit gl. pe. circa. finē in l. Titio fun dus. ff. de cond. & de. cum concord. ut ſcri bit Fely. poſt Bal. in c. cum contingat cir ca fi. de reſcript. & in c. præterea. col. 1. & c. nuper. de teſtib. & Iaſ. in l. 1. col. 3. ff. de eo per quē fac. erit. & in l. certū. col. fi. ff. ſi cer. pet. cum ſexcentis aliis conc. alibi non ita cōgeſtis, quæ quidā moderni ſcribunt in tract. nuptiali. fol. 77. Pari ergo modo excuſari debet, qui deſcriptioni Cameræ ſtetit, præſertim cū probatio ualoris ſit ualde difficilis, in qua plura præter com munem uſum probationum requirūtur, ut tradunt Doctores in cap. cū cauſam. de teſtib. Bal. in l. ſolum. C. eo. ti. Et hoc, ratio ne etiam ſuadetur, quia uidemus, ꝙ ſol uens ſecundū taxam Cameræ non releue tur, etiam ſi probet beneficium minoris eſſe, uel etiā maioris, taxa enim ſemper at tenditur. Cū igitur in tali expreſſione nō fit alicui fraus, non debet habere locum pœna regulæ, quæ facta fuit corā fraudu lētos. Alia motiua ponit D. Gu. quæ breui tatis cauſa nō refero, cū ibi uideri poſſint. Sed aduertendum arbitror, quia iſta deci ſio uidetur facilem anſam fraudibus dare, in præiudicium officialium, ex taxis bene ficiorum uiuentum. Nam clarum eſt, ꝙ liber taxæ antiquus eſt, & in eo cōſtat plu ra beneficia antiquo tēpore taxata ad mo dicam ſummā fuiſſe, quę hodie per ſuper excreſcentiā fructuū, in quadruplū taxari poſſent. Et econtrà, quædam beneficia tunc ad magnum ualorem taxata reperiū tur, quæpoſtea calamitate temporum di minuta poſſent ad longè minorem ſum mam taxari. Ex qua uarietate taxarum, im petrantes hodierni de facili poſſent uti una cautela ad fraudandos officiales. Nā quādo beneficiū erit magni ualoris, non exprimēt ſecundū quod ualent, niſi ſecun dū paruā taxam in libro poſitā. Quæ ſi for tè erit maior, tūc nō ſecūdū librū, ſed ſecū dū cōmunē ęſtimationē ualorē exprimēt. Et ideo, ut prędicta deciſio defendi pòſſit, ego putarē illā intelligendā in beneficiis cōſiſtorialibus, ꝓ quibus cōpoſitus fuit li ber ille taxarum: ſed ꝓ nō cōſiſtorialibus ſeruari debet iſta regula. Et hoc puto ueriſſimum.

QVAESTIO XI.

QVæro, utrum expreſſiò ualoris facta in literis ſecundum arrendamenta facta ꝑ eū qui mortuus eſt, releuet impe trantem à pœna regulæ?

SOLVTIO. Videbatur dicendum, ꝙ talis expreſſio ſecundum arrendamenta, nō excuſet, ex eo, qa arrendamenta, nō ꝓ bāt dominiū, neq; poſſeſſionē l. ad ꝓbatio nē. C. loc. & in ca. inter dilectos. & ibi nor.

de fide instr. Sicut perceptio salarii non arguit quẽ decurionẽ. l. Her. ff. de dec. Et sic talis ualor inibi expressus non probat concludenter, & tamen regula astringit impetrantem ad expressionem ueri ualoris. Et ignorantia hoc casu non uidetur excusabilis cũ debuerit se informare. Quia ignorantia in gratiosis nõ excusat a subreptione, c. constitutus, de rescript. Imò sola simplicitas nocet, ut dicit Fel. in c. ad aures, in 3. col. eo. tit. Et quia ualor est pars gratię, & debet plene probari; ut dicit quædam decisio, & tenet Fel. ibidem.

Quibus tamen non obstantibus Rota plures tenuit contrarium, non solum tẽpore meo, sed etiam temporib. antiquis. Nam in una Mediol. parochialis de Verdolla de mense Martio 1522. coram D. Gulielmo iudicatũ fuit, ut ipse idem refert in collectaneis decisionum. Et idem adnotauit R. P. D. Iacobus Simonetta, in quadam causa iudicatum fuisse, quam ipse, dum esset aduocatus contrarium sentiens defendere non potuit. Et ita iudicauit D. Ioan. Ant. de Triuultiis. Et pro ista decisione faciunt in primis eadem ferè motiua, quę in præcedenti quæst. facta fuerunt. Quia ex quo agitur de nullitate gratiæ, & sic de pœna quælibet causa etiam iniusta excusat a dolo. Vnde ex quo præsumptio est, ꝙ prædecessor arrendauerit iusto pretio beneficium suum, & ꝙ non præsumatur fructus eius uoluisse iactare, iuxta ca. super hoc; de renun. ista præsumptio uidetur præstare iustam causam excusationis a pœna regulæ?

Prętetea quia ex quo de iure communi non requiritur aliqua expressio ualoris, ut notatur in cle. 1. de præb. Reg. ista quæ contrarium cum pœna statuit tanquam odiosa & stricti iuris mitius & strictius interpretari debuit iuxta legem tertiam. §. hæc uerba. cum uulg. ff. de neg. gest. & c. statutum, de elect. lib. 6. Et ideo data aliqua iusta causa, excusatio sufficere debet, præsertim in ista materia impressionis ueri ualoris, quæ est difficilis probationis, in quo probando, plures etiam oriundi a loco deficiunt. Et ista est rõ quare in supplicationibus ponitur illa clausula augendi, & minuendi usq; ad uerum ualorẽ ꝑꝑ magnam difficultatẽ purificandi incontinenti uerum ualorem. Et sic nę propter hanc causam gratia pereat, si expediretur de minori, debet tam auara interpretatio coarctari, iuxta l. unicam. §. fin. C. de ca du. toll. & in auth. de nup. §. primæ siquidem circa fi. ibi, ne aliquo modo uideamur talia corripientes fisci prouidere utilitati, &c. Et circa hoc plura cõgerit D. Gul. quæ non curo referre, cũ uideri possint.

Sed considerandum est, ꝙ meis temporibus illa decisio D. Gul. non ita simpliciter fuit seruata in Rota, prout ipse loquitur, sed cõcurrentibus pluribus aliis requisitis. Nam in primis requiritur, ꝙ arrendamenta sint plura, & nõ unũ tm̃ arrendamẽtum. Item, ꝙ cum hoc fama publica, de ualore cõcurrat. Item, ꝙ producantur aliquæ bullæ prædecessorũ expeditæ sub illo ualore, quib. concurrentibus Rota excusat impetrãtẽ ab expressione falsi ualoris, & sic a pœna istius regulæ. Nam quæ non prosunt singula, multa iuuant. Vnde licet arrendamenta de per se non probẽt, ut dictum est, neque etiam fama de ꝑ se, tñ præstant excusationem a pena. Et ita in una Arimenen. prioratus fuit cõclusum per dominos, coram R. D. Raynaldo Petrutio, de mense Nouemb. 1536. Nam de fama ponit Bar. in l. Celsus. ff. de usuc. & tradit Old. cons. 304. Et pręsertim, quia Rota semper solet ad æquitatem inclinare, quæ in casu proposito militare uidetur, ut gratiæ sustineantur nec pereant q̃ obtentæ fuerunt cum multis laboribus & grauib. impensis, arg. c. cõmissa, de elec. li. 6. Et ad prędicta facit decis. 19. in no. de præb. & quę notat Card. in c. fi. in 2. & 3. col. de præsump.

QVAESTIO XII.

QVarto; quomodo probetur ualor beneficiorum?

SOLVTIO. Ista q. hodie trita est, & nota iam famulis solicitatorum in urbe, qui habent sua formularia impressa, quibus articuli in formis scribuntur. Et ideo super hac re breuissimus ero: ualor igitur secundum communem stylum Rotę ita probari debet, uidelicet ꝙ beneficium de quo agitur tempore prouisionis, & oneribus deductis ualet in portatis centum, &

quòd

quòd per quinque annos ante, & post, anno fertili cum sterili computato com muni æstimatione tantum ualuit, & ita testis de tali beneficio notitiam habẽs dicit se scire, & si plus uel minus ualeret, ipse non ignoraret. Ista practica colligitur ex pluribus dictis Doct. simul iunctis, uide licet Bar. & Moder. in l. pretiá rerum. §. fi. ff. ad l. Falci. ex Abbate, & Fel. in c. cũ cau sa de rest. & Fely. in c. ad aures. de rescrip, Alexan. in consil. 85. lib. 2. Soci. consil. 8. ui sis, &c. Moder. in repet. in l. 2. in duabus ultimis chartis. C. de rescin. uend. Et larius reassumunt duo doctores practici, uideli cet Lãfran. de Oriano in repet. c. quoniã. in uerb. testium depositiones. nu. 156. cũ pluribus sequentib. de probat. & Angel. Aret. in §. si quis agens. instit. in quib. locis latissime diuagantur circa istam materiã probandi ualorem cuiuscunque rei, quæ non curo recensere, cum non faciant ad rem, nisi in hoc, ꝙ ex illis assumitur practi ca probandi eo modo, quo superius dixi. Nam probatio ualoris in beneficialib. uni formis est, sed in profanis recipit distin ctionem secundum uarietatẽ rerum, tem porum & locorum, prout prædicti docto res scribunt: adeò, ꝙ in una Bonon. em phyteusis uoluit Rota de hoc mense Mar tio 1540. coram R. D. Io. Mohedano. ꝙ ua lor tertiarum posset probari per testes red dentes rationem, quia uicinus, per ea quæ dicunt Orianus & Aret. ubi supra. Et licet multi tenuerint contrarium, tamen illa opinio tanquam æquior præualuit, tum etiam, quia adiuuabatur aliis coniecturis, sed in materia beneficiali talis probatio non reciperetur, prout neque etiam attendamenta, licet geminata probent, sed re quiritur probatio modo, prout superius atticulatur.

REGVLA DE PVBLIcandis resignationibus.

Item idem dominus noster statuit, & ordinauit quòd quæcunque beneficia ecclesiastica, siue in Romana curia, siue extra eam resignata; nisi de illis factæ resignationes, si in Romana curia, infra sex menses: si extra dictam curiam actæ, infra mensem, ex tunc ubi dicta benefi cia consistunt, publicatæ, & possessio illorum ab eis, quos id contingit, petita fuerit. Si resignantes ista post modum in eorundem resignatorum possessione decesserint non per resignationem, sed per obitum huius modi uacare censeatur. Collationes quoque de illis, tanquam per resignationem uacantibus factæ, et inde secuta nullius sint roboris uel momenti.

PRAEFATIO.

Habuit originem ista regula a regulis Innocentii & Sixti, quia in antiquo tibus regulis non reperitur. & con cordat in multis cum alia regula antiqua de publicandis acceptationibus, indultis, & facultatibus, &c. quæ habuit initium à Martiano 5. Et licet reg. istam Sixti & In noc. posteriores pontifices sequuti sint, solus tamen Hadrianus 6. quædam ad eã addidit, sicut & in plurib. aliis reg. fecit. Nam cum in regulis prædecessorum dice batur, & possessio illorum ab eis quos id contingit, &c. ipse Hadrianus addidit hæc uerba, & cum hoc possessio illorum, &c. ad effectum ꝙ ubi Rota prius semper in terpretata fuit, istam regulam requirere tria copulatiuè, uidelicet, ꝙ non fuerit facta publicatio, & quòd non fuerit peti ta possessio, & ꝙ resignans post sex men ses decesserit in possessione, adeò ꝙ altero deficiente locus regulę non esset, Hadr. no luit solam publicationem sufficere, ad im pediendũ fictionem regulæ, sed ut una cũ ea possessionis petitio concurrat. Ita ꝙ ista duo copulatiue & affirmatiue requirũ tur, ut uacet per resignationem, uidelicet publicare & petere possessionem & ꝑea dixit, & cum hoc possessio illorum, &c. Tamen hoc. s. cum publicatione facienda. Circa uerò tertium requisitum uidelicet de obitu in possessione post sex menses ni hil est immutatum; adeò ꝙ si resignans obiret infra sex menses, uel non decede ret in possessione uacaret beneficium per resignationem, & non per obitum. Vñ fit conclusio, ꝙ ad effectum fictionis regulæ, ut fingatur uacare per obitum: requirun tur etiam illa tria copulatiue, ꝙ non fue rit facta publicatio, nec petita possessio, & ꝙ resignans moriatur post sex menses in possessione. Sed non sufficit ad impe diendã fictionẽ prædictã, alterũ ipsorũ de

ficere

ficere,ut erat ante Hadrianum, quia non sola publicatio impedit,nisi etiam côcurrat petitio possessionis. Et in hoc ista reg. per Hadrianum fuit immutata. Fuit etiã in fine eiusdem regulæ unum aliud per Hadrianum additum, uidelicet, ꝙ sex mẽses ad publicãdũ à die coronationis currerẽt. Quod factum fuit,ex eo,quia regulæ ligabant à 24 Ianuarii,& papa in urbem uenit lõgè post,& tardè habita notitia regularũ essent lapsi sex mẽses à dicta die 24. & sic seruiret de uento, nisi à die coronatiõnis illi sex menses currerent. Sed istas omnes Hadriani additiones nullus successorũ est sequutus,sed reg. prout prius cõfirmarũt.

QVAESTIO I.

QVæro,an regula ista procedat, uel obstet resignatario?

SOLVTIO. Videtur prima facie dicendum ꝙ sic,per illud dictum. l. lex uectigalis.ff.de pign.& ea quæ tradit Bald. in l.2. in 13.q.C.de rescin. uend. ubi ponitur regula,ꝙ resolutio iure dãtis, resoluitur ius acceptantis. Sed clarum est quòd ius primi resignantis per non publicationem resolutum est. Igitur & resignatarii resoluetur per oppositionem istius regulæ.

Præterea,quia nemo plus iuris in aliũ transferre potest,quam ipse habeat, uulg. l.nemo.de reg.iur.unde si ius est resolubile in persona dantis,eodem modo erit in persona recipientis.l.fi.§. sed quia nostra. C.commu.de leg.

Istis tamen,& similibus non obstantib. Rota determinauit contrarium.4. Februarii 1534.corã d.Nicol.de Aragonia,in causa Toletana præstimoniorum. Et idẽ prius fuerat conclusum per Dominos,coram d. Camillo de Balionibus, in causa Leon. canonicatus,de anno 1533. Ratio decisionis fuit,quia ista reg.loquitur de resignatario cum sit personalis, debet intelligi de primo,iuxta. l. Boues.§. hoc sermone. ff. de uerb signif. Et hoc idem dictum fuit in regula de annali, ꝙ non obstet secundo resignatario,ut ibi dixi.q.62.& sequen. sicut etiam dicit Oldr.in cons.203.de text.in c. licet canon.de electio.lib.6.& de aliis similibus,ut ibi per eum.

Et ista omnia de plano procederent, qñ primus resignãs cessit infra tempus publicationis,uel etiam mortuus fuit: quia tali casu successor non tenetur ad publicandũ & hoc idem habere locum in regu. de publicandis acceptationibus refert d. Guli e. in quadam decisione inci. tenuit palatiũ. Quod rationabile uidetur, quia in beneficiali creatur nouus titulus in successore, ut in d.reg. de annali latè probo, & est decisio.13.de procura in no.

Non obstat, ꝙ resoluto iure dantis, resoluitur ius recipientis: qui respondetur illud procedere, nisi in illa translatione consentiat superior, qui ius irresolubile dare potest,quia tali casu. d. l. lex uectigalis.cum similibus,non procedit, prout est de hoc tex.notabilis in c.primo.de cõtro. inter dom.& uasal. secundum. quem ita consuluit Bal.in consil.333 circa fi. li.5.& tenet Guido papæ.q.575. in decisionibus Delphinatus. Et quia quãdo ius in primo prouenit ex uolũtate sua, assumptum prę dictum doctorum nõ procedit,per ea quę tradit Bar.in l.si res.ff.quib.mo.pi. uel hy po.sol.cum igitur in casu isto primus resignans habuit ius ex uoluntate sua,& nõ ex necessitate,item,illud transtulit in resignatarium ex admissione papæ, qui ius dat,meritò dictum ius, quod poterat resolui in persona resignantis per exceptionem istius regulæ,attenta cõcessione principis fit irresolubile, & ei regula non obstat. Et ita per istam rationem Rota hodie 23.Ianuarii 1536. in simili casu parochialis de Prados Redundos Saguntinen. diœces.pendente coram me conclusit,expectã tem,quia acceptauerat prius unam parochialem, potuisse secundam acceptatam ante adeptionem possessionis primæ, resignare,licet ius secundæ fuisset resolubile, per adeptionem primę acceptatæ:quia in persona resignatarii fit irresolubile. Et ita ego ex uotis Dominorum, causa prius sæpius proposita,& ferè per annum disputata,iudicaui. Quæ sentẽtia postea per R.P. D.Marcellum de mense Iulio.1536.confirmata fuit.

Sed aduerte,quia adhuc inesse hic uidetur aliquis scrupulus. Nam clarum est, ꝙ si superiori expositum fuisset, resignantẽ non publicasse,fortè papa resignationem

non

non admitteret, & sic talis taciturnitas, quæ in concedente defectum intentionis inducere uidetur, gratiam nullam redderet, iuxta tradita in c. super literis. de rescriptis. & per consequens ius fragile & resolubile in resignatarium transfertur. Nisi papa huiusmodi defectum sciens resignationem admitteret. quia tali casu textus in d. c. 1. & prędictum consil. Bald. 333. procedere possent. Quibus cessantibus, hoc motiuum multum obstaret prædictis. Sed dicas, ꝙ licet hic istahis, quæ de reg. de annali & de concess. prædicto Oldr. 203. & de illa decis. in causa Saguntina dicta fuerũt, obstare uideantur, nihilominus quo ad ad istam regulam forte illa non quadraret cum alia ratione sustineri possit decisio facta uidelicet, propter personalitatẽ istius reg. quæ in prima persona resignantis uerificatur, ut dictum est. Sicut in regula de duabus gratiis locum non habere in tertia gratia tenuit Rota, ut adnotauit d. Iacob. Simonetta. Vnde quod ibi duabus gratiis dicitur, idem est hic dicendum de vna, per regulam. l. singularia. ff si cert. peta. Multa plura hic dici possent, sed propter magnã temporis penuriam, cogor difficultatem magnam sub exiguo comprehendere.

QVAESTIO II.

QVęro, an ista regula procedat, quando resignans resignauit sibi omnes fructus, & denominationem tituli.

SOLVTIO. Iste casus sæpius in Rota tempore antiquorum uentilatus fuit, & meis etiam temporibus bis etiam uel ter accidit. Nam de anno 1530. & sequen. disputata fuit hæc quæstio in vna Placentina archidiaconatus de Trugillo, coram R. P. D. Marcello, & aliis. Et iterum de mense Decemb. 1535. coram R. P. D. Petro Vortio, epo Aqu. in causa Brech. canonicatus, & præb. inter Io. Hay, & Ioan. Cordurin. eadem quæstio uentilata & decisa fuit. Tertio loco coram eodem 28. Aprilis 1537. in causa Abule. pręstimonii, pro magistro Hieronymo de Arce, super hoc eodem puncto pronunciatum fuit. Et nouissimè in vna Spoletana canonicatus & præbend. coram R. P. D. Io. Clerici, die 19. Martii 1540. idem dubium propositum & decisum fuit in fauorem R. D. Archiepiscopi Pisani, contra Bartholomæum Rosatũ. Et ut uideo in ista materia distinguuntur tres casus. Primus est, quando resignans in beneficio requirente residentiam, reseruauit tantum sibi fructus. Secundus, quando fructus & denominationem. Tertius, quãdo beneficium non requirit residentiam nec habet denominationem, & reseruantur fructus.

Primus casus non habet difficultatem, ex eo, quia in resignatione nõ agitur principaliter de fructibus, sed de transferendo titulo & denominatione. Quo casu habet locum regula, quæ inducta fuit, ne ordinarii expectantes, & subditi beneficiati decipiantur. Et propterea interest reip. ecclesiasticæ & cultui diuino, ꝙ uerus beneficiatus detegatur, ut illi de pertinentib. ad beneficiatum respondeatur. esset enim ualde absurdum, si qua obedientia, uel oblationes, aut decimæ, ratione alicuius iurisdictionis uero beneficiato deberentur, illa resignanti præstarentur, qui cum per resignationem suam ius & possessionẽ naturalẽ, & ciuilẽ amiserit, intrusus dicitur. Vt igitur hæc tollantur, requiritur ꝙ publicatio fiat, ne sic foueantur in peccato, ac sub clypeo resignationis, fideles in suscipiendis à uero rectore sacramentis decipiantur. Hæc omnia per publicationẽ deteguntur. Ex qua etiam sequitur, ꝙ quãdo moritur resignans, uel resignatarius post factam publicationem sciunt ordinarii, uel expectantes per obitum cuius beneficium uacat. Et sic ordinarius in suis mensibus prouidere, & expectantes acceptare poterunt, quæ omnia per clandestinas renunciationes non publicatas circumueniuntur. Et ideo in prædicta causa Abulẽ. propter prędictas rationes, cõclusum fuit locum esse regulæ, & per consequens beneficium per obitum resignantis, & non per resignationem uacasse.

Secundus casus habuit maiorẽ difficultatem, ex eo, quia resignans in effectu uidetur beneficiatus, tam post resignationem, sicut antea, & effectus attendi debet iuxta capit. relatum, de cler. non residen. & in tali omnes rationes fraudis superius

consideratę cessant. Et ideo Domini te nuerūt sæpe, & tam in illa Brechmē. quā in dicta Spoletana, q̄ isto casu nō esset locus regulæ: quia hic nulla est fraus, nulli errore aliquo decipiuntur, cum ille idem renuntians, qui olim beneficiatus, & in possessione erat, sit idē etiā hodie nomine & re, propter retentionem denominationis, & reseruationem fructuum, adeò q̄ nihil uisus fuit resignans in resignatarium transferre, nisi nudum titulum sine effectu, qui regressui, accessui, uel adiutoriæ æquipollet.

Tertius etiam casus nullam habet dubitationem, quin in eo sit locus regulæ, prout in prædicta causa Abulen. dictum fuit. Nam præstimonia non requirunt aliquam residentiam, nec habent denominationē. Et ideo propter rationēs posita in primo casu resignatarius publicare tenet, aliàs locus erit huic regulæ.

QVAESTIO III.

QVæro, an ista regula, quæ simpliciter de renuntiatione loquitur, locum habeat in ea, quæ ex causa permutationis fit?

SOLVTIO. Quæstio ista semper in Rota uisa fuit ambigua & difficilis, ac p̄pterea ueterū memoria nunquā decisa. Nam tempore Sixti bis casus iste propositus reperitur, ut refert Ioachinus de Narnia, illius ætatis aduocatus celebris, in quibusdam suis consiliis. Quid tamen tūc decisum fuerit non inuenimus. Etiam ætate nostra eadem q. sæpe repetita, ac uariè in Rota disputata fuit, nusquam tamen resoluta. Nam in causa Auinionen. uicariæ de anno 1532. coram me pendente mota fuit hæc eadem quęstio & propter eius difficultatem causa ex alio capite finē habuit. De inde apud R.P.D. Marcellum, nūc episcopū Marsicanū, in causa Sogobie. archidiaconatus de Cuellar, hoc idem dubium factum fuit. Et quia res ipsa maiorē discussionē exigebat, quàm tempora tunc patiebātur (eramus enim in extremo audientiarum mensis Iulii) hoc negotium dilatum fuit ad Calen. Octobr. Rursus & coram R.D. Siluestro, in alia causa Dolen. prioratus de Dolis, contigit super eadem q. dubitari, nihil tamen fuerat conclusum. Postremò, nunc coram eodē R.P.D. Marcello, longo tamen interuallo ista eadem q. iterum proponitur, & quasi postliminio in dubiū reuocatur, ac ueluti horridus histrix in modum orbicularis pilæ, hinc atque inde per discursus uarios trahitur & uoluitur, ille uerò suis telis innixus, immotus manet. Et sic huiusmodi quæstio uarios tractus, ac ueluti Sileni Alcibiadis totidem recessus habet. sicut enim hinc atq; hinc ingentes scopuli, multiplicesq; rationes, pro utraque parte probabiles, propter quas quælibet eius pars, dū suis rationibus & argumentis munitur, in disputationis congressu uerior uidetur, ut non ab re longo tempore hæc q. indecisa manserit. Verū, quia nihil est, quod nō labor assiduus, atque industria cōficiat, decreui super isto dubio plura hinc inde disputando dicere, ut posteris facilior decidendi occasio, & rationum eligendi potestas concedatur.

Pro parte igitur affirmatiua, uidelicet, quòd regula ista casūm permutationis cōplectatur, adduci possunt hęc motiua, quę sequuntur.

Primum, quia regula ista loquens de resignatione, includit in se de necessitate resignantem ex causa permutationis, ex eo quia permutatio uera, pura & simplex resignatio est: ut dicit ad literam decis. 16. de rerum permut. in antiqu. in 3. colum. tradunt Moder. Bononien in repe. c. 1. in 12. col. de rer. perm. lib. 6. Hinc est, q̄ sicut in resignatione, ita etiam in permutationē eædem personæ interueniunt, uidelicet, resignans & resignatarius. Ergo permutatio eodem iure censeri debet, quo simplex resignatio. Nā permutatio à simplici resignatione in alio non differt, nisi quia permutatio est duplex, geminata, seu reciproca resignatio: Ideò reg. de una resignatione loquēs, ī resignatione geminata seu reciproca, qualis est p̄mutatio, locū hēre debet: qa qd̄ dicitur de uno actu, idem de pluribus geminatis dicendum est: arg. l. singularia: ff. si cert. peta. ut in notabili casu tradit And. Sicul. in c. 1. in 8. col. de lit. contest. Gemin. in c. qui ad agendum. §. 1. de procurat. lib. 6. Pet. de Ancha. in c. quanuis. el 1. de præben. eod. lib. & in alio

alio casu tradit Bar. in l. cum filio. circa fi. ff. de leg. 1. Confirmatur hoc, quia per per mutationem ita datur uera uacatio, sicut per simplicem resignationem, ut in c. t. de rer. permut. lib. 6. tenet Rota dec. 23. in no. Nam per resignationem perditur titulus, ius, ac possessio naturalis, & ciuilis, ut tenet Rota deci. 67. in antiq. alias secunda, de re nunt. Et hoc procedit, etiam si resignatio admissa per superiorem non fuerit, ut in decis 4. de renunt. in no. Sed hæc etiam in permutatione procedunt: quia per eam et titulus, ius, & utraque possessio perditur, ut in decis. 8. de rer. permut. in antiq. Igit idem de utraque iudicari debet. Et licet inter permutationē & simplicem resignationem aliqualis differentia detur: nihilo minus dispositio generaliter de resignationib. loquēs, oēs casus similes cōprehendit, dato, q in vno maior ratio sit, quàm in alio: iuxta tex. no. l. 1. §. quod autem. ff. de usu aleæ & aleat. Nam plus & minus, specie nō differūt. l. fi. ff. de fundo instruct. cum concord. quæ scripsi in c. statutū. nu. 39. de rescrip. lib. 6. Accedunt ad hoc, quia permutatio ideò dicitur simplex resignatio, ex quo tota à uoluntate & potestate superioris, in cuius manibus fit, non autē ex partium uoluntate dependet, ut dicit Ioan. Monach. in c. 1. de rer. permut. lib. 6. sequit Rota dec. 16. tit. de rer. pmu. col. 3. in antiq. Quod in resignationibus idem per omnia obseruatur. Ergo dispositio loquens de una, locum habere debet, in alia. Nam illud pro expresso haberi debet, dę quo si papa, huius regulæ conditor, inter rogatos fuisset, utique idem respondisset, ut in l. tale pactum. & ibi gloss. ff. de pact. tradunt Moder. in l. quamuis. C. de fidei commis.

Secundò, principaliter pro ista opinione facit, quia regula ista ad obuiandū fraudibus inuenta fuit, quæ in clandestinis resignationib. cōmittūtur, iuxta no. per Corneum in cons. 137. col. 2. in fi. uol. 3. & secundum hoc regula ista publicam utilitatem concernit. Sic etiam insinuatio, quæ in effectu uicem publicationis obtinet, ut tradit Abb. in consil. 66. lib. 1. & quę in clādestinis donationibus etiam ad remouendum fraudes adhibetur, ut dicit text. in l. data. C. de donat. & tradit Anto. de Canario in trac. insinuat q. 1. & Paulus de Castro, & alii in l. illud. C. de sacrosanc. eccle. cum concor. ut per Aret. in cons. 2. & Alex. cons. 157. lib. 2. utilitatem publicam respicit, ex eo, quia reipubl. interest, ne re sua quis malè utatur. §. pen. inst. qui sunt sui, uel alien. iur. Facit tex. in l. 1. in prin. ff. de curato. furio. Quia per easdem insinuationes, siue publicationes, occasio delinquendi tollitur, iuxta l. cōuenire. ff. de pac. dot. & per eas animarum utilitati cōsulit. Nam publicatio hic requisita, facit, ne resignantes. post resignationē in beneficiis resignatis, sine titulo se intrudant, & uitiosum ingressū habeāt. quod ꝓhibet in c. 1. de reg. iur. lib. 6. Sed istę rationes in permutationib. militant, igit reg. in utroq; casu habebit locū. Pręsertim, quia dispositio istius reg. ob eam causam quia utilitatē animę & publicam concernit, fauorabilis reputari debet, & propterea latissimè extendenda, iuxta text. in cap. odia. de reg. iur. lib. 6. tradit gl. in auth. sacramenta puberum. C. si aduers. uēd. & Anto. Butr. in c. fi. in 1. fall. de consuet. & gl. in c. sciant. de elect. lib. 6. Pet. de Anch. in cons. 304. & 112. & Gemi. in consil. 106. col. 2. cum concord. ut scribit Ias. in l. si quis maior. in 2. col. C. de trāsac. & Dec. in consil. 398.

Tertiò, quia dispositio fauorabilis loquens in simplici casu, trahitur ad casum mistū, iuxta no. Alex. Ias. & alios in l. 2. in prin. ff. de uerb. obl. Sed si permutatio est resignatio simplex. habemus intentū. Sed quatenus si mista, reg. ista de simplici resignatione loquens, ad resignationē mistā trahi debet, cū utrobiq; eadē ratio fraudis militet, per superius dicta. Nāc o ipso, q resignās remāsit in possessione, fraus præsumitur, iuxta tex. in l. sicut. §. superuacuū. ff. quib. mod. pign. uel hypot. sol. tradit Bar. in l. post cōtractū. col. 2. uers. 3. præsumit. ff. de donat. & cons. 68. Sic etiam si permutatio tenta secreta fuit usq; ad obitum resignātis, fraus ꝑsumit, ut per Bal. in l. fraus ff. de legib. & An. Sic. i cōs. 53. col. 1 a. uol. 2.

Quartò, pro ista opinione uidetur decisio ferè in terminis Io. de Ana. in c. audiuimus. in 2. col. in uersi. & ꝑdicta faciūt. de coll. detegen. ubi Io. de Ana. dicit, q et si

renuntians ex causa permutationis, post renuntiationē in possessione remaneat, ex hoc fraus præsumitur. Sed dicta fraus eadem ratione in ista reg. consideratur, quãdo resignans in possessione moritur, ob cuius causam publicatio inducta fuit. Igitur à paritate rationis dicere debemus istā reg. q̃ in resignãtib. loquit, & dispōnē istius reg. q. ut dictū est, ad euitandas fraudes emanauit, renuntiationem ex causa permutationis cōprehēdere debere. Hinc est, q̄ text. in c. 2. de reuunt. li. 6. iuncto c. 1. de rer. perm. eo. lib. cū glo. in uerb. fraude. quæ de simplici resignatione loquuntur, ratione fraudis in permutatione quoque locū habent, ut Gemin. in d. c. 2. post gl. in uerbo proximo, & Philip. Franc. col. 2. post Imol. ibi sequuntur.

Quintò, pro hac opinione facit, quia rationes fraudis in hac regula consideratæ, propter quas tollendas publicatio ab ista regula introducta fuit, pariter in permutationibus militant. Prima ratio est, quia p̄ publicationem tollitur occasio, ne ipsi resignantes post resignationem suam in graue animarum periculum, in beneficiis sic resignatis se intrudant, fructus de facto sine aliquo titulo percipiendo. Secunda ratio fraudis, quæ p̄ publicationē tollitur, est, q̄ sub tali prætextu resignationis, occultè cōtrahentes secum, ueluti cum ueris prælatis, aut beneficiatis, ex quo eos uidēt in possessione existere, grauiter decipiuntur & fraudantur. Nam si occasione dictorū beneficiorū iā resignatorū, aliquid illis soluūt, ut puta, censū, decimas, oblationes, uel aliquid simile, nō liberantur, quia postea coguntur uero prælato soluere, & ab illo intruso & falso beneficiato, cui soluerunt, repetere, ut tradit Bal. in c. in literis col. pen. de restit. spol. latè Moder. in l. si urbana. in pen. & in fin. col. ff. de cond. indeb. cum pluribus concord. ut scribit Decius in consi. 407. incip. uisis, & diligēter, &c. col. 1. Imò alienationes per huiusmodi prælatos, seu beneficiatos sic intrusos factæ, non ualent, ut est text. clarus in c. alienationes. 12. q. 2. Sic igitur huiusmodi deceptiones & fraudes, quæ in permutationibus etiam committi possunt, per supplicationem hic introductam tolluntur, ergo in eis regula locum habebit. Tertia ratio fraudis magis det esta ndę, quę in beneficiis occultè resignatis uel permutatis committi potest, quę per publicationem tollitur, est, quia sæpe contingit, quòd aliquis ratione alicuius dignitatis, uel beneficii ad aliqua spiritualia fidelibus ministranda tenetur: sæpe etiam ratione prędictorum, collatio aliquorum beneficiorum ad tales pertinet. Vnde si dicta beneficia, uel dignitates renuntiata, uel p̄mutata fuerint, & renuntiantes uel permutantes in possessione prædictorum beneficiorum manserint, non facta publicatione, & illi sacramenta, ut ueri prælati, uel beneficiati fidelib. ministrauerint, forte ordines, uel beneficia cōferrendo, indulgentias dando, certè ex hoc magnum fidelibus præiudicium, & erroris scādalū generabitur: quia intrusus sine titulo spiritualia ministrare non potest, ut not. omnes in ca. ex frequentibus. de insti. & Abb. post Inno. in c. nihil. col. pen. de elect. sequitur Ias. in d. l. si urbana. in pen. col. Et q̄ indulgentiæ, & huiusmodi spiritualia, per prælatos intrusos, & sine superioris autoritate beneficia possidentes, non ualeant, tenet Pet. de Ancha. & Imol. in cle. 2. de pœnit. & remis. & idem Pet. in c. quod autem in 3. q. eod. tit. Nec in istis spiritualib. receptis à tali intruso communis error recipientes iuuat, ex eo, quia dispositio. l. barbarius. ff. de off. prætor. non habet locū in intruso, ubi superioris authoritas non adest, nec procedit in spiritualib. ut dicunt Inno. & Abb. in d. c. nihil. & Ang. in d. l. barbarius. & Soci. in trac. fallen. quæ mala absurda & scandala, sicut in simplicibus resignationibus, ita quoque in permutationib. accidere possunt, quæ per publicationē tolluntur. Ideo reg. ista simpliciter loquens, utrunque casum comprehendere debet. Quarta ratio fraudis in ista reg. cōsideratur, propter quam etiam publicatio introducta fuit, est delusio ordinatorum uel expectantium. Nam, quando resignationes, aut permutationes clandestinæ fiunt, ad effectum, ut taliter resignantes maneant in possessione usque ad obitū, si publicatio per istā reg. introducta non fuisset, ordinarii uisitantes sub tegmine

prioris

prioris tituli beneficiorum resignatorum per permutatores in visitationibus suis deluderētur, nam putaret illos esse ueros possessores, cum sint ueri intrusi, titu. non habentes. Ex quo aliud inconueniens sequitur, ꝙ per obitū talium, ordinarii per obitum conferentes, tanquam ex uera uacatione. d. beneficia diciperētur, vnà cum personis ab illis prouisus, detecta renūtiatione clandestina expectantes etiam deluderentur talia beneficia acceptantes per obitum, cum uere adpareat per resignationem antea uacasse, ut considerat gl. in uerb. fraude. in c. i. de rer. perm. lib. 6 Papa etiam ipse de facili decipi poterat, concedendo qualificatis personis reseruationes uel mandata de prouidendo ad beneficia per cessum, uel decessum uacatura. Nā ut talia mandata euitentur, fraudulenti possessores possent permutationes fingere ad effectum excludendi reseruatiuos. Vt igitur omnia hæc mala de medio tollantur, neq; detur ansa uel occasio delinquēdi, salutaris fuit dispositio istius reg. in resignationibus publicationem inducens, quæ propter easdem rationes, permutationes comprehendere debet.

Pro parte uerò negatiua, uidelicet, ꝙ regula ista in permutationibus locum non habeat, adduci possunt aliquę rationes concludentes.

Prima, quia ista reg. loquit̄ simpliciter de resignationib. ergo nō habet locum in permutationib. quę diuersæ sunt ab illis, nomine & re, ut dicit Bal. in c. 1. nu. 1. de uas. decrep. ęta. & patet ex diuersitate nominū, ac ē diuersitatē materię arguit, iuxta gl. 1. in c. tibi qui. & ibi Gemi. de rescri. lib. 6. l. imperator. ff. de in diem adiect. Nā tit. de renunt. positus in 1. lib. decretalium diuersus est à ti. de rerum permut. posito in 3. lib. Si igitur diuersó sunt nomine & effectu, diuersó iure censeri debēt arg. l. si idē. C. de codicil. Reg. igit̄ ista de renūtiatione loqnēs, nō habebit locū in permutatione: quia si Papa hoc uoluisset, expressisset, quēadmodū fecit in reg. de infirmis resignantibus. arg. c. ad audientiam. de deci.

Secundo, quia sub dispositione de simplicibus loquente non comprehenditur casus qualificatus, ut in l. 1. ff de dona. ubi tex. loquens de donatione simplici, nō habet locum in donatione sub conditione, & sic qualificata. ad idem facit c. statutum de ele. lib. 6. ubi etiam est tex. quod dispositio cap. licet canon. de parochialibus loquens, non habebit locum in parochiali qualificata: quia illa qualitas reponit sub iectum in diuersam speciem. prout in l. quæsitum. §. illud. ff. de leg. 3. Cum igitur reg. ista de simplici resignatione loquatur, locum non habebit in renuntiatione qualificata, prout est permutatio, quæ est quædam renuntiatio reciproca, differens à simplici renuntiatione, quæ est donatio pura, ut in c. super hoc. de ren.

Tertio quia in qualibet dispositione uerba in dubio, in specie capi debent, ut not. in genere. l. hoc legatum. ubi Bartol. ff. de lega. 3. Sed permutatio habet se, ut genus. l. 1. ubi Bar. & alii. de re. perm. Ergo ista regula de renuntiatione loquens, non habebit locum in permutatione. Hinc uoluit Alex. per plura motiua in cons. 76. col. 2. uol. 5. ꝙ statutū correctoriū iuris cōmunis, de uenditione loquens, non habet locū in permutatione, licet sint cōtractus similes. Et hoc per uiam regulę tradit Bal. in l. 2. col. 2. C. de rer. permut. sequitur Fel. in proœ. decretal. colum. 4. Et ista ratione etiam uoluit Decius in consil. 224. regulam de infirmis resignantib. ex eo, quia exorbitans à iure communi, nō extendi etiā ex identitate rationis ad similes casus prout est pręsentatio uel institutio. Et ob eam causam Rota uoluit regulam istam de resignatario loquentem, non habere locum in secundo resignatario, licet in eodem ratio fraudis subesse uideatur, ut inferius in alia quæst. dicam.

Quarto, pro ista opinione facit: quia videmus, ꝙ in donationib. puris & simplicibus, insinuatio, requirit̄ ad fraudes euitādas, ut dicit Paul. de Cast. & alii, in l. illud. C. de sacrosanct. eccle. Aret. in consil. 2. & Alex. cons. 157. lib. 2. Sicut & eadem ratione hic in simplicibus resignationib. publicatio requiritur ad euitādas fraudes, superius in parte affirmatiua narratas. Nam publicatio nihil aliud est, quàm quædam insinuatio, seu notificatio resignationis per ipsum resignatariū, in ecclesia, ubi ipsum

bene

beneficium consistit facienda, ad fraudes euitandas, ut dicit Abb. in cõsi. 99. lib. primo. Et tamen insinuatio illa non sequitur in donationibus reciprocis, quibus ipsæ permutationes æquiparantur, ut tradit Alex. Ias. & alii in l. licet. col. fi. C. de pact.. tradit Decius in consil. 177. & consi. 120. aliàs 20. Stepha. Bertrandi in cons. 88. col. fi. lib. 2. cum infinitis cõcord. quas more suo cumulat Nicolaus Tiraquellus in copiosa repe. l. si unquam. in gl. donatione largitus. nu. 94. cum sequen. C. de reuo. dona. Ergo apparet, ꝙ dispositio istius regulæ, de publicatione, siue insinuatione loquens, non cõprehendet casum nostrum. Nam in permutationib. non publicatis non fraudantur ordinarii, nec expectãtes, sicut in resignationib. simplicib. ut de se patet.

Quinto in simplici resignatione maior ratione militat, ut publicatio fieri debeat quã in permutatione, ex eo, quia simpliciter resignantes de facili inueniẽt, q̃ beneficia sub hac occulta conditione recipiãt, ne resignatione publicent ad effectum, ut resignantes eorum uita duratẽ, fructibus beneficii fruantur. Nam ex ista permissione nihil resignatarii de suo perdũt, & post sunt lucrari. Sed ista ratio in permutationibus nõ ꝓcedit q̃a in permutatione nõ datur uera uacatio, sicut in resignatione simplici, ut tradit Federi. de Senis in cõsil. 62. cũ cõcor. ut scribit Gaspar de Perusio in tract. reseruat. in 3. parte principali. col. 8. fol. 8. nu. 4. Ergo in beneficiis permutatis expectatiuæ locum habere nõ poterũt, ut etiã est text. in ca. 1. de rer. permu. lib. 6. Et ratio prædictorũ est, q̃a in permutatione quilibet agit de damno euitãdo, ideo nihil reorũ interest occultas permutationes habere, quia nullam ex hoc utilitatẽ consequuntur, sicut simpliciter resignantes, quorum interest occultas habere resignationes, propter lucrũ fructuũ, propterea in eis publicatio necessaria fuit, nõ autẽ in ꝑmutationibus. Nã nõ est par, eadẽ que ratio lucrum ꝑdere, & dãnũ sentire, iuxta. l. fi. C. de codicil. Sexto, q̃a in simplici resignatione, q̃ nõ publicat, nullã executionẽ habet. in ꝑmutatiõe uerò excusari põt, expectãdo cõpermutãtis publicationẽ, & sic implemẽtũ ex parte sua, iuxta c. peruenit. de iure. & l. Iulianus. §. offerri. ff. de act. empt.

Septimo, q̃a ex quo regula ista non loquitur expresse de permutationibus, & capit ꝓbabile dubiũ, nũquid sub illa cõprehẽdatur, certè ĩ dubio excusari debẽt hoc casu nõ publicãtes. ꝑ ea, quæ norãt Moder. ĩ l. cũ ꝓlatis. ff. de sen. & re iu. sicut faciens cõtra legẽ, quæ habet plures intellectus, nõ peccat, ut dixi latius ĩ c. 1. nu. 231. de cõsti. li. 6. sicut etiã de errore dubio iuris tradũt Docto. in c. de quarta. & in cap. si diligẽti de præscrip. & in c. 1. de re iu dic. ut ibi ꝑ eos. Hæc sunt, quæ super ista quæst. occurrũt. ꝑ utraq; opinione, nõ inclinans in alterã partẽ, q̃a causa pendet, & non est honestũ sic scribẽdo uotũ detegere, donec causa per Rotam suo marte decidatur.

QVÆSTIO IIII.

QVæro, an reg. ista ꝓcedat in beneficiis commendatis?

SOLVTIO. Modernus Sabinen. Aeneas de Falconib. doctor curialis, practicus & eruditus in quibusdam apostillis ad istã reg. asserit Rotam tenere, regulam locum habere in commẽdis perpetuis, & nihil aliud dicit. Et hoc idẽ reperio in pluribus aliis regul. istius uoluminis Rotam tenuisse, prout in illa de infir. resig. & in illa de impetr. benefi. per obitum famil. Card. & quibusdam aliis. Et quarum principalis ratio fuit, quia commendæ nostri temporis æquiparantur titulis, adeò, quòd sicut titulares, ita & isti commendatarii faciũt fructus suos, ut dicit Alexandrinus in cap. cum autem. 44. distinct. & in cap. si quis. 58. dist. & certè de rigore iuris, eius opinio uerior adparet.

Sed licet ita in dictis casibus Rota tenuerit, Cancellaria tamen semper contrarium tenuit, præsertim quo ad istam regu. cuius uerba & mens commendæ repugnare uidentur. In primis, quia uerba istius regulæ de beneficiis collatiuis loquuntur, ut patet ibi, collationes quoque de illis, &c. Et clarum est ꝙ collatio à commenda diuersissima est, ut probatur in c. dudũ. de electiõ. ubi duo beneficia curata conferri non possunt, potest tamen unum conferri

ri, & aliud commendari, ex quo manife ſtè datur intelligi, aliud eſſe commenda re, aliud conferre. Nec mirum, quia colla tio dat titulum, & ius in re. c. ſi tibi abſen ti. de præbend. libro ſexto, commenda ue rò ſecus. Cui igitur uerba non cōueniunt, neque mentem conuenire clarum eſt, iux ta l. furioſi. C. de nup. l. ſi quis ſeruum. §. non dixit prætor. ff. de aeq. hęr. cum ſexcē tis conc. ut congerit Alex. in conſ. 52. col. 3. li. 4. & reaſſumūt latiſſimè Mod. qui ad hoc 12. tex. allegant, inc. quoniam. ut lite non conte. Verba enim nihil aliud ſunt, q̄ quidam nuntii, ſiue præcurſores mentis: ſunt. n. uerba paſſionū animi indicatiua, ut dicit tex. in l. Labeo. de ſup. leg. & tra dit Bal. in tract. ſciſma. col. 10. quod etiam ſuadetur ex aliis uerbis iſtius reg. ibi, uaca re cenſeatur, &c. quæ uerba commendæ non adaptantur: quia commenda per obi tū cōmendatarii uacare non dicitur, ut eſt tritum dictum Fed. in tract. de perm. ben. q. 15. & Rom. in conſ. 150. Præterea, quia penes commendatarium non eſt proprie tas, poſſeſſio, uel quaſi ipſius beneficii cō mendati, ſed quædam nuda detentatio. Nam cōmendatarius nihil aliud eſt, quā ſimplex depoſitarius, ut probatur in l. cō mendare. ff. de uer. ſig. & in l. Lucius. ff. de poſ. & in c. ne quis arbitretur. 22. q. 2. Et quòd penes talē non ſit niſi ſola detenta tio, eſt tex. in l. licet. §. rei, ff. de poſiti. & in ſpecie not. gl. in c. ſi conſtiterit. de accuſa. Nam omnes gl. in c. nemo, de elect. lib. 6. quàm in c. ſi plures, 11. q. 1. & alibi ſæpe, commendatarium non prælatum, ſed nu dum adminiſtratorem uocant, ut dicit ēt Arc. in c. is cui, de elect. lib. 6. facit tex. in c. cum nobis, eod. ti. cum igitur per obitum commendatarii noua beneficii uacatio nō inducatur, cum eius uita durante, ſemper beneficium uacauerit, & uacabit, etiam ſi denuo commendetur, donec papa eccle ſiæ de prælato prouiderit, ut dicit Hoſt. in c. ne pro defectu. de elect. & gl. in cle. 1. ut lite pend. Eſt concludendum, in tali cō menda reg. locum non habere, cū uerba eius nullo pacto commendæ adaptētur. Præterea, quia iſta reg. loquitur de benefi ciis per renuntiationem uacantibus de iu re & de facto, & tam in curia, quàm extra curiam, & tamen in commendis hoc non procedit. quia ex quo commendæ conceſ ſio fit per papam, ideo illi renuntiari non poteſt extra curiam, non ſolum ea rōne: quia in eis non datur uacatio, donec pa pa de illa prouiderit & per conſequens in illa regula uerba non uerificātur, ut dictū eſt, ſed quia beneficium per commendam manet affectum, adeò, ꝙ inferior ſe de il lo intromittere non poteſt, ut tradit Tro illus de Maluitiis, in quodā ſuo cōſilio po ſito in fine tractatus illius de fortib. & te nēt Io. Franc. Pauin. in tract. de ſede uacā te. in 3. q. ſecundæ partis col. 6. & Rom. in d. conſil. 350. col. 3. Cum igitur reg. iſta lo quatur etiam de reſignationib. extra curiā faciendis, & commēdæ ceſſio fieri nō poſ ſit, niſi in manibus ipſius papæ concedētis iuxta c. admonet. pro quo facit text. in l. fi. C. de defen. ciuita. & in §. interdū. & §. ſi qua uerò. in authen. de defen. ciuit. eſt cō cludendum regulam iſtam in commendis non procedere.

Pręterea, quia ſi diceremus commenda tariū ius in re, & uerū tit. habere ſequere tur, ꝙ ad nutū cōmēdātis cōmēda auocari nō poſſet: cum habentes uerū tit. ius ꝑpe tuū, nec ad nutū amouibile habere dican tur, ut in c. 1. de c. mona. lib. 6. & in ca. ſan ctorū 70. diſt. & not. latę gl. in c. paſtoralis 7. q. 5. Sed tamen uidemus cōtrariū: quia cōmēda ad nutū papæ pōt diſſolui, & bñfi ciū alteri cōferri, ut prædicti Doctores di cūt. Igitur in ea, reg. uerificari nō poterit. Plura alia motiua, & argumēta, ꝓ hac par te fieri poſſent, q̄ breuitati ſtudēs omitto.

Et ideo, ut opiniones fœdere dictionis concordari poſſint, eſt conſiderandum, ꝙ beneficia dupliciter commendari ſolent, aut ad utilitatem eccleſiæ, aut ad utilitatē commendatarii. Primo caſu procedunt omnia argumenta pro iſta 2. parte fabrica ta: quia tali caſu, cōmmendatarius poteſt ad libitū remoueri, & beneficium cōmen datum, tanquam uacans, conferri. Quia cō menda, in caſibus præmiſſis, nihil aliud eſt, quàm depoſitum, qđ pōt ad libitum deponētis reuocari, etiam ſi dictū fuiſſet, ꝙ depoſitum uſque ad obitum depoſita rii duraret, ut eſt caſus in l. 1. §. ſi depoſue ro. ff. depoſi. & in c. 1. eod. tit. Et hoc idem

in commenda probat tex. in c.obitū & in c.Cataniensis.61.dist.Vbi adparet, ꝙ non obstante comméda facta in utilitatem ipsius ecclesiæ, potest liberè procedit per c. ad electionem ueri prælati. Et sic adparet talem commendam per obitum commendatarii non uacare, nisi eo mō, quo prius.

Secundo modo fit commenda ratione personæ ipsius cōmēdatarii, & tali casu ꝓcedit opi.dñorum Rotę, Alexandri, & seq. Nā quādiu durat ipsius cōmēdatarii utilitas, nō dicitur ipsa cōmenda uacare: ita ut alteri cōferri possit licitè, quia tales commendatarii habētur ut titulares. & ideo dispositio loquēs de titularib. haberet locū in illis, ut latius per exēpla probaui in reg. de triennali.q.5.& ita etiam habebit locū ista reg. quæ magis generaliter loquitur.

Et ista ratione fundantur: quia cōmendatarius iste de quo loquimur, ad cuius utilitatem commenda facta fuit, dicitur procurator in rē suam, qui re non integra amoueri non potest, ut dicit gl. in l. sicut §. si procurator. ff. qui mo. pig. uel hypothe. solu. & in procuratore. ff. de procura. & l.3.C.de donat.tenet Bald. in l. 1. C. de action.& obliga.

Ex quo infertur, ꝙ talis commendatarius facit fructus suo, sicut titularis: secus est in commendatario: cuius commenda est facta ad utilitatem ecclesiæ: quia deducto tātum uictu omnes fructus futuro prælato reseruare tenetur. Omnia ista probantur in c.si.61.distin.& in c.quia frater. 7.quæst.1.& in c.charitatem.12. q. 2.& tenet gl in c.nemo.de electio.lib.6. Et licet talis commendatarius ad utilitatem sui dicatur etiam depositarius: tamen talis depositarius facit fructus suos, ut patet in l.dte spōsaliorū.§.qui pecuniā.ff.depositi.

Ex quib.(omnibus opi.omnib. sic ad cōcordiam reductis) facile indicari posset, an reg. ista locum habeat, uel nō, in cōmēdis. Posset etiam distingui inter commendā perpetuam, uel ad tempus, ut latius dixi in d.reg.de triennali.q.5. ideo nō repeto. Sed unum ultra ibi dicta addo, ꝙ illa distinctio cōmēdæ perpetuæ uel tpalis fit, qñ constat esse tales, alias in dubio, qñ nō adparet, qualiter papa cōmēdauerit, in dubio interpretari debet cōmēdā perpetuā concessisse, ut conclusit Rota in una Salamantina de palatios rubios, corā R.P.D. Marcello, epō Matsie. die 28. Iunii 1538. Rō deci.fuit, quia actus, qui certo tpis spacio nō concluditur, perpetuus reputatur, ut in l.iurisperitos, in prin.& ibi Bar.ff.de excu.tut.& no.Bar.in l.de pupillo.§ si qs ipsi prætori.ff.de ope.no.nunt.fac.glo.in clé.2.in uēr.electionem.de resc.& in l.sufficit.ff.de coad.inde.& bonus tex.in l. seruus.C.de pœ. Et hoc iuris fundamentum hēt: quia qua rōne dicimus, dispōnem generaliter de reb.uel personis loquentē, generaliter debere intelligi, uulg.l.1.§. & generaliter, de leg.præst. eadē rōne dicendū est, respectu temporis, ut uidelicet, dispositio gnaliter.i.in perpetuum intelligatur, cū de personis, uel rebus ad tempus argumentū ualeat.l.miles ita.§.& qa diximus. Vbi Bar.ff.de test.milit. Quæ omnia sunt notāda, quia deseruire possunt ad multa.

QVAESTIO V.

QVæro, an reg. ista procedat in beneficiis consistorialibus?

SOLVTIO. Conclusum fuit, ꝙ non, ex eo, quia cùm talia beneficia renuntientur in consistorio, in præsentia principis, satis dicitur facta publicatio: arg l.omniū C.de test. Itaq; in talib. non habet locum dispositio istius reg. sicut dicimus per eandem rōnē, ꝙ noua prouisio, ex quo signatur coram papa, supplet diligentias publicationis, & insinuationis requisitas per aliam reg. prout inferius per aliam q.dicetur. De quo uidenda sunt etiam ea, quæ dixi in reg.de infir.resi.q.14.

QVAESTIO VI.

QVæro, an reg. ista obliget resignatariū ad publicandum tpis successoris resignationem factam in manib. prædecessoris pontificis, si prædecessor infra sex mēses factæ resignationis moriatur?

SOLVTIO. Prima facie uidetur dicēdum, resignatariū obligatū fuisse uigore primę reg. urgentis tpe resignationis ad publicandū resignationem. Et rō est: quia renunciatio facta tempore, quo primus papa & eius reg. uiuebant, perfecta fuit, & habuit effectum. Igitur obitus papę superueniens, non tollit effectum iam

cau

causarum,arg.l.fi.ff.unde lib.eum conc.ut noi.scribit Dec.in cons.24 colum.fi.Suffi cit enim, quòd lex ligare incipiat, ut te net Bar.in l.fi.ff.de falsis. Suaserunt hoc, quia reg.primi pontificis,& eius successo ris, ex quo ad eundem finem tendunt, ꝓ eadem reputatur, & in utraque par ratio iudicatur,l.i.§.idem quæritur.ff.de oper. no.nun.& in c.consuetudo.1. dist. & de si mo.c.querelam,& c.1.de lit.cont.li. 6. Si igitur utriusque regulæ ad eundem finem tendentium par est ratio,consonum uide tur,ꝙ tempora utriusque regulæ coniun gantur,ut una & eadem regula reputetur arg.l.Pomponius.§.cum quis. ff. de acq. possess.& §.penultim.inst.de usuc. Nam quando duo sunt introducta propter unum finem, illa duo unum reputantur, ut dicit Cardin.in clemen.1.§.si quis in 9. quæstio. de rebus eccle.non alien.& not. gl.fin.in cap.labores,de ele. excom.mi.fa cit l.2.ff.de duo.re.& l.qui libertatis,ff.de euict.& C.de ma.test.l.cum test.& c.pasto ralis,secundo resp.de app.& c.fi. de rescr. lib.6.& quæ tradit Ias.in l.singularia,in 4. not.ff.si cer.pe.

Præterea,quia quando principiũ habet relationem continuam ad finem attendi tur finis.l.illud.in fi.ff.ad l.Aqui.no. Bar. in l.quod ait.§.quod ait.ff.de adul.Sed in casu nostro,resignatio facta tẽpore unius pontificis,quo ad effectum publicationis respicit finem.i.si resignans morietur in possessione post sex menses, & iste euen tus,siue finis contingit tempore successo ris põtificis.Igitur ille finis attendi debet, ut uidelicet iste actus renuntiationis pu blicandæ iudicetur secundum reg. ultimi pontificis.Quod suadetur ex uerbis regu. ibi, factæ resignationes, quæ aut tempus præteritum,aut præsens significant.l. uer bum erit,de uerb.sig.& facit doct. Bar. in l.illicitas in prin.ff.de off. præsid. ubi illa uerba, Venditiones factas, &c. posita in statuto,interpretatur de præteritis & futu ris.Et hoc regulare est, quod licet uerba posita in l.in dubio,ad futura referantur, ubi tamen par est ratio de præteritis, illa etiam sub lege comprehenduntur, ut dicit Rom. in consilio 333.& Felyn. in ca pitulo fi.in 10.colum.uers.fallit tertiò,& fallit quartò,de const. Vel etiam dicamus utraque reg.simul iuncta attendi debeat, arg.eorum,quæ dicit D.Ant.in c.fi.de fo. comp.de illo, qui ex uno territorio sagit tam in alterius territorium iecit,& ibi ho minem interfecit. Nam iste homicida sta tutis utriusq; territorii castigari debebit. Ita dicit ibi Ant.& sequitur Abb.in c.1.in 2.notabili,& ibi latius Mod.de præsump. & plura alia ad propositum Ang Aret.cõ gerit in trac.malefi.in uer.in platea cõi.

Sed istis non obstan.rib.contrariis olim, & etiam hoc tempore in plurib.causis Ro ta tenuit. Nam tpe Sixti,reg. hoc casu nõ habere locum iudicauit Ant.de Grassis,3. Feb.1461.ut refert Gl.in procæ.istarũ reg. fo.5.& hoc idem tpe Pauli 2.iudicasse Ro tam,refert Nic.de Vbald. tunc aud tor in tract.suc.ab inte.in 2.parte,nu.12.& tpib. nostris idem pluries iudicauit Rota. In primis,in una Dolen.coram R.P. D. Petri Vor.de anno 1532.ut adnotauit D. Hier. de Castello aduocatus. Deinde in alia Aui nio. Vicariæ de Bethleem coram me, de mense Aprili,eo.an.1532.Tertio loco,co ram d.Siluestro Dario 6.Iulii 1537.in una Toletana parochiali de Iunquera, pro d. Hier.de Briuero,cõtra Didacum de la Ba tia.in qua causa propter d.Darii absentiã d.Nic.Aragona sñiam protulit, q̃ in scd̃a ꝑ R.D.Rayn.de mense Aprili 1538.confir mata,& nunc in tertia coram me concor data fuit. Quartò loco idẽ casus decisus fuit, coram eodem do. Petro Vorcio, in una Gien.bñficii de Pliego 11.Dec. 1538. & in d.causa uoluit unum plus Rota uide licet decis.præd.hẽre locũ,ẽt si plures resi gnationes factæ fuissent tpe 1. Pont. p̃de cessoris,ꝑꝑ cons.Old.203.Ratio præd. de cis.assignatur per præd.Gloss.& d. Nic.de Vbal.in dictis locis,quos breuitatis gratia non refero. Sed alia ẽt rõ per Mod. Dños assignabatur:quia in casib. pr̃suppositis renuntiãs tpe Clem.p̃decess.non obierat, & sic illius reg.locum hẽre non poterat, qa inter tria copulatiue reqsita in reg. re quiritur,ꝙ renũtians post tp̃s in poss. mo riatur:si tamen uixit ẽt per mille annos, non erit locus regu. Cũ igitur eo uiuente Clemens obierit, reg. sua obstare non po tuit: quia mortua fuit ꝑ eius obitũ, neq;

Confirmatur ista: opinio ratione concludenti: quia certũ est, per renũtiationẽ, ius & possessionẽ in beneficio amitti: ut est decis. 23. in no. & abinde renuntians si in possessione manserit, constituitur in mala fide percipiendi fructus, adeò quòd illos fructus nõ facit suos, sed eos restitue retenetur ueto beneficio. ut latè, & in terminis probat Hieronymus Paulus, antiquus doctor, & styli curiæ practicus, in illo vulgato libro, quem Practicam cãcellariç uocant. fo. 46. Vt igitur his animarum periculis occurratur, necessarium est dicere, tempus publicationis à die datæ cessionis currere debere, quia tali casu ordinarius, qui per huiusmodi publicationem statim facta certior redditur, non patietur renuntiationem diu in beneficio sine titulo permanere. Cuius oppositum sequeretur, seu nõ, cingere posset, si tempus publicationis hic resignatum, à die pręstiti consensus inciperet, qui forte posset ex causa ad longũ tempus differri, in grauæ animarum (præsertim ipsius renuntiantis intrusi) præiudicium: quod quidem euitari conuenit. Et ꝙ magis expediat, tempora publicationis faciendæ à data potius ipsius resignationis, quàm à die præstandi consensum, cõputare facit vnum: quia consensus ad effectum publicationis non est necessarius, cũ ille adhibeatur in resignationibus, ad effectum expediendi literas, sine quibus publicatio per solam nudam supplicationẽ fieri posset, & illa sine aliquo cõsensu extrinseco ualet: quia sufficit, ꝙ utriusq; consensu tacitè signetur, uidelicet resignantis & resignatarii, & gratia sola supplicatione si nę literis facta dicitur: ut no. omnes in procemio Sexti, & per illam uerum ius in beneficio acquiritur, ut est decisio Rotæ ultima, in antiq. ti. de rescrip. Cum igitur per solam supplicationem fieri possit publicatio, conueniens uidetur, ꝙ à data eius, tempus datũ ad publicandũ, cõpetetur, ne de facili expectãdo consensum, deludamur.

Sed prædictis non obstantibus dum iste casus in Rota per R. D. Siluestrum Dariũ, de mense Janu. 1534. in una causa Sagunti nẽ. l. Egidii proponeretur, maior pars Dominorũ tenuit contrarium. Pro qua opinione inter alia adducebatur unum motiuum urgens: uidelicet, ꝙ ideo tempus ad publicãdũ à die consensus incipere debet, & non à data resignationis: quia resignatio ante consensum præstitum per resignantem, &c. resignatariũ est informis, & sine eff. ctu, & ab ea, quilibet ante cõsensum præstitũ recedere põt. Quia si cõtrariũ diceremus, infinitę ꝓpemodũ fraudes fingi & argui possent. Nã quis supplicationẽ resignationis, noĩe meo, & me ignorãte, confingere posset, & in ea à papa resignationẽ bñficiorũ meorũ admitti petere: qua admissa, de facili possem bñficiis expoliari. qđ est absurdũ. Requisitus igiꝰ fuit hoc casu cõsensus, tanꝗ causa formalis, ꝑ quẽ actus resignationis pficeretur. arg. c. si tibi absenti de ꝓb. li. 6. Quia, ut dixi, sola supplicatio, tanꝗ incerta & dubia de uolũtate resignãtis, non sufficit, neç robur hẽt. Hinc uidemus quotidie in Rota seruari, ꝙ dãs de iure tertii, ꝑ solã supplicationẽ nõ admittiꝰ: quia ius ꝑ solã supplicationẽ, diciꝰ ius nõ clarũ, informe, & nõ liqdũ, & ideo nõ est actus sufficiẽs ad publicãdũ. Quod ulterius euidenti sõne ꝓbaꝰ: quia clarũ est, ꝙ cõsensus resignãtis põt pstari ꝑ plures mẽses post resignationẽ, ẽt post mortẽ resignãtis, iuxta extrauagãtẽ Alex. Sixti. Et ꝓculdubio superfluũ uideret, & satis impertinẽter factũ, resignationẽ in eccles. publicare, ac bñficii resignati possessionẽ petere ante cõsensũ pstitũ, cũ posset, ut dixi, ante præstitũ consensum resignãs pœnitere, uel fortè mori, nõ cõstituto ꝓcuratore ad cõsensum præstãdũ. Et ideo ob eã causã inductũ fuit, in resignationib. cõsensum expressũ in manib. Notarii Cãcellariæ, uel Cameræ præstari debere, & ab illo tpe cõsensus præstiti, tẽpora hic designata cõputari. Sola igiꝰ supplicatio nõ est sufficiẽs ad producẽdũ huiusmodi publicationis effectũ. Sed isto casu literæ expeditæ requirũtur, quæ sine consensu expediri nõ possunt. Ergo de necessitate consensus requiritur, à quo tempora publicationis currere incipiat. Et licet supplicatio resignationis consensum à tergo contineret: nihilominus ꝑ illũ publicatio firmiter fieri nõ põt, ex eo, q̃a hic requiritur ꝙ tit. publiceꝰ: & sola supplicatio sine expeditione nõ diciꝰ canonicũ ti. cõtinere, ut tradit Nic. Mil. ĩ verbo literę & Rota ĩ ti. de præb.

præb.conclusione 17.in no. & teaffumũt Moder.in tubr de cõsti.lib.6. Et adeò hoc est uerum, ꝙ utens sola supplicatione sine literis, non est tutus in foro conscientiæ, & ideo per eam publicatio fieri non potest, ut in terminis concludit pract. ille Hiet. Paulus in eo lib. qui Stylus, siue practica Cancellariæ inscribitur, fol.46. Quæ cũ ita sint, resignatarius ante præstitũ consensum poterit se legitimè excusare, si nõ publicauit, quia legitimè impedito non currit tempus, ut dicit Rom. in terminis istius reg. loquens in cons.433. facit l.1. in fi. C. de anna. exce. Faciunt etiam ea, quæ de emphyteuta Spec. tradit in tit. de loca. uers.41. Stat igitur cõclusio firma, ꝙ tempora requisita hic ad publicandum, currere incipient a die præstiti consensus. Quã opi. etiam tenuit Rota tpe b.m.D.Pet.Andreæ Gammari, tunc Rotæ auditoris, de mense Maio 1522. ut ipse idem refert in quibusdam Collect. decis. Non enim ante præstitum consensum sumus certi de resignatione uera & effectuali, propter prædictam rationem. Et ideo papa, qui uoluit resignationes publicari debere, uerisimile est illum de ualida, efficaci, & irreuocabili resignatione sensisse, prout etiam illa super qua præstito cõsensu literæ expediũtur, ut sic uerba istius regulæ de resignatione loquentis cum effectu intelligantur, arg.c. relatum, de cle. non resid. & l. i §. hoc interdictum. ff. de fonte. Nam si dicamus tempora hic assignata, a tempore signatæ supplicationis, & non potius præstiti consensus incipere, sequitur unum inconueniens, & super supplicatione resignationis hodie signata posset, elapso anno, etiam post mortem resignantis, iuxta bullam Alex. consensus præstari. Quo casu tempora ad publicandum hic assignata, iam penitus elapsa essent, & sic hoc pacto reg. deluderetur, quod uidetur absurdũ. Nam non uidetur expediẽs, ꝙ antea quis publicare resignationem teneatur, quam sibi exploratum sit eam effectum habuisse. quod intelligi non potest, nisi post præstitum consensum. Et licet iste tex. hoc nõ aperiat, nihilominus interpretatione iuris, reg. sicut & quælibet alia dispositio, ad tollendum absurdum suppleri debent, ut uidemus in l. lecta. ff. si cer. pe. & in sexcentis aliis locis iuris. Et ista opinio, quia uidetur æquior, & securior, & benignior, amplectenda est.

QVAESTIO VIII.

QVæro, an tempus hic assignatum ad publicandum resignationem intelligatur etiam datum ad petendam possessionem?

SOLVTIO. Quòd iste mẽsis pro vtroque datus intelligatur innuũt uerba reg. copulatiuè loquentis, ibi, Publicatę, & possessio illorum, &c. Nam ad ueritatem copulatiuæ, requiritur concursus utriusque copulati. l. si quis ita stipulatus. ff. de uer. obl. & l. si hæredi, & ibi Bar. ff. de cond. instit. cum conc. ut Mod. latè scribunt in l. 1. ff de iust. & iure. Nã copula inducit æqualitatem, ut dicit Bal. in l. a. C. de impub. & aliis subst. & in l. testamento in prima col. uers. præterea uidetur. C. de test. mil. Et ideo una pars copulatiuę per aliam debet declarari, ut dicit Rom. in cons. 231. Nam copulatorum natura persuadet, ut qualitas unius attribuatur alteri, ut tradit Signorolus in cõs.68. Sed sic est, ꝙ ad publicandum resignationem extra curiam datur mensis. & ad publicandum resignationes in curia, dantur sex menses. Ergo idẽ tempus ad petendam possessionem iniunctum esse debet: quia una determinatio respiciens duo determinabilia, debet pariformiter determinare, uulg. l. nam hoc iure, de uulga. & pupill. Et quia publicatio & petitio possessionis uidentur æquipollentia. Nam qui petit possessionem, publicare uidetur. Ergo in ęquipollentibus, dispositum in uno, censetur alio esse dispositum. l. fi. ff. de pollicita. & l. fi. C. de iud. 6. col.

Prædictis tamen non obstantibus, contrarium conclusit Rota, die 19. Feb. 1535. in una causa Ro. canonic. S. Marię in uia lata, pendente coram R.D.Io. Clerici. Rõ decis. fuit, quia publicatio, & petitio possessionis, sunt inter se multum diuersa, & ad diuersos effectus inducta, meritò copulatiua fuerunt huiusmodi requisita. quia alterum non sufficiebat, iuxta reg. c. inter cæteras

cæteras, de resc. & latè tradita per Fely. in c. ex parte, in uers. copula. co. ti. Et per hoc obiter respondetur ad illud, ꝙ dicebatur petitionem possessionis publicationi æq̃ pollere, quia ultra hoc quod text. iste ponit tanquam diuersa propter copulam. Et, quæ, ut dixi, diuersitatem inducit, ut patet in rub. de iu. & sa. igno. istam differentiam in terminis nostris, multis rationibus, probat Abb. in cons. 99. in 3. & 4. col. lib. 1. quę breuitatis causa non refero. Tẽpus igitur datum publicationi, non refero. Tẽpus igitur datum publicationi, nõ censetur datum petitioni possessionis, tã quam res diuersa penitus: & ex diuersis nõ fit illatio. c. in pñtia. de prob. Et ꝙ hoc sit uerum, adparet clarius: quia licet publicatio in curia infra sex mẽses fieri debeat, tempus tamen petendæ possessionis usq; ad obitum resignantis durat, ut colligitur ex uerbis reg. ibi, Si resignantes in possessione decesserint, &c. Nam si infra sex mẽses, infra quos debet fieri publicatio, possessio quoque peti deberet, prædicta uerba regulæ superflua essent. quod dicendũ non est. Nam si possessio infra dictum tẽpus petita nõ fuisset, licet postea resignãs in possessione non moreretur, nihil ad rẽ faceret. Stat igitur conclusio, ꝙ publicatio resignationis factæ in curia, debet fieri infra sex menses, in partibus uerò, per mensem. Petitio autem possessionis potest fieri usque ad obitum, & in hoc differt publicatio a petitione possessionis. Et ita retulerunt Domini seniores prius hoc idẽ iudicasse Rotam de anno 1516. contra Cardinalẽ Iacobatium tunc auditorem Rotæ in una canonicatus S. Petri. Et per prædicta patet responsio ad illud, ꝙ una determinatio, &c. quia procedit, ut est eadem ratio, ut late scribit Iason. in d. l. nam hoc iure. & declarat Dec. in l. in testamento. in 2. not. num. 8. C. de test. mili.

Est tamen ulterius aduertendum, ꝙ licet per petitionem possessionis publicatio resignationis non inducatur, per ea, q̃ superius dicta fuerunt: tamen si possessio petita infra tempus datum ad publicandum, acquiratur, & in ea resignatarius per mensem pacifice permaneat, talis possessio operatur publicationem, neque requiritur ulterior solẽnitas, & in hoc possessio & publicatio æquipollet: ita no. dicit Do. Gul. suo tpe in Rota esse tẽtũ in decis. 26. sup reg. Et ita ẽt tpe meo, pro absoluto ꝑ seniores Rotæ Dominos tenebatur, ut adnotauit D. Iac. Simonetta. Rationes ponit D. Gul. quæ inibi uideantur. Sed ista est cęteris efficacior: quia ratiò finalis, propter quã publicatio inducta fuit, quam scribit Ro. in cõs. 433. in 1. dub. militat omnino isto casu. Sed quare potiùs dicimus sufficere possessionem per mensem tenere, quàm per longius, uel minus tempus?

Solutio potest capi ex his, quę dicit glo. in c. commissa. in uers. pacifica. cir. fi. & ibi Doct. de elect. lib. 6. qui uoluerunt, ꝙ possessio dicatur pacifica, si aliquandiu teneatur. quod exponit per unum mensem, uel duos.

QVAESTIO IX.

QVæro, quomodo, & in quo loco sit facienda publicatio?

SOLVTIO. Glossator hic ponit plures opiniones. Prima opinio est, ꝙ sufficit publicationẽ fieri coram Notario, & testibus, si sit in curia resignans. Secũdũ opi. est, ꝙ sufficit Cãcellaria uel Camera Apostolica. Tertia opin. est, sufficere resignationem alta uoce in audientia contradictatum, quando adest populi multitudo, publicare, ut tenuit D. Gul. deci. 22. super regulis. Videamus quę opinio istarum sit uerior. Mihi uidetur, ꝙ nulla satisfacit menti istius reg. Ratio est, quia publicatio fit ad triplicem effectum. Primus, ut clerici & subditi sciant quem debent habere pro beneficiato & uero prælato. Nã aliquando resignatur aliqua dignitas, quę habet iurisdictionem tẽporalẽ & spiritualẽ: cui subditi tenentur præstare iuramentum obedientiæ, uel illi respondere de certo censu, uel aliquid elargiri singulis annis: præsertim, quãdo existens illa dignitate, curam animarum exercere tenetur. Nam isto casu interest subditorum & parochianorum, illum pro prælato uel rectore habere, qui uerè sit talis. Nam facilè contrarium eueniret, si publicatio introducta non fuisset: quia sæpe resignantes inuenirent homines, qui tectam & occultam resignationem habere paterentur ad

cet non in ecclesia. Quod uidetur tenere Abb. in d consil. 99 Nam positio unius ex diuersis, est alterius exclusio. c. nonne. de præsump. Vnde ex quo locus beneficii, & ecclesia ponuntur, ut diuersa in materia publicationis, prout est text. notabilis in clem. 1. § fi. de concess. præbe. ideo facta in loco beneficii sufficeret, uel etiã facta in cœmiterio ecclesiæ, uel ante eam, ualeret. Et ita in terminis per illum tex. & plura alia fundamenta, quæ non refero, reperio consuluisse Lud. de Interãne, quõdam aduocatum consistorialem eruditissimum in quadam causa Colonienf. præb. S. Seue. cuius conf. incі. dicendum est in 1. dub. & latius hoc probat Ioan. Aloisius Tuscanus, etiam illorum temporum aduocatus: & postea auditor cameræ, in quodam conf. suo in causa Trec posito in j. lib suorum conf. fol. 96 & ultra ipsos hoc idem in specie reperio tenere D. de S. Gemi. in conf. 75, circa fi. Sed ut opiniones omnes concordentur, possunt distingui tres casus, in quibus publicatio requiritur.

Primus in dignitatibus habentib. iurisdictionem spiritualem & tpalem, & in illis conueniens est, ꝙ nedum in loco dignitatis, sed & in ecclesia solennis fieret publicatio, propter rationes dictas in principio quæstionis. Et hoc casu dictum Abb. in d. consi. locum non habebit.

Secundus casus est in parochialibus, & ista sufficit in loco ipsius parochiæ & procedunt ea, quæ hactenus dicta sunt.

Tertius casus est, in bñficiis simplicib. pstimoniis, & aliis nõ requirentib. curam animarum. Et tunc quia in loco beneficii forte nullus adest: quia ubi diuina nõ ministrantur, uel qa locus est curialis, tũc putarẽ publicationẽ fieri posse in audientia cõtradictarũ Romæ, quando adest populi multitudo. Et isto modo pcedũt ea, q̃ dicit d. Gul in d. decis. 22. Et isto casu & sufficeret publicare resignationẽ corã honestis psonis, & notario licet cõtrariũ uoluerit Abb. in d conf. Nam ex quo in dictis beneficiis simplicib. diuina nõ celebrantur, tali casu obseruari non posset, qđ dicit Abb. Nã licet illud publicum dicatur, quod fit infra missarum solẽnia ut dicit gl in uer. publicẽ. in cle. 1. de sep. illud tñ intelligitur quando fit publicatio solemnis, ut dicit gl. in uers. solemniter. in clem. causam. de elect. & gl. in uers. diuina. in cle. 1. de foro cõpet. Sed reg. ista non requirit solẽnẽ publicationẽ, sed simplicẽ, ex quo disponit illã fieri in loco beneficii. & nõ in ecclesia. ut & disponit reg. de publicãdis acceptationib. Ergo sufficit, ꝙ fiat coram notario Cancellariæ & testibus, uel in audientia cõtradictarũ, qñ beneficiũ, ut dixi, est simplex, nullã habẽs curã In quo cessant ea, quę superius dixi in prin. istius. q. quia ista publicatio simplicis resignationis hoc casu sufficit, ꝙ fiat eo modo, quo fit publicatio publici instrumenti, cui bullę apostolicæ æquiparant, ut dixi, in tractatu Breuiũ. Et tñ illa publicatio solet fieri corã notario & testib. autoritate supioris, ut tradit Abb. in c. cũ P. tabellio in 1. col. de fide inst. & Pau. de Cast. in consil. 307. inc. ad primũ quæsitũ. li. 1. Et ita pro ista parte cõsuluit Ant. de Capharellis, quõdã celebris aduocatus, cõs. 4. ut refert quidã doctor curiosus nomine Iaco. de Nigris, in quibusdam suis scholiis ad decis. 297. in no. circa fi. & facit pro ista parte tex. in l. palã. ff. de verb. signi. & in l. hæredes. in princ. ff. de testa. Et ita fuit alias tentum in Rota tempore Sixti, ut inuenio in quibusdã memorialib. Ioachini de Narnia, tunc aduoca.

Et secundũ ista ego intelligerem quãdã decisionẽ Rotæ, quam scribit d Gul. in ti. de regulis, decis. 22. & seq. uidelicet. ꝙ noua prouisio supplet publicationem, quia putarem uerum, in simplicibus beneficiis: secus, in curatis, uel dignitatib. ppter præ dictã rationem. Tñ ego idem in parochialib. uidi illã decisionẽ seruare, d. Simonetta, & me cõtradicẽtib. ex eo, quia licet in formalib. aliquãdo actus impleri possit p æquipollẽs: nihilominus noua prouisio in publicatione, q̃ in parochialib. & dignitatib. reqrit, nullo pacto publicationi æquipollet, si cõsideretur rationes, pp quas in dictis casib. reqrit formalis publicatio. De quib. dixi in prin. istius q. latius supra q. 3.

QVAESTIO X.

QVæro, an sicut cũ renunciatur beneficiũ, fieri debet publicatio rata quoque, qñ transfertur pensio: ut uidelicet ille, in quem transfertur, teneatur ad publicãdũ.

SOLV

SOLVTIO. Do. Guliel. Cessiodorus in quibusdam memorialibus priuatis, interrogatus de ista q. tenuit, quòd non, & nihil aliud dicit.

Mihi etiam uidetur ista opinio uerior, hoc solo fundamento: quia hoc casu cessat mens & intentio regulæ, quia, ut sæpe dictum est, reg. ista condita fuit ad euitandum fraudes, quæ per clandestinas renuntiationes quotidie fiebant, & detegebantur in præiudicium expectantiũ & ordinariorum, & in animarum iniustè beneficia renuntiata occupantium graue detrimẽtum & periculum, ut etiam dicitur in illo antiquo opusculo practicæ cancellariæ, fol. 46. & seq. Interest enim reipub. Christianæ, ac subditorum utilitati, ut q̃ ueri prælati non sunt, detegantur, iuxta text. notabilem, & quod ibi notat Bar. in l. eum, qui nocenrẽ. ff. de iniu. tradit Old. in consilio 53. col. pe. Necessaria igitur fuit inuentio huiusmodi publicationis, per quam omnibus istis malis subuenit. Sed hæc omnia cessant in renuntiatione pensionis. Igitur quia per talem renuntiationem non transfertur titulus beneficii, neq; aliqua administratio, uel iurisdictio in ecclesia (nihil. n. hmõi translatio ad ordinarium, uel expectantes pertinet) nullũ per eam alicu præiudicium generatur. Regula igitur ista, quę titulum concernit, in quo militant prædictæ rationes, non habebit locũ in trãslatione pensionis, in qua prædicta cessant.

QVAESTIO XI.

QVæro, an adeptio possessionis, cum continuatione alicuius temporis, æquipolleat publicationi, ad effectum istius regulæ?

SOLVTIO. Text. hic uidetur ista duo requirere, ut diuersa, publicare, & possessionem petere, ergo alterum nõ sufficiat, quia ad ueritatem copulatiuę requirit̃, ꝙ utraque pars uerificetur. l. qui duecenta. §. utrum. de reb. dub. & regula in alternatiuis. de reg. iur. lib. 6. Contrarium tamen tenuit Rota, ut attestatur d. Guliel. in decis. 26. super regulis. Nam qui adeptus est possessionem, & eam continuat, uidetur publicare, quia per illam satisfactum uidetur menti reg. iuxta ea, quę Rom. tradit in cons. 438. & dixi superius q. 8. Et licet hic sit data forma, quę debet seruari ad vnguẽ ut in l. qui hæredi. & in l. Meuius. ff. de cõdi. & demõstr. nihilominus qñ forma respicit certũ effectũ, potest impleri per æquipollens, ut in l. iubemus. C. de testamẽ. ut declarat Decius in l. si mater. in secũdo notabili. per illũ tex. C. de inst. & subst. & per hoc respõdet ad copulatiuã hic positã inter publicatione & petitionẽ possessionis. Quia uerum est, ꝙ publicatio, & petitio possessionis sunt diuersa sed hoc non procedit in possessione iã qsita, & per aliquot menses continuata: quia talis possessio publicationi ęquipollet, nec tex. istius reg. in hoc aduersatur. Et ista, quæ diximus tantò magis firmãtur, qñ uidemus, ꝙ noua prouisio, non solum bona de qua iam nõ dubitat Rota ꝓpter decis. quas scribit dominus Gul titulo de reg. dec. 22. & 23. sed qđ est fortius, noua ꝓuisio nulla, & inefficax supplet omnes diligentias, & æquipollet publicationi: ut temporib. meis Rota tenuit corã R. P. D. Vortio, die. 14. Febr. 1530. in fauorem d. Io. de Anguiano procuratoris antiqui. Et iterũ idem iudicauit Rota in vna Tullen. Parochialis, coram d. Io. Clerici, die 15. Nouembris 1534. Et ista decisio fundabatur tribus rationibus, omissis aliis. Prima, quæ facit ad propositum nostrũ erat: quia noua prouisio ex qua signatur coram principe, censebatur fieri corã omnib. sicut ea, quæ in audientia contra dictarũ geruntur. Nam quæ fiunt in signatura papæ, præsumuntur publica & notoria. l. omniũ. & ibi notat Ias. C. de test. Quę ratio militat in noua prouisione nulla: q̃a nullitas non tollit quominus factum ipsũ resignatiõis ibi narratũ, nõ sit publicũ. Vñ licet noua ꝓuisio, quo ad effectus iuris nõ prosit, ex quo est nulla: quo ad ea uerò, quæ sunt facti, publicationẽ inducit, quæ in facto consistit. Secunda, quia ratio, quare noua prouisio supplet publicationem, quæ fuit, ut euitaretur pœna regulæ, militãt in noua prouisione nulla: quia ex actu nullo declaratur ita uoluntas, sicut ex ualido, uulg. l. si. ff. de re. eo. & ita excusat, si esset ualida, iuxta gloss. in c. cum uenerabilis. de exceptio. quæ vult malã consuetudinem

nem excusare à pœna. Tertia ratio fuit, quia uidemus ꝙ dispensatio nulla excusat à pœna: extrauag. execrabilis, ut tradit Archi Io. And. Do. & cæteri in c. non pôt. de præb. lib. 6. Ergo eodem modo debet excusare noua ꝓuisio nulla, à pœna istius regulę, eo maximè, quia noua prouisio cõtinet duo, prouisionem & publicationẽ. Et licet prouisio annulletur, non tamẽ potest tolli, quin sit publicatio facta coram principe, quæ consistit in facto, & illa sufficit. Et ita pari ratione uidetur concludẽdum in casu nostro.

Et quamuis ista, quæ de possessione dicta sunt, eo modo, quo suprà dictum est, aures demulcere uideantur: nihilominus contra istam decisionem Rotæ modernæ cõsuluit in terminis Dom. de S. Geminia. in consil. 75. in secundo dubio, de quo domin. Guliel. non facit mentionem. Vbi cõcludit Geminia. ꝙ adeptio possessionis, etiam coram Notario & testib. & populi multitudine, non satisfacit publicationi requisitę per regulam, ex quo reg. inducit formam, quæ debet pręcisè adimpleri. Est bene uerum, ꝙ Geminia. ibi fatetur istam opin. quam modo tenet Rota, æquiorem esse, licet ipse eam non teneat, propter rationes ibi per eum positas. Et ideo Rotæ opin. tanquam æquior tenenda est, potius quàm consil. Gem. qui licet fuerit multũ practicus, ex eo, quia ut ipse dicit in cons. 93. col. pen. per 16. annos in Rota rotauit. Et fuit etiam Auditor Cameræ Apostolicę, ut ipse etiam refert in consil. 128. in fi. & cons. 138. in fin. nihilominus in multis decipiebatur: nam pleraque eius consilia in Rota reprobantur. prout ex multis tria sufficient, uidelicet, illud de prærogatiuis auditorum num. 113. & aliud sequestro iudicis secular. 78. & cons. 75. de quo hic agitur. Et memini me alias decem eius cõsilia adnotasse, quæ in Rota non tenentur quæ breuitatis causa non refero. Et tenendo istam opinionem Rotæ, ꝙ cõtinuatio possessionis, saltem per unum, uel duos menses æquipolleat publicationi, ad istã Gemin. responderi potest per ea, quæ dixi superius in principio istius quæstionis, dum alleg. Decium in l. si mater. C. de inst. & substit. & etiam eius rationes resolui possunt ex dictis per Fel. in c. cum dilecta. de rescript. & per Mod. Asten. in tract. formæ, in illo c. quando forma per æquipollens possit adimpleri. Nam sunt plura iura, in quibus probatur formam per æquipollens impleri posse, ut in l. fi. §. fin. ff. de condi. & demon. in l. mulier. ff. de condi. instit. & not. Bar. in l. ab emptione. ff. de pact. & gl. in l. hac consultissima. C. qui testa. fac. poss. Et maximè in casu isto: quia possessio non potest capi in ecclesia, neq; continuari mensem, nisi omnibus scientibus. Data igitur scientia publicatio est frustratoria, ut uidemus in cle. causam de elect. ubi in simili idem disponitur. Et ita etiam reperio Antiquos istam opinionẽ tenuisse. Nam pro ista opinione Rotæ cõsuluit Ant. de Capharelis, tunc celeberrimus aduocatus: & Petrus Tuscanella in causa Nanneten. parochialis. & idem in causa Aquilegien. consuluit Paulus Pontanus in consilio, incip. utrum per assertionem, &c. in 3. dubio & latius Ioachinus de Narnia doctissimus causa Leonen. parochialis coram Gabriele Auditore tempore Sixti. Et omnes illi antiqui tenebant istam opinionem pro firmo, ut patet in allegationibus eorum, quas, ne sim prolixior, omittam. Imò disputatiuè teneri posset, non solum possessionem ipsam aliquo tempore continuatam, sed etiam diligentiam capiendi possessionem, publicationi ęquipollere debere, per ea quæ in simili dicit Gloss. in reg. 11. super eo, qui in notabili casu loquitur, de quo ego satis dubitarem. Possent tamẽ ista declarari ex his, quę superius in nona quæst. dixi.

QVÆSTIO XII.

QVæro, an regula ista comprehendat Cardinales?

SOLVTIO. Ista quæstio sæpius fuit superius disputata in aliis regulis, ideo breuius agendum erit. Considerandi igitur sunt hic tres casus. Primus est, effectus priuilegiorum cardinalis. Secundus, eorum dignitas. Tertius, ratio regulæ.

Circa primum, certum est, ꝙ attentis priuilegiis cardinalium, quorum similia plures alii prælati & officiales in curia habent, cardinales non tenentur ad publicãdum. Nam & auditores Rotæ, Referenda

rii,

rii. Scriptores, Apost. milites S. Petri, & sex ctis alii officiales, hac prerogatiua decorã tur, à qua non puto cardinales exemptos esse, licet eorum priuilegia non uiderim. Illud tamen in quibusdam capitulis con clauis Alexandri Sixti, Iulii, & Clementis cautum legitur: licet nõ sint in forma pro bandi. Sed omissis priuilegiis secundo lo co erit uidendum, nunquid ratione digni tatis ad publicandum teneantur? Et uidetur, q᷑ nõ: ex eo, quia ex quo sunt in suprema culminis dignitate positi, digni uidentur, ut specialiter exprimantur. Cũ igitur regula ista de illis mentionem nõ faciat uidetur eos comprehẽdere uoluis se, arg. c. quàm periculosum. de sentent. excom. li. 6.

Tamen ad tenendum contrarium, sua det nos tertius casus superiùs designatus, uidelicet, ratione istius regu. quę fundata est in bona animæ, ut fraudes & doli cui tentur. Sed ista ratio magis in cardinali bus militat, quàm in aliis, arg. cap. cum quidam. de iureiurand. Ergo sub regula includi debent: quia in iis, quæ animam respiciunt, Cardinalis non differt à quoli bet alio populari, ut tradit Bartholomæ us Belenzinus post Rom. & alios, quos ibi adducit in tract. de chari. subsid. q. 66. & dixi satis suprà in prooemio reg. & in aliis plurib. regulis. Et ista sit summa, q᷑ ubi agitur de cuitanda fraude, constitu tio omnes comprehendit, non solùm Car dinales, sed illis maiores, ut in c. sciant cũ cti. & ibi Modern. de elect. lib. 6. Et in c. 1. de schismat. eod. libr. Nam quantò per sona maior est, qui peccat, tantò dignior est legis pœna, ut habetur in l. presbyte ros. C. de episcop. & cler. & c. principiũ. de pœ. distinct. 1. & quia in eis militare uide tur mens & ratio istius regulæ.

Est bene uerum, quòd licet in aliis inferioribus, propter publicatione omis sam fraus præsumatur: in cardinalib. tamẽ nõ ita, nisi aliquibus clarioribus indiciis, de illa adpareat. Nã ex quo sunt illustres, & in suprema dignitate positi, & adsum pti sunt per summos Pontifices in coadiu tores põtificiæ dignitatis, in dubio præsu mere debemus, pro luce dignitatis eorũ, omnia integrè ac summa cum iustitia fa ctu- ctu-

cturos. l. 1. & ibi expresse not. gloss. ff. de. off. præfect. prætor. Et ita intelligi pos sunt dicta Petri de Anch. in cons. 295. pro clariori euidentia, & c. quib. conatur osten dere, Cardinales sub regulis Cancellariæ pœnalibus non debere comprehendi. Sed in casu nostro ęquior uidetur opinio, q᷑ Cardinales sub ista reg. comprehendãtur: quia hic non agitur de imponenda pœna personis Cardinalium, sed de nullitate actus: quo casu Cardinales in constitutio ne generali comprehendi solẽt, ut dicit Ar ch. & Gemin. in c. nemo. de elect. lib. 6. & in c. 1. de schismat. & quia hic agitur de cuitanda fraude, in qua tollenda, Cardina les cęteris debẽt esse pro peiores. Sed ęsti mo hãc quęstionẽ superuacuam esse pro pter Cardinalium priuilegia.

QVAESTIO XIII.

QVæro, an legitimè impedito, propter pestilentiam, aut bellum, uel aliud simile impedimentum publicare obstet ista regula?

SOLVTIO. Quia iste casus pluries de cisus fuit, & sunt plura dicta, & autorita tes Doctorum in terminis istius quęst. scri pta, non curabo materiam congerie inuti lium onerare uerborum. Concludendũ igi tur est, his casibus regulam nõ obstare. Et hæc omnia intelliguntur, nõ solũ in publi catione facienda respectu loci, sed etiam respectu temporis. Respectu loci, ut si pu blicatio fieri deberet in loco beneficii, uel in ecclc. & ibi uigeret pestis, uel bellũ, uel aliquod aliud simile impedimentum, propter qđ ibi publicatio fieri nõ possit. Nã tali casu toleratur, q᷑ publicatio fieri possit in alio loco æquipollenti, & satis fiet huic regulæ. Ita in specie dicit, & latè probat Ro. cons. 433. incip. quo ad primã. Sequit Fel. in c. cũ dilect. in 21. col. uers. li mitat 7. de rescript. & in aliis plurib. locis. citatis per eũ. Et per illud cõs. Ro. Rota etiam semper tenuit, q᷑ noua prouisio suppleat huiusmodi publicationẽ, ut dixi superiùs in alia q. Et in isto casu satis factum etiã erit regul. si publicatio fiat per affixionẽ in acie Cãpi Floræ, uel in ualuis Cancella riæ, prout etiã fieri põt sede uacante: ut in una Olomucẽ canonicatus & præben. corã domino Guliel. Cassiodoro, de men

se Iunio 1522. conclusit Rota, ut idem refert decisio. 28. tit. de regulis.

Et est aduertendũ, ꝙ licet alias propter necessitatem quis excusetur, si mandatum non faciat, ut in c. quæritur. §. fi. 22. q. 2. tñ fallit in prædictis casib. in quib. resignatarius propter præmissa impedimenta nõ liberatur absolutè à publicatione facienda. Sed si eam non potest facere in loco destinato, tenetur eam facere in alio loco æquipollenti, propter impedimenta præfata. Et ita loquuntur prædicti Doct. & reassumunt latius Moder. Bono. in tract. legali pestis. fo. 24. c. 12. Et Steph. Maleretus in tract. elect. fo. 80. in 3. col. qui omnes præcisè in hoc puncto limitant istam reg. modo quo dixi. Est bene uerum, ꝙ si propter aliquod impedimentum contingeret, publicationem fieri non posse, in aliquo ex prædictis locis, fortè quia resignatarius detentus fuit in carcerib. seu captus ab hostib. p ꝑ quã causam tempora publicationi præfixa transierunt, tũc resignatarius, uel etiam expectans, qui uigore alterius regulæ, et ad publicãdũ tenetur, excusarentur à publicatione, dummodo coram iudice, notario, & testib. protestentur per eos nõ stetisse, quominus publicarent, ut tradit Mod. Auinio. uidelicet Fran. de S. Nazario alias de Ripa in tract. legali pestilentiæ. in tertia parte, in 6. q. Et ita istæ casus contingit tempore Sixti in una Nanneten. parochialis de Yffeio, ut refert Ioachinus de Narnia, illius ẽpis doctissimus aduocatus.

Sed urget modò vnum contrariũ, quod omnia prædicta turbare uidetur. Nã conclusum est superius, publicationem requisitã in ista reg. posse impleri per æquipollens, ex interpretatione Rotæ: & ꝙ sede uacãte potest etiam fieri in acie Campi Floræ. Nam contra hoc est in consil. eiusdem Rom. in terminis cons. 337. in e. quo ad primum, &c. in 2. dubio. ubi cõcludit, ꝙ licet publicatio fieri possit in audientia cõtradictarũ Romanę curiæ: nihilominus si fiat per interessentes concilio generali audientia contradictarũ eiusdẽ, nõ satisfacit regulæ, licèt secundum eundẽ sit casus similis habens eandem rationem, plura fundamẽta & rõnes, quas ibi cumulat. Sed posset dici, ꝙ dictum Rom. in d. consi. 337. procedat, quando legitima impedimenta non sunt, de quibus idem Ro. loquitur in præallegato consi. 433. cum concord. superius alleg. Et ita concordari possunt ista contraria.

QVAESTIO XIIII.

QVæro, nunquid per citationem affixã in ualuis eccle. ubi est beneficium tẽpore diuinorum, factam super dicto beneficio renuntiatio, in qua narratur renũtiatio facta dicatur inducta publicatio ad effectum istius reg.

SOLVTIO. Si consideramus ea quæ sæpius dicta fuerunt, uidelicet, formã hic in regula datã posse per æquipollens impleri, concludendum erit per huiusmodi citationem, in qua tenor resignationis narratur, publicationem fuisse inductam. Sicut in simili uidemus per possessionẽ per mensem continuatam, uel per nouam ꝓuisionem, etiam publicationem, induci, ut superius dictum fuit in præcedentibus q.

Sed prędictis non obstan. contrariã opi. puto ueriorẽ: super qua olim in causa Genen. parochialis eccles. de aquaria in Rota pendente consuluerũt excell. uiri, ut ad notatum legi, & licet eorum motiua non uiderim, nec habeam quid super hoc Rota concluserit: nihilominus ego etiam istã partẽ iudicio meo magis tutam defendẽdam assumpsi, istis breuissimis rationibus. Prima, quia clarum est citationem prædictam ad hũc effectum faciendi fidem de renuntiationem non emanasse, sed solum ad finem citandi & euocandi possessorem ad curiam: ergo non debet aliũ diuersum effectum inducere. quia iure cautũ est, ꝙ inducta ad unum finem, non debet alium operari. l. qui hominum. §. fi. ff. de solu. Cũ limitata causa, limitatum effectum producere debeat, iuxta l. in agris. ff. de acq rer. do. cum concord. ut latè per Mod. in l. age cum Geminiano. per illum text. C. de transact. & in c. cum ordinem. de rescript.

Præterea, quia renuntiatio, quæ cõtinetur in dicta citatione, est narrata per ipsã partem, & uerbis narratiuis partis nõ creditur: uulg. c. si papa. de priuileg. lib. 6. cũ per hoc non dicatur constare de renuntiatione, nisi ipsa renuntiatio originaliter ꝓducatur: arg. l. si quis in aliquo. C. de eden. & acc e

accepimus.& c.porrò.de priuileg.

Præterea quia publicatio debet fieri in loco beneficii,& tamen citatio potest fieri in alio loco,ubi habitat citandus. Cùm igitur ista sunt diuersa, de uno ad aliud non debet fieri illatio. c. nonne. de præsum.& l. Papinianus. ff. de mino. Et isto modo conseruatur illa uulgatis regula iuris, ꝙ actus agentium non operantur ultra eorum intentionem,ut dicitur in c. ss q.& c.humanę aures.22.q.2.& 4.tradit in simili casu Rota in no.decis.431.incip. si impetrans,circa fi. & Egid. decis.699. sup posito.Et quia si hæc uia publicandi, caperetur,fierent mille fraudes,& de facili hęc regula eluderetur,qđ permitti nõ debet.

QVAESTIO XV.

QVæro,quæ requiruntur quo ad hoc, ut regula illa habeat locum?

SOLVTIO. Tria copulatiuè requirũtur secundùm antiquam & modernam interpretationem Rotæ.Primum est, ꝙ non sit facta publicatio.Secundum,ꝙ non fuerit petita possessio. Tertium, ꝙ resignans post sex menses decesserit in possessione, adeò ꝙ si alterum istorum deficiat,regula non procedunt:quia beneficium uacabit per resignationem,& non per obitum, ut hic disponitur,& sic sola possessionis petitio, sola publicatio resignationis, sola mors infra sex menses,uel ꝙ resignans nõ decederet in possessione impedit fictionẽ reg.& uacant beneficia per resignationẽ, & non per obitum. Est bene uerum,quòd reg.Hadriani uoluit,ꝙ cum publicatione concurreret simul & petitio possessionis, & sic non sufficiebat publicare ad impediẽdũ uacationẽ fictam per obitum, nisi etiam peteretur possessio. & hoc indicant uerba illius reg.Hadriani,ibi. Et cum hoc possessio illorum,&c. & ita etiam adnotauit Melchior de Baldas.aduocatus illius tẽporis excellens in quibusdam adnotationibus regularum Hadriani.Itaque sit conclusio,ꝙ ad effectum fictionis reg.ut fingatur uacatio per obitũ,requirebantur etiã illa tria copulatiuè,ꝙ non fuerit facta publicatio,nec petita possessio,& ꝙ resignãs moriatur infra sex menses in possessione: sed non sufficiebat ad impediendam prædictam fictionem alterum ipsorum deficere,ut est in modernis & antiquis reg.quia non sola publicatio impediebat in reg. Hadriani, nisi etiam concurreret petitio possessionis,& in hoc fuit immutata ista reg. Fuit etiã immutata circa cursum sex mensium,ut patet in ea.

QVAESTIO XVI.

QVæro,quid si resignatarius,ꝙ non publicauit,& per cõsequens perdidit ius uigore resignationis,uelit capere beneficiũ resignatũ per istã fictã uacationẽ obitus inductam per istã reg.per clausulas generales,uidelicet, Vel alias quouis modo uacet,&c.solitas adponi i supplicationib. an possit, an uerò sicut annulatur resignatio,ita & quælibet uacatio ex ea resultãs?

SOLVTIO. Glossator in regula de infir.resign.uidetur mouere hanc q. licet in uolutè resoluat,& ibi ego latè eam q. 34. examinaui, & latiùs in reg. de uerisimili notitia obitus, quæstione tertia, & ideo hic minus erit dicendũ.Concludo igitur, ꝙ resignatarius uigore dictæ claus. beneficium per uacationẽ obitus post datam resignationis contingentem capere non potest. Quod ita probatur: quia illa clausula quouis modo,secundũ communes cõclusiones & stylum curiæ, capit tantũ uacationẽ tempore datæ prouisionis contingentem,& sic beneficii,quod iam uacat de præsenti,non autem capit, quæ extrinsecus, & in futurum contingere potest: quod ex eo suadetur, quia claus. Quouis modo,non extendit se ad uacationem alterius personæ,quàm expressæ,ut tenent omnes in c. susceptum.de rescrip.lib.6.& notat Rota in decis.483.incip. no. ꝙ clausula,&c.& deci.743.in antiq. & decis. 28. in no.Ergo eadem ratione, neque capiet alio tempore uacationem contingentem: quia ualet argumentum de persona ad tẽpus,& econtrà.l.qui plures. in prin. ff. de uulg.& pup.l.uideamus.§.penult.ff.de in lit.iu.& ita retulit mihi Gaspar de Hiezio procurator antiquus,tempore suo iudicatum fuisse,ut ipse adnotauerat.de quo tamen aliquid dicam infra q.18. Limitantur tamen ista, nisi in prouisione uerba desig nãtia futurã,adponantur,aliã personã,uel futurũ tẽpus cõprehendẽtia,quia tali casu

pro

prouisio capiet illã uacationẽ. Ita tenet dec. 613. inc. si papa in antiqs, q̃ ita debet intelligi. Secundò limitatur d. conclusio, nisi in gratia Si neutri, illa clauſ. Quouis modo, adponatur: quia tunc refertur etiam ad vacationem posteriorem, ut alias tenuit Rota, & adnotauit Dom. Berẽgarius Saganta antiquus, & procurator practicus. Ratio est, quia gratia, Si neutri, ex sui natura respicit futura, & tunc perficitur, ut patet ex eius uerbis, uidelicet, Si per euentum litis constiterit neutri litigantium, &c. & sic in ea non attenditur tempus datæ, prout in aliis, sed tempus quo beneficium conferri potest. & uo. Gemi. in conſ. 79 Quod qualiter procedat, dictum est in regula de anali.

QVAESTIO XVII.

QVæro, an ante publicationem dicatur resignatario adeo ius quæsitum, ꝙ si infra tempus ad publicandum fieret alteri prouisio cum clausula. Nisi sit alterius requisitum, & postea non publicaret, dicetur gratia, siue prouisio nulla?

SOLVTIO. Quæstio ista est difficilis & propter uaria motiua hincinde urgẽtia uidetur quasi brocardica, & ideo requireret longã librorum reuolutionẽ. Tñ quia in iudicãdo nõ requirimus longũ uerborũ apparatũ sed effectũ & medullã ueritatis, & mihi ẽt à negotiis publicis & necessariis meis actionib. adcò breue tẽpus superest, ꝙ ẽt ista præstare non possem: perstringã igitur succinctè, & in summa omnia quæ super ista quæst. dici poterunt, concludendo breuiter eius decisionem. Pro parte igitur affirmatiua, uidelicet, quòd prouisio facta infra tempus publicationis, publicatione non facta ualeat; facit primò, quia ius quod est in pendenti, quale uidetur esse illud quod resignatario competit pendente tempore ad publicandum, non impedit prouisionem medio tempore alteri factam ut tradit notabiliter Rom. in consil. 256. per tex. in c. si pro te. de rescri. lib. 6. & in cle. 1. de concess. præb. lib. 6. Faciunt ea, quę scribit Soci. in conſ. 43. in 2. col. uerſ. 2. & in 3. col. uerſi. 3. etiam. & cõſ. 117. per totum in 3. uol.

Secũdò, p̃ ista opi. facit q̃a uidemus, ꝙ habẽs gratiã ad primũ beneficiũ uacaturũ datis executorib. cum clauſ. Si idoneus repertus fuerit, nõ potest cõqueri, si ordinarius etiã post facta ei per executores inhibitionem, ne alteri conferat, antequã executor cognoscat, uel cognitionẽ perficiat de habilitatib. prouisi, conferat Titio, nõ obstã dicta gratia, collatio ualet, & tenet licet effectum non sortiatur, nisi expost. Ita latè concludit per plura iura Oldr. in consil. 173. incip. thema tale est, &c. Ad idem pro ista opi. facit, quod tradunt Salic. Rom. & Ale. in l. fi. per illum text. C. qui admit. ubi, quærunt, quid si plures diuersis temporibus impetrauerunt canonicatum uacaturum in certa ecclesia, quem infra mensem duxerint acceptandum. Deinde secundus impetrans acceptauerit infra tempus datum primo, & sic nimiũ prę properè & festinanter? concludunt prædicti Doct. ꝙ attenta ueritate, si primus exclusus fuit, uel tempore, uel repudiatione aut aliter, ꝙ ualet acceptatio, & licet nimium festinanter & tempore incongruo. Et hoc dictum adprobat & sequitur Iaſ. in conſ. 104. incip. circa quatuor. col. pen. lib. 1. Sic in proposito nostro est dicendũ, ꝙ collatio facta alteri infra tempus datũ ad publicandum, publicatione non facta ualeat. Pro qua opi. faciunt ea, quæ in nots casu adducit Ang. in consil. 36. inc. pro decisione quæsitorum. col. pen. ubi probat, ꝙ pendente aditionis tempore tẽpus ad insinuandum nõ currit, quia donec subest potestas actum faciendi, non potest dici, ꝙ actus intermedius sit nullus nisi subsequatur implementum facti, ut ibi per eũ. Et pro ista parte faciũt ea, quæ scribit Pet. de Anch. in consi. 158. incip. ex narratis. in pen. & fi. col. ubi quærit, nunquid impetratio facta infra tẽpus, quo quis declaratur excommunicatus, nisi satisfecerit, ualeat? & concludit ꝙ sic, per plura iura, quæ ibi allegat. Ad idem facit, quia illud ius resignatari ante publicationem dicitur pendens: ut dicit expressè Paulinus excellens practicus, & quondam auditor Rotæ ad primè eruditus in tract. de offi. & potestate. capit. in 2. præludio. uerſi 9. & sensit Old. in consil. 285. in pen. colum. Sed ea, quæ fiunt, & conceduntur pendente iure resolubili, ualent & tenent; ut per plura

excm

exempla probat Decius in conf. 247. in causa,&c.col.penul.& ante ipsum, in notabili casu probat Gemin. in conf. 79. in secundo dubio. Sic eodem modo in casu nostro dicendum uidetur, quod prouisio pendente tempore ad publicãdũ ualeat. Quibus accedunt ea, quæ congerit Soci.in consf.41.in prima col.lib.4. Et quę Alexan. consl. 25. in 2. col. uersi. Præterea positio etiam,&c.lib.3.cum multis aliis, quæ breuitatis causa omittuntur. Non obstat, ꝙ clausula proposita in prouisione, Dum modo nõ sit alteri ius quæsitum. quia respondet Roman. in dicto consil. quòd intelligitur de iure perpetuò duraturo, non autem de pendenti resolubili, ut ibi per eum: qui ad hoc allegat plura iuria, quæ per te uideas,& aliter respondet Socin.in d. consi.41.libr. 3.col.fina.ut ibi per eum & dixi in regula de non tollendo iure quæsito.q.3.

Quib.non obstant.contraria opi.est uerior & iustior,quã Rotam in plurib. & diuersis causis ad probasse legimus, cuius decisio, ac principali motiuo siue ratione fũdatur. Nam clarum est, ꝙ ius in re plenum,etsi posset resolui, non tamen est alteri conferibile ante resolutionem, ut est text.in c.commissa. in prin.de elect. lib.6.& in c.si tibi absenti.de præb.eo. li. cum infinitis motiuis & concord. quæ satis curiose prò ista parte cumulat Egid.decis.752.in parte negatiua dubii ibidẽ propositi,& disputati per eum. Accedũt ad hoc dicta per Alex.in l.si decesserit.col fi. ff.qui sa.cog. Et ita per istã rationem, & alia plura motiua, istam opin.tenuit Rota in una Palẽt.beneficii coram D.Paulo.Capisucco de anno.1519.ut latè refert D. Guliel.in titu.de regul.decis.24. Et idem in alio casu Rota tenuit in una Placen.parochiali, de Bodou.de an. 1520.coram D. Paulo, ut refert idem D. Guliel. in tit. de concess.præb.decis. 5.per rationes & argumenta, de quibus ibi per eum. Ad quæ accedunt, quæ dicunt Domini in decis.834. in antiquis,& Bisignetus eo. tit. in decis. 25.ubi uolunt, prouisionem ordinarii infra mensem ad acceptandum concessum expectantibus factam non ualere, etiam illis posteà acceptantibus. Et idem per illas decisiones, & dicta Fely. in d. c. eũ ex officii. in prouisione legati tenuit Rota tẽpore meo:& de tempore suo iudicasse Rotã refert D.Pet.And.Gammarus in tract.legati lib.3.q.3. Et hodie 19. Decemb. 1539. idem in simili casu cõclu.Rota in una Vincẽtina archipresbyteratus eo tã D.Io Paulo: quæ uoluit, ꝙ collatio papę facta infra sex menses deuolutionis ad superiorem propter negligentiam patronorum non præsentantium, sit nulla, etiam si cardinalis, ad quem fuerat deuoluta infra sex mẽses collatio, non confert, & hoc per rationes superiùs allegatas: non obstante decis. 21.de concess præb.412.& 450.in antiq & tradita ꝑ Soci.cõs.260. Nõ obstãt, quę ĩ cõtrarium adducta fuerunt: quia ad illa respondèri potest ex his, quæ latè præfati Doct.scribunt: præsertim Soci.in d. consi. 117.& D.Guliel.in d.decis.quæ breuitatis causa non refero, cũ ibi uideri possint.

QVAESTIO XVIII.

QVæro, quid si factę sint duæ resignationes eidem & prima annullatur ex defectu publicationis, an possit adiuuari ex secunda, quam publicauit?

SOLVTIO. Ioan.Franciscus Pauinus quondam auditor Rotæ practicus, & doctrinę singularis in trac.de potestate cap. sede uacan.in secundo præludio.uersi.12. innuere uidetur quòd non, ex eo, quia ius per non publicationem ipso iure uacat, ergo reuiuiscere nõ põt, quia semel extinctum non reuiuiscit.l.qui res.§ aream. ff. de solu. tradit Soc.in cons.260.col.4.li. 2. Est bène uerum, ꝙ idem in uet. nono per lapsũ,&c.dicit, quòd licet non faciens diligẽtias requisitas à regula cadat à iure, illud tamen ius est pendens. Et secundum hoc ego putarem, quòd secunda resignatio caperet illud, saltem per clausulas generales, nisi iam prius papa prouidisset alteri: quia tali casu non esset locus, nec primæ, nec secundæ resignationis: nõ primæ propter non obseruatam regulam: nõ secundæ, quia ius semel renunciatum nõ potest iterum cedi, quia per primã resignationẽ ualidã abdicatur titulus & possessio naturalis,& ciuilis à resignãte, ut in decis. 1.de rer.permut.in no.& not. Innoc. in c. super hoc.de renũt. & est notissimum. Itaque

que nihil manet apud ipsum resignantē:
qui nihil igitur habet, nihil dare potest: c.
quòd autem. de iure patr. & l. si uniuersæ.
quem tex. Bart. uerbis uulgaribus sum
mar. C. de legat. si nihil dat secūda resigna
tio, nullius est momenti.

Et ex prædictis decidi potest illa q. quā
Io. Aloisius Tuscanus doctor Mediolanē.
& quondam aduocatus primarius & audi
tor Cameræ refert accidisse tp̄e Sixti in
Rota in eius consi. incip. ad primum, &c.
positum in primo uolu. consi. suorum, ui
delicet an beneficium primo acceptatum
per procuratorē suum, cuius acceptatio
fuit nulla propter non publicationem fa
ctam secundum formam regulæ possit il
lud secūdo loco acceptare. Et tunc fuit in
terloquendo dictum, quòd sic, ex eo, quia
multiplicatio titulorum non est prohibi
ta, ut not. Doc. in c. post electionem. de cō
cess. præb. cum concor. ut per Fely. in c. in
nostra. uer. titulus. de rescript. facit. l. 3. §.
ex pluribus. ff. de acqui. poss. & in regula
nullus. de reg. iur. lib. 6. & in l. quotiens §.
1. ff. eod. & not. per gl. in iunctos. in c. cum
personæ. de priuileg. lib. 6. sic uidemus, ꝙ
conceditur excommunicationum multi
plicatio. cap. ita quorundam. de Iudæis,
cum concor. ut ibi in gl. sic etiam interpo
sita appellatione potest iterum, atque ite
rum appellari, ut in clement. si aute. de
dol. & contumac. Nec reperitur prohibi
tum, quòd quis pluries idem benefi
cium acceptare possit, pro conseruan
do iure suo, ut tradit Cald. in consil. 7. ti
tulo de electiō. Non obstat si dicatur, ꝙ
ex quo per primam ius quæsitum est, iux
ta c. si. de concess. præb. lib. 6. secunda acce
ptatio nihil potest operari, & erit frustra
toria, iuxta ea, quæ arguēdo dicit Rota de
cis. 858. in antiquis incipien. Dominus pa
pa. in 1. col. quia respondetur, ꝙ licet secū
da acceptatio operari nō possit quò ad cō
cursum, uidelicet, prima acceptatione exi
stēte ualida, quia quod debetur ex prima,
uerum est ex secunda non deberi, iuxta d.
§. ex plurib. & cle. 1. §. si quæ not. de priui
leg. tamen nō dato concursu secundo ac
acceptatio pōt operari effectū suū sūmo
prima acceptatione per reg. de non publi
candis acceptationib. huic reg. similem. Et
ideo illa remota remanet secūda, & ope
ratur effectum suum, ut not. in cle. 1. de cō
si. & in §. affinitatis. instit. de nup. sic uide
mus, quòd secunda excommunicatio quā
diu concurrit cum prima, non operatur
effectum suum: tamen si prima submoue
retur, tunc secunda operatur. 3. q. 4. Engel
trudam. cum concor. ut patet etiam in ex
emplo posito per Ioan. Andr. in c. cum in
cunctis ad fi. de elect. & in cle. si. de magist.
De ligato una, forti catena. Nam uniculū
alterius catenæ nihil operatur, donec il
la remanet: tamen ea submota, tunc secun
da catena operatur: sic etiam concurrente
lumine lucernæ cum lumine solis lucerna
nihil operatur. c. si omnia. 6. q. 1. tamen, re
moto sole, lucerna tunc operatur, quæ ex
empla posita per Io. And. d. locis superius
allegatis, reassumit, prædicta decisio Ro
tæ ferè in simili casu. Ita igitur in proposi
to nostro est dicendum. Nam ex quo pri
ma acceptatio est sublata per exceptionē.
reg. remanet secunda, iuxta præd. rōnes.

Nec obstat, ꝙ per primam beneficiū
est effectū plenum & consequenter secun
da acceptatio nō ualeat iuxta not. in cle.
1. de cōc. præb. & sic reualidari nō posset
p extinctionē primę, p c. nō firmat. de reg.
iur. li. 6. & c. si eo tēpore de resc. eo li. cum
uulg. q̄a tūder, ꝙ ius nō erat plenum, sed
erat imperfectum, & stabat inpendēti us
que ad tempus publicationis faciēdæ, iux
ta formā reg. quo elapso, si non est facta
publicatio, illud ius annihilatur, & ideo
tale beneficiū dici non pōt plenū: quia si
plenum esset diligentiis regulæ non indi
geret. quia plenitudo additionē non, ad
mittit, ut dicit text. in d. c. si omnia. Remā
sit igitur adhuc uacans, & ideò iteratio ac
ceptari potuit. c. cū nostris. de cōcess. præb.

Nec etiam obstat, ꝙ nō reprobata pri
ma acceptatione, secunda nō debuit fieri,
iuxta c. post electionem. de cōcess. præbēd.
quia illud procedit ubi secūda prouisio fuis
set facta alteri, q̄ illi cui fuit facta prima,
ut patet in d. text. ibi. Arch. nō uacās non
pōt, nec debuit in aliū trāsferri, &c. sic &
in c. inter dilectos. de exc. præl. & in c. licet
eps. de præb. li. 6. sed in casu nostro utraq;
acceptatio refert ad eūdē, igit, &c. Nec ob.
c. si tibi absēti. de pb. in 6. q̄a licet ius illud

non esset perfectum, tamen agebatur de collatione alteri facienda, non autem ei, de m, ut ibi patet. Et probatur hæc solutio in c. si quis duas, de elec. lib. 6. ubi electio per quem ius imperfectum quęritur multiplicari potest in eundem, & in electione electi erit, quo uti uelit, ut ibi patet.

Nec obstat si tunc replicetur: ergo cum prima fuerit usus non audietur ad secundam, per illum tex. quia respondetur, ꝙ ille tex. non procedit quando sumus in titulo acquisito, ut ibi no. per Doct. & plene per Cal. & Dom. in cons. 8. tit. de elect. per plures bonas & notabiles rationes ibi per eos positas, quas breuitatis causa non refero. Neque potest etiam dici, ꝙ inducat prima acceptatio gratiæ consumptionem: quia requireret ut ad hunc finem, ꝙ sortita fuisset effectum. ca. si clericus, de præb. lib. 6. c. ad audientiam, el 2. de rescr. alias autem si aliquo casu inualida existit, potest fieri secūdo loco actus, per quem acceptatio inducatur, ut colligitur ex decisio. in nouis. 431. incip. si impetrans, in 2. dubio, & seq. & alle. Lapi 95.

Tamen licet prædicta sint multum colorata, & mihi applaudant: nihilominus quo ad effectum istius regulæ contrariū tenuit Rota, hac ratione, quia tempora ad publicandum hic designata currunt a tpē primæ, puisionis, non secundę. & idēo si prima ex defectu publicationis annullatur, secunda resignatio nō sustinebitur: ita in simili conclusit Rota super regu. de acceptationibus, ut latè refert D. Gul. in decis. 9. ti. de conc. præb. per alias rationes de quibus per eum, ex quibus facilè constari potest responsio ad argu. superius facta an uero beneficium resignatum possit deinde capi per clausulas generales positas in supplicatione resignationis? dixi superius q. 16.

QVÆSTIO XIX.

QVęro, ex eo, quia hic dicitur, ꝙ si renūtians moriatur in possessione, non facta publicatione, ꝙ beneficium non per resignationem, sed per obitum censeatur uacare, quid si renunciians moriatur ciuiliter, & non naturaliter, nunquid sit locus regulę?

SOLVTIO. Dicendum est ꝙ nō. quia uerba simpliciter prolata, naturaliter, non autem ciuiliter capi debent. l. fi. C. de his qui ueni æta. imp l. qui habet. ff. de tutel. & sic expressio mortis in ista reg. intelligeē de naturali, nō autem ciui. pręsertim, quia reg. ista est odiosa, & cōtra ius commune. Et itā fuit in Rota iudicatum pro Reuerēdissimo card. S. Crucis, ut adnotauit Melchior de Baldass. sui temporis aduocatus insignis, dicens se in una Val. coram. d. Simonetta obtinuisse, de quibus meminit etiam Iac. de Nig. doctor curiosus in quadam sua apostilla ad istam reg. De quo tamēn dixi suprà in reg. de impetr. benefic. per obitum fam. Card. q. 5. & 7.

QVÆSTIO XX.

QVæro, an regula ista procedat in resignatione iuris?

SOLVTIO. Istam questionem examinaui superius in reg. de infir. resig. q. 18. ubi propriè cadit, & ideo hic pauca dicam, non solū ea ratione, quia ibi hoc dubium plenius discutitur, sed quia in casu istius regulæ hęc dubitatio uidetur impertinens, ex eo, quia in resignatione iuris ratio istius regulæ cessat, quę loquitur de beneficio possesso per resignantem, in cuius publicatione regula tria copulatiuē requirit, quæ in resignatione iuris nullo pacto uerificari possunt.

Sed istis obstare uidetur, quod scribit Andr. Sicul. in cons. 41. in 16. & 17. col. lib. 1. ubi concludit, ꝙ sicut in donatione rea li exceden. summam 500. duc. requiritur insinuatio, quæ se habet ad instar publicationis, ita quoque in donatione iuris quæsiti insinuatio requiritur, ut latè ibi ꝑ eū. Ad idem facit, quia uidemus dispositionē clement. final. de procur. quæ loquitur in morte naturali procedere in morte ciuili, uidelicet in resignatione, ut tenet Rota in dec. 176. in no. sequitur Lud. Rom. in cons. 374. incip. præsens est quæst. Et tamē talis resignatio procedit, non solum quādo fuit facta de beneficio, sed ēt si de iure quæsito tantum facta fuerit: ut conclusit Rota in una Oxomen. Archidiaconatus corā me, die 14. Dec. 1537. pro Roderico Lopez, contra Alphonsum Henriques. Ita uidetur

detur hic dicendum, quòd dispositio isti us regulæ, quę de renuntiatione beneficii loquitur, procedit in resignatione iuris. Sed tenendo opinionem, quam dixi, ad prædicta patet solutio: quia in donatione iuri quæsiti, de qua Andr. Scul. loquitur, militat eadem ratio, quę in donatione rea li, propter fraudem creditorum. Nam ita præiudicantur creditores per clandestinas donationes iurium, seu actionum, sicut ꝑ donationes rerum, quia qui actionem ha bet, utique rem habere uidetur, ut dicit tex. in l. qui actionem. ff. de regul. iur. quæ omnia cessant in casu nostro, & ideo non requiritur publicatio. Et eodem modo re spondetur ad decisionem factam circa d. clemen. fin. quòd idem effectus resultat ibi per renuntiationem iuris, sicut per re signationem beneficii. Nam sicut per resi gnationem beneficii censetur reuocatus procurator etiam quo ad incœpta, ita & per resignationem iuris quia militat eadẽ ratio, quæ omnia in casu nostro cessant, propter rationes assignatas superiùs in tertia quæst.

QVAESTIO XXI.

QVæro, quare ad publicandum resigna tionem in curia datur maius tẽpus, uidelicet, & sex menses, & extra curiam datur mensis?

SOLVTIO. Aliquis fortè diceret arbi trium esse, prout dicitur in gl. in uer. Ra tus. in l. 1. ff. de postul. sed uerum non est, quia sex menses in resignationibus fa ctis in curia dantur ad effectum, ut resi gnatarius cõpetentem terminum habeat eundi ad locum beneficii, ubi publicatio fieri debet: forte enim beneficium est in Anglia, uel Alemania, uel ĩ aliis locis mul tum ab urbe distantibus. quæ ratio nõ mi litat, quando resignatio fit in partib. & sic extra curiã, qa ex quo debet fieri in loco minus tp̃s requiritur, & ideo unus mẽsis assignatur. Et sic cum laude Dei sit expe dita ista regula de publicandis, circa quam longè plura excogitare poterit curiosus, quę mihi iam uehementer occupato non occurrunt. Nam hic trahi posset tota ma teria regulæ de publicãdis acceptationi bus in gratiis expectatiuis, quæ consimile & quodammodo affinem materiam cõ tinet. Sed quia super illa regula plures de cisiones scripsit d. Guliel. ac etiam, quia ꝓ pter nouas prouisiones, quæ quotidie ab acceptantibus faciliter procurantur, pro pter quas tollitur, diligentia publican di, & per consequens prouisio istius reg. ideò super ea nihil dicam præsertim, quia illa regula non ponitur inter iudiciales.

Non tamen omittam pro complemento istius regulæ, ac etiam ne illa, quæ sunt no ta digna, penitus ignorentur, ꝙ circa illã reg. de publicandis, acceptationibus tem porib. do. Iac. Sim. in Rota unum notabile dubium decisum fuit, de quo d. Gul. non facit mentionem. Sed ipse idem Iac. de il lo meminit in tract. suo reseruationis. fo. 72. Dubium igitur fuit, nunquid illi reg. de publicandis acceptationibus, quæ ex presse de expectatiuis loquitur, subiician tur reseruationes, quæ habent beneficium acceptandi. Plura hincinde disputationis gratia dicebantur, tandem Rota in istam sententiam inclinauit, ꝙ sic, ex eo, quia tales reseruationes appellari possunt ex pectatiuæ pinguiores. Et quia ratio publi cationis ne expectatiuus acceptans si non publicet, plura bñficia inuoluat, militat in tali reseruatione. Ita concluserunt Domi ni, ut latius ibi per eum. Et per ista etiam tempore meo fuit in Rota conclusum, in uno Hispa. canonicatus & præb. coram d. Pau. Capisucco, die 25. Octobris 1539. Qđ quædam gratia per Leonem x. concess a cuidam Petro Xuarez ad canonicatum, & pręb. & ad quęcunque beneficia etiam re seruata, etiam seruitoria, & cum clausula suspẽsiua omnium gratiarum expectati uarum, & clausulam anteferri & c. dicere tur expectatiua pinguis, licet in ea dare tur potestas acceptandi beneficia seruito ria & reseruata, & clausula suspensiua alia rum expectatiuarum, quæ non solent se cundum regulas concedi expectantibus, ut patet in regulis expectatiuarum Eod. nis, Clementis, & Pauli. Verum quia in dicta gratia dabatur facultas acceptandi, iam creatio in canonicum, & clausula an teferri, quæ sunt particularia expectantiũ fuit, conclusum dictam gratiam esse expe

ctatiuam pinguem, & illam subiici regulis de expectatiuis loquentibus, quod est notādum ad regulam prælationū, & alias regulas de expectatiuis loquentes. Postremo quid importent illa uerba in reg. ista posita, uidelicet, & inde sequuta quæcūq; &c. dixi in reg de annali q.73. Iuxta prędicta posset hic etiam dubitari de vna q. quę ponenda erat suprà q.9. super qua alias cōsuluit Ioachinus de Narnia in causa Colonien. præb S. Seuerini, uidelicet, nunquid publicatio facta in domo, siue loco capitulari, quæ est infra obitum ecclesiæ, ualeret: & consuluit ꝙ sic, quia licet reg. requirat locum beneficii, illud fit ad effectū, ut magis innotescat, & in tali publicatione finis seruatur illo modo: quia illud quod fit infra obitum, dicitur in loco fieri. c. de fabrica. de consec. dist. 1. l. 2. de uerb. sign. & cap. si ciuitas. de senten. excommunic. lib. 6. cum uulg. & quia uidemus, ꝙ aliquādo publicatio toleratur, si facta fuerit coram honestis personis & testibus. glo in uerbo beneficium. in cle. causam. de electionib. sicut uidemus in appellatione fieri, ut dicit gl. in l. cum quidam. ff. de appellat. tanto forcius in casu nostro, quando fit coram canonicis in loco capitulari.

REGVLA, QVOD COMMISSIONI POST CONCLUSIONEM non fletur, nisi derogetur concessioni.


Item statuit & ordinauit, quòd in commissionibus, seu mandatis etiam consistorialibus per eū seu de eius mandato, vel auctoritate in causis, in quibus conclusum existat, in posterum concedendis, etiam si in eis de conclusione huiusmodi impliciè, vel explicitè mentio facta fuerit, nihil censeatur esse concessum, nisi per concessionem commissionis huiusmodi, conclusioni derogetur expressè.

ISTA regula quę de conclusione loquitur, finem & conclusionem apponit regulis iudicialibus, & pręsenti tractatui. Nā ista reg. etiam ultima est iudicialium, ut hic etiā Glossator aduertit, & ita in libro regularum Rotæ ultima ponitur. Circa quam omnino, nisi remissiuè scribam, ex eo, quia hodie propter facilem conclusionis derogationem, quæ per processum ad ulteriora, & repositionem Dominorum auditorum fit parum practicatur, & ob eā fortè causam de ea domi. Guliel. Cassiodorus nihil in decisionibus suis scripsit, quā uis per 12. annos omnia quæ in Rota gesta fuere, circa regulas obseruauerit. Et ego per 11. annos, quibus in Rota uersor, nunquam uidi de ea excipi: propterea unum erit tempora, quæ mihi non sunt, reliqua in inutilibus consumere. Quam obrem circa istam regulam remissiuè uidendam sunt, quę dicit Fel. in c. nonnulli. in 11. col. uer. amplia adhuc. & in colu. 11, uers. & ad sextam regulam, &c. de rescrip. quib locis de reg. ista mentionem facit. Et ante ipsum latius reg. discutit Ro. in cons. 176. incip. istæ sunt. colu. ultim. ubi plenissimè loquitur, & plures alii, qui breuitatis causa omittunt. Et ideo ista sufficiāt ꝓ cōplemēto præsentis tractatus. Et dum tēpus dabitur, fortè secundam partem regularum, quæ in literis expediendis uersatur quę alium iustum tomum requirere uidetur, aggrediar: quæ quidē reg. ideo non dātur, quia in iudiciis non producuntur, & ob eam causam extraiudiciales appellanf.

FINIS.

Errata sic corrig.

In Reg de Idiomate. Quæst. 2. char. 56. à ter. col. 2. in fin. desunt uerba ista: -minam, neque ad capitulum, uel collegium. Quia ex quo fœmina, & colleg.



REGISTRVM.

abc, A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll.

Fol. N. 72.

VENETIIS,

APVD IOANNEM MARIAM BONELLVM IVNIOREM.

MDLXXV.

